

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
F
99
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Racc. Vill. F. 99

RESPONSA FISCALIA SELECTIORA,

QUÆ PRO DEFENSIONE REGII PATRIMONII

In Neapolitano Regno existentis, sive in Foro R. C. S. sive in Conventibus Judicum Delegatorum, sive in Regiis Collaterali Neapolitano, ac Supremo Italiæ Consiliis reddita sunt

A FABIO CAPYCIO GALEOTA

PATRITIO NEAPOLITANO.

Ex Regio Consiliario primùm in Fisci Patronum, deindè in Regiæ Cameræ Summariæ Præsidentem,

Mox apud Potentissimum Hispaniarum Regem in Supremo Italiæ Consilio in Regentem adscito, ac Duce Rheginæ creato.

ACCESSERUNT INDICES LOCUPLETISSIMI

Tum Argumentorum, Legum, tum etiam omnium Materiarum.



NEAPOLI. M.DCC.XXIV.

Ex Typographia Dominici Raillardi.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

PHILIPPO IIII.
AUSTRIACO
REGI POTENTISSIMO.

FABIUS CAPYCIUS GALEOTA F.

SI ſuperioribus annis volumina duo; quaſi fœtus duos enixus, Tibi, REX Optime, ac Potentiſſime, conſecrandos, cenſui, ut ſub afflatu glorioſiſſimi Nominis Tui ad hominum famam

Digitized by Google

adolescerent; par erat in præsentia, ut hoc quoque volumen in hominum manus proditurum, aliquod de Tuo lumine sibi gloriæ lumen accenderet. Nam si illa, quæ privatarum controversiarum labores continebant à me Advocato in judicialis fori palæstra desudatos, impetrarunt præsidium Majestatis Tuæ; an eodem præsidio carebit hoc opus, quod *Fiscalia Responsa* complectitur? Nempe si hæc verbis expressa meum Te clientem meruerunt; eadem typis impressa desperare non debent patronum eundem Te, ob cujus patrimonium vel tuendum, vel augendum fuerunt elucubrata. Si vero beneficiorum compensationem apud benemerentes, dicationes voluminum afferunt; unus es omnium, REX Augustissime, cui ingenii mei monumenta justissime tradantur: si quidem unus fuisti liberalitate in me, multò effusiore, quàm ut illam animo complecti, aut officio sustinere potuissem. Tu mihi contulisti Regii Consiliarii dignitatem: addidisti in Regali tuo patrimonio Advocati Fiscalis potestatem, Præsidentis auctoritatem: cumulasti denique Magistratu Regentis amplissimo in Supremo totius Italiæ Consilio. Neque me tantùm honestissimis Tuæ benevolentiæ testimoniis, ac beneficentia commodis exornare, sed ejusdem etiam benevolentiæ consuetudinem, beneficentiæque constantiam in filium meum conservare voluisti: quem adhuc adolescentem ad Regii Consiliarii munus evexisti, quo propagetur in filio amplissimi Tui patrocinii dignitas, cujus semen in patre posueras. Atque hæc adeo singularia dignitatis insignia, meæque familiæ decora, tanquam unum in acervum brevi collata, non magis erunt mei generis ornamenta, quàm monumenta beneficentiæ Tuæ. Quod ipsum cùm sit omnium opinione præstantissimum; nemo non videt, quam infinitum, & incredibile quoddam sit, quod Majestati Tuæ uterque debere nos profiteamur pro tam singularibus promeritis, quæ tam cumulatè, tam insigniter, tam constantèr in nobis collucere voluisti. Quocirca Tuum erit, REX Optime, ac Potentissime exigere, quantum voles: nostrum rependere, quantum possumus. Majora quidem vellemus nos posse, quàm reddimus: Tibi certè non possumus reddere meliora, quàm volumus. Vale: & Deus Te nobis perdiu sospitet.

AD LECTOREM.

TYPIS edidi annis proximè dilapsis scripta aliquot, *quæ Advocatus composueram in privatis meorum clientium controversiis. Nunc in lucem effero* Responsa Fiscalia, *dum in Regia Camera Advocati Fiscalis, aut Præsidentis personam agerem, ab eodem me conscripta: emissurus propediem, si per occupationes, ac valetudinem licuerit, alia quoque horum affinia Responsa. Et quamvis sentiam non deesse ex hoc Regno juris consultissimos, qui, editis ab se scriptis, veritatis lumen afferre studuerunt difficilibus, obscurisque quaestionibus: volui tamen ipse mihi, volui posterorum commodis, volui consuetudini Fori judicialis, in quo educatus, altusque videor, quantum esset in me situm, prospicere. Tu, amice Lector, æqui bonique consule propositum meum juvandæ posteritatis: precorque ut candido, alacrique animo mea scripta excipias, & complectare. Vale.*

AP-

APPROBATIONES.

Al Signor Canonico Giovane:

ALESSANDRO LUCIANI VICARIO GENERALE.

Potest IMPRIMI. Neapoli ultima Januarii 1640.

Joannes Vincentius Juvenis Cimiliarca Canon. Deput.

IMPRIMATVR.

ALEXANDER LUCIANUS VICARIUS GENERALIS:

Illustrifs. ed Eccellentifs. Signore.

Gio: Domenico Bove, supplicando espone à V. Ecc. come hà peso di far stampare dui volumi de' Responsi Fiscali del Spettabile Signor Regente Fabio Capece Galiota. Per tanto la supplica resti servita commetter la revisione di quelli à chi parerà all'Eccellenza Sua; acciò revisti possa ottenere il Regio Imprimatur, e lo riceverà à gratia, ut Deus, &c.

Magnif. Reg. Conf. Arias de Mesa videat, & in scriptis referat. Suæ Excellentiæ.

CAPICIUS LATRO PROREGENS.

Provisum per Suam Excellentiam. Neapoli die 29. Januarii 1643.

Anastasius.

Locus ✝ Signi.

Illustrifs. & Excellentifs. Princeps.

Vidi libens, & legi libentius jussu vestro, hoc Responsorum Fiscalium syntagma. Agnovi statim Auctorem, & manum: introspexi acerrimum ejus judicium, & ingenium excelsum, velut alterum Papinianum, miramque dexteritatem in nodosis quæstionibus fiscalibus differendis, ac elucidandis, cum stylo gravi, facundo, & omnium doctrinarum genere propemodum referto. Censeo igitur Opus hoc luce, & prælo dignum, cùm in eo nihil, quod Catholicam pietatem, nec Regiam jurisdictionem offendat; immo omnia pro Rege, cujus jura semper ex diuturno munere acerrimè tutatus, prout decebat Magnum & quàm Magnum Supremi Ordinis Italici nobilissimum Administrum, quem Ego magni semper habui, vel virtutis ejus, quæ eminet, vel summæ doctrinæ causa. Neapoli die 2. Februarii 1643.

Excellentia Vestra.

Addictissimus Servus
Doctor D. Ferdinandus Arias de Mesa.

IMPRIMATVR.

TAPIA REG. ZVFIA REG. SANFELICIVS REG.
AZCON REG. CAPYCIVS LATRO PROREG.

IN-

I N D E X
OMNIUM ARGUMENTORUM,
In hoc Responsorum Fiscalium volumine contentorum.

Digitized by Google

obligationem oriatur. Tria considerantur in officio, titulus, acceptatio, & exercitium, verùm duo priora prævalent. Privilegia quædam simplicia, quædam admixta contractibus, & à quo tempore vires sumant. Actus qui præsumatur præcedere. De solemnitate essentiali, & effectiva clausulæ, *donec benè, & fidelitèr te gesserit*, Conditionis eventus quando retrotrahatur, & privilegium Primipilare, quod etiam doti præferatur, & alia.

Argument. Respons.7.

Princeps supremus in dubio ex sola investitura, vel privilegio transfert dominium, & possessionem, etiam alio non expresso, nàm aliàs non esset speciale in Principe, & quatenùs necesse esset constare de Principis voluntate, id locum haberet in rebus soli, secus in acquisitione jurium incorporalium, ut sunt officia, in quibus dari duplicem possessionem unam tituli, alteram facti. De clausulis, *quam investituram vim, & efficaciam veræ, & realis possessionis*, & altera, *præstito tamen priùs solito juramento de benè, & fideliter exercendo*, earumque viribus, & efficacia: & declaratur *lex Hispanica 23. tit. 13. partita 5.*

Argument. Respons.8.

Hipotheca incipiat nè à die cœptæ, an à die malæ administrationis, sivè a die concessi tituli, vel delati, an à die accepti officii. Hypotheca contrahitur ab initio obligationis, ejusque exordium semper inspicitur. Plura de tutore non gerente, qui pro contutore non solvendo, vel malè administrante, in subsidium tenetur, quæ adimplere debeat antequàm administret, ejusque obligatio, an à die delatæ tutelæ, sivè acceptæ, an à die gestæ oriatur, quid in Fisci hypotheca in bonis Officialis. Plurima de contractibus conditionalibus, in quibus fit retrotractio, ac si contractus purè fuisset celebratus, & ab eo recedi non potest, ex communi DD. sententia, idemque in omnibus eandem rationem habentibus; & nonnulla de potestativa, & casuali conditione subtilissimè differuntur.

Argument. Respons.9.

Civis Neapol. ex privilegio *Regiæ Pragmaticæ*, qui uxorem duxit Neap., & domum comparavit, si deindè per triennium absens fuit, nullis relictis liberis in Civitate, nec familia, sed uxore in Monasterio, an valeat interim adhuc absens immunitatibus Neap. in Dohana, & alibi frui. Plura ad intellectum, *Pragm. 1. de immun. Neapolit.* ubi declarationes, & decisiones antiquæ recensentur, & quando Civis originarius, vel allectus gaudeat privilegiis Civium, si onera non subeat, & quando sufficiat per alios illa subire.

Argument. Respons.10.

Facultas introducendi, & vendendi nivem ad usum Civium cum jure prohibendi certo pretio taxato, & aucto, utrum gabella, aut vectigal censendum sit, adeò ut ad Solum Regem Supremum Principem, cui jus est nova vectigalia erigendi competat, non autem ad Civitatem subditam, licèt Regni Caput. De vectigalibus, & tributis plura, ad quem finem instituta, & cui jus sit illa imponendi, enumeranturque plura vectigalia à Rege imposita. Nix an sit in fructu, & an debeatur relevium ex eo, quod à feudatariis percipitur ex nivis venditione. De jure prohibendi in furnis, & molendinis prohibito sinè privilegio juris, vel hominis, & quid sit monopolium, quod solus Princeps ex causa licitum facit. De jurisdictione concessa Civitati Neapol. ejusque Decurionibus per Cap. Regis Ladislai, & Ferdinandi circa annonam, quòd non extendatur ad jura vectigalium. De bannis, seù edictis ad ubertatem contrà Dardanarios. Civitates subditæ non possunt sinè Principis permissu nova vectigalia sibi imponere, & in impositione Fisco rata est tribuenda, & alia.

Argument. Respons. 11.

Substituens in officio quando pro substitutis teneatur. Et qui verè dicatur voluntarius, vel necessarius casus, & quando necessarius excuset præponentem. Regulam, quæ substituens substitutum exibendo liberatur in officiis publicis minimè procedere, præcipuè cùm ultrà jus commune ex pacto, sivè statuto quis est obligatus. Eum, qui principalitèr se teneri promisit ad quæcunque à substitutis commissa, uti fidejussorem de judicatum solvendo, non autem de judicio sisti existimari, dilucidè pertractatur.

Argument. Respons. 12.

De officiis, quæ ab antiquis Romanorum militiis originem sumpserunt; præsertim verò Tabellionatibus Scriptoriis, & Actuariis. Qua ratione majoribus Magistratibus accedant, atque inter Regalia connumeretur, & de ipsorum Regalium natura, & prohibita alienatione, & commutatione omni jure, & gentium consuetudine, tùm antiqua, tùm nova; præsertim verò jure feudorum, & Regni. Item de ipsorum successione, quique veniant in his hæredum, et successorum appellatione, ubi ex dispensatione ad hæredes transeant, et an dicatur penès hæredem idem, vel novum officium, sub qua natura ipsorum in dubio sit dijudicanda concessio; utrum sub propria scilicèt regali, feudali, vel merè allodiali, quid ex hoc discriminis oriatur quòad juris effectum. Ex quibus verbis, et clausulis arguatur potiùs concessio facta in feudum, quàm in allodium, etiam si de Castro, sermo sit, tàm jure communi, quàm Regni. De similitudine officiorum cum feudis, et beneficiis, licèt officia sint strictioris naturæ, et brevioris vitæ. De ipsorum personalitate, ità ut non possint exerceri per substitutum, nisi ex dispensatione, concurrente utriusque habilitate, saltem in potentia. De interdicta Clericis multiplici ratione officiorum secularium acquisitione, etiam data facultate substituendi. De remediit, et interdictis possessoriis in jurisdictionalibus, et Regalibus, quomodò justitiæ tituli adhæreant, ut nec possessio prosit spoliato, ad hoc ut absque legitimo titulo restituatur, et quid de titulo colorato. Sensus *Cap. Regni Dudum*, aliàs *Ex præsumptuosa* latè explicatur, et procedere ostenditur in omni-

Digitized by Google

omnibus juribus, in quibus Regi est reservata superioritas, optima ratione illud fundari depromptum ex jure communi, et ub quo ferè gentium similia vigere statuta. De remediis directo Domino competentibus, tàm jure communi, quàm Regni pro adipiscenda corporali possessione jure consolidationis, tàm in feudis, quàm in Regalibus quibuscunque devolutis, in quibus utile dominium, vel administratio dùmtaxat transferri consuevit.

Argument. Apologiæ ad idem præcedens Respons.

Defenditur Dominus Regens Fabius Capyeius Galeota à quodam ex modernis Scriptoribus in verissima doctrina, quam in celeberrima præcedenti Regalium, et præsertim officiorum disceptatione de stricta illorum interpretatione in successionibus, prohibitoque eorundem commercio in commutationibus, sivà in alienationibus, sivè Principis assensu tradidit. Hinc officiorum personalissima ratione; denuò pluribus demostrata, ad sensum nostri Authoris contra potissimam Adversarii oppositionem concluditur, nimirum alteratis illis ad omnes generalitèr hæredes, hæredes ibi descendentes esse interpretandos, atque insupèr si fueriot pro hærede concessa, intelligendam esse concessionem de primo dumtaxat hærede, exemplo usufructus. Quamobrem declaratur juxtà verum sensum contra Adversarii interpretationem *text.in l.àntiquitas, C.de usufr.* ejusdemque ad comprobationem expenditur *text.in l. antiquitatem*, & in *l.corrup ionem, C.de usufr.* Explicatur itidem *Bald.*in *cons.159. num.5. lib.3.* illumqua ibi ostenditur in officio feudo admixto, & sic in diverso casu ejus, ad quem intulit Adversarius. Dilnitur propterea ea distinctio, quam juxtà suum sensum Adversarius de officio mero, & mixto, ex eodem *Bald.* protulit. Ex quibus firmatur, officia quamvis ad hæredes transitoria, speciali pacto concedantur, adhùc personalia esse recensenda, atque officium, eo casu penès successorem, velut novum recipi: ad quod in terminis militiarum (sumptis *militiis*, pro ipsis officiis) perpenditur *text.l.fi.C.de pignor.* ubi est casus militiæ concessæ, ad hæredes transmissibilis, & cum facultate illam vendendi, ibique ad ejus *text.* intelligentiam exponitur, quæ nam sit illa summa, quæ post militantis mortem ex militantium placito, vel principali beneficio dari constituta erat. Respondetur deindè Adversarii argumento, quod ex *text.* in *l.in annalibus, C.de legat.* juncta dispositione *l.si in singulos,ff.de ann.leg.* pro officiorum transmissibilitate, ad instar annui legati prætendit, ubi plura, an legatum annuum, ad *text.* in *d.l.si in singulos*, dicatur ad hæredes non transitorium, vel ratione conditionis in eo legato superintellectæ. Tum ostenditur, quòd officia, quamvis feudis pluribus assimilentur, non tamen proptereà inter ea, utcumquè inferri posse, sed certo modo in quibusdam dumtaxat casibus: Hinc declaratur intellectus, qui nostro Authori fuit in doctrina *Marini Freccia* in casu fratris admissi ad feudum, in hac materia ab illo adducta. Respondetur similitèr textui *leg.un.C.si liber.Imp.lib.10.* unde transmissibilitatem ad extraneos hæredes in officiis hæredibus concessis arguerat Adversarius. Et simul contra eundem declaratur theorica magistralis *Bar.in l.Gallus, §.etiam si parenta, ff.de liber.& posthu.* Post hæc explicato *Bald.*in *l.fi.C.de pignor.* Respondetur ad id, quod ex ea parte contra nostrum Authorem deduxit Adversarius. Sic paritèr Adversarii intellectus ex *text.* in *d.l.fin.* & *l.omnimodò*, & *l.imputari*, *C.de inoffic. testam.* quòd idem sit concedere officium pro hæredibus, ac cum potestate vendendi pro effectu transmissionis illius ad extraneos, improbatur. Et postremò ejusdem inductio ex *l.final.ff.de constitution. Princip.* sicut & alia quælibet ex generalibus juris regulis ad materiam officiorum accomodata reiicitur.

Argument. Respons.13.

Bona bello capta, sivè mobilia ea sint, sivè immobilia, quando nam capientium fiant? Quo jure? Quo bello? justo nè tantùm? an etiam injusto? An tantum si cum Infidelibus bellum geratur? An etiam si inter Christianos? qua mora? an statim? an posteaquàm in Ducis conspectum venerint? & pro quibus partibus? Item si ex hostium potestate, vi, atque armis ea bona vindicentur, quibusnam acquirantur? Variæ super ea re *Doctorum* opiniones principio examinantur, deindè verò cum *Angeli*, aliorumque communiori sententia aptè conciliantur. Quando nàm præda dicatur incontinenti, vel ex intervallo recepta, quando intrà hostium præsidia reducta, atque in tuto collocata, dilucidè, novitèrque explicatur. De postliminio, ipsius origine, virtute, effectu; Quibus personis; quibus rebus competat; An etiam ipsis interdùm navigiis in vim privilegii. Denique de navium classibus, earumquè antiquo, ac vario usu.

Argument. Respons.14.

Fiscus in venditione rei fiscalis sub hasta ultimo licitatori liberatæ, utrum restituatur, & restitutione semel concessa, an iterùm restituendus veniat, etiam ad lucrum superveniens.

Argument. Respons.15.

De falsitate, & falsi suspitione ex literarum mutatione, & superadditione in decreto subhastationis in publicis auctionibus coràm Principe, ipsius probatione criminis, privilegiis, effectibus, & pœna. De pactis, & conditionibus in licitationibus insertis. Quibus censeatur quis in auctione vincere. Quòd novissima licitatione attendatur publicis preconiis inserta. De virtute relationis, & quòd non extendatur ad pacta insolita, & exorbitantia, quæ in venditionibus rerum fiscalium sunt nulla, & generalitèr dolum redolent: Quòd relatum, de quo constat attendatur, non referens, etiam in his, de quibus referens potest disponere. Demum quomodò, & quando Officialis, de cujus excessibus in exercitio admissis, certis jam constitit probationibus assumptis, suspendi debeat ab administratione officii, & beneficii. An valeat pactum in concessione officii, quo suspensio prædicta tollatur, vel etiam differatur in eventum sententiæ diffinitivæ, quod deciditur sigilla-

tim discussis causis, ex quibus hujusmodi suspensio favore publico est à jure inducta, adeò ut exemptio, vel etiam dilatio velut contra bonos mores concessa nullo pacto censeri debeat, vel etiam expressè data ut nulla, prodesse non possit Officiali, quin priùs saltim à detectis criminibus se purget.

Argument. Respons.16.

Traduntur nonnulla ad declarationem celebris *consil.Oldrad.*21. & quando substitutio fuit facta sub nomine collectivo *familiæ*, vel *descendentium*, an dicatur vulgaris, an verò fideicommissaria, & quòd remaneat vulgaris, nisi ex validis conjecturis contrarium colligi possit, vel ex tractu temporis successivo, quæ latè examinantur, atque discutiuntur.

Argument. Respons.17.

Agitur de locatione Regiarum Gabellarum, Cui, quando, & quibus casibus facienda sit remissio mercedis Publicanis; seù Conductoribus ipsarum. Quod dicatur damnum intolerabile, quivè casus fortuitus pro obtinendo restauro; Et de generali renunciatione facta cum juramento. Ac de motatione monetæ, ubi ferè tota materia pertractatur, cum declarationibus ad Decretum generale Regiæ Junctæ desupèr editum quòad solutiones faciendas, & de qua pecunia sit facienda solutio, magistralitèr continetur.

Argument. Respons.18.

De remissione mercedis Arrendatoribus Regiæ Curiæ deneganda ob promissam solutionem per medium Bancorum, ac de intellectu dictorum verborum, *per mezo di banchi*, & *Regiarum Pragmaticarum* emanatarum pro mutatione monetæ, & Decreti generalis, & de ambiguitate verborum contrahentium circà solutionem mercedis, cui nocere debeant. Item quomodò sit concedendum, vel denegandum restaurum ex causa pestis, vel belli, copiosè disseritur.

Argument. Respons.19.

Ad veram declarationem *Regiæ Pragmaticæ editæ Tberi*, ejusque germanum intellectum pro Regio Fisco(rejectis declarationibus aliquorum *DD.* ac eorundem limitationibus, sivè restrictionibus) ex verbis, & vi verborum ejusdem *Pragmaticæ* nonnulla, non minus erudita, quàm ingeniosa traduntur, quibus aliqua de revocatione privilegiorum, & revocatione domanii satis congruè adaptantur, ut nihil desiderari possit.

Argument. Respons.20.

Exemplum an probet, si in judicio producatur parte non citata, vel copia ei non tradita, atque non facta comparatione cum originali parte præsente, vel legitimè citata.

Argument. Respons.21.

In consultatione à Regia Majestate Proregi delegata facienda cum ejus voto in re ad Fiscum Regii Patrimonii pertinente, his verbis, *que con el vuestro pareçer, y de los d'esse nuestra Real Conseya se l'ombie consulta*, an exquirendum, ut interesse quoque debeat votum Tribunalis Regiæ Cameræ, ultrà votum Collateralis Consilii, affirmativè, tàm ex dispositione juris communis, quàm ex Regiis ordinationibus, stilo, & observantia, resolvitur, quòd si esset dubium, esse consulendum Regem, expectandamque secundam jussionem. Hinc Regiam Cameram esse Regium patrimoniale Consilium, & Præsidentes Regios Consiliarios, quibus cura est demandata Regiarum consultationum de rebus patrimonialibus, & plura de stili authoritate, ac rescriptorum, præsertim contrà Fiscum obtentorum nullitate.

Argument. Respons.22.

Arrendatorum, sivè publicorum vectigalium Conductorum crimina patefiunt, perniciesque inde sequuta describitur. Residuum, peculatusque ne locum habeant, quæ requirantur. Publicani qui, & an ii dici possint, qui vectigalia conducunt. Residuorum quæ sit pœna tam civilis, quàm criminalis; Inter residuum, peculatumque differentia, & quæ ejus sint pœnæ tàm ex jure civili, quàm Codic. ac Regni. *Text.* in *l.sacrilegi, §.fin. ff.ad leg.Jul.pecul.* hactenus haud benè perpensus, ac intellectus, expeditur, ac de peculatu loqui clarè detegitur. Ad *text.* in *l.sacrilegi, §.Labeo,* exactè, ac plenè respondetur, Officialis, vel Administrator num peculatum committat, & qua pœna plectatur, Caratarii, seù in Arrendamento participes an verè publicani existimandi sint, ut conveniri possint, Præter asserta crimina furti quoque aliorumque graviorum criminum pœnas locum sibi vendicare, latè demonstratur, ac alia de peculatu accuratè differuntur.

Argument. Respons.23.

De Principis potestate in genere, & an ordinaria potestate, etiam sine causa privilegia, & gratias revocare possit. De ejusdem potestate circà revocationem privilegiorum, etiam quæ in contractum transierunt, pretio accepto, vel ob merita; subdito, vel non subdito concessorum: & quando in contractum transire dicantur, ne revocari possint, latè disseritur. Princeps justa exigente causa nùm privilegia, & contractus, fortiùs, & jus alteri quæsitum auferre possit, & an ad refectionem teneatur, ipsiusque assertioni credendum sit. Rex domanium nùm revocare possit, & vasallos infeudare, tam de jure, quàm Regni consuetudine. *Text.* in *l.intellecto, de jure jur.* perpenditur, ac declaratur. Quid si alienatio tendat in magnum Coronæ præjudicium; & quæ ea alienatio dicatur. Dominus directus directum dominium invito vasallo alienare non potest, sicut nec vasallus feudum, quod limitatur cùm transfertur utile tantùm, retento directo. Quid si vasallus cum Castri universitate alienetur, de consuetudine vetustissima Rex noster vasallos etiam invitos in feudum tradit, quæ consuetudo ubi viget, servanda: & quid operetur. Conclusio prædicta ampliatur, etiam in alienatione directi

a

de-

Digitized by Google

dominii in Regno, tàm in Rege, quàm in Baronibus, Rege assentiente, ad instar consuetudinis Mediolanensis. Et quid in Rege Galliæ, tàm de jure, quàm de consuetudine. Promissio de non alienando, sed de domanio perpetuò conservando justa de causa revocabilis, ipsinsmet contractus natura id suadente. Feudum à Principe etiam pecunia intercedente obtentus, non eò minus erit beneficium; idem in gratia, ac privilegio Principis, ob idque ad nutum revocabile. Quid si non subdito concedatur, fusè differitur. Rex domanium concedens nil juris transfert, sed retinet; Quæ retentio ei revocandi facultatem tribuit, idem cum domanii retentio Principis dignitati officiat, & deroget. Princeps successorem nùm ligare possit, ne regalia concedat. De Principis absoluta potestate, & clausulis derogatoriis, & earum viribus. Privilegium subdito concessum revocatur, nisi ad mensuram servitiorum, quæ commensuratio ad ea tantùm refertur, ad quæ is minimè tenebatur. Domanium Regi, & universitatibus quoque damnosum. *D. Reg. Tapiæ* decisio ad id affertur, & prædictis minimè adversari, evidentèr ostenditur. Demùm Regiæ Cameræ consultatio, ac plures Regiæ literæ circa idem afferuntur.

Argument. Respons.24.

Utrum Terra in Regio domanio existens cùm iterùm ex causis in dominium Baronis transeat, Jurisdictionis pretium eo casu totum Fisci compendio cedere debeat, vel totum Universitati, sivè pars ejus, ut quemadmodùm corporum Baronalium pretium, quæ ut domanii efficerentur ipsa redemerat absque controversia Universitati debet restitui, sic etiam jurisdictionis pretii totum, vel partem aliquam prætendere possit, tribus distinctis casibus luculentèr explicatur. Insupèr corpora, & introitus, quæ Universitati tempore domanii per Fiscum ceduntur remanere feudalia demonstratur.

Argument. Respons.25.

Universitas ad Regium domanium admissa si iterùm vendi contingat, an corpora domanialia per Regium Fiscum retenta, & in prima venditione comprehensa erint ei restituenda.

Argument. Respons.26.

Emptor Oppidi domanialis in se assumens litis onus, quæ inter Fiscum, venditorem, & tertium quendam pendebat super ipsius Oppidi jurisdictione, an decisa jam lite contrà Fiscum pretium simplex saltim, si non evictionem, repetere valeat, adeò ut ex eo dubii eventus onere, id remisisse minimè intelligatur. Item emptoris scientia qualis obsit, ne evictionem, re evicta, consequatur. Denique illius oneris suscipiendi consensus quid in casu præsenti operetur, dilucidè examinatur.

Argument. Respons.27.

Princeps distrahere an possit terras domaniales, non obstantibus quibuscunque privilegiis, ut ex pretio dimittatur creditor, cujus pecunia fuit versa in publicam, utilem, & necessariam causam belli. Et quid si talis creditor retineat bona necessariò restituenda pro executione capitulorum pacis.

Argument. Respons.28.

An Princeps ex privilegio Fisco competenti in venditione rerum cum privato communium, possit vendere jurisdictionem super fumantibus in Casalibus domanialibus cum omni prærogativa, etiam transferendo jurisdictionum species, & corpora per priùs aliis concessa, & translata, quæ in feudum, vel allodium justo titulo per concessionarios possidebantur, sivè titulo lucrativo, sive onoroso, latè, & nervosè differitur. Ad quod expenditur pro Fisco *text. l.multum interest, C. de comm. rer. alien.* & *l.unic. C. de vendit.rer.Fiscal.cum priv.comm.* Respondetur ad illud, quod objicitur ex *text.* in *l.si quis duas 6. § si quis partem, ff. comm. præd.* & aliis similibus. Demonstratur, prædictum privilegium fiscale sibi locum vendicare nedùm in toto consistente solido, & uniformi, sed etiam in toto integrali, ac etiam generali, vel universali, & latè propterea ad materiam expenditur dictio, *totum*, & præsertim in subjecto casu adinveniri ostanditur communionem, juxta terminos prædicti fiscalis privilegii, inter species jurisdictionis alus concessas, & translatas, cum ipsa jurisdictione in prædicto casu transferenda. Illudque privilegium habere locum, etiam in re vendita, vel concessa per eundem Fiscum, & in re Fisco cum alus obligata, quinimò & in re, quam Fiscus habet communem cum Republica, Civitate, vel aliis personis privilegiatis & procedere etiam in re dividua, & singulariter animadvertitur, extendi etiam in pœnis, illudque esse favorabile, quapropter multa de jure, Portulaniæ, sivè per mare, sivè per terram discutiuntur. Et tandem pro Fisco in prædicta quæstiona in Collaterali Consilio fuisse decisum concluditur.

Argumentum primum Respons.29.

Decis.1.

Jus Civitati competens tanquàm capiti revocandi Casalia distracta ad libertatem domanii, an venditionis executionem impediat. *Text.* in *l.dudum, ff. de contrah. empt.* pluribus exornatur. *Pragm.63. de offic. Procur.Cæsar.* declaratur, ac nonnulla incidentèr traduntur apprimè necessaria ad officium Postulanorum, & materiam exstacti onum, ut fraudibus occurratur.

Argument.ejusd.Respons.

Decis.2.

Terminus ad denunciandum Procuratori an concedendus, si calumniosè petatur, & quandò. Reclamatio an permittatur à parte decreti, & quid si contineat capita connexa, vel separata. Feudum an, & quando pervenire possit ad manus mortuas, vel semper visas, ad intellectum *Pragmati-*

matica 4.de feud. communitèr nuncupatæ *novem capitum.*

Argument.ejusd.Respons.

Decis.3.

Prælationes quæstione pendente an sit remoranda possessionis traditio. Consensus cum reservatione adhibitus an pro præstito habeatur.

Argument.ejusd.Respons.

Decis.4.

Bina decreta an possunt in eodem consessu proferri. Juris articulus reservatus in primo decreto habente executionem paratam, illo non executo, cum possit terminari, & quando. Civitati prælationem competere distracto Casali in cujus territorio dominium, vel jurisdictionem civilem habet. *Text.* in *l.2.C.de comm.rer.vend.* & in *l.unic.C.de vend.rer.fiscal.cum priv.lib.10.* exornantur, & declarantur.

Argument. Respons.30.

Utrum generale decretum per Regiam Cameram in Collaterali Consilio, præcedentibus literis suæ Catholicæ Majestatis emanatum, quo generalitèr ob publicas imminentes, & urgentes hac tempestate necessitates, ob defensionem Status Mediolanensis à Gallorum incursionibus, fuit provisum, esse procedendum ad venditionem terrarum domanialium, afficiat Civitatem Bitonti, prætendentem, se eo decreto non ligari. Primò, ex quo non fuerit tunc temporis in eam causam citata, insupèr quia decretum fuit latum referente pro Commissario, qui in causis aliarum venditionum eorum domanialium intervenerat uti Fisci Advocatus, quapropter penitùs examinatur articulus, quando Judex, ex quo in causa fuit Advocatus, judicare non possit. Item an parte præsente citatio requiratur. Deindè an in locum primi Judicis alio subrogato, nova citatio sit coràm Judice suffecto facienda. Ad idem pro subjecto casu discutitur articulus, quando, & in quibus casibus obstet exceptio rei judicatæ. Demùm quibus in casibus terminus conceditur, dilationes restringuntur, & quomodò in his procedatur tàm de jure communi, municipali, quàm de stilo nostrorum Tribunalium, ubi ad rem de Principis rescriptorum, *justitiam fieri*, præcipientium, interpretatione posteà connectuntur.

IN-

Digitized by Google

INDEX
INTELLECTUUM

Tum jurium, quæ in hoc Responsorum Fiscalium volumine explicantur, tum Doctorum, quorum sententiæ recipiuntur, impugnantur, & declarantur.

Ex jure canonico.

Ex jur. civ. Digestorum.

Cod.

Auth.

Feud.

Digitized by Google

IN-

INDEX DOCTORUM,

Quorum dicta recipiuntur, declarantur, vel confutantur.

Digitized by Google

RE

Digitized by Google

RESPONSA FISCALIA SELECTIORA,

Quæ potissimùm pro defensione Regii Neapolitani Patrimonii, tùm in foro Reg. Cameræ Summariæ, tùm Conventibus Judicum delegatorum, tùm Regiis Collaterali Neapol. ac Supremo Italiæ Consiliis, prodiere,

Cum eorundem Senatuum Decisionibus, seù Notis rerum judicatarum.

FABIO CAPYCIO GALEOTA

PATRICIO NEAPOLITANO.

Ex Regio Consiliario primùm in Fisci Patronum, deindè in Reg. Cameræ Summariæ Præsidentem, mox apud Potentissimum Hispaniarum Regem in Supremo Italiæ Consilio in Regentem adscito, ac Duce Rheginæ creato

AUTHORE.

SUMMARIUM.

1 TExt. *in* l.nullum penitùs 12. C. de testib. *inducitur*.

2 *Declaratur procedere non tantùm in teste falsum deponente, verùm etiam in eo, qui quovis modo etiam non sui Judicis jurisdictionem offendat, ex communi* DD. *sententia*, *&* num.4.

3 *Concesso aliquo, & ea concessa intelliguntur, sine quibus id commodè explicari non potest.*

5 *Dispositionem* text. d. l.nullum, Glos. *etiam in teste clerico procedere affirmat, in quo variæ* DD. *sententiæ referuntur.*

6 *Sac. Consil. contrariam* Glossæ *opinionem uti tutiorem sequutum fuisse, testatur* Afflict. decis.230. *& eam communem, & ab omnibus receptam*, num.8.

7 *Judex sæcularis tunc de clerici falsitate cognoscere potest, cùm necessariò causæ principalis decisionem falsitas depositionis respicit.*

9 *Laicus coràm Judice Ecclesiastico falsum deponens, ab utroque Judice plecti potest, datur tamen præventioni locus.*

10 *Delegatus Principis, quàmvis contra testem jurisdictionem non habeat, potest tamen eum falsum coràm se deponentem punire, ex receptiori opinione, & idem in inferiore à Principe, dummodò ei criminalis coercitio nominatim non sit interdicta*, num.11.

12 *Dispositio* d. l. nullum, *nunquàm deficere potest, cùm procedat solùm in Judice incompetente, non etiam in Judice incapace.*

13 *Judex causarum civilium tantùm potest testem falsum criminaliter punire.*

14 Text. *cum* rubric.Anth.ut omnes obed.Judic.Provinc. *expenditur*.

15 Auth. qua in Provincia, C.ubi de crim.agi oport. *ponderatur*.

16 Text. *in* cap.1. de privileg. lib.6. *declaratur*.

17 *Rei appellatio latissimè patet, & quodlibet jus, & negotium comprehendit.*

18 *Delegatus Principis quamvis in re sibi commissa, Ordinario sit major, puniri tamen potest ab eo, etiam in criminibus, ad causæ delegatæ cognitionem pertinentibus.*

19 *Executores terminos commissionum excedentes, ab Ordinariis quotidiè puniuntur.*

20 *Judex suam jurisdictionem tueri debet uti reus, & uti Judex, non autem ut actor, cùm reus esse potest.*

21 Joannis Fabri *doctrina in* l.2.C.de off.Præfect.Urb. *dilucidè explicatur*.

22 Text. *in* l. de militibus 8. ff. de custod. & exhib. reor. *regulam generalem constituit, quòd milites ad eum remittantur, si quid deliquerint, sub quo militabant.*

23 *Delinquentes etiam milites remittuntur ad eos Judices, apud quos crimen est commissum, ex* text. *in* l.ultim. ff.de accusat.

24 *Dictio* apud, *propriè sumpta idem significat, quod* coràm.

25 *Milites non nisi in delictis militaribus, seù in expeditione commissis, ad eorum Præfectum remittuntur, &* num.37.

26 *Milites in causis tributeriis coram eo Præside conveniuntur, sub cujus Provincia bona sunt sita, &* num.38.

27 *Judices minores possunt majoris Judicis Officiales*

eorum officium, sivè publicam utilitatem turbantes punire, ex text. in l.4. C.de offic.Rect.Provinciæ.
28 Publica utilitas in Fisco versatur.
29 Præfectus Pretorio majorem jurisdictionem habet, quàm Provinciæ Præses, & Viceregi æquiparatur, num.30.
31 Inferiores Judices Superiorum Apparitoribus uti possunt.
32 Ministri justitiæ, sivè Capitanei non minus Reg. Cam. Summar, quàm M.C.V. inservire debent, quàmvis ibi præcipuè addicti videantur, & n.69.
33 Apparitores undè dicti, & eorum officium quale sit.
34 Text. in l.nullum, non tantùm in teste falso Judicis aures offendente procedere demonstratur, sed etiam in quolibet Officiale, qui commissum sibi munus, vel dolosè, vel negligenter exerceat.
35 Text. in l.2. C. de sportul. in his Judicibus procedere ostenditur, vel delegatis, vel quibus certa jurisdictio conceditur, non autem amplissimis, quibus in Apparitores pro arbitrio licet animadvertere.
36 Senatorum ordo amplissimus.
39 Magnâ Curia non potest cognoscere de his, quæ incidenter emergunt in causis Regii Patrimonii, quamvis alioquin eorum competens esset Judex; & decisio affertur, num.40.
41 Apparitores ab iis Judicibus puniuntur, in quorum territorio quid temerè exequuntur, Quod fallit in Apparitoribus Regiis, num.42.
43 Apparitores in Gallia jure communi servato, coràm alia Judice non conveniuntur, quàm eo, cui sunt addicti. Quod fallit, si in aliorum Judicum officia malè versati sint, n.44. 46. & 47. & ita decisum, num.48.
45 Quicunque Judex suam jurisdictionem potest etiam pœnali judicio defendere, & num.50.
49 Executio pars quadam est, & accessio causæ principalis.
51 Judex, si contrà suam jurisdictionem opponatur, potest cognoscere, utrum sua sit jurisdictio, quod fortiùs procedit in delegato, num.52.
53 Judex in propria causa judicare non dicitur, cùm cognoscit, possit nè de ea judicare, cùm munus judicandi sit potiùs onus, etiam si indè sit percepturus sportulas, nisi sint ingentes, num.54.
55 Judex causæ præparantis est etiam Judex causæ præparatæ, & num.61. & etiam in criminalibus, num.62.
56 Judex causæ principalis efficitur Judex cujuscunque incidentis, etiam si de eo non posset principaliter cognoscere.
57 Judex etiam delegatus potest pronunciare super successivo illius, quod principaliter agitur.
58 Connexorum, & dependentium idem est judicium, quod principalis, & num.60.
59 Jurisdictio quamvis non sit perpetuata, nisi in specialiter expressis, operatur tamen quoad connexa, & dependentia.
63 Procurator Fisci potest cognoscere etiam quoad privatos in causa, quæ à Fiscali functione descendit, dummodò causa habeat immediatam dependentiam, num.64.
65 Judex, qui de civilibus non cognoscit, de iis tamen civilibus cognoscere potest, quæ dependent à sua commissione.
66 Pro R.C.S. authoritate pleraque à Carolo V.imperial. maj. statuta in Pragm.13. de off.Procur.Cæsar. quæ num.67. & 68. enumerantur.
70 Regentis de Ponte, & Tassoni lapsus deteguntur.
71 Præfectus vigilum capitalium causarum cognitionem non habebat, & modicè tantùm contra fures animadvertebat, eos ad Præfectum Urbi remittens.
72 Præfectus vigilum initiò nec inter Magistratus connumerabatur.
73 Mastrill. Capitaneum guardiæ ob nocturnam Urbis custodiam Præfecto vigilum comparavit.
74 Capitanei Justitiæ cognitionem nullam habent, sed tantùm perquirendi, & capiendi facultatem.
75 Jurisdictio omnis cumulativè concessa, activè, & passivè etiam intelligitur.
76 Favor est publicus, ut plures sint Judices, à quibus justitia ministretur.
77 De iis, quæ ad jus Fiscale pertinent, nullus nisi R. C. Judex esse potest.
78 De delictis commissis à Ministris, qui ab Officiali majori sunt electi, ipse ad interesse pro eorum culpa tenetur.
79 Judex minor præveniens in cognitione delinquentis, illum ad majorem remittere non tenetur, nisi ab eo immediatè jurisdictionem habuerit, vel à Principe.
80 Tassoni error notatur.
81 De Franch. decis.702. non obesse demonstratur, & contra eam sentire idem de Franch. etiam videtur, & plures contra illam decisam, num.82.
83 Jurisdictioni in dominium concessæ privativè, & abdicativè, difficillimè derogatur.
84 Reg.Cam.Summ. habet jurisdictionem privativè ad Mag.Car.Vic.
85 Cùm oritur actio criminalis ad pœnam, statim sequitur actio ad factum ad interesse, & idem utriusque erit Judex, & tenetur providere, & si id non petatur, quamvis pro delicto pœna extraordinaria sit imponenda, num.86.
87 Familia vigili cura, & diligenter personam apud se depositam custodire tenetur.
88 Culpa in Custode ratione publici officii regulariter præsumitur, & ad interesse tenetur, inspiratum casum intercessisse requiritur.
89 Custodi incumbit onus probandi, sine propria culpa, & negligentia delinquentem aufugisse.
90 Custos ratione culpa ex circumstantiis potest quandoque naturalis mortis pœna puniri.
91 Inferiores Judices, sublimiores debita prosequi reverentia compelluntur.
92 Minor Magistratus ex officio pro publica utilitate veritatem inquirens, majoribus Judicibus inferre injuriam minimè videtur.
93 Judex existimans injuria afficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur, Principis indignationem incurrit.
94 Judices celsioribus viris, quorum quandoque judicia provehuntur, honorem præstare debent, nec eos in subscriptionibus fratres nuncupare.

ARGUMENTUM.

Regiæ Cameræ Summariæ authoritas, ac jurisdictio præcipuè quoad Mag. Car. Vicariæ, latè describitur. Text. in l. nullum 12. C. de testibus, expenditur, ejusque dispositio nèdum in teste falsum deponente, sed etiam in quovis, Judicibus jurisdictionem offendente, procedit, & ad quemlibet in officio delinquentem extenditur. Quid in Clerico coram Judice laico falsum dicente, vel è con-

Digitized by Google

tra: Delegatus Principis eandem coercendi potestatem habet. Idem in Judice causarum civilium tantùm. Milites an, & quando ad suum Judicem remittantur, & Apparitores qui, & à quo puniantur. Judicis jurisdictio quàm latè pateat quòad dependentia, & connexa. Præfectus Vigilum apud Romanos quis, quæ ejus jurisdictio, & cui comparetur. Judex minor præveniens, delinquentem an ad majorem remittat, & quando. Custos carcerum ad quæ teneatur. Pluraque alia de Magistratuum officio scitu digna in re proposita referuntur.

RESPONSUM I.

TANTI apud hujus Regni Invictissimos Principes Regiæ Cameræ Tribunal fuit, ut ejus amplitudinem, potestatemque in diem magis augere conati sint. Primò igitur S.R.C. illud æquarunt, iisdemmet insignibus decoraverunt, & gratijs statuerunt que (quod unius olim Præfecti Prætorio fuisse legimus) ut à sententiis, & decretis ipsius sola supplicatio citrà exequutionis moram admitteretur. Quid quod eidem Sacro Consilio Tribunal hoc proponere visi sunt. E Regiis certe Consiliariis identidèm plerosque legerunt, qui Regio Fisco servirent, quasi Regium Consilium penè gradus esset ad hujus honorem. Ac profectò Sacrum Consilium commune est, ubi omnes omnium causæ agitari debent; Camera verò tantummodò Regia; in qua non licet, nisi Regias causas evolvere: illud patens veluti campus: hæc in penitissimis ædibus extructum pomarium, in quo non nisi lectissimæ arbores admittuntur, & quod Regibus unis patet. Animadvertit id ipsum Philippus IV. quo Divum beneficio in præsentia regimur, atque ut pristino decori, potentiæque Tribunal hoc redderet, suo ex latere, ac suo ex augustissimo conclavi sapientissimum virum D. Alonsum Guillen de la Carrera abstraxit, illumque Reg. Patrimonio Neap. præfecit, ut abolita temporis injuria tanti Tribunalis potestatem antiquo splendori redderet, depressam illius potentiam erigeret, ejusdemque pristina jura, consuetudines, & instituta firmaret; quis crederet inter hæc Regii Fisci potentiam posse oppugnari? tamen dum & Imperatoriis legibus, & hujus præcipuè Regni more, institutisque majorum Regiæ Cameræ jus confirmatur: ecce tibi Vicariæ Tribunal, quod nostro Tribunali longè minus esse, vel ex hoc intelligi licet, quod Regio Consil. subditur, cum hoc ipsum Consilium Reg. Cameræ par, nè dicam minus, ostensum sit, Vicariæ Tribunal, inquam, Cameræ litem intendit, ejusque jus, & potestatem sibi non dubitat vindicare. Quatè satellites, ministrosque quibus non suprema modò, sed infima etiam Tribunalia, ut liber, utuntur, à Cameræ liberat potestate, aitque si quid illi in Regij Patrimonii Præsides, ac Ministros deliquerint, à Vicariæ Præside judicandos; at verò quod jus esset h c Cameræ, quando illi, nec reos suos unquam plectere fas esset? Quomodò Regium Patrimonium procuraret, quando nullos haberet ministros, ac milites, quibus Regium jus tueretur, in quem gradum repentè dejecta esset, quando Vicariæ subderetur, quàm Camera longè minorem ostendimus? quàm infima, quàm utilis esset, quando perficere nequiret, quod minimis etiam Tribunalibus datur, an quidquam magis incongruum queat excogitari? an aliud hoc est, quàm non modo Cameræ potestatem, sed ipsam Cameram evertere.

Et licèt in jure illud observare consueverim, ut ea difficiliùs fundari valeant, quæ clariora sunt, & potissimè ex terminorum perfecta cognitione resultant, tùm quia lex debet esse de casu dubitabili, tùm etiam quia quærere legem, ubi est evidens ratio naturalis, est infirmitas intellectus. Attamen pro Regia Camera, ejusque authoritate stant jura antiqua Digestorum, & Cod. jus Authenticorum, jus Canonicum, lex clarissima municipalis Regni, quæ id supposuit velut indubitatum, & consuetudo præscripta vetustissima sic judicandi, quæ usquè in hodiernum diem vigens ex pluribus processibus, & actis velut notoria, omnem adimit dubitationem.

Et in primis estò citrà veri præjudicium, quòd isti Capitanei Justitiæ essent subditi solùm Spectabili Regenti Magnæ Curiæ Vicariæ, & non Regiæ Cameræ, cujus contrarium evidentissimè mox patebit, occurrit notissima decisio *Zenonis* in *l. nullam penitùs* 12. *C. de testib.* ubi loquens in teste ingresso ad Judicem non suum dicendi gratia testimonium, generaliter dispòsuit, ut si falsitatem, vel fraudem in sua depositione miscuerit, nulla armatæ militiæ, vel alterius cujuslibet fori præscriptione uti valeat ad evadendum ipsius Judicis motum, quod non semel, sed ter repetiit Imperator. Primò, ibi, *armatam fortè militiam, vel quamlibet aliam fori præscriptionem*. Secundò, ibi, *exceptionis fori privilegio hujusmodi præsidio denudatos*. Et Tertiò, ibi, *data cunctis Judicibus absquè ullo præscriptionis obstaculo, sicut sepè dictum est, in testes animadvertendi licentia*.

2 Quem *textum* non procedere solùm in teste falso, sed in omni persona, quæ quovis modo jurisdictionem Judicis, etiam non sui offendat, communiter *DD.* docuerunt ex verbis illis, *ut quicunque aures ejus offenderint, non dubitent sibimet formidandum*, ubi *Pet. & Cyn.* reddunt illam rationem, quia aliàs frustrà concederetur jurisdictio, nam cùm alicui aliquid conceditur, & omnia conceduntur, sinè quibus concessio etiam commodè, & efficacitèr expediri non potest, *l. 2. ff. de jurisdict. omn. jud.* quam rationem expresse probat *Franchis* in puncto infra citanda *decis. 679. num. 5.* & dictum principale fundat idem *de Franch. decis. 722. col. ultim. verbo unus ex Dominis*, ubi testatur, semper fuisse intellectum illum *text.* qui

4 quomodocunque Judex offendatur, sequitur noster perdoctus *Capiblanc.* super *Pragmat. 8. de Baronib. num. 9. tom. 1.* & tandem eruditus *Salzedus ad praxim Canon. Dioz. cap. 97. versic. nec illud prætereundum*, *Farinac.* in *prax. crimin. titul. de Inquisition. quæst. 8. num. 26. volum. 1.* & *de opposition. contra dicta testium quæst. 67. §. 2. per totum*, *cart. mihi* 39.

Et sic sufficit offendere jurisdictionem tantum, ut delinquens quàmvis fori præscriptione tutus, possit etiam sine accusatore puniri à Judice alioquin incompetente, ut post *Gloss. ult.* docuit ibi *Petr.*

Digitized by Google

de Bellapertica in ultimis verbis.
5 Adeò ut *Gloss. verb. præscriptione*, docuerit
eudacter, illius *text.* decisionem procedere etiam in
teste clerico, quam probarunt ibi *Guglicl.Petr. de
Bellapertic.* in *vers. teneo*, *l.istam*, & reddit ratio-
nem his verbis, *ista duo*, *consensus*, *& reatus
omnem honorem excludunt*, *l.1.C.ubi Senat.vel Cla-
riss.Cyn.* in *vers. sed non videtur*, in quo licèt *Ful-
gos.* dixerit, illi *Glossæ* neminem contradicere, at-
tamen tres fuerunt opiniones, prima *dict. glos.* af-
firmative, secunda *Hostien.* indistinctè contraria
negative; tertia verò *Feder.de Sen.cons.93. factum
tale est*, qui permittit Judici laico suo motu punire
clericum extraordinariè tantùm in pecunia, non
ultrà, nec ad instantiam partis, in qua opinionum
6 varietate, secundam uti tutiorem elegisse S.C. te-
statur *Afflict.* ubi *Ursill.* latè *decis.* 230. ità tamen
ut rectè potuerit de falsitate etiam clerici cognosce-
7 re, ad finem terminandi causam principalem, in
quo necessariò erat cognoscendum de falsitate depo-
sitionis, ut non immeritò *Covar.cap.18.pract.* post
num.8. versic.sed & locus erit, reassumendo decisio-
nem Zenonis in *dict.l.nullum*, ita scripserit. *Sed
& locus erit huic opinioni*, *etiam si testis sit specia-
li privilegio exemptus à jurisdictione illius*, *coràm
quo testificatur*, *modò testis non sit clericus*, *&
Ecclesiasticæ jurisdictioni ratione ordinis*, *etiam si
coràm eo in ferendo testimonio crimen commiserit*,
citat *Innoc.Host.Jo.Andr.Ant.Panor.Felin.Castrens.
Jason.Bernar.Diaz.* licèt corruptè, dùm citat ipsum
cap.87. ejus praxis, ubi nihil habetur, sed benè
cap.96. vers.non potest puniri, attestetur, hanc es-
8 se communem, & receptam opinionem ex *Afflict.
dict. decis.*230. licèt aliud dicat observandum, ubi
laicus ex falso testimonio laeso, vel aliter offenderit
aures Judicis Ecclesiastici, quo casu sequitur eun-
dem *Afflict.* in altera *decis.*229. ut tunc ab utroque
9 Judice puniri valeat, ità tamen, ut sit præventio-
ni locus, ut utraque decisione examinata, illas
probat, & exornat late *Gutierez lib.1. pract. ad ll.
Regias cap.* 24. licèt hoc de clerico non examinet,
*Thesaur.decis.*266.*num.*3. & antè istos optimè Do-
minus meus *Capyc.decis.5. num.13.* & *decis.*140. &
utrobique *Petra*, & *Masul. addentes*, sequitur
*Bovadil.tom.1.lib.2.cap.18.cas.21.num.91.cart.*773.
ubi innumeros recenset, & ampliat in delegato à
10 Principe, *aunque contra el testigo no tenga juridi-
çion alguna*, *y esta es la mas cierta*, *y recevida opi-
nion*, citans alios, optimè *Petr.Cabal.resolution.
crimin.centur.3.cas.261.per totum*, à quibus extol-
luntur ambæ *decis. Afflict.*
Undè colligitur, *dict.l.nullum*, decisionem pro-
cedere indistinctè in omni Judice, quovis modo, &
causa incompetentem, & sic etiam delegato à Prin-
11 cipe indubiè ex recepta sententia, & fortè etiam
inferiori à Principe, modò non sit ei interdicta no-
minatim criminalis punitio, ut primum de com-
muni, hoc ultimum verò subdubius resolvit *Covar.
dict.cap.*18. post *num.8. vers.quamobrem sunt*, & in
vers. igitur delegatus, latissimè *Farinac. de testib.
dict.cap.67. §.2. limit.5. num.46.* & 51. *Cabal. dict.
casu* 261.post *num.7.* & sic nullo casu deficit decisio
12 *dict.l.nullum*; ubi potest declinari juridictio ratio-
ne solius incompetentiæ, sed solum ubi Judex non
est incompetens, sed penitùs incapax, ut est in cle-
rico, qui omninò est exemptus à potestate sæculari,
quod docuit *Oldrad.cons.83.num.7.Dom.de Franch.
dec.*417.post *num.5.Barbosa in l.si quis ex aliena 5.
num.64.ff.de judic.* ut meritò dici possit, regulam
d.l. nullum, esse infallibilem in casu incompeten-
tiæ, latè *Peguera decis.* 60. & 79. *Borgnin. Caval-
can.decis.2.num.11.lib.1.* qui id tribuit prorogatio-
ni, quam fieri posse in Judicem ejusdem Regni,
etiam in præjudicium superioris, probat ex *Gregor.
Barbosa* in *l.1.articul.4.num.26.ff.de judic.* de cujus
veritate discutere non est opus, cum prorogatione
13 non utamur, & quòd etiam in Judice causarum
civilium tantùm, quòd valeat punire testem falsum
coràm se deponentem, inclinat *Cabal. cent. 2. ca-
su* 116. contra *D.de Franch.decis.*147.
14 Accedat secundò *text.* cum *rubric. Auth. ut
omnes obed.Judicibus Provinciarum*, *& in crimina-
libus*, *& pecuniariis causis*, *nullo excepto per privi-
legium*, ubi *Gloss.* in *dict.rubric.* quam patet habe-
re orationem perfectam, in *versic. privilegium*,
subdit, *scilicèt specialiter indultum*, *vel de novo
concessum*, ut infra in *text.§.si igitur fuerint ambo*,
ibi, *neque ex privilegio cujusviam*, *neque ex jussio-
ne*, & supra in eodem contextu in *versic. qui enim
quolibet loco*, juncto inferiùs *versicul. ut unusquis-
que in qua provincia delinquit*, ex quo *text.* fuit de-
prompta *auth. qua in Provincia*, quæ sequitur *l.1.
15 C.ubi de crimine agi oport.* ubi leguntur formalia
verba, *qua in provincia quis deliquit*, *aut in qua
provinciarum*, *aut criminum reus sit*, *sive de ter-
ra*, *& de terminis*, *sive de possessione*, *sive de pro-
prietate*, *aut qualibet occasione*, *vel qualibet de re
fuerit reus*, *illic etiam juri subjaceat*, *quod jus
perpetuum est*, idest generale, ut subdit *Gloss.verbo
jus perpetuum*, conjungendo igitur prima verba
rubricæ in *auth. ut omnes obediant judicibus*, cum
verbis tàm *auth.C.* quàm in corpore, undè est de-
sumpta, clare apparet decisio, ut nullus Judici
inobediens possit sub prætextu, & colore cujuscun-
que privilegii, illius Judicis declinare jurisdictio-
nem, & ponderanda sunt verba illa amplissima, *vel
de qualibet alia occasione illic etiam juri subjaceat*,
& sic cujus rei occasione subiicitur ex delicto, ejus-
dem Judicis potestati meritò absque ulla spe decli-
nandi forum subiici debet, & inferiùs in *dict. au-
thent.* in *§. hanc dicet*, subiicit Imper. *Nulli per-
mittendum esse habere contra dictam legem quædam
privilegia*, *neque excipi ab illa qualibet privilegio
concesso*, *etiam Ecclesiis*, *domibus Imperialibus*, *sa-
cro patrimonio*, *aut sacris privatis*, *quæ merito post
supernum honorem secundo loco posita sunt*, constat
enim, ut subdit *Gloss.* habere Principem bona du-
plicis generis ad *l.benè à Zenone in princ. C.de qua-
dr.præscriptione*, quorum privata ipsius proximè
Imperialibus accedunt, quod & repetit inferiùs in
§.si verò quisquam, ubi irritat quæcunque privilegia,
etiam futura, in quo illud ponderare licebit, quòd
si inobediens Judici, neque privilegio Ecclesiæ,
vel Fisco concesso tueri potest, ut declinet forum Ju-
dicis, ubi deliquit, pari, & fortiori ratione Fi-
scalis Judicis jurisdictionem declinare non poterit
qui in re Fiscali, Judici quoquè Fiscali inobediens
fuit.
Et hoc specialiter probari in dictis juribus, & ju-
re induci posse ad comprobationem decisionis *dict.l.
nullum*, ex eo convincitur, quod *Bald.* in *dict. auth.
qua in provincia*, *num.2. in fin.* ad corroboratio-
nem decisionis iuris novi Authenticorum adducit
decisionem *cap.1.de privileg.lib.6.* dicens in hac ma-
teria, id, quod non operatur jus commune, nec pos-
se operari privilegium, citans *dict.cap.1.de privileg.*

in

Digitized by Google

in 6. & Castrens. in dict. auth. in princip. sub versic.
debet autem scire, plus dixit, & ista modo decla-
rat istum text. Innocent. IV. qui fecit cap. 1. de privi-
leg. in 6. quod fuit extractum de ista authentica, &
ejus corpore, quem eundem tex. in dict. cap. 1. in ra-
tione decisionis commun. DD. afferunt pro fulcien-
da decisione dict. l. nullum penitùs, ut constat ex
Felin. & aliis relatis per Covar. dict. cap. 18. post n. 8.
16 vers. sed & locus erit, in dict. etenim text. Inno-
cent. IV. summus Jurista volens libertatem, quam
Sedes Apostolica privilegio exemptionis indulsit,
sic integram observari, ut & illam alii non infrin-
gant, & ipsi ejus limites non excedant, diffinivit,
quòd quantùmcunque sic exempti gaudeant liberta-
te, nihilominùs tamen ratione delicti, sivè contra-
ctus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, ritè pos-
sunt coràm Ordinariis conveniri, & illi quòad hoc
suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit,
exercere, & subiicit Pontifex in fine, & id ipsum
decernimus circa illos, quibus ut nisi sub uno certo
Judice teneantur, de se conquerentibus, responde-
re Apostolico privilegio est concessum, ponderando
illa verba, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rei
enim appellatio generalissima est, & comprehendit
17 quodlibet jus, & negotium, l. rei appellatio-
ne 5. ff. de verbor. significat. si enim sola con-
sideratio rei sitæ sub jurisdictione Judicis dat ju-
risdictionem sublato privilegio, quantò fortiùs
si agatur de re, sivè negotio speciali, ad onus,
& cognitionem Judicis privativè spectante, cujus-
modi est res, causa, & pecunia Fiscalis, ad solius
Regiæ Cameræ divisum imperium pertinens, etiam
quæ ab ipsa Executori, de cujus culpa, & dolo pu-
niendo agitur, est demandata.

Hinc infertur, quòd licèt Delegatus Principis
18 in causa sibi commissa sit major quocunquè Ordina-
rio, tamen ratione delicti in committendo effici-
tur subditus ipsius Ordinarii, & ab eo puniri po-
test, etiam si delinquat in processu causæ delega-
tæ, jurisdictione abutendo, cum de aliis crimini-
bus sit indubium Bald. Arch. Panorm. Jas. & alii re-
lati per Aviles in cap. 1. prætor. verb. Mandado, n. 33.
cart. 27. ubi quòd exindè quotidiè locorum Or-
19 dinarii puniunt Regios Executores excedentes ter-
minos eorum commissionum, Cevaglios commun.
contra communes lib. 4. quæst. 896. ex num. 765. usque
ad num. 777. referens num. 771. verba Bald. in Mar-
garita ad Innocent. quòd Judex debet suam jurisdi-
ctionem defendere, ut Reus, & ut Judex, Reus sci-
licèt cum armis, ut Judex cum legibus, processi-
bus, non autem ut actor, quia fatuus esset, si pos-
sideret, & eligeret viam agendi, pulchra est decisio
Capell. Tholos. affirmantis hanc veritatem decis. 424.
ubi Aufrer. multa de utilitate interinationis, sivè
Regii exequatur, latissimè Petr. Cabal. cent. 1. resol.
crimin. casu 53. per totum, ubi num. 3. in specie ex-
tendit in Judicem majorem, qui ferat falsum testi-
monium, vel aliter offendat jurisdictionem Judicis
minoris.

Et secundùm ista intelligenda est doctrina Jo: Fa-
21 bri in l. 2. C. de offic. Præf. Urbis, dum ex verbis illius
text. ibi, Nec quasdam personas de Provincia exi-
stimet advocandas, nisi tantummodo suos Officiales,
& homines populares hujus almæ Urbis seditioni ob-
noxios, observat Faber dicens, Nota, quòd Judex
habet cognitionem suorum servientium, & Officia-
lium, & debent eis remitti, quod est verum, si de-
linquant in officiis, & sic tenet Curia Franciæ, in
quo non sine mysterio Imper. dedit potestatem Præ-
fecto advocandi suos Officiales, & pari modo reli-
quos populares Urbis, ut ostenderet, sub æquali,
& pariformi determinatione ipsi permittendam esse
cognitionem suorum Officialium in casibus, ubi de
popularibus cognoscere licet, & non aliter, & sic
excluduntur non minus Officiales, quàm reliqui
populares, in casibus exceptis, ubi alteri privativè
competit jurisdictio.

Et ità accipienda est doctrina Fabri ex text. quem
22 glossat, & altero, quem citat in l. de militibus 8.
ff. de custod. & exhib. reorum, ubi tantùm ponitur
regula generalis, de militibus ita servari, ut ad
eum remittantur, si quid deliquerint, sub quo mi-
litabant.

Quod apertissimè declaratur ex text. optimo,
quem citat Glos. 1. in d. l. de militibus, scilicet in l.
ultima sup. tit. 1. quæ est sub tit. ff. de accusat. ubi
hæc propositio generalis temperatur, & limitatur
23 in specie in milite, Ut alterius Provinciæ reus apud
eos accusetur, & damnetur, apud quos crimen con-
tractum ostenditur, quod etiam in militibus esse ob-
servandum optimi Principes nostri generaliter re-
scripserunt, ubi Gloss. citat auth. Qua in Provincia
supra ponderatam.

Non sunt igitur servientes, nec milites ad eum,
sub quo militant, remittendi, cum apud alios Ju-
24 dices deliquerint, in quolibet ponderare dictionem
illam, apud, quæ propriissimè idem significat, quod
coram, l. 1. & 2. ff. de offic. Præsid. vel penès, vel pro-
pè, l. is, apud quem, ff. de acquir. hæred. Cenedus de
Diction. singul. 19. August. Barbos. in simili tractat.
dictione 30.

Et hæc comprobat benè Gloss. tam in dict. l. de mi-
litibus, ff. de custod. reorum, quàm in dict. l. ulti-
ma, ff. de accus. dum citat concord. l. 1. C. ubi Senat.
vel Clariss. ibi, publicis legibus subjugetur, nec fo-
ri præscriptione utatur, omnem enim hujusmodi ho-
norem reatus excludit, imò d. gloss. ultima in dict. l.
fin. citat pro concord. dict. l. de militibus, quasi de-
beat declarari, prout necessariò fieri debet a d. l. ul-
tima, ff. de accusat. & ex gloss. & DD. in l. magiste-
ria 6. C. de jurisdict. omn. judic. in quibus latè habe-
25 tur, non in omni casu ad Præfectum militum ip-
sorum delicta esse remittenda, sed in delictis tan-
tùm militaribus, vel in expeditione commissis, ad
tradita per D. de Franch. decis. 88. Ajala de jure belli
lib. 3. cap. 8. num. 5. ubi dicit procedere decisionem
d. l. nullum in specie in milite, licèt enim Apparito-
res coram alio Judice conveniri non possint, quam
eo, cujus sunt Apparitores, & hoc est regulare in
omni Ministro, & Officiali, ut sub eo Magistratu,
& Præside conveniantur ad cujus prudentiam, &
judicium noscitur illius ministerium, & officium
pertinere, ut in Fabricensibus, qui sub Fabricen-
si conveniuntur, ne videantur ab ejus abstrahi mi-
nisterio, cujus obsequio deputati sunt, hoc verum
est, si talis Magistratus, & Præses ejus litis, &
causæ, de qua agitur, habet cognitionem, unde
milites, quamvis eorum ministerium ad officium
Magistri militum pertinere noscatur, non tamen
sub eo conveniuntur pro alia causa, quàm pro cri-
mine militari, nec etiam pro causis tributariis, pro
26 quibus conveniuntur tantùm sub eo Præside, in
cujus Provincia bona subjecta tributo sita inve-
niuntur, ut latè juribus fundat Lucas in rubr. C. de
apparit. Præf. Urbis, lib. 12. ante finem, versic. item
nota, cujus doctrinæ (licèt non integrè quòad ul-

tima

Digitized by Google

tima verba) memor fuit insignis, & juris nostri municipalis fons uberrimus *D. Reg. Tap. dec. 13. S.C.Neap. nu.7.*

Nec differtit ab his Imper.in *l.4.C.de offic. Rectoris Provinciæ*, ubi rescribens Imper. ad Periclem Præsidem, concedit illi potestatem, *ut etiam in officiales Præfectorum, cursum publicum laniantes, adest officium Ipsius Præsidis*, ut subjicit *Gloss. vel pravo contra utilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem, ita ut Præfectos*
27 *de eorum culpa facias certiores*, qui text.oi fallor, ad hoc est optimus, ut Officiales Præfecti Prætorio, de eo enim loquitur Imper. ut habetur in *l. 2. supra eod.* quem constat gerere majus officium, delinquentes contra officium Præsidis, vel contra
28 publicam utilitatem, quam in rebus Fisci versari compertum est *l. utilitos 3. C. de primipilo lib. 12.* ab ipso Præside, licet gerente minus officium, pu-
29 niendi sunt. Præses enim Provinciæ Præfecto Prætorio suberat, quippe qui variis Provinciis præerat, quibus Præsides dabantur, ut *tot.titul. C. de*
30 *off. Praf. Prætor. Orient.* quem meritò Viceregi nostro Neapolitano, vel aliis Regnis à Rege nostro delegato, æquiparat *Gothofred. in rubric. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* & ex nostris Consiliariis vir summæ eruditione *Scipio Capyc.* Antonii filius in sua *Magistrat. Regni cum Roman. Magistrat. comparat.* impressa post ipsius divina poemata, *Surgens de Neapol. illustr. lib. 1. cap. 14. num. 6. 8. in fin. cum seq. & cap. 19. per tot. de Ponte de offens. Regiis §. 6. num. 2. 24. 27. & 33.*

Imò, ut executio sit prompta, nec morosa, omnes *Provinciarum Apparitores pro inveterato authoritate juxtà nutum Judicis nudatos verberibus, si ita res tulerit, subjacere præcipimus, ut & facilis executio rerum publicorum sit, & officiorum insolentia comprimatur*, scilicet *Apparitorum inobedientia*, ut subdit *Gloss. in d. l. 4.* & addit Imper. in *ultim. verb. & Judicis severitati competens addatur authoritas*, quæ reddi nullo modo posset, si unius Judicis offensa commissa per Apparitorem in exequendo, ab alio Judice, & Tribunali esset media
31 fori præscriptione coercenda. Cum constet, non esse novum, Judices inferiores, quibus non est copia Apparitorum, alterius Judicis Apparitoribus uti posse, *§ si verò ignotis*, ibi, *& Judices siquidem administratores fuerint*, idest, *Ordinariè, hoc ipsi agant, si verò alii, assumant Apparitorem Prætoris Urbis*, quo casu absurdum esset, Apparitore delinquente, in exequendo Prætoris judiciam esse expetendum, licèt hoc sit longè extrà casum nostrum, in quo pro dignitate tam Magni Tribunalis Ordinarii in causis fiscalibus, eisque annexis,
32 omnes Ministri Justitiæ, & in primis Capitanei, qui Justitiæ executioni præpositi sunt, non minus Regiæ Cameræ, quàm M. C. sunt subjecti, si et ibi videntur addicti, ubi plus eorum opera videtur necessaria pro executione pœnarum capitalium.

Ideò enim appellantur *Apparitores*, quia reos ap-
33 parere compellunt in conspectu Judicum, *ab apparendo* dictum, vel ut præcepto obedientes, ex eo *quod promptè apparere debeat, & præstò esse ad obsequium*, ut explicat *Lucas in citat. rubric. de apparitor. Præfect. Urbis lib. 12.* ubi subdit, quòd ministerium Apparitorum, & fastigium Tribunalium venerandum exhibet Magistratuum majestatem, ex *Valeria*, & aliis, qui aliter vocantur *Ministeriales Judicis, Nuntii, Officiales, Viatores, & Executores*, ut plenè differit *Matthias Colerus tract. de process. execut. in præfat. num. 29. Cicero, Seneca, Livius, & Pollux apud Brisson. de verbor. signific. lib. 1. verbo Apparere.*

Et ne deficiat doctrina individua in puncto, & terminis, de quibus loquimur, in casu Executoris, qui deliquit in exequutione officii, & mandati sibi commissi, qui casus longè fortiùs stat pro jurisdictione Judicis, vel Tribunalis mandantis, quàm ubi testis solùm falsum deposuit, vel aliter resistendo, vel eximendo, Judicis aures offendit, ut in casibus, de quibus in *decis. Domini de Franchis 728.*

Ubi enim Exequutores in se exequenda de mandato Judicis malè versantur, quia culpa, vel dolo elusorium reddiderunt effectum, & potestatem judicis, quòd hoc casu à nullo alio possint, vel debeant cognosci, nisi ab illo Judice, & Tribunali, in cujus officio versantur, & contra quem culpam, vel dolum admiserunt.

Et quòd ita, ut prædiximus; & non aliter, omnia prædicta jura, & similia, quæ allegari possunt, sint necessariò intelligenda. In puncto docuit *Paul. de Castr.* si attentè legatur, sequentia præcedentibus conjungendo.

Is enim in *dict. l. nullum 12.* initiò ita summat, *Judex ex suo officio potest testem vacillantem, vel sibi ipsi contrarientem, vel falsum evidenter testificantem punire pro arbitrio suo, licet non sit de suo jurisdictione, ratione privilegii, vel juris communis*, addit *Paul. & idem videtur in quolibet Officiali Judicis delinquente in officio sibi commisso, ut in Notariis causæ, vel Nuntiis curiarum*, & sic Doctor iste veritatis clarissimè, & in puncto dicit,
34 decisionem *l. nullum*, comprehendere quemlibet Officialem Judicia, qui malè versetur in officio sibi commisso ab illo Judice, cujus mandatis paruit, & loquitur generaliter in quibuslibet Nuntiis Curiarum, licet non sint illi de sua jurisdictione ratione privilegii, vel juris communis, ut prædixerat.
35 Citat *Paul.* decisionem Justin. in *l. 2. C. de sportulis*, ubi conceditur licentia omnibus Judicibus quibuscunque etiam delegatis, quòd si Exequutores cessaverint causas ais instructas offerre, *quod*, sit *Gloss. verb. offerre*, *sepè faciunt pessimi Executores hujus Terræ non valentes parere Judicibus, tunc liceat & removere eos ab executione, & alios idoneos supponere, vel etiam multis afficere*, quod procedere in certo genere Judicum, quibus certa facultas conceditur, *nostris autem amplissimis Judicibus licentia sit, & majores pœnas, & corporales moculas Executoribus imponere, si malè fuerint circa lites versati, ut sciant non esse causas à se deludendas, nec lucri causa aliquod eis vitium imponendum.*

Cum verò amplissimis Iudicibus hoc concedatur, Senatus ordinem comprehendi, qui rectè, & pro-
36 priè amplissimus est ordo, ubique edocemur, & præsertim in *l. 1. ff. de colluf. deteg.* cum aliis à *Brissonio de verb. significat. verb. amplissimus ordo, Scypio Capyc. ubi supra.*

Hoc idem docuit *Paris de Put. de sindic. verb. Officialis cap. 1. num. 3. cart. mihi 247.* ubi postquàm fundavit, Apparitores coràm alio Iudice conveniri non posse, quàm eo, coràm quo militant, ex traditis per *Luc. in rubr. de appor. Præfect. Urb.* subdit hæc verba, *quod est verum, si talis*
37 *Magistratus ejus habet cognitionem, quia militet,* quo-

quarum ministerium pertinet ad officium Magistri
militum, non conveniuntur sub eo pro alia causa,
quam pro crimine militari, l. ultima. ff. de re mi-
38 *lit. nec etiam pro tributis, quia debent respondere*
sub Præside; esto igitur, quod isti essent subditi
M. C. eum tamen hujus causæ non habeat, nec
possit habere cognitionem M. C. tum quia de causa
principali, & illa, quæ ex ea incidenter oritur ad
interesse, uti concernente Regium Patrimonium
39 non potest Mag. Cur. valut omnino incompetens
cognoscere, ut ex *Paride*, & *Luca* etiam relatis,
hoc comprobat *Dom. de Franch. decis.* 679. ubi ea
40 ratione testatur inclinasse Sac. Consil. ut Curia
Artis Lanæ cognosceret de delicto Commentarien-
sis, sivè suarum carcerum Custodis, quia nedum
erat suus peculiaris minister, verùm adeò Iudex
erat capax, ut de subditorum suorum delictis ha-
beret privilegium privativè cognoscendi, & quia
ipsa Curia, non autem aliud Tribunal, erat prin-
cipaliter offensa.

Idemque in terminis, & in puncto meliùs om-
nibus docuit doctissimus *Petrus Gregor. Tholos.* in
syntagmat. juris universi par. 3. de actionib. lib. 48.
cap. 40. *de administris judicior. & Judicum*, post
num. 24. ubi loquens de Apparitoribus, dicit, *pos-*
41 *se comprehendi, & castigare à Judicibus loci, in*
quorum excedunt territorio, & extrà potestatem
quippiam temerè exequuntur, eo adhibito tempe-
42 *ramento, ut Viatores, seù Apparitores Regii non*
possint ab aliis, quàm à Judicibus Regiis castigari,
ob spretam veniæ petitionem exequendi. Verumta-
men licebit cuilibet Judici Apparitorem retinere,
& jubere coràm se sistere, ut de mandatis, seù com-
missione doceat, ratione cujus executionem parat.

At jure communi in Gallia servata, privilegium
43 *Apparitorum est, ut coram alio conveniri non pos-*
sint, quàm coram eo, cujus ministeria addicti sunt,
ne à ministerio, cui deputati sunt, avellantur.

Sed hoc (subjicit ille) *in aliis criminibus proce-*
44 *dere, quàm in officiando apud alios Judices, & in*
præjudicium jurisdictionis illorum commissis, cum
45 *unicuique Judici liceat etiam pœnali judicio juris-*
dictionem tueri, l. fin. ff. de officia ejus, l. si quis ex
aliena. ff. de judic. cum concord.

Confirmant *Addentes ad Joan. Imbertum Rupell.*
instit. forens. lib. 1. *in principio*, ubi dicunt, *apud*
46 *Gallos servari, ut Judex de delictis Apparitorum*
in munere exequendo cognoscat. Quod etiam in pun-
cto voluit *Ranchinus ad Guid. Pap. dec.* 328. ubi,
quod licet servientes delinquentes in territorio ali-
cujus Domini, ab ipso poterunt puniri, hoc proce-
dit, ubi illi delinquerent per se agendo, aut exe-
quendo literas emanatas ab ipsis Ordinariis, & ex
47 *sua Curia, secus autem, ubi illi servientes delin-*
querent circa executionem aliquarum commissio-
num, quæ ab aliis Judicibus emanassent, quia tunc
ab eo Judice, unde illæ commissiones emanarunt,
puniendus esset talis serviens, quia ea commissione
48 *abusus est*, citat *Boer. dec.* 9. *nu.* 6. ubi ex *Alber.*
ita decisum testatur pro Capitaneo loci contrà po-
testatem Bononiæ, ut minister debuerit puniri à
Capitaneo, qui dederat commissionem.

49 Et ratio esse potest, quia instantia executionis
pars quædam est litis principalis, aut saltim accessio;
qua ratione procurator, qui liti principali adfuit,
cogendus est, ut cætera prosequatur, *l. filiusfami-*
lias, §. ultimo, ff. de procurat. Anton. Faber C. titul.
de in jus voc. definit. 12. *lib.* 2. Et hæc doctrina ex fon-
tibus juris deprompta, & in praxi recepta sexcentis
mediis fulciri posset, sed pauca non omittam.

50 Et primò constat, omnibus Magistratibus, ex-
ceptis Duumviris, idest defensoribus Civitatum,
juxta *Glos.* sententiam, secundùm jus potestatis suæ
concessum esse, jurisdictionem suam defendere pœ-
nali judicio, ut *Ulpian.* notat in *l. unic. ff. si quis ju-*
risdic. non obtemper. & alibi dixit *Paul.* in *l. si quis in*
51 *jus voc. non ierit, quod si aliquid opponatur, quod*
contradicat, vel impediat jurisdictionem Judicis,
potest ipse cognoscere, utrum sua sit jurisdictio, cap.
super litteris, ubi *Gloss. verb. nisi, de rescript. l.* 2.
52 *§. sed & si dubitetur, l. si quis ex aliena, ff. de judic.*
quod procedere etiam in Judice delegato, latè pro-
bat *Gaylius lib.* 1. *observ. cap.* 34. ubi *Græveus* in
addit. latiùs *Barbos.* in *dict. l. si quis ex aliena* 5. ex
num. 101. *ff. de judic.* ubi *num.* 114. advertit, nihil
53 obstare, quod videatur causa propria ipsius Judi-
cis, quia posse judicare in causa, non est commo-
dum proprium, ut in propria causa, de qua in *l.* 1.
§. propriam autem, ff. quand. appell. sit, sed magis
onus, *l. fin. §. judicandi, ff. de muner. & honor.* etiam
54 si Judex sit recepturus sportulas, nisi sint maximæ,
& excessivæ, ut per eum *num.* 116. *cum seq.*

55 Et Judex causæ præparantis est etiam causæ præ-
paratæ, *l. ordinarii, C. de rei vendic.* quem exornat
Castell. Cotta in *suis memorab. versic. Judex causa*
præparantis, latè *Barbos.* in *l. si quis postea quàm*
56 *num.* 96. *de judic.* & alibi Judex causæ principalis
efficitur competens cujuscunque causæ incidentis,
& si de illa non possit principaliter cognoscere, *l. nul-*
li, l. quoties, C. de judic. l. fin. C. ubi, & apud quem,
l. cum proponas, C. de rebus credit. sepè citata *l. nul-*
lum, C. de testib. cap. causa de in integr. restit. Bar-
bos. in *l. Titia, ff. solut. matrimon. Lapus, Panorm.*
& ex modernis *Borrell. Sanch. Tuschus, Tepat. Bi-*
mius, & *Gayl.* quos congessit *Marius Giurb. con-*
sil. 80. *num.* 28. *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *clau-*
sul. 4. *Gloss.* 13. ex *num.* 5. ubi latissimè agit, de qui-
bus causis, etiam spiritualibus, possit Judex sæcu-
laris incidenter cognoscere, & pulchra tradit, quæ
applicari possunt ad remedia *Capit. Regni* pro tuitio-
ne Regiæ jurisdictionis,

His concinunt tradita per *Affl.* quod Judex etiam
57 delegatus potest pronunciare super successivo illius,
quod principaliter agebatur in judicio, quod ite-
rum confirmavit in pulchro casu in *decis.* 227. Et
Consules Notariorum, vel artium, qui habent ju-
risdictionem in causis Tabellionatus, vel mercium
dumtaxat, censentur eandem habere in connexis,
& dependentibus ab eis, ut sunt fidejussiones, & pœ-
næ positæ in contractibus factis occasione mercatu-
58 ræ, cum de connexis, & emergentibus idem sit
judicium, & proinde sub eo Judice, sub quo prin-
cipalis, tanquam subditus conveniri potest, etiam
pro istis respondere quis cogitur, ut per *Bald.* in
l. cum vendente, C. ubi causæ fiscal. & in *l. si quis,*
§. rationem, ff. de edend. hinc *Felin.* in *cap. quoniam,*
59 sub *num.* 2. *col.* 4. *de rescript.* docuit, quod quam-
vis jurisdictio perpetuata quòad expressa in rescri-
pto non operetur, nec perpetuetur in non expres-
sis, tamen secus est quòad connexa, & dependen-
tia, latissimè *Fulvius Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 26.
60 ex *num.* 45. 46. 49. & *num.* 51. quod jurisdictio super
principali extendatur ad connexa, & dependentia;
imò quod veniat illud in judicium, quod aliàs non
61 veniret, & *num.* 54. hoc esse generale, ut qui co-
gnoscit de judiciis præparantibus, cognoscat de
præ-

Digitized by Google

præparato, seù subordinato, ne judiciorum con-
62 nexitas, seù contiguitas dividatur, quod probat
esse generale tam in civili, quàm in criminali judi-
cio, & *num.55.* plura *Barbosa* ad *l. venditor 49.*
num.183. & 185. ff. de judic. quod præsertim dicit
procedere in procuratore Fisci, quòd possit de cau-
63 sa cognoscere etiàm quoad privatos, cum habeat de-
pendentiam à causa Fiscali, cujus procurator Fisci
erat Judex competens, ex *l. in fraudem 45. §. qui*
pro alio, ff. de jur. Fisc. & notatis per *DD.* in *d. l. cum*
64 *vendente*, dummodò causa habeat immediatam de-
pendentiam à prima, quo casu licet procedere ex
officio via executiva, *num.188. & 190.* & sic cùm
Fiscus habet principale, non secundarium interes-
se, etiam ex eo, quod habeat, vel habere possit si-
miles causas, ut judicatum refert *Dom. Capyc.* in *in-*
vestitur. verb. gabellit, versic. gabellariorum lites,
cart.115. à quo non audet recedere *Dom. de Fran-*
chis dec.117. in fin. & *decis.132. Thesaur. decis.213.*
ubi filius in *addit.*

Et pulchra tradit *Bovadil. tom.1. lib.2. capit.21.*
fallentiis 6. & 7. num.81. & 82. ubi quod Judex,
65 qui non cognoscit de civilibus, *puede conozer de*
los civiles incidentes, y annexos à su comission, co-
mo es de la opposicion de las dotes de las mugeres, y de
otros acreedores por sus bienes sequestrados, y sobre
las causas de la emancipacion, ò de libertad, y sobre
otras de otros generos, citans infinita, & *num.82.*
notabiliter loquitur contra turbantes, & impedien-
tes effectum jurisdictionis directè, vel indirectè.

Quæ quidem omnia super iis tradita si procede-
rent etiam ubi isti Capitanei, & Executores tanquam
specialiter addicti Magnæ Curiæ, fori præscriptio-
ne ex speciali privilegio exemptionis gauderent.

Quantò fortiùs ubi nullam prætendere possunt
exemptionem à jurisdictione tam maximi Tribuna-
lis, cui ex speciali provisione Caroli Cæsaris invi-
66 ctissimi sub Præsidatu D. Petri à Toleto, tria super
hoc pro authoritate Regiæ Cameræ statuta fuerunt,
in *Pragmat.* quæ in novissim. est 13. *de offic. Procur.*
Cæsar.

Primum in §. *e più volemo.*

67 Secundum in §. *& quando fusse offesa la Camera,*
ch'è tanto supremo Tribunale, quella non habbia
à rimetterlo ad altro Tribunale, ne aspettare il re-
medio.

68 Tertium in §. *fin.* ibi, *e perche la volontà de la*
Maestà Cesarea è, che questa Regia Camera si regga
con la debita authorità, è riverenza di tutti li sud-
diti di Sua Maestà; volemo, & ordinamo al Ma-
gnif. Regente della Gran Corte della Vicaria, Au-
dienza del Regno, e Capitanei di guardia di questa
Città, che circa l'esecuzione delle cose per questa
Regia Camera determinate, & ordinate, in tutto
quello, che spetta al vostro officio, come di sopra è or-
dinato, vi assistano, & prestino il lor braccio; ac-
ciocchè questo Tribunale in tutte le cose di sua admi-
nistratione, & giuridittione habbia l'integra, e de-
bita obedienza, si come per antiqui ordini delli Se-
reniss. Rè, & in specie di Rè Catholico d'immortal
memoria, & per essa Cesarea Maestà stà ordinato,
che tal'è nostra volontà, datum Neapol. die 22. Ja-
nuar. 1533.

Et si ex particulari Augustissimi Cæsaris provi-
sione non solùm Ministri inferiores obedire, sed ma-
jores assistere debent, ut in omnibus pertinentibus
ad cognitionem, & jurisdictionem tanti Tribuna-
lis, debeatur sibi integra, & debita obedientia,
tantum abest, ut ab ipsius Imperio sint exempti;
quod ipsius potestati, & præceptis Imperiali san-
ctione, & vetustissima consuetudine subjiciantur.

Unde non obstat quod dixit *Regens de Ponte de*
divers. provis. sub *tit. de Capitan. Justitiæ §. faciunt*
etiam banna, num.4. Duo enim dicit. Primum,
quòd dicti Capitanei immediatè sunt subditi Regen-
ti Magnæ Curiæ. Alterum, quod Regens verè ap-
pellari potest Præfectus vigilum, ponderando re-
sponsum *Pauli* in *l.3. ff. de offic. Præfect. vigil.* pri-
mum gratis asserit, nec authorem aliquem citat pro
69 hoc suo dicto, & licèt verum videri possit ex eo,
quod potissimè eorum officium versetur circa captu-
ram delinquentium, & reorum custodiam, & pu-
nitionem, quæ præcipuè est demandata Magnæ Cu-
riæ Judicum criminalium, non ex hoc minus obedi-
re debent aliis Tribunalibus, præsertim Regiæ Ca-
meræ, cui nedum pro executione justitiæ, quæ est
communis omnibus Tribunalibus, & ut ipsi suum
munus exerceant, ad quod sunt creati, & deputa-
ti, ut ipsorum nomen, & forma Regii tituli, &
commissionis, cum à Rege ipsi Capitanei creantur,
manifestè probant, verùm pro exequenda justitia,
& pro particulari defensione, & tuitione Reg. Pa-
trimonii, & bursæ Fiscalis, de qua salaria pro vi-
tæ, & officii præsidio percipiunt, & in qua publi-
ca, & communis omnium versatur utilitas, Regiæ
Cameræ obedire tenentur, ex eorum instituto, &
Regia provisione.

Sed quod Regens Magnæ Curiæ comparandus
70 sit Præfecto Vigilum, in hoc manifestè errat, ni
fallor, & cum eo bonus Judex *Tassonus*, qui ei cre-
didit in *Pragmatica de antefato, vers. 3. observat. 3.*
§.14. vers. Regens dicitur, is enim Vigilum, scili-
cet Præfectus, ut ex ipsa *l.3.* clarè colligitur, mo-
71 dicè tantùm poterat fures punire, non capitaliter,
neque de ulla capitali causa cognoscere poterat, sed
ad præfectum Urbis remittere debebat, *l. unica C.*
de offic. Præfect. Vigil. & scribit *Paul.* in illomet *tex.*
l.3. in §. cognoscit Præfectus, ff. eod. citato per *Dom. de*
Ponte, omnia enim omninò crimina Præfectura
Urbis sibi vindicavit, *l.1. ff. de offic. præfect. Urb.*
non igitur ex eo, quòd ad officium Capitaneorum
justitiæ, qui Magn. Curiæ ut plurimùm adhærent,
spectet custodia Urbis nocturno tempore, rectè in-
fertur, ut Regens Magnæ Curiæ Vicariæ Præfecto
Vigilum comparetur, qui in sua origine, nec inter
72 Magistratus connumerabatur, *l.2. §. ita decet, ver-*
sic. nam Præfectum, ff. de orig. juris.

73 Ut non immeritò *Mastrillus Siculus* agens de
Capitaneo guardiæ Panormitano, cui subesse testa-
tur octuaginta milites, seù lictores, ipsum Capi-
taneum comparavit Præfecto Vigilum, ob custo-
diam nocturnam Urbis sibi demandatam ex forma
litterarum Regis, quod si admittamus, major ap-
parebit lapsus nostri *Regentis*, dum infima subli-
mioribus comparavit.

Verùm id cautè advertit doctissimus *Dom. Regens*
Tapia, dum in *lib.2. Juris Regni*, sub *titul. de of-*
fic. Capitan. custodiæ Civitat. rubr.22. dicit, quòd
licet hoc officium videatur constitutum ad similitu-
dinem familiæ Præfecti vigilum, non tamen com-
parari potest ipsi Præfecto, qui de certis delictis co-
74 gnoscere poterat, cum tamen isti Capitanei cogni-
tionem nullam habeant, sed tantùm inquirendi,
idest perquirendi, & capiendi facultatem, ut patet
ex *Pragmat.35. de offic. Magistr. Justit. seu Mag. Cur.*
Vicar. & seq. quas *Dom. Regens* inseruit ibid. *fol.335.*

Digitized by Google

qui postea in *titul. de Alguzer. rubric.* 24. congestis
in unum juribus municipalibus, dicit, Capitaneo-
rum certum esse numerum cum suis Caporionibus,
Alguzeriorum verò non esse numerum certum, &
non aliod esse, nisi justitiæ executores, com eorum
sit officium acta partibus ootificare, & delinqoen-
tes carcerare, citans nostrum *Surg. de Neap. Illustr.*
lib. 1 *c.* 9 *num.* 8. & sic supponit vir versatissimus, es-
se Ministros commones omnibus, & deputatos pro
exequendis mandatis cujuscuoque Tribunalis, &
Jodicis, ad justitiam deputati, & si speciale habuis-
sent fori privilegiom, non reticuisset, de qoo oe-
mo ex Regnicolis, qoos viderim, meminit.

Ut patet etiam ex externis, tam ex legibus, &
DD. Hispanis citatis per *D. Tap.* suprà *d. tit.* 24. *de al-*
guz. car. 543. quam ex latissimè traditis per *Bovadil.*
tom. 1. *lib.* 1. *c.* 13. *De los alguaziles.* ubi pulchra, præ-
sertim *num.* 11. *&* 47. subjicit, utrum Alguzerii de-
beant exequi quodlibet mandatum, etiam injustum
del Corregedor, *su Teniente*, *ò Superior*.

Nec ex eo, quod concedimus, hos Capitaneos
esse addictos Magnæ Curiæ, & subjici Regenti, tan-
quàm capiti, infertur, non subjici Regiæ Came-
ræ, etiam si deficeret *Pragmatica*, quia sicut juris-
75 dictio omnis censetur concessa cumulativè activè,
sic etiam passivè, ex regula correlativorum, ut ge-
neraliter disponitur in *l.* 1. *C. de off. præf. urb. l. fin. C.*
de jurisd. omn. judic. Roman. latè *consil.* 242. *& con-*
76 *sil.* 393. *in princ.* ea ratione, quia major favor pu-
blicus est, quòd sint plures Judices, qui jurisdi-
ctionem administreot, *Bal.* in *l. unica*, *§. ubi autem.*
num. 6. *in fin. C. de caduc. toll.* alios infinitos congerit
Barbos. in *l.* 1. *art.* 4. ex *num.* 77. 79. *&* 92. *ff. de judic.*
quæ ratio æqualiter militat activè, & passivè, ut
colligitur ex traditis per Dominum meum *Reg. de*
Curte de feud. p. 1. *c.* 10. iocip. *potest quoque* sub *n.* 8.
versic. & si hoc modo.

Et Bovadil. paulò ante citatus *d. cap.* 13. *num.* 31.
generaliter subjicit verba aurea in proposito: *Dezi-*
mos pues, que porque el fin de la justicia es la execu-
cion, el executar es nervio della: porque veamos,
que vale mandar prender, sino ay quien prenda? Que
importa proveer, que se agan execuciones, si no ay
quien execute? de que sirve ordenar, que con gran
secreto se cumpla una cosa, que conviene à la execu-
cion de la justicia, si no ay quien guarde el secreto?
y antes ay quien avisa del negocio. Et paulo iofrà,
por esto dizen el J.C. y el Papa, y otros, que no sir-
ve de nada establezer leyes, si no ay quien las execu-
te, y segun Accursio dar sentencias si no ay quien
ponga en effecto.

Et tandem pro coronide cessat omnis objectio,
quæ imaginari potest, tum quia Fiscus Regii Patri-
monii noo prætendit solùm cognoscere de delicto,
vel culpa Capitanei, sed illum, si fortà delictum
probetur, condemnari facere ad illud, qood debi-
tor Fiscalis, qui à suis manibus dolo, vel negli-
77 gentia aufugiens, Fisco tenetur, de quo oullus
alius potest esse Judex iure communi, & Regio,
nisi sola Regia Camera, & ex delicto, & qualitate
negligentiæ oritor ius ad interesse, & sic omniob
est inseparabilis ponitio criminis ab emendatione
damni, & interesse debiti Fisco ex fuga carcerati,
ut notatur in *d. l. ad Commentariensem*, *C. de custod.*
reorum, & infra latiùs; quinimò si Mioistri non
fuint electi à Principe, vel Universitate, sed à Po-
78 testate, vel Officiali majori, ipsi teoentur ad inte-
resse pro culpa Ministrorum, ab eis electorum, *tex.*

ubi *Platea* in puncto in *l. Præfectus*, quæ est *l. ult.*
C. de apparit. præfect. annonæ lib. 12. & sunt apertæ
leges partitarum, & fori, super quibus *Suar. Mon-*
talv. & alii relati per *Aviles* ad *ll. Prætor. c.* 18. *vers.*
carcel, *num.* 7. *cum seq. Bovadil. d. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 14.
Avend. de exequend. mand. par. 2. *cap.* 22.

Et quateous esset capax Magna Curia hojus co-
gnitioois (cojus contrarium est plusqoam notorium)
cessaret omnis ejus prætensio, stante præventione,
facta per Reg. Cameram in capiendo ioformatio-
nem, procedendo, & carcerando, prout aliàs fuis-
se judicatum in terminis *l. nullum*, testatur *D. de*
Franch. decis. 147. *&* 679. *num.* 3. *Farinac. loco cita-*
to de testibus q. 67. *§.* 2. *ampliat.* 2. *num.* 32.

Cujus præventionis est tanta vis, ut etiam Ju-
79 dex minoris Tribunalis præveniens, ex præoccupa-
tione jurisdictioois, non teneatur causam remitte-
re majori, nisi recognoscat illam jurisdictiooem in
specie à majori, & præsertim si major ille sit Prin-
ceps supremus, vel iura Principis repræsentet, qui
solus causam etiam præoccupatam ab inferiori ad se
avocare potest, *cap. ut nostrum*, *de appellat. Bald.*
Marian. Socin. Alexand. Decian. & alii relati per
Barbos. io *l. si quis posteaquam*, ex *num.* 12. *&* 13.
ff. de judic. & sic posset Regia Camera repræsentans
Principem, si esset causa præventa per Magnam Cu-
riam, ad se avocare, & in puncto in terminis dictæ
l. nullum, ioter Curias ioferiores, concessis literis
executorialibus per Curiam honestatis, & facta re-
sistentia Lictoribus exequentibus per aliquos d. Cu-
riæ non subjectos, ipsisqoe carceratis per Ministros
alterius Curiæ criminalibus causis oppositæ, con-
cludit *Caball.* re ad partes discussa, locum esse præ-
ventioni, quamvis offensæ fuerint aures Curiæ
maodantis exequutiooem à persona oullo modo
subdita, cum illa io solas inhonestas personas juris-
dictionem haberet, *cent.* 2. *cas.* 117.

80 In quo non reticebo lapsum boni senis *Tassoni*,
quia ut suum librum omni farragine impleret,
fol. 130. *num.* 138. dixit, falsificantem provisiones
Regiæ Cameræ, fuisse ad mortem damnatum per
Sac. Consil. ex decisione *Salern. dec.* 28. qui tamen
dicit id fuisse decretum per Regiam Cameram, fa-
cta relatione in Collaterali.

Ex quibus non est necessarium discutere de veri-
81 tate, & justitia decisionis relatæ per *D. de Franch.*
pro M. Adimirato *decis.* 722. pro quo scripsit *Consi-*
liarius de Anna consil. 107. *lib.* 2.

Ultrà enim quòd decisio illa processit contrà vo-
tum illius insignis *Præsidis de Franch.* ut ex con-
textu suæ decisionis patet, & ipse idem *Consi-*
liarius de Anna, qui obtinuit, in fine addit,
& fuit visa magna decisio, *Mastrill. decis.* 147.
n. 19. de illa decisione maximè dubitavit, & plo-
82 ries contra illam decisum fuisse Siciliæ testatur,
prout etiam io Regno nostro per Sacrum Consi-
lium alitèr postea fuit judicatum contrà Ducem
Nuceriæ, & alios in pluribus causis.

Præterea illius decisioois Achilles consistit ubi
summus Rex concedit jurisdictionem Baroni in-
feodando cum utili dominio privativativè quoad
83 omnes Magistratus, quo casu difficillimè deroga-
tur jurisdictioni concessæ in dominium, & jam de
patrimonio feudatarii effectæ, ut discurrit *D. Con-*
sil. de Anna illius decisionis defensor, & sic ubi coo-
tendit Officialis habens jurisdictionem in officium,
cum Barone habente illam io dominium. Item
cum obstat jurisdictio privativè concessa alteri.

Digitized by Google

Et tertiò in casu simplicis offensæ ex causa resi-
stentiæ. At hic contemdit M.C. quæ non habet ju-
risdictionem, nisi in officium.

Item quæ non solum non habet jurisdictionem
84 privativè ad Regiam Cameram, sed S.C. potitur
illa privativè ad M.C. de jure communi, & muni-
cipali, & ex diversis fontibus, & radicibus, cum
speciali Regis provisione super unoquoque capite,
ut ex suprà relatis colligitur, & præcipuè ex dicta
pragmat. 13. de offic. procurator. Cæsar.

Et omninò est incompetens Mag. Cur. cum de
cognitione, & punitione agatur ejus culpæ, quæ
probata producit emendam damni, & interesse pe-
cuniarii, de qua non est solummodò incompetens
M.Cur. sed S.C. cui illa subordinatè subjicitur, ita
ut si vinci posset vincens ipsam, longè fortiùs & illa.
85 Constat enim, quod ubicunque oritur actio
criminalis quòad pœnam, oritur uti consequens
actio in factum ad interesse, quæ est adeò conne-
xa, & inseparabilis, ut Judex, qui de causis tan-
tùm criminalibus cognoscit, condemnabit ad in-
teresse, *l. non solùm, §. latrunculator, ff. de judic.*
86 & debet facere, etiam si non petatur, & quamvis
pro delicto imponatur sola pœna extraordinaria, ut
post *Isern.* in *Const. Si quis in posterum, verb. no-
vatas*, decisum, & practicatum testatur *Dom. de
Franch. decis. 333.* post *num. 6.* & *dec. 460. Masul.
ad Capyc. dec. 141. in fin Caball. centur. 2. casu 165.
in fin.* in suis *resolut. criminal.*

Ultimò non debet dedignari M.C. ipsiusque gra-
ves Judices, quòd dum Reg. Cam. Perceptorem de
occupatione, & subtractione maximæ quantitatis
Regiæ pecuniæ, mala administratione, & gravi-
bus culpis, his calamitosis temporibus, reum de-
latum, mandaverit in carcerem detrudi, & è ma-
87 nibus familiæ, cui fuerat traditus custodiendus,
quæ pervigili, & maxima cura personam sibi de-
positam custodire tenebatur, ad tradita per *Bossium
de carcer. fidejuss. relax. n. 15. versic. & ratio, l. mili-
tes, ff. de custod. & exhib. reorum, Cabal. centur. 3.
cas. 299. num. 21.* is penè invisibilis evasisset, & ad
Ecclesiam cum pretiosiori supellectili se contulis-
set, voluerit Regia Camera facti veritatem investi-
gare, ipsiusque Ministri personam, in quo regula-
riter culpa in his casibus præsumitur, loco fugien-
tia in tuto reponere, ut veritate comperta, con-
stito de delicto, condignas lueret pœnas, quibus
obnoxius esset qui fugerit, *l. ad Commentarien-
sem 4. C. de custod. reorum, l. si quis aliquid, §. similes,
ff. de pœnis, Caball. centur. 3. casu 294. n. 287.*
88 Quòd enim culpa præsumatur in Custode ratio-
ne publici, vel privati officii, nisi ipse probet,
non solùm casum, sed quòd ille fortuitò, & absque
ipsius culpa, vel causa evenerit, *Glos.* in *l. cura ita,
§. species in fin.* ubi *Bald. ff. de legat. 3.* latissimè *Fa-
rinac. de carcerib. & carc. quæst. 31. ex n. 19. Bova-
dil.* bellissimè *lib. 3. cap. 15. num. 125. car. 394.* ubi
citat. *Gloss.* in *l. 2. §. effractura*, ubi *Bald. ff. de of-
fic. Præfect. vigil.* cum aliis per *Menoch. de arbitr.
lib. 2. centur. 4. casu 302. Aviles* in *cap. Prætorum,
num. 13. & 14. vers. carcel*, qui dicit, speciale esse
in Custode, quòd ipsi incumbat onus probandi,
89 quod sine culpa, & negligentia sua aufugerit,
quia officium ejus erat diligenter custodire, & ideò
debet probare diligentiam. Quinimò *Gregor. Lo-
pez* relatus per *Aviles* dicit, in hac materia ratione
90 culpæ posse quem puniri pœna mortis naturalis ex
circumstantiis.

Si enim aliter ipsa M.C. fecerit, evitare non po-
terit indignationis aculeos, quos *Imper.* minatur
in *l. Potiori 5. C. de offic. Rect. Provinc.* ubi postquam
91 jussit *potioris gradus Judicibus, ab inferioribus
competentem reverentiam esse tribuendum*, quod
estò, ad hunc casum prima hæc verba applicari non
posse, attamen subsequentis præcepti verba effu-
gere Magna Curia non poterit, subdit etenim *Im-
92 perat. cum etiam minorem Magistratum, ubi pu-
blica tractatur utilitas*, quam in Fisco notissimum
est versari, *l. utilitas 3. C. de primipil. lib. 12. veri-
tatem investigantem pro incumbentibus ejus officiis,
nullam etiam majori irrogare injuriam*, decisione
93 Cæsarea declaretur, & amplius subdit, *ut is Ju-
dex, qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut in-
dignis injuriis existimet afficiendos esse eos, qui of-
ficia cum potestate moderantur, non declinabit Im-
perialis indignationis aculeos*, & sic noverit ipsa
Magna Curia, quod etiam si major esset, non debet
indignè ferre, si minor ad veritatis, & publice utilita-
tis commodum, quod sibi incumbit suum exercen-
do officium cum potestate moderetur, etiam quia
Imper. in *l. singuli 2. C. de off. divers. judic.* ita man-
94 dat, *singuli quoque Judices sciant celsioribus vi-
ris, & iis, quorum nonnunquam judicia prove-
huntur, honorificentiam debitam esse præstandam,
nec in subscriptionibus suis fratres audeant nomi-
nare: apparitione mulctanda, cujus est hæc cura*,
non enim *Imper.* dixit *majoribus, vel superioribus*,
sed *celsioribus*, & sic altioris ordinis, etiam non
superioribus.

Pro cujus controversiæ decisione transmissis Hi-
spaniam hisce pro meo Reg. Cam. Tribunali, alle-
gationibus, & discusso maturè negotio, ut par
erat, in Supremo Italiæ Cons. S. M. sequentes de-
mum Comiti Montisregii, dedit litteras, quibus
non modo pro Reg. Cam. decidit, ut Regni San-
ctionibus attentis Reg. Cam. præcipere possit Capi-
taneis, aliisque Justitiæ Ministris, quod ei Regii
patrimonii administrationi expedire visum fuerit,
& de eis, si quid in ejus exequutione deliquerint,
cognoscat, verùm mandat, pro ejusdem Regiæ
Cameræ authoritate, ne Regium Collaterale Con-
silium quicquam se ingerat in visitatione carcerato-
rum Tribunalium Reg. Cam. Sum. ac Sacr. Consil.
juxtà observantiam: plura Rex noster addit pro
Reg. Cam. conservanda jurisdictione, imò se valde
miratum dicit de hisce Mag. Cur. prætensionibus,
quas in futurum silere præcipit; litteræ sunt die 1.
& 3. mensis Octobris 1637. Quæ legantur.

Segn. D. Alonzo de la Carrera.

POr los inclusas copias de dos reales cartas de Sù Magestad de primero, y tres de Otubre proximo pasado verà V.S. lo que se sirve de mandar à çerca de las diferençias que hà havido entre el Tribunal de essa Regia Camera, y el Regente de la Gran Corte de la Vicaria, y me manda el Duque mi Señor remitirlas à V.S. parque si huviere algo, que executar en esse Tribunal en cumplimento de lo que Sù Magestad manda en ellas, dè orden V.S. que se execute luego, y que se note donde convenga para su mejor còservançia en lo de adelante, que por lo que toca al Colateral, y Tribunal de la Vicaria ha dado S.E. las ordenes necessarias, guarde Dios à V.S. Palacio à 19. de Febrero 1638.

Miguel de Hecho.

Exequatur ordo S.E. 23. Februarii 1638.

El

Digitized by Google

El Rey.

Illustre Conde de MonteRey Primo de nuestro Consejo de Estado, Presidente en el de Italia, y nuestro Lugarteniente, y Capitan General, hasse entendido que con ocasion de algunas diferencias, que se han ofrecido entre el Tribunal de mi Regia Camara de la Summaria, y D. Juan de Erasso como Regente de Vicaria, hà entrado el dicho Regente en pretension de que el dicho Tribunal dela Camara hà de estar en cierta manera soberdinado al de Vicaria, diciendo que los Capitanes de Justicia no han de executar lo que el dicho Tribunal de la Camara les ordenare, aunque sea sobre cosas tocantes à mi Real Patrimonio, si no es, dando primero quenta al dicho Regente, y que delos delitos, que los Capitanes de Justitia cometieren en su officio estandolo exerciendo por orden de la Camara, hà de conocer la Vicaria, y siendo lo uno, y lo otro contra la buena administracion de la Justitia, y contra lo dispuesto por decreto, y pregmaticas de esse Reyno, y cosa tan llano, y assentada, de que los dichos Capitanes de Justitia han de estar à los ordenes, que el dicho Tribunal de la Camarr les diere sobre cosas concernientes à mi Patrimonio, y de tanto enconveniente lo contrario, se hà estrañado mucho, que el dicho Regente, y Tribunal de Vicaria hayan pretendido inovar en esta, y assi he querido advertiros dello, y que los dichos Capitanes de Justicia y otros Oficiales desta calidad han de obedecer puntualmente lo que el Tribunal de la Camara, y Lugartenienta della les ordenare. Sin que hayan de dar quenta al dicho Regente de Vicaria, ni à otro Ministra alguno de otra Tribunal, ni poner otra replica, ni difficultad, siendo esto lo que conviene à mi servicia, y mi voluntad que se tenga entendido para qualquier caso, que se ofreacu, sin dar lugar à lo contrario en manera alguna por los enconvenientes, que dello se siguirian, y assi os encargo, y mando que para la execution desta orden deis luego la que convenga, publicandola donde conveniere à fin que el Regente, y Tribunal de Vicaria tengan noticia della, y por lo que el dicho Regente ha inovada en esta materia le dareis una reprehension, y ordinareis que no trate mas della. De Madrid à 3. Otubre 1636. años. Yo el Rey, Carnero Secretaria con señal del Cardenal de Boria, vidit de Napoli Regens, vidit Neyla Regens, vidit Jannarius Regens, vidit Muñoz Consiliar.

Es Copia de su original, que se conservo en esta secretaria de estado, y Guerra del Duque de Medina de las Torres mi Señor. Palacia à 19. de Hebrero 1637.

Miguel de Hecho.

El Rey.

Illustre Conde de MonteRey Primo de nuestro Consejo de Estado, Presidente en el de Italia, y nuestro Lugarteniente, y Capitan General. Haviendose tenido àqui noticia de la pretension en que Don Iuan de Erasso hà entrado de que como à Regente de la Vicaria le hagan de dar quenta los Capitanes de Iudicia antes de executar lo que el Tribunal de mi Regia Camara de la Sumaria les ordenare, aunque sea tocante à mi Real Patrimonio desse Reyno. He resuelto la orden, que cerca desto se hà de guardar, que es la que se os enbio en carta de la data desta, en que se os dize quanto se hà estrañado que el Regente haya inovado en esta materia, estando dispuesto por derecho y Pragmaticas de esse Reyno, lo que en ella se ha de oservar, y que le des una reprehension, ordenandole, que no trate mas desta pretension, à la qual se entiende que se hà movido con ocasion de que el Tribunal de la Camara procedia contra Antonio Hizo uno de los dichos Capitanes por dos caussas tocantes à contravandos, y por otra de haver entrado à prender en la polverera un Official de ella, siendo juridicion del dicho Tribunal de la Camara, las quales causas pretendia el dicho Regente, y Tribunal de Vicaria, que le tocavan no obstante que las de contrabandos pertenecen à la Camara, y que el Consejo Colateral havia declarado dos vezes que tambien le tocavà la de la polvorera, y porque estoy bastantemente enformado de lo que en esto hà passado, haviendo tenido de ay distinta relacion de todo, por donde parece que el dicho Regente puso en prision al dicho Capitan de Iusticia Diego Xuarez por haver hecho la del dicho Antonio Hizo de orden del Lugartiniente de la Camara si vien despues dixo havarlo hecho por otras caussas; Haviendolo visto, y considerado con toda attencion y cuidado he querido avissaros dello, y deciros lo mal que hà parecido lo que el dicho Regente hà hecho, y quanto se ha enstrañado que siendo tan claro que las dichas caussas tocan, y pertenezen al dicho Tribunal de la Camara, y nò à otro, particularmente el delito cometido en la polverera, como lo declarò el dicho mi Consejo Collateral pretenda el de la Vicaria lo contrario, y conocer dellas, las quales quiero, y es mi voluntad que se remitan al dicho Tribunal de la Camara a quien toca su conocimiento por naturaleça, y assi dareis la orden que convenga para sù execucion y cumplimiento como os lo encarga, y mando, de suerte que no passe adelante la pretension del dicho Regente y Tribunal de Vicaria, porque segun ha entendido el dicho mi Consejo Collateral entrando de Visita en Vicaria donde el dicho Antonio Hizo estava presso de orden del dicho Tribunal de la Camara ordenò que se diese enfiado por las ferias, no pudiendolo hacer, os encorgo, y mando deis orden al dicho Consejo Collateral para que de aqui adelante nò proceda, ni se entrometa con los pressos que lo estan a si por orden del dicho Tribunal de la Camara, como por lo de mi Consejo de Santa Clara, conforme a lo que acostumbra pues solo le toca solicitar la expedicion de las caussas en los Tribunales à quien toca. Tambien se hà entendido que estando procediendo el dicho Tribunal de la Camara contra Barbaro otra Capitan de Iustitia, y sus soldados por la culpa que contra ellos resultava en la fuga de Andres Nucleria Perceptor de la Provincia de Tierra de Lavore cuya custodia corria por sù quenta con orden del dicho Tribunal de la Camara. El dicho Regente de Vicaria siendo cosa tan llana que esta causa tocava à la Camara lo quiso tambien poner en controversia, y que no contentandose conturbar este negocia, y empediendo el curso de la Iusticia revolvio sobre los del dicho Capitan Hizo y tubo forma para que vos ordenassedes se diesen enfiado los dichos Capitanes con pretexto de que hazian falta en la administracion de la Iusticia estando presos por orden del dicho Tribunal de la Camara, y porque se presume que el intento que en esto à tenido el dicho Don Iuan de Erasso assido de Vulnerar la jurisdicion del dicho Tribunal de la Camara, y embarazar que no se determine la compe-

ten-

tenciaque pende sobre estas materias aque no es justo, ni conveniente dar lugar, os encarga, y mando deveis conoçer destas caussas al Tribunal de la Camara, y deis orden paraque sel entreguen los presos que de la suya estan presos, pues pudiendo servir entretanto los Caporales ò poner otro que en su lugar lo hagan hasta que se determinen las dichas caussas no habra en la administracion de la Iusticia lassalta que el dicho Regente dica Para cuyo cumplimento y execution, y que la hays entodo lo de mas que pertenece al dicho Tribunal de la Camara, y Lugartiniente de ella dareis lo orden que convenga Honrando e se Tribunal y favoreçiendole por vuestra parte y haciendo que se le tenga todo respecto y guarde la autoridad que lestoca que de mas de ser esto tan convinicnte ami servicio por tratarse en el las materias de mi Real Patrimonio No me tendrè por muy servido dello. de Madrid à Primero de Otubre 1637. To el Rey. Carnero Secret. con señal del Cardenal de Boria Governador del Consejo, vidit de Neapoli Regens, vidit Nyla Regens, vidit Iaanarini Regens, vidit Muñoz Consiliarius, et copia de su original que se conserva en esta Secretaria de Estado y guerra de Duque de Medina de las Torres mi Señor. Palaçio à 19. de Hebrero 1638.

Miguel de Hecho.

De Regiæ Cameræ Summariæ origine, dignitate, ac privilegiis.

DISSERTATIO.

SUMMARIUM.

1 *TRibunal Regiæ Cameræ Summariæ Supremum.*
2 *De officiis R.C.S. remissivè.*
3 *Camera Principis quæ dicatur, & Cavena quæ* num.4.
5 *Feudum Cameræ constituitur, cum quid ex Camera solvendum conceditur, item Cavena,* num.6.
7 *Camerarius, seu Camberlinghus à Camera dictus, qui Regis pecuniam tenet, & in Regno Camberlinghus, & Ærarius appelatur,* num.8.
9 *Fisci nomen undè sumptum,* & num. 11.
10 *Fisci synonima,* & num.11.
12 *Fiscus Principum, Ærarium verò Populi Romani olim dicebatur.*
13 *Camera extensivè dicitur Tribunal, ubi Fiscales causæ, & rationes discutiuntur.*
14 *Regius Thesaurarius laudatur.*
15 *Camera locus quoque dicitur, ubi scripturæ fiscalis, & patrimonialis Imperii conservantur. Item locus, ubi jus redditur* num.17.
18 *Ærarium militare ab Augusto, & Carolo Magno novis vectigalibus auctum.*
19 *Ærarium militare Neapoli ab Excellentissimo Lemensium Comite erectum.*
20 *Urbs Neapolis ab Imperatore Constantino in donatione B. Silvestro facta, pro Imperii Camera fuit reservata.*
21 *Cameræ vocabulum accipitur etiam pro Castro infeudato, in Baronis gratiam à militum hospitiis immuni.*
22 *Baro pro nominatione in Cameram reservatam potest pecuniam ab Universitate accipere, & ità pluries decisum,* num.24.
23 *Donatio ab Universitate Baroni facta, ut in Cameram reservatam eligatur, tanquam remuneratoria valet etiam sine assensu.*
25 *Camera reservata an teneatur saltim in pecunia contribuere.*
26 *Camera, Senatus Imperialis in Germania vocatur, quid in Gallia, Italia, ac Hispaniis,* num. 27.
28 *Summariæ nomen Cameræ undè adjunctum, remissivè.*
29 *Vocabuli allusio quovis modo rei significatum pertingens, admittitur.*
30 *Ethymologia quæ, ejusque argumentum negativè tantum procedit,* num.35.
32 *Quæstio nominis pertinacibus est relinquenda.*
33 *Summariæ nomen à summaria fiscalium rationum discussione descendit ex Regis Alphonsi privilegio.*
34 Cap.Regni Regis Roberti, *incip.* Novis morbis, *de fiscalium rerum ejus temporis administratione refertur.*
35 Imper. Feder. Constit. *de eadem re afferuntur.*
36 *Alphonsi Regis circà fiscales rationes à Præsidentibus, & Rationalibus videndas, & discutiendas, provisio recensetur.*
37 *Magistri Rationales qui fuerint antiquitus remissivè.*
38 *R.C.S. anteà rationum Audientia dicebatur.*
39 Regis Ferdinandi Primi cap. Novis morbis *confirmatio, pro prædictorum intelligentia, inseritur.*
40 *Appellatio à Reg.Camer.Summar. decretis, & sententiis non admittitur, nec ad finem suspensivum, nec devolutivum.*
41 *Sacrum Consilium S.Claræ, & Capuanæ undè dictum.*
42 *Locumtenens, & Præsidentes R.C.S. dicuntur procuratores Cæsaris, & sunt Judices ordinarii interpretes, & Fiscum,* & num. 43.
44 *Procuratoris Cæsaris decretum ab alio, quam ab ipso Cameræ non retractatur, ideò magnam habet potestatem,* num.45.
46 *Princeps maximè confidit de Officialibus Cameræ.*
47 Marinus Frecc. *dicens, antiquitus à Reg. Cam. ad Sacr. Consil. appellatum fuisse, executione suspensa, uti mendax reprobatur.*
48 *Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ in Magistrorum Rationalium locum successerunt à Ladislai Regis temporibus.*
49 *Magistrorum Rationalium privilegia omnia in Regiæ Cameræ Præsidentes ab Alphonso Rege translata.*
50 *Appellatio à Magistris Rationalibus ex Ludovici, ac Joannæ Regum privilegio non reiiciebatur.*
51 *Dictorum Regum privilegium inseritur.*
52 Frecciæ *dictum confutatur.*
53 *Regis Ferdinandi Primi Reg. Cameræ encomium maximum.*
54 Pragmat. 1. num. 3.4.9 & 10. de offic. Procur. Cæs. *affertur, qua Frecciæ mendacium convincitur.*
55 *Sententiarum executio à quibus fuit reclamatum in R.C.S. ut in S.R.C. observatur.*
56 Freccia *sibi contrarius deprehenditur.*
57 *Instantia non perit in Regia Camera Summariæ, ex causarum Fiscalium privilegio,* & num.58.
59 *Magni Camerarii officium exercitio caret, eo in Locumtenentem translato.*

60 *Præ-*

Digitized by Google

60 *Præsidentes Reg. Cam. Regii Consiliarii etiam appellati.*

61 *Arnaus Cibo Genuensis Prorex Neapolis Renati Andegavensis tempore, & ab Alphonso confirmatus, postea R.C. Præsidens creatus.*

62 Regentis de Ponte, *Regiæ Cameræ, ejusque Officialium laudes.*

63 Suæ Majestatis literæ *pro R.C.S. authoritate recensentur.*

64 *Regiæ Cameræ consultatio de Præsidentium immunitatibus refertur.*

65 *Præsidentes R.C. sunt immunes ab adohis pro bonis feudalibus, & à quibusvis gabellis, dohanis, & passibus Regni, pro eorum familiæ usu, & à donativis, & ita observatum*, num. 66. & 67., *&* num. 92. 93. & 94.

68 *Quæ etiam immunitas ad bona dotalia filiorum Præsidentium extensa.*

69 *Filii Præsidentium sunt immunes à jure Sigilli, Amplia in filiis Rationalium*, num. 70.

71 *Præsidenti Fisci patronum agenti, duplex salarium debetur, plurima afferuntur exempla in aliis etiam officiis*, num. 72.

73 *Regis literæ prohibentes bina stipendia exigi, de militaribus tantùm loqui, ostenditur, ex ipsismet Regis literis.*

74 *Salarium duplex debetur duplex officium exercenti.*

75 *Officiali si committatur aliud negotium tempore, quo suum exercet officium, pro utroque salarium præstari debet.*

76 *Salarium debetur ratione laboris in administrando, ideo plus laboranti pinguius præstandum.*

77 *Rescripti verba quamvis ampla, ad casus similes expressis, restringantur.*

78 *Interpretatio ea in dubio sumenda, qua legis correctio vitetur, præcipuè cum lex antiqua est specialis, nova autem generalis*, num. 79. *ideò ejus certa mentio facienda*, num. 80.

81 *Legum correctio ex conjecturis excluditur, vel inducitur.*

82 *Oblivio in privatis quanto tempore præsumatur, idque Iudicis arbitrio remittitur, quid in Principe, ac Summo Pontifice* num. 83.

84 *Novissimæ Regis litteræ prohibentes bina stipendia, justa ex causa executioni non demandatæ, sed Regi rescriptum, ac interea juxta priores literas observatum*, num. 85.

86 *Officia Scribæ Portionis militarium numero non comprehendi, declaratum, quamvis circa militum descriptionem versentur.*

87 *Milites in numeros referri quando dicantur, &* num. 90.

88 *Miles non gaudet privilegia militari antequam in numerum referatur, & ita decisum*, num. 89.

91 *Aliæ novissimæ Regis literæ pro prædictorum confirmatione in simili casu referuntur.*

95 *Contra dictas Præsidentium immunitates à Sua Majestate suis literis rescriptum, & à R. C. pro earum conservatione S.M. consulta fuit*, num. 96.

97 *Præsidentium immunitates postea Regiis Consiliariis à Rege communicatæ.*

98 *Regia Camera cognoscit de causis tàm Præsidentium, quàm etiam omnium aliorum ipsius Officialium, tàm in civilibus causis, quam in criminalibus*, num. 100. *& ita pluries decisum*, n. 101.

99 *Officiales subditi Procuratori Cæsaris, ab ipso in civilibus causis cognoscuntur, & à Præside in criminalibus.*

102 *Reg. Camera habet jurisdictionem activè, & passivè in omnes suos Officiales cum clausula abdicativa.*

103 *Jurisdictio specialis ordinaria non derogat generali, sed potius videtur cumulativè concessa.*

104 *Limitatur, cum conceditur in vim privilegii favore certarum personarum tantum, tunc enim videtur privativè concessa, &* num. 106. & 107. *& quando conceditur in certum genus personarum ad universitatem causarum*, num. 105.

108 *Privilegia fiscalia, non tàm causis, quàm personæ Principis, idest Fisco concessa intelliguntur.*

109 *Familiares exemptorum gaudent privilegiis, ipsorum Dominis concessis, etiam quoad forum., & ita observatum in famulo cujusdam Regiæ Cameræ Rationalis*, num. 110.

111 *Uxor sequitur forum viri etiam ex speciali privilegio competentem, quod amplia in uxore clerici conjugati*, num. 112.

113 *Prorex non potest privilegiis Regiæ Cameræ à tot Regibus concessis derogare, &* num. 117.

114 *M.C.V. inquisitos subditos R.C. absque aliqua conditione, & clausula remittere debere, in facti contingentia decisum.*

115 Prag. 14. de offic. Procur. Cæs. *objectio proponitur, respondetur*, num. 116.

118 *Opponitur etiam* Prag. 61. eod. tit. *cui fuisse per sequentem derogatum, ostenditur* num. 119. *nec unquam usu receptam fuisse*, num. 120.

121 *Privilegia Officialium R.C. semper ante, & post dictas* Prag. *observata fuisse, & observari, pluribus exemplis demonstratur*, n. 122. 123. & 124.

125 *Pactum adiici solitum in emptionibus officiorum Regiæ Cameræ non præjudicat remissioni ipsis ex ejusdem Tribunalis privilegiis competenti, & de ratione* num. 126.

127 *Cognitionem delictorum ab Officialibus, ac subditis etiam non intuitu officii commissorum, Reg. Cameræ privativè quoad omnes competere, etiam absque ullo speciali pacto, solemniter in Regia Collaterali Consilio decisum, & ita quotidie practicatur*, num. 128.

128 *Æmulatio Officialis cum Barone licet Regis servitio sit noxia, magis tamen nocet, ut Baroni adhæreat, & de ratione* num. 129.

130 *Magistrorum Actorum, Actuariorum, ac R. C. Scribarum numerus qui.*

131 *Scribæ R.C. tam ordinarii, quàm extraordinarii eodem fori privilegio gaudent, & afferuntur exempla*, num. 132. 133. 134. & 135.

136 *Idem in rerum fiscalium conductoribus, substitutis, & inferioribus ministris observatum.*

137 *Oblationum rerum fiscalium præsentandi modus.*

139 *Reg. Cam. cognitio ex novissimis S.M. literis etiam ad Officiales, & Ministros officii Scribæ Portionis extensa, ac etiam ad ipsam Portionis Scribam quoad mulctas tantùm, personali coërtione Proregi reservata*, num. 140.

ARGUMENTUM.

De Regiæ Cameræ Summariæ ethymologia, origine, ac privilegiis, Magni Camerarii, ac Præsidentium, aliorumque Officialium officiis, prærogativis, & immunitatibus, latè disseritur. Nonnulla etiam de Camera selervata. De officio Procuratoris Fisci, à cujus decretis, ac sententiis ad instar sententiarum Præfecti Prætorio reclamatio tantùm ad idem Tribunal, explosa appellatione, citrà executio-

tionis moram admittitur; damnato *Marino Frecc.* contrarium afferente, qui falsò loquutus convincitur. De Magistrorum Rationalium officio; eoque in Præsidentes postea translato. Privilegia diversorum Regum, ac Capitula de administratione Regii Patrimonii recensentur. De duplici Officialium salario, cum literarum regiarum interpretatione. De ejusdem Regiæ Cameræ Officialium, ac subditorum tam in civilibus, quàm in criminalibus fori præscriptione, etiam in delictis extrà officium commissis, ad quod tam vetera, quàm nova rerum judicatarum afferuntur exempla, *Pragm.14. & 61. de offic.Procur.Cæs.* quæ obesse videbantur, declaratio, ac intellectus affertur. Pluraque alia de hac re hactenus non vulgata proponuntur.

1 CUm tutela, & defensione tanti Tribunalis, quod meritò in *pragm.5. in princip.* & in §.13. *§.& quando, de offic. Procurat. Cæsar. in noviss.* ab Invictissimo Imperatore Carolo V. Supremum appellatur, occasione sumpta non abs re mihi visum fuit etiam agere de ejus origine, deque varietate nominis, & formæ, quibus sub antiquis, & novissimis Invictiss. nostris Regibus fuerit appellatum, & administratum, & quo tempore cœperit hæc denominatio, quam hodie retinet, & tandem de ejus dignitate, authoritate, privilegiis, prærogativis, & immunitatibus, quibus gaudent ejus Ministri, & Officiales, Locum-
2 tenens scilicet Magni Camerarii, qui tanti Tribunalis caput, & auriga esse dignoscitur, & undecim Præsidentes, tam Jurisconsulti numero octo, quàm tres militares cum Advocato, ac Procuratore Regii Patrimonii, Secretario, & Rationalibus numero viginti, qui in relatione computorum, & rationum discussione nobiscum votant, omnesque ad Regis nostri provisionem spectant, excepto officio Secretarii, quod est vendibile, verùm à Rege itidem pendet confirmatio; de quorum Locumtenentis, Præsidentium, tam juris peritorum quàm militarum, quos laicos, vel idiotas appellant, Advocati Fisci, & Rationalium officiis latè differit *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illustr. cap.26. ex num.23. 24. & 26.* & novissimè de annò . . . fuit addita nova provisio officii Fiscalis computorum, & ratiociniorum, distincti per Instructiones formatas de mandato Regis, eaque ad ipsius onus spectare debent, assignatis sibi annuis aureis ducatorum mille absque alia participatione emolumentorum, & munusculorum, & sedet in sella immediatè post Fisci patronum togatum, de quo Advocato Regii Patrimonii, ejusque dignitate, & stipendio infrà nominatim agemus responso proximo.

Verum quia nostri instituti non est rem ab exordiis examinare, nec rerum antiquarum curiosis satisfacere, sed utilia, quæ in dies emergunt, & uti secundita non facilè omnibus occurrunt adnotare, præsertim cum prius *Frecc.* in suo *opere de subfeud. tit. de offic. magn. Camer.* & posteà doctissimus, ac versatissimus *Regent Molet* in suo *Decis. Regiæ Cameræ thesauro*, quod licet non impressum, per manus traditur, in fine operis multa scripserit de origine, & prærogativis hujus Tribunalis.

Undè autem Summariæ nomen originem traxerit, non satis compertum est. Sanè de nomine Camera non dubitatur, nam ubique Camera Prin-
3 cipis appellatur locus, in quo pecunia, & thesaurus Principis reponitur, & fuit nomen noviter introductum de jure feudorum, *cap.unic. §. sciendum, de feudi cognit. & §. si vero vasallus, quid sit investitura, Isern.* in *c.1. § si quis vero, de pace jurum firm.* & est etiam in *c.1. in princ. de notis feudorum*, in quibus de feudo Cameræ, vel de Cavena fitmentio, ut Cameræ conditorium thesaurorum, Cave-
4 na verò aridorum, & liquidorum, frumenti scilicet, olei, & similium, *Zasius de feudis, tit. quæ*
5 *res in feud.dar.poss.num.8.* quæ feuda constituuntur, cùm Dominus concedit aliquid solvendum in feudum ex Fiscali Camera, idest ex thesauro, ut exponit *Eguin. Baro* in *dicta cap.1. de notis feud.* vel de Regia thesaureria, ut explicant plures *Feudistæ*, quos refert *Thomas de Marinis de genere, & qualitate feud. tit.24. de feuda Cameræ*, & sic similiter
6 de Canena, cùm alicui constituitur præstandum ex conditorio frumenti, vini, vel olei Domini, ut post *Isern.* in *cap.1. de feudo Marchiæ*, benè tradit idem *Thomas de Marin. tit.25. de feudo Cavenæ, alias Ganevæ, Canapæ, vel Cavæ*, ubi etiam de feudo Cameræ tradit, & meminit Præsidens *Marius Surgens* in *addit. ad Marc. Ant. fratrem de Neap. Illustr. fol.376. in princ.* ultra *Feudistas* omnes in dictis locis, inter quos bellissimè materiam prosequuntur D.meus *Capyc.* in sua *investit.* in *vers. feudum de Camera, & de Caneva, car.228. col.2. cum seq.* & D.meus Avunculus, & magister *Regent Camil. de Curte* in *2.par.super.feudal.cap.9.§.redeundo, ex n.37.* ubi exemplificat in omnibus feudis, & introitibus, qui conceduntur super Gabellis, Dohanis, & functionibus Fiscalibus, quæ sunt de Camera idest Patrimonii Regis, ubi *num.39.* disputat; utrum Curia teneatur reficere ex aliis redditibus, si ex dictis feudis aliquo tempore nulli sint percepti fructus.

Et hoc verbo *Camera* utuntur etiam nostræ *Constit.* ut advertit *Lipar.* in *d. §. si quis verò, ver-*
7 *ba Camera*, dicens, inde ortum esse, ut Camerarius, vel Camerlingus dicantur qui tenent pecuniam Regis in Camera, & in Regno, tam in ter-
8 ris domanii, quam in subjectis utili dominio Baronum, sunt Camerlinghi, sivè Aerarii, qui exigunt introitus Domini in pecunia, sivè in frugibus, & victualibus, & in *dd. Constit.* frequens reperitur mentio de Camera, de Camerariis, & Camerlinghis, de quibus disputat *D. Capyc. decis. 168. num.5.* an præstatio Aerarii, vel Camerlinghi ad quam tenentur vasalli Baroni, connumeretur inter servitia, quæ sapiunt angariam, & perangariam, & de Camerariis, & Camerlinghis, qui præsunt thesauro Regis, & redditibus Baronum in eorum feudis, quo nomine etiam vocatur Perceptor, & Conservator redditum Archiepiscopi Capoani, & in Ecclesia Paduana Caniparius, teste *Alvar.* & in Ecclesia Neapolitana, & in Monasteriis Monacorum S. Benedicti tam nigri, quàm albi coloris appellantur Cellararii, qui omnium redditum curam habent, differit idem *D. Capyc.* loco antè citato *car. 228. col. 2.* ubi *car. 229.* infert ad plura.

Et sicuti vocabulum *Cameræ* novo jure introductum in dicto significatu, idem importat quod Fiscus, cujus nomen tractum ab eo, quod cophi-
9 nis, & sportellis sparteis antiquitùs pecuniæ con-
10 ditæ adservarentur, & proindè Fiscus idem importat quod saccus publicus, & promptuarium Cæsaris marsupium, vel Fisci, quibus ad pænendam

oleam

olecm utimur, *l. sed addes* 2 1. §. *illud ff. locat.* unde
quia major summa est pecuniæ publicæ, quàm priva-
tæ, ut pro censu priveto, loculos, ercam, & sacculos
dicimus, sic pro publico Thesaurario Aerarii, di-
citur Fiscus, ut ex *Augustino*, *Isidoro*, *Tacito*,
Plinio, *Spertiano*, *&* *Seneca* latissimè tradit *Bris-*
son. de verb. signif. lib. 6. vers. Fiscum, cum seq.
Peregr. loco mox citando *num.* 31. *&* 38. & *Glos.*
in proœmio Constitutionum Regni, col. ultima, in
vers. dicitur autem Fiscus, ubi post *num.* 50. *vers.*
& ita, subdit hæc verba: *Et ita ista tria nomina,*
11 *Regia Camera Fiscus, & Aerarium sunt quasi sy-*
nonima, idest plura nomina, quibus Legislator in
hoc libro sub una significatione promiscuè utitur, ut
curiosus lector inveniet, de quo plura tradit *Affl.*
in prælud. Const. quæst. 15. licet non ignorem, Fi-
12 scum, vel Fisci nomine privatorum Principis the-
saurorum rationem initiò ab Aerario, quod pu-
blicum Populi Romani erat, separatam fuisse, ut ex
Plinii panegirico tradit *Cælius Rhodiginus lib.* 29.
cap. 6. sic etiam patet, ut sicuti Fiscus dicitur lo-
13 cus, ubi reponitur Regie pecunia, sic etiam Ca-
mera usurpatur, ut dicatur locus, sivè prætorium,
vel Tribunal, ubi causæ fiscales inter Fiscum, &
privatum aguntur, sivè ubi rationes jurium fisca-
lium discutiuntur, ut in *tit. C. ubi causæ fiscales,*
& in leg. 4. C. de fide instrumentorum, l. nec quic-
quam 9. ff. de officio Proconf. l. ejus qui 29. *ff. de ju-*
re Fisci, D. meus *Capyc. decis.* 197. *num.* 3. & la-
tiùs explicat *Thom. de Marin. dicto tit. 24. in princ.*
& seq. & singulariter *D. Capyc. in investit. ver. feu-*
dum de Camera, vers. est autem Camera, juncto
vers. & in Regno, quia, ut optimè advertit in
proposito *Mutius Surgens loco* citato, licèt Came-
ra significet locum ubi conservantur Regii thesau-
ri, recte tamen hoc nomen ad Tribunal reperitur
extensum, ubi etsi non serventur, nihilominus
procurator vectigalium omnium, & redditum Re-
gis, & Regei conservatio, & augmentum, & ut
mediantibus Thesaurariis, Perceptoribus, aliisque
ministris subordinatis, exigantur, & deferentur in
Arcas designatas, mediantibus litteris significato-
riabus pro exigendo, & certificatoriabus pro
cere orando Thesaurerio Generali, ut recipiat stri-
ctam ab ipsis rationem exigendo, præsentatione
rationum statutis temporibus, & Cedulis utriuf-
que arcæ tam Thesaurariæ, quàm militaris, quod
officium generalis Thesaurarii pluribus ab hinc an-
nis exercuit, & exercet D. Gomnus Ferdinandus
14 Capycius Galcote, qui summa cum laude illud
moderatur, adeò ut ferè omnes rationum præteri-
tarum codices, quas cedulas appellamus, suæ ad-
ministrationis cum cautelis præsentaverit cum om-
nibus requisitis, etiam in modernis Instructioni-
bus, juxtà formam traditam in *Pragm. 3. de offic.*
Quæst. &c. quod nullus ex prædecessoribus efficere
15 potuit. In quo obiter enimadverto, D. Thesaura-
rium primum sedere in R. C. à sinistris Locumte-
nentis, & cum Præsidentibus votum habere, simi-
literque in Collat. Consil. quoties ibi accedit Ca-
mera, sedere post Regentes. Dicitur etiam Came-
ra locus, ubi scripturæ fiscales, & patrimoniales
Imperii conservantur, ut tradit *Guid. Papa quæst.*
453. ubi de Camere Apostolica meminit, quam di-
cit in Francia, & Delfinatu eppellari Cameram
computorum, ubi *Matth. in addit.* addit, quod
rerum Fiscalium, & privatarum Principis jure Ca-
meram ratiociniorum sibi vendicare in singulis Re-
gni Galli provinciis, verùm Parisiensem cæteris
omnibus authoritate, & privilegiis fulgere, & de
Camera imperii Principum, & Civitatum, quæ
non recognoscunt Superiorem, quæ Fiscum habent,
& jure fiscalia, plenè agit *Peregr. de jure Fisci in*
16 *prin.* ubi in specie notat accipi per loco, in quo
jus redditur ex *l. pen. ff. de justit. & jure*, ex *n.* 3.
cum seq. & nu. 30. *&* 31. ubi *num.* 34. dicit etiam
17 posse appellari Fiscum, quam fixum, & stabilem,
quia perpetuus, & nunquam moritur, & *num.* 36.
& 37. quod pulchrè prosequitur *Petrus Gregor. de*
republ. lib. 3. cap. 3. ex *num.* 1. *cum seq.* ubi *nu.* 6.
18 scribit, ab Augusto Aerarium militere, novis
vectigalibus auctum, unde prompte pecunia stipen-
diis sufficeret, & *nu.* 7. simile fuisse factum à Caro-
lo Magno, prout hic per Excell. Comitem Lemen-
19 sium D. Petrum Proregem vigilantissimum, & sum-
mæ prudentiæ de anno 1612. fuit in reformatione
Patrimonii erectum Aerarium militare: Urbemque
20 nostram inclitam, & fidelissimam fuisse reservatam
à Constantino Imperatore pro Camere Imperii in
donatione facta Beato Silvestro, hicque esse su-
premam Regis Cameram, sicuti in Urbe est Came-
ra Papæ, quæ tanquam sancte, & immaculata non
potest ut suspecta recusari, & alia plura curiosè
colligit noster *Frecc.* dicto *loco de offic. Magni Ca-*
merarii, ex *num.* 19. *in fine* cum aliis, quæ per-
bellè eddit Preses Regiæ Cameræ *Mutius Surgens*
in addit. ad opus Marci Antonii fratris de Neap. Il-
lustr. car. 375. ubi egit de Camere reservete; quæ
21 etiam vox Cameræ usurpatur pro Civitete, Terra,
vel Castro infeudato, cui Reges nostri Clemen-
tissimi in gratiam Baronis simplicis, vel etiam titu-
lo insigniti concesserunt jus nominandi, & red-
dendi Castrum illud immune à militum hospitatio-
ne ad majorem ipsorum commodum, ut in *cap. 52.*
Regis Catholici anni 1507. in Capit. Regni car. 6,
à tergo in fine, in *cap. 8. Comitis Ripacursiæ anni*
1508. *fol.* 67. quod fuit extensum etiam ad empto-
rem cum pacto de retrovendendo, in *cap. 4. anni*
1538. *Caroli V. Invictiss. car.* 124. & in *cap. 17. &* 18.
car. 129. & in *cap.* 18. *car.* 130. *& in rescripto ejus-*
dem Imperatoris ad petitionem Urbis de anno 1540.
car. 130. ubi excipitur hospitatio per transitum,
scilicet per unicum diem, ac noctem, sed gaudet
immunitate trium partium impositionis 31. grano-
rum pro præsidiis fixis, & hospitiis actualibus, de
cujus origine, & progressu cum omnibus ejus par-
tibus latè continetur in plena consultatione Reg.
Cameræ facta de anno 1535. in regestro consulta-
22 tionum anni præd. *car.* 206. pro quo beneficio no-
minationis in Cameram, quod gratis videri potest
à Rege concessum, posse Baronem pecuniam mo-
deratè remunerationis gratia accipere, innuit de-
cisum *Ursill. ad Afflict. dec.* 101. Et ego vidi Illu.
Camillum Caracciolum Abellinatum Principem,
strenuum Regii exercitus Ducem meum clientem
impetrasse assensum à Rege Invictissimo, ut liceret
ex causa prædicta Terræ Sanseverini ipsi donare
ann. duc. 1000. & ita e pluribus Baronibus obten-
23 tum pro majori firmitate contractus, siquidem
etiam sine assensu valeret hoc casu donatio tanquam
remuneratoria, ut fuisse judicatum junctis Aulis
testatur Doctissimus *Rovitus in pragm. 5. num.* 39.
de admin. univers. & in commercium hoc esse ad-
ductum pacisci de quantitate pecuniæ pro conce-
dendo hoc jure eligendi terram in Cameram reser-
vatam, & ità pluries decisum testatur Preses *Mu-*
tius

Digitized by Google

24 *tius Surgens*, qui latius materiam explicat in *ad-
dit ad Marc.Ant.fratrem*, incipiens *à car.* 375. &
deinde aliis intermedii ad idem redit *car.* 383. *& à
car.* 393. 395. 396. ubi *car.* 407. *verf. nono poterit*,
notat, Baroni, Comiti, & Marchioni unam ter-
ram reddere in Cameram jus esse, Duci verò, &
Principi duas, ubi etiam disputat, utrum terræ
25 electæ in Cameram teneantur saltim contribuere
in pecunia *fol.*406. §. 8. & utrum immunitate gau-
deant ex sola destinatione habitandi, etiam si Baro
non habitet, incipit quærere *fol.* 384. *verf. an au-
tem*, sed prosequitur *fol.* 408. *verf. sed si ultra huc-
que privilegium*, & tandem de causa hujus conces-
sionis, quod sit merè Principis benignitati adscri-
benda, *car.*385.*in fin. &* 407. §. 10. sequitur idem
Rovit. aliqua ex prædictis referens in *Pragm.* 3. *de*
26 *Baronibus* ex *num.* 12. Sed ut ad Cameram rever-
tamur, non omitto, in Germania Cameram Im-
perialem vocari Supremum Senatum Imperialem,
in quo causæ appellationis, vel per modum sim-
plicis querelæ, etiam in prima instantia præponun-
tur, ut latè per *Gayll. observationum practicorum
cap.*1.*Andr.Knich.encyclopediæ cap.*7.*num.* 4. & est
similis aliis supremis Senatibus, qui in Hispania,
27 & Neap. vocantur Consilia, in Italia Rotæ, & Se-
natus, Parlamenta in Galliis, *Bodinus de Repub.
lib.* 1. *cap.*10. *num.* 161. *Thessaurus in præfatione
decis.Senat.Pedem. num.* 10. *&* 31. *Knich. de Sax.
non prov.jur.cap.*2.*ex num.*4. *cum seq.*

28 Sed undè verò ultrà nomen Cameræ fuerit ad-
junctum nostro Tribunali nomen Summariæ, affer-
tor *Lucas* in *l.si quondo*, quæ est *tertia C. de bonis
vacant.lib.*10.*col.*2.*in verb.Rationales*, ubi sua alta
peritia, præsertim in vocabulorum, & nominum
Juris perspicaci derivatione, & ethymologia varias
accomodat intelligentias, quas licèt *Regent Moles*
dicat, esse hallucinationes, increpans *Lucam*, &
Frecciam, qui ipsum sequitur sub *tit.de offic.Magn.
Camerarii, num.*4.quorum dictis assentitur *Surgens
de Neap.illustr.cap.*26.*num.*24. *in fin. verf.dicto est*
29 *autem Summaria*; attamen defendi posset *Lucas*,
cum facilè sola vocabuli allusio quovis modo attin-
gens rei, de qua igitur significatum, admitti pos-
sit, ut enim docuit doctiss.*Everard.* in *topica lega-
li*, *loco ab ethymologia*, (*allusio à voce verbi radi-
catur, veritatem rei principaliter non respiciens,
sed in ea solum spectatur, ut ipsa allusio non sit pro-
babiliter abhorrens ab ipso vocabulo*) Hæc *Everar.*
post *num.*5. quinimmò & ipsa ethymologia, alias
veriloquium dicta, quæ rei originem designat, ut
30 idem tradit *num.*3. attamen non est aliud ethymo-
logia nisi qualiscunque vocis descriptio, nominis
interpretatio, sivè notatio, ut per eundem *Eve-
rard. num.*8. *in fin.* & proindè argumentum ab ipsa
31 sumptum non procedit affirmativè, sed negativè
tantum, ut per eundem post *num.*9. usque ad *fin.*
32 verùm quia quæstio nominum, & ethymologia est
pertinacibus relinquenda, *l.*2.§.*fin. C.de constit.pe-
cunia*, omitto *Lucæ* defensionem cum habeamus
*tex.*Privilegii Serenifs.Alphonsi Primi, qui in am-
pliatione hujus Magni Tribunalis clarè explicat, &
33 rationem assignat, quare hæc Regia Camera no-
men Summariæ adepta fuerit, idcircò omnes subti-
les interpretationes cedere debent Sereo.Regis te-
stimonio, qui illud in sui prima erectione, & in-
stitutione statutum asserit, quòd rationes ipsæ in
Camera per Præsidentes, & Rationales ibidem or-
dinatos summariè viderentur, & Restas liquidas
exigendas Tesaurario, Magn.Camerarius, & Præ-
sidentes ipsi suis literis significarent, verùm Ladis-
lai Regis tempore introduci cœpit, ut rationes ip-
sæ in Camera per Præsidentes, & Rationales ejusdem
non modo summariè viderentur, sed discuterentur,
adsumerenturque indè dubia, & finaliter termina-
rentur cum quietantiis, seu declaratoriis, & omni-
bus, quæ super iis prius ad Magistrorum Rationa-
lium officium spectabant, expedirentur, & fierent,
ut in *Privilegio* Alphonsi Primi, quod est insertum
in *Prágm.* 1.*de offic.Procur.Cæs.* Veneta impresione
ann.1611.

Cum enim tempore Roberti Regis Regales in-
troitus, & jura Regia administrarentur, & locaren-
tur per Secretos, Magistros Portulanos, & Procu-
ratores jurium regalium, cum obligatione locandi,
& vendendi omnes gabellas, & jura infrà duos
menses à die prima Septemb. qui rationum quater-
nos distinctè, & lucidissimmè conficere tenebantur
per personas mediantibus Notariis Cameræ, ad hoc
per Justitiarios, Capitaneos, Stratigotas, & Offi-
ciales alios, quibus hæc jura erant demandata, eli-
gendis, ut tandem sub pena ibi statuta post elapsos
singulos sex menses, & dies 15. rationes prædictæ
præsentarentur in Camera Regia, prout legitur in
34 *Capitulo Regis Roberti*, incipiente *Novis morbis,
novis occurri remediis expedit*, sub data 3. Julii,
& 20.Septembris anno Domini 1317.per Magistros
Rationales Magnæ Curiæ nostræ, quod legitur in
Capitulis Regni, in *lib.Constit.* sub *tit. de compila-
tione, & compositione rationum Officialium.*

Quod fuit deinde confirmatum per Regem Fer-
dinand.I. die 8. April.1459. quæ confirmatio cum
non reperiatur impressa in *Capit.Regni*, quæ vide-
re potuerim, ideò inferius inserendam curavi.

Ex serie enim *d.Cap.*incip *Novis morbis* clarè ap-
paret modus, & forma tempore priscorum Regum
observata in administratione, & redditione compu-
torum Regii Patrimonii; sicuti etiam pleraque alia
35 antiquissimi temporibus ordinata per Imper.Frider.
apparent in *Constit. Si quando forte*, sub *tit.de fer-
ma, qualiter sint locandæ res fiscales*, in *Constit.*
etiam *Authoritatem Magistris*, & *Const. seq.Magi-
stris Procuratoribus*, super quibus *Afflict. Foller.*
& alii in suis *commentar.Conrad.*in *templo Jud.lib.*1.
*cap.*8. ità ut non indigeat majori antiquitatis expli-
catione, & proindè *Regens Moles* laborem excusare
potuisset, si nuncupatim *Capituli* prædicti *Regis
Roberti* memor fuisset, quod in suo opere minimè
citat, nisi sit error in exemplaribus, quæ manuscri-
pta circumferuntur.

36 Verùm post dictum *Capit.Roberti* supervenit su-
prædicta provisio Serenissimi Alphonsi de ano.1550.
qui cum invenisset tempore retrò Regum, nec non
& Regis Ladislai servatum, quod rationes ipsæ sum-
mariè viderentur in Camera, planariè autem à Magi-
stris Rationalibus Magnæ Reg. Cur. cum ejusdem
Ladislai tempore introduci cœperit, ut rationes
ipsæ in Camera per præsidentes, & Rationales non
modò summariè viderentur, quod usque in hunc
diem servatur, cum bilancio omnium Administra-
torum per Rationales in Rota computorum, &
quandoque etiam in Aula magna, ubi ita videtur
Domino Locumtenenti, referuntur, quæ relatio
non continet, nisi brevem, & summariam discus-
sionem juxtà posita, & rationem dati, & accepti,
salva discussione computi, ubi dubia data cum cau-
telis, & scripturis, quæ rationes comprobant, ple-

nè, Fisco audito, discutiantur. verùm etiam in dicta nova provisione Alphonsus statuit, ut rationes ipsæ in Camera per Præsidentes, & Rationales non modò summariè, quod hodie fit ex relatione Bilanciorum, sed plenariè viderentur, & finaliter terminarentur, semota, sivè exclusa jurisdictione Magistrorum Rationalium, ità ut Præsidentes utei-
37 usque officii prærogativa lætantur: Qui autem fuerint, & cujus potestatis antiqui Magistri Rationales, quorum authoritas quomodo fuerit coarctata Regina Joanna Prima de anno 1370. & quo pacto rationes, & computa Regiorum vectigalium ad ipsos discutienda mittebantur, qui si aliquod dubium in jure subortum fuerit, iterum ad Regiam Cameram remittebant, ut summariè ipsa dijudica-
38 ret, undè evenit, ut Camera Summariæ sit appellata, cum prius Audientia rationum nuncuparetur, videnda sunt quæ latissimè scribit *Surgens de Neap.illustr.cap.7. num.2. & 3.* ubi in unum congessit *Capitula Regni*, *Rit. Regiæ Cameræ*, aliasque leges municipales Regni, ubi latè de spectantibus ad officium Magistrorum Rationalium, eorumque jurisdictione, nobilitate, & status diminutione, & in Cameram potestate delata sub Carolo, & Alphonso, horum nominum Primis: ubi etiam de antiquo, & moderno statu Tribunalis Syclæ, tam circa pondera, & mensuras, quàm cussionis monetarum, ejusque Magistratibus paulatim minutis, ac ferè extinctis, cum nostra ætate Tribunal ponderum, & mensurarum, quod respectu totius Regni exercebatur per Magistros Rationales, licet satis ab antiquis differentes administretur, idque in Civitate, ac ejus districtu, ubi est Judex Syclæ, & sedet in Camera, cum refert causas appellationum, in reliquo autem Regni pro jure Syclæ 24. granorum indictum exigitur; sunt literæ Regis die 4. Aprilis 1609. quibus per totum Regnum Syclæ Tribunali inhibetur, ac tollitur, in proc.dismiss.Reg.Syclæ penès Scognamil.
39 Sicut etiam confirmatio, quam fecit Ferdinandus Primus *de Capitulo Roberti* incip. *Novis morbis*, quæ non reperitur impressa in *libro Constitutionum*, de qua nec *Regens Moles* meminit, cum satis conferat ad confirmandum Regiæ Cameræ potestatem, neque etiam Magistrorum Rationalium authoritatem, illorum jurisdictione suppressa, sibi plenariè vindicaverit, existimavi propterea inferendam.

Ferdinandus Dei Gratia Rex, &c.

Novis morbis; novis occurri remediis expedit, &c.

Quæ quidem literæ licèt pro se valida firmitate persistant, ac tam illas, & quælibet in eis contenta, tanquam Nobis, nostræque Reipublicæ utiles, & expedientes quatenus opus est, autoritate nostra firmantes, atque renovantes, declarantes, supplentes & ampliantes, vobis, qui non modò officium nostræ Cameræ, verum etiam Magistrorum Rationalium Magnæ nostræ Curiæ cum omnibus ad ipsorum Magistrorum Rationalium officium, jurisdictionem, & authoritatem spectantibus, & pertinentibus, realiter obtinentis, Tenore præsentium de certa nostra scientia dicimus, præcipimus, & mandamus, quatenus hujusmodi præinsertas literas, & quælibet in eis contenta, in quantum ad vos, vestri officii jurisdictionem ratione spectat, & pertinet, in vestri officii observetis, & per Officiales quoscunque, res, & bona nostræ Curiæ quomodolibet administrantes, & qui de cætero administrabunt quomodolibet, quibusvis officio jurisdictione, & administratione generali, vel particulari fungantur, & quocunque nomine nuncupentur. De quibus habeant in vestro officio quomodolibet computare, præter, & ultrà in præinsertis literis specialiter, ut præmittitur, nominatos, prout ad eos spectaverit, & præmissa ipsorum officiis, & administratoribus actari poterunt, ac eis quomodolibet convenire, signanter circà confectionem Quaternorum, seu Librorum prædictorum, eorumque temporibus sui ratiocinii productione coram vobis, unà cum rationibus, scriptis, & cautelis debitis suorum officiorum, atque administrationum statutis, & debitis temporibus efficaciter, & inviolabiliter observari mandetis, & faciatis.

Transgressores quoslibet literarum prædictarum, aut quomodolibet in eis contentorum pœnis præinsertis vicibus singulis debitè compescendo. Et ut circà ipsorum observantiam nullus possit ignorantiam, vel excusationem aliquam prætendere. Vobis etiam tenore præsentium mandamus, quatenus præsentes nostras literas vestris literis insertas publicari mandetis, & faciatis, & quibus vobis videbitur specialiter intimari, atque præsentari, taliter quod hujusmodi nostræ literæ in notitiam deveniant singulorum, & quilibet, prout ad ejus spectaverit officium suum, administrationem quamlibet in eis contentâ studeat tenaciter observare, & efficaciter adimplere. In quorum testimonio præsentes literas exindè fieri, magno pendenti Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum in Civitate Venusii per Magnificum, & egregium virum Michaelem Petrum Militem, legum Doctorum, Consiliarium, ac Spectabilis, & Magnifici viri Honorati Gajetani Militis Fundorum Comitis, hujus Regni Logotetæ, & Prothonotarii, Collateralis Consiliarii, & fidelis nobis dilecti Locumtenentis. Die 8. mensis Aprilis septimæ indictionis. Anno à Nativitate Domini 1459. Regnorum nostrorum anno secundo. Rex Ferdinandus. Dominus Rex præcedente deliberatione Summariæ mandavit mihi Antonello de Petrutiis, Visa per Locumtenentem Magni Camerarii, & Vas. Dat. Vic. Nicolaus Antonius de Montibus Locumtenens Magni Camerarii. Vidit. Dat. Vic. &c.

Ex eo quoque apparet quanta sit Regiæ Cameræ
40 authoritas, quod ab ejus sententiis, & decretis non admittatur appellatio ad finem suspensivum, nec devolutivum, sed solùm reclamatio, seu revisio ad idem Tribunal, non negat *Frecc.de subfeud.lib.1. tit.de offic. Magn.Camer. num.15.* ad instar decreto-
41 rum Sacri Consilii, quod accipit nomen ab antiquo Cœnobio S.Claræ, & postmodum à Castro Capuano, ubi omnia Tribunalia translata fuerunt à Vicerege D. Petro à Toleto, quæ diversis in locis sub antiquis Regibus secta fuere, quod ab initio institutum fuit cum prærogativis sententiarum Præfecti Prætorio, juxta *l.unic.C.de sent. Præfect. Prætorio*, & tradita per *Franch.decis.120. num.10.* quod advertit *Reg. Revert.* insignis Regiæ Cameræ Locumtenens *dec.7. lib.1.* his verbis; *In primis sciendum est, quod Tribunal Regiæ Cameræ est Consilium Regium, & supremum, in quo omnia ad Fiscum, & Reg. Patrimonium spectantia agitan-*
42 *tur, disentiuntur, & servantur*, & qui in dicto Consilio præsunt, ut sunt Locumtenens, & Præsiden-

C

sidentes, dicuntur Procuratores Cæsaris, idest Iu-
dices ordinarii inter Fiscum, & privatum, ut est
casus in *l.1.C.de jurisd.omn.Judic.* cùm concord per
43 ipsum citat. ubi distinguit in materia sex casus,
ut per *eum*: Procurator quippe Cæsaris inter Fiscum,
& privatum cognoscit, *l.2.C.si adversus Fiscum*;
& quæ acta, gestaque sunt à Procuratore Cæsaris,
sic ab eo comprobantur, atque si à Cæsare gesta es-
44 sent, *l.1.ff.de offic.Proc.Cæs.* & proinde sententia,
vel decretum latum à Procuratore Cæsaris, ab alio,
quàm ab ipso Principe revideri, nec retractari po-
test: adeò ut Princeps solus contra sententiam Pro-
curatorum suorum in integrum restituit, non alius
Magistratus, *l.1.C.ubi, & apud quem cognitio in
integrum restitutionis agitanda sit*, ubi *Glos. 1. in
ult. lect. vers. vel dic propriè*, & proinde scripsit
45 *Lucas in dict.l.si quando 3.* quod hi Magistratus ma-
gna potestate lætantur, cùm nemo retractet ab eis
gesta, & *Afflict.* authoritate ejusdem *Lucæ* dixit,
46 quod Princeps multum confidit de Officialibus Ca-
meræ, *dec.340.in ult.verbis*.

Cum autem reclamationis, quæ à Regiæ Came-
ræ sententiis datur, mentionem fecerim, pro rei
ipsius veritate non minus, quàm Reg.Cam. digni-
47 tate me facturum arbitror, si *Marini Frecciæ* viri
alioquin de literis optimi meriti, authoritatem re-
probem, atque à vero longè alienam ostendam, dum
dicto *lib.1.de subfeud.tit.de offic.Mag.Camer.n.15.
& 16*, loquens de Magn. Camerarii officio, post-
quam dixisset, ab ejus sententiis appellationem non
dari, sed tantùm reclamationem, citra executio-
nis moram ad instar sententiarum Præfecti Præto-
rio, ad *text.in l.1.C.de sent. Præf. Præt.* asseruit, id
jus locum habere ex moderna Regis tolerantiæ, *nam*
(ut ipsius verbis utar) *olim dabàtur appellatio, exe-
cutio quiescebat, & ad nostrum Sacrum Consilium
etiam recursus habebatur*, aitque, se vidisse sua
memoria appellari, & à Viceprothonotario causas
committi, processus legi, & spiritus vitæ insuffla-
ri, quæ omnia, ipsius pace, quàm falsa sint,
48 quivis manifestè ex dicendis deprehendet. Etenim
certum est, Præsidentes Regiæ Cameræ in antiquo-
rum Magistrorum Rationalium locum successisse ab
usque Regis Ladislai temporibus, teste *Surg. de
Neap.illustr.* dicto *cap.7.num.2. & 3.* atque eodem-
met *Frecc.de subfeud.d.cap. num.4.* eorumque om-
49 nimodam jurisdictionem, ac privilegia in Præsiden-
tes, ex dicto Regis Alphonsi disertissimo Privilegio
50 translata fuisse. At Magistrorum Rationalium offi-
cium maximum, & ingens nuncupatur à Regibus
Ludovico, ac Ioanna in Privilegio anni 1350.
ubi inter alias prærogativas, ea quoque recensetur,
51 ut ipsi quæstiones terminent appellatione rejecta,
scilicet ne ab eorum sententiis appellatio admittatur,
quod Privilegium uti valdè honorificum inferen-
dum antiquitatis gratia curavi.

Ludovicus, & Ioanna Dei gratia Rex, & Regina Hierusalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, ac Pedimontis, & Forcalquerii Comitissa. Universis, & singulis Officialibus per Regnum Siciliæ constitutis, quacunque distinctione notatis, gratiam, & bonam voluntatem.

Juris civilis auctoritas, Prætorum, & jus dicentium quorumcunque distinxit officia, & quod solum distributa jurisdictio per Judices competens ministraretur per proprios Iudices, quibus attributa exti-tit, attentè induxit, ne promiscuis actibus rerum perturbentur officia.

Sanè Magistri Rationalis officium ab antiquissimis temporibus Principatum, & ingens in Regno nostro Siciliæ, tanquam illud, quod Reipublicæ summè utile subjectis ad commodum, & Fisci Regii emolumenta justè procurans, fuit per Catholicos, & Illustres Principes prædecessores nostros in magno honore tantum, quamplaribus prærogativis, ac privilegiis etiam decoratum.

Ad eorum quippè spectat officium quorumcunque Officialium, qui ordinantur in Regno per revolutiones temporum, & habent de eorum officiis sindicari, administratam per ipsos examinare Justitiam, illosque corrigere de his, quæ imperitè, aut injustè fecerunt, de commissis, ac omissis, pœnam inferendo condignam.

Rationes quorumcunque Officialium, qui habent de Fiscali pecunia in Curia computare, perspicociter habent videre, & processus assumptos ex illis dispungere, motosas quæstiones per Auditores, seu Rationales super eisdem processibus terminare, appellatione rejecta, & de dubiis, & defectibus compositiones congruas probabiliter facere, per nostram Curiam rationabiliter acceptandas.

De mercimoniis inter mercatores quæstiones ortas super his, quæ tangant Gabellarum nostrorum jura habent justitiam facere.

Multa quidem, & alia eorum incumbunt officio ex antiquis capitulis, literis, privilegiis, & cedulis nostris, & prædecessorum nostrorum anulis sigillatis, præsertim & hoc de antiquis statutis existit, quod cum & de eorum consilio Gabellæ Regiæ venduntur, seu ad credentiam committuntur, & plus licitantibus per Curiam concedantur.

Porrò eorum jurisdictioni subsunt, tam in civilibus, quam in criminalibus quæcunque personæ deputatæ, quovis officii titulo, tam in archivio, quam ad Siclæ ministrat, quæcunque illa existant, Gabelloti omnes, seu Credencerii Gabellarum, & deputato cujusvis ministerio earundem, maximè ubi de provisionibus agitur, & nonnullæ aliæ personæ, de quibus sunt certa eis rescripta per nostram Curiam ex antiquo concessa, tam scilicet in agendo, vel accusando, quam etiam defendendo.

Ne igitur per aliorum Officialium nostrorum ambitionem, aut varias alias astutias, per nos concessa, aut concedenda jurisdictio aliis in derogationem officii, & dignitatis Magistrorum Rationalium, eorundem familiarum, Collateralium, & fidelium nostrorum, qui die, noctuque curâ sedula pro nostris Fiscalibus juribus conservandis stant attenti, tam in præmissis, quam in aliis quibuscunque, quæ (ut prædicitur) ad eorum spectant officium, possit per cujusvis astutæ procurationis involucrum viribus subsistere, habentes præsentialiter ad Romanam Curiam pro salute Reipublicæ proficisci, ordinamus præsentibus, ordinatumque dimittimus, & irrevocabiliter harum serie de certa nostra scientia stabilimus, quod dicti Magistri Rationales, tam in prædictis honoribus, & jurisdictionibus, quam in aliis quibuscunque dignitatibus, quas super aliis capitulis habent, eo modo, quo prædicitur, conserventur, nec impediri possint, aut valeant in exercitio, & administratione eorundem per Officiales nostros alios quoscunque, quinimo quæcunque attentarentur, aut fierent per alios quoscunque nostros Officiales in præjudicium, & derogationem jurisdictionis, bono-

bonoris, & dignitatis Magistrorum Rationalium eorundem, illud reputamus, & haberi volumus pro casso, irrito, vacuo, & inani, tanquam factum ab incompetenti Judice, etiam si de incompetenti non esset in quavis parte judicii per partem propositum, aut aliter allegatum.

Nullis quibuscunque nostris literis, privilegiis, aut rescriptis cujuscunque continentiæ, vel tenoris aliis nostris Officialibus fortasse concessis, vel concedendis in posterum præsentibus contrariis modo aliquo valituris, etiam si in illis implicitè, vel explicitè essent clausulæ aliquæ, ex quibus possit vigor præsentium enervari.

Et quia congruit, ac decet, Prætores optimos locum, & jura ministrando justitiam servare majorum, volumus, ac expresse jubemus, Magistros ipsos Rationales in banca officii rationum de his, quæ eorum incumbunt officio, tam in causis publicis, quam etiam privatorum, Justitiam ministrare, in quo loco est solitum per eos jura reddere ab antiquo.

In cujus rei testimonium præsentes nostras exinde fieri, & pendentibus Majestatis nostræ sigillis jussimus communiri.

Datum Neapoli per Sergium Domini Ursonis de Neap. militem, Iurisciviliis professorem dictæ magnæ nostræ Curiæ Magistrum Rationalem, Viceprothonotarium Regni Siciliæ, dilectum Consiliarium fidelem nostrum familiarem. Anno Domini 1350. die 15. Septembris quartæ indictionis Regnorum nostri Regis Anno 11. nostræ verò Reginæ Anno 8.

Si igitur à Magistris Rationalibus appellatio non dabatur, antequam eorum authoritatem, ac privilegia Præsidentes obtinerent, ipsis postea omnibus
52 in Præsidentes translatis, eorumque dignitate aucta, quo pacto ferendus est tam fœdus *Frecc.* lapsus, ut afferat, reclamationem ex moderna Regis tolerantia concedi, quando ab antiquissimis antè Ioannam Reginam temporibus id Magistris Rationalibus tributum legimus, postmodum Præsidentibus Alphonsi Regis Privilegio concessum, & deindè semper ab aliis Regibus Reg. Camer. Summariæ prærogativis, ac honoribus, confirmatis antiquis, aucta potius, quam imminuta fuerit, ut in hac fermè re testatur Rex Ferdin. Primus id mox alle-
53 ganda *Prag.37.de offic.Procur. Cæsaris* his Verbis: *Volentes continuè, & non solum tueri, & conser-*
54 *vare, verum augescere, & ampiificare istius officii honorem, prærogativam, & dignitatem, cum præsertim certò sciamus, omnium, quæ in ipsa Camera aguntur, & cognoscuntur, & decernuntur, summa æquitate, maturitate, integritate, & justitia agnosci, & decerni, cum istius Tribunalis Officiales summa scientia, integritate, & rerum maxima experientia præditos esse sciamus*, Magnum profectò, & omni memoria dignum Regis encomium.

Sed qua ratione *Frecciæ* dictum excusari poterit, cum in id habeamus *Pragm. Sanct. Reg. Ferdinandi Primi de Anno* 1482. quam ignorare, vel silentio præterire, ut falsum assereret, minimè debuit, cum enim Rex Ferdinandus audisset, parvi ab illo tempore significatorias R. C. S. secundum observatam semper consuetudinem executioni non demandari, hac *Pragmat.* sancire voluit, ut juxta antiquorum Regiæ Cameræ Privilegiorum tenorem, & observantiam exequtioni traderentur, ubi testatur sic semper præteritis temporibus observatum fuisse, idemque constituit in sententiis R. C. ut præstita fidejussione exequerentur, & ad solam R.C.S. non ad aliud Tribunal reclamatio admitteretur, *num.* 3. & 4. & iterum repetit §.9. *volumus etiam*, & §.10. *& similiter, postquam diffinitivæ sententiæ debitæ exequationi mandatæ fuerint, si ab ipsis appellari, aut supplicari contigerit, appellatio, & revisio cognosci per aliud Tribunal, quam per ipsam Came-*
55 *ram non possit, nec debeat*, &c. *Rovit. in Pragm.* 38. *de offic.Proc.Cæsar.§. & similiter, num.* 1. dicens, in R.C. observari circà sententiarum executionem, à quibus fuit reclamatum, seù appellatum, prout observatur in sententiis S. R. C. & *num.* 16. ubi quamvis dicat, non esse propriè reclamationem, sed appellationem privilegiatam, seù revisionem, id contingit ex eo, quod proferuntur nomine Magni Camerarii; sed re ipsa idem est, nam executio non impeditur, & ad eandem R. C. recurritur, unde ea posita potius esset verbalis differentia, quàm realiter.

Quæ cum ità sint ab antiquissimis temporibus secundum Privilegiorum, ac Pragmaticarum tenorem inviolabiliter observata, manifestè detegitur *Frecc.* mendacium, cum evidenter ostenderim, semper antiquitùs reclamationem tantum citra executionis
56 moram competiisse, sed nec sui temporis se testem fidelem præbet, dum uno, eodemque tempore testatur, reclamationem dari ad instar sententiarum S.C. & se vidisse appellari ad S.C. & à Prothonotario in causas commissi, processus legi, & spiritum vitæ insufflari, nisi ea mutatio sua ætate contigisset, qua scilicet anno 1554. vixit etiam *Reg.Revert.* qui nedum de ea meminit, verùm aperte contrarium secundùm supra adducta Privilegia, & observantiam testatur.

Demum ut undique *Frecc.* dictum destruatur, falsumque convincatur, id, quod in ultimis verbis
57 asserit se vidisse à Prothonotario spiritum vitæ insufflari, eodem, quo cætera, vitio labitat, cum omnibus innotescat, in Regia Camera Summariæ causæ instantias non perire, & in ea limitari dispositionem *text.* in *l. properandum C. de judic.* atque ideò nunquam potest practicari insufflatio spiritus vitæ dempta instantiarum peremptione, quod con-
58 tingit ex Fisci privilegio, & cum scilicet causæ, quæ in R.C. vertuntur, semper Fisci interesse annexum habeant, ideò spiritus insufflatio non est in usu, quod & ab *Afflicto* in *Const. Just. cultores*, *num.*6. & in *Const. Regni Accusatorem*, *num.*5. & 6. discere potuit *Frecc.* ubi dicit, quod in Regia Camera Summariæ de consuetudine non perit instantia. *Beniot decis. Bonon.*76. *Ann. sing.*242. *Præs. de Fran. decis.*250. sub *num.*2. ubi *Amend. num.* [illegible] & alii, quos refert meritiss. *Præsul Ric. coll.*90.

De cujus Tribunalis excellentia, & de officio,
59 & authoritate Magni Camerarii, cujus jurisdictionis exercitium tantùm dignitate, & emolumentis quibusdam retentis abolevit, eo plenissimè translato in officium Locumtenentis, qui non solum ab ipsomet Rege creatur, ut plenè per *Frecc. d. loco num.*13. sed tanti æstimatur ejus provisiò, ut certis ab hinc annis ex excelsioribus, & intimis Magistratibus ad Regis maximi Monarchæ latus assidentibus fuerint selecti, & missi ad regendum hoc maximum Tribunal; quamvis in eo nunquam defuerint insignes Regnicolæ, & interdum etiam Hispani, qui ministerium hoc exactissimè, & maxima cum laude impleverint, ultra tradita per *Frecc. dicto loco, Reg. Moles ubi supra*, & *Episc. Lipar.* ad *Isern.* in *cap.* 1.

Digitized by Google

§. si quis verò temerarium, in *glo.verb.Camera*, ubi
illud appellat valdè supremum, *de pace juram firm.*
& antiquitùs præcipuè Regum Aragonum tempo-
60 re Præsidentes Regiæ Cameræ. Regii Consiliarii
etiam dicti inveniuntur ut ex Regiæ Cameræ *Re-*
gistr. par.7. anno 1452. in personam Arani Ci-
61 bo ipsius Præsidentis, *fol.132. à terg.* qui Aranus
Cibo fuit Genuensis, & anno 1440. fuit Prorex
Neap. tempore Regis Renati Andegavensis, quo
per Alphonsum expulso, Neapolitanorum precibus,
utpotè, qui optimè in officio se gesserit, ab eo con-
firmatus extitit, & completo officio fuit ab Alphon-
so Reg.Cam. militaris Præsidens creatus, ut ex eo
Registro apparet, refert etiam *Barthol. Facius de*
Reb.gest.ab Alph.lib.7.fol.mihi 171. *Onuphr.Pann-*
in.in vita Innoc.V. post *Platin.* dictusque Aranus
fuit pater Pontif. Innoc. VIII. omnium Authorum
consensu.

62 Aliqua compendiosè, sed gravi sermone scripsit
Reg.de Ponte tract. de pot.Proreg. tit.de regalib.im-
posit.§8 num.57. ubi Eminentissimum Tribunal ap-
pellavit, ad curam rerum patrimonialium, Popu-
lorum custodiam, & protectionem deputatum, in
quo ait, residere præstantissimos viros, omni vir-
tutum genere ornatos, quod si de suo, & præteri-
to tempore potuit verè attestari dictus insignis vir,
qui longo tempore, ut Præsidens, & Fisci patro-
nus in illo resedit: justissimè possum ego, nedum
de præterito, sed de præsenti plenissimè fidem face-
re, licet ut plusquam notorium, nulla egeat pro-
batione.

Unum tamen non omittam, quo dignoscatur
quanta apud Invict.Regem sit ejus Tribunalis æsti-
matio: Cum enim destinati ab Excell.Prorege fuis-
sent Judices aliquot M. C. contra Perceptores Pro-
vinciales, qui lentius fiscalem exactionem agebant,
quàm decebat, & præcepisset, ne instructiones Ju-
dicibus darentur per R. C. sed per scriptorium, &
ne obedirent Regiæ Cameræ provisionibus, hoc
63 per S M. suis litteris 26. Febr.1638. jussit, instru-
ctiones expediri per Regiam Cameram, uti in om-
nibus, quæ ad Regii Patrimonii administrationem
pertinerent ex Pragmaticarum, & ordinum S. M.
tenore, & dispositione parere deberent. Et cum
aliàs dubitatum fuisset, an in rebus Fiscalibus, quæ
tamen ad publicum regimen spectarent, quoties de
iis fieret à Regia Camera relatio in Regio Collatera-
li Consilio coram Excell. Prorege, votandi Regiæ
Cameræ jus esset, fuit consultum S. E. per ipsam
Reg.Cam. affirmativè, prout per prius semper fue-
rat observatum, & ita postmodum pacificè conti-
nuatum, ut legitur in consultatione facta 23. Ja-
nuarii 1638. regist. in consultarum Curiæ V. *fol.*138.

Ab hac autem non solum communicatione, sed
etiam translatione muneris antiquorum Magistro-
rum Rationalium in Præsidentes Regiæ Cameræ fa-
cta per Regem Alphonsum oritur, quod omnia pri-
vilegia, immunitates, & jura quæcunque conces-
sa olim Magistris Rationalibus fuerunt ipsis Præsi-
dentibus communicata, prout etiam usus, & ob-
servantia antiquissima sic ab eo tempore usque in
hodiernum diem continuata declaravit, prout legi-
64 tur in consultatione Regiæ Cameræ tempore Lo-
cumtenentis Revertorii viri doctissimi, & insignis
sub die 30. Maji 1550. *regist.* in consultar.Curiæ 1.
quod incipit ab anno 1539. *fol.*69. in qua consulta-
tione Camera obediendo mandato Excell. D. Petri
à Toleto, tunc Proregis præcipientis, ut fieret si-
bi relatio de immunitatibus, & prærogativis Præ-
sidentium, retulit habere jura declaratoriarum, es-
65 seque eos immunes ab adohis pro bonis feudalibus,
& a jure tertiariæ ferri pro usu, ac in omnibus Do-
hanis, Gabbellis, & passibus Regni pro bonis om-
nibus pro usu, & victu eorum familiæ, & simili-
ter esse immunes à jure bonatenentiæ, ultra jura,
sivè munuscula salis, saccari, & fœni ex pascuis
loci, *detto il mazzone*, & aliqua ex prædictis
juribus, fuit declaratum per Regiam Cameram
die 20. Septembris ejusdem anni, competere
Secretario, seù Notatori ejusdem Cameræ, ut in
66 *dict. consult. Curiæ* 1. *fol.*79. ordinatum reperitur
die 17. Aprilis 1537. hominibus Civitatis Calatiæ,
quod non molestent Magnificum Franciscum Per-
ronem Reg. Cameræ Præsidentem pro functioni-
bus fiscalibus super bonis sibi datis in dotem, eo
quod à dictis functionibus sunt immunes virtute
Privilegiorum Regiæ Cameræ concessorum, & an-
tiqua possessione etiam uti bonatenentes in *lib. no-*
tam. d. anni 1537. *fol.*132. & de immunitate om-
67 nium dirictuum Dohanarum ad instantiam D. Hie-
ronymi de Franciscis Locumtenentis Regiæ Ca-
meræ Summariæ fuit expedita provisio per Regiam
Cameram die 8. Decembris 1538. in *par.*28. *fol*92.
& passuum ad instantiam dicti Arani Cibo Ge-
nuensis Regiæ Cameræ Præsidentis in *par.7. di 6.*
*Febr.*1451. *fol.*132 *à ter.* Itidemque circa jus chri-
stallorum referente Dom. Præsid. Salazar 12. Ju-
nii 1571. fuit dictum, quod præstentur juxtà so-
litum, quæ cristallorum jura solent dari in arr en-
damentorum conductionibus, propter laborem,
qui in ipsis à Præsidentibus, & Rationalibus ad-
hibetur; eaque cum juribus vitularum, quæ præ-
stantur in officiorum venditione, ac declaratoriis
pro liberatione conductorum, & Officialium Fi-
scalium, duplicata percipiunt Locumtenens, ac
Commissarius, quodque ex alicujus morte super-
esset, inter alios distribuitur; Fisci autem patro-
nus declaratoriarum iure non gaudet. Quod jus
taxatum legitur in pandecta tradita tempore Ex-
cell. Ducis de Alcalà senioris in *Pragm.*57. *de offic.*
*Procur.Cæsar. in noviss. sub die 22. Septemb.*1559.
De quorum omnium jurium antiqua præstatione,
& justitia plenè fuit consultum Excellentiss.Comiti
Montisregii per Reg. Cam. existente Commissario
Præsidente Jo: Camillo Cacacio, viro omnium
virtutum, ac scientiarum numeris ornatissimo, ac
integerrimo, de mense Januarii 1637.

68 Quæ etiam immunitas referente tunc Præsiden-
te Ribera, posteà insigni Locumtenente, & Re-
gente Supremi Consilii dignissimo die 14. Janua-
rii 1580. fuit declaratum, quod extendatur etiam
ad bona dotalia data in dotem filiis Præsidentium,
& Fisci Patroni, his verbis: *Eodem D.Ribera re-*
ferente, fuit conclusum, quod expediantur provi-
siones Capitaneo, & Universitati Monapolis ad
instantiam D. Marcelli de Mauro Fisci Patroni,
che per le robbe stabili, che possede in detta Città
pervenutole per dote di suo figlio, sia franco di tut-
ti pagamenti etiam Fiscali per esserne franco come li
*Signori Presidenti in libro notament.Cam.ann.*1580.
fol. 24.

69 Et quòd etiam sint immunes à jure sigilli; prout
Præsidentes eorum patres, fuit decretum per R.C.
in personam Vincentii Antonii de Baldax on filii
Antonii Præsid. Reg. Cam. Sum. pro officio Capi-
tanei Castri Maris de Stabia in lib. notam. ano.

1535.

1535. die 15. Septembr. *fol.* 11. & idem decisum in
70 filiis M. Ration. R. C. S. prout in filiis Præsidentium in lib. notamentorum anni 1540. ult. Julii *fol.* 716.

Immò Præsidenti, qui gerit officia tam Præsidentis, quam Fisci Patroni deberi duplicem portio-
71 nem juris christallorum, fuit decisum in personam D. Marcelli de Mauro, referente D. Villano die 14. Maii 1580. in notamentorum Cam. d. anni *fol.* 390. & ita fuit servatom de anno 1627. in personam D. Vincentii Corcioni, cui fuerunt solutæ per Perceptorem significatoriarum Joannem Franciscum Magnati duplicatæ portiones, ut etiam servatum fuit cum DD. Præsidentibus Camillo de Marra, & Anello Amato, & mihi cum tempore Excellen. Ducis Ossunæ gessissem officia Propræsidentis, & ProFiscipatroni, fuerunt nedum jura christallorum; sed etiam duplex stipendium solutum pro utroque officio, ut patet ex mandato expedito per Suam Excell. ejusque Collaterale sub die 22. Junii 1619. registr. in mandat. 9 *fol.* 198.

Prout etiam ex vetustissima consuetudine juri subnixa fuit semper observatum, ut constat ex li-
72 bris officii Scribæ portionis, & sunt exempla in personam Regentis de Castellet, qui exercuit etiam officium Locomtenentis Reg. Cameræ, cui fuit pro tempore jussum solvi utrumque salarium, ut ex mandato Excell. Comitis de Lemos sub die 29. Ianuarii 1614. In mandatorum 10. *fol.* 111. & in libro dicti officii ordinariorum 4. *fol.* 30. idemque servatum cum Consiliario eo tempore Rovito indelebilis memoriæ, dum exercuit officium Fisci Patroni Regiæ Cameræ de ordine ejusdem Proregis, sub die 7. Julii 1615. in mandatorum 13. *fol.* 274. in d. lib. ordinariorum *fol.* 32. & cum Consiliario Didaco Lopez Suarez evecto ad officium Proregentis Regiam Cancellariam, ex mandato ejusdem Comitis sub die 31. Augusti 1615. in mandatorum 15. *fol.* 80. & in dicto libro ordinariorum *fol.* 22. idemque cum Præsidente Io: Hieronymo Natali, dum ex officio Fisci patroni electus fuit Præsidens Regiæ Cameræ, dum utrumque munus exercuit, quousque fuit facta provisio Fiscipatroni in personam Camilli de Marra, ut ex mandato sub die 16. Maii 1617. in mandatorum 4. *fol.* 38. & in d. lib. *fol.* 32. & similiter fuit servatum cum Ambrosio de S. Iacobo de Villalobos Consiliario effecto Proregente, ex mandato Excell. Ducis Ossunæ D. Petri, sub die 19. Iannarii 1617. in mandatorum 2. *fol.* 181. & supplemento mandati, in mandatorum 1. *fol.* 204. & in d. lib. ordinariorum 4. *fol.* 56. & tandem cum Consiliario Cæsare Alderisiu, ex Consiliario effecto Proregente virtute mandati ejusdem Proregis sub die 28. Aprilis 1617. in mandatorum 4. *fol.* 16. & in d. lib. ordinariorum à *fol.* 57.

73 Rescripta enim Regia, & prohibitiones, quibus fuit prohibitum Excellentiss. Proregibus, nè permitterent, exigi duo stipendia, loquuntur expressè de militaribus, ut continetur in literis Invictiss. Philippi Tertii sub data in Valladolid die 16. Augusti 1602. dum prohibet, quod Capitanei militum pedestrium nationis Hispanæ dicti *del terzo*, & triremium *della squadra del Regno*, non possint exigere ultra ordinaria stipendia, quæ militibus emeritis, seù retentis, & veterania datur, vulgò dictum *l'entretenimiento, y ventaja* ab ipso Rege concessis ob servitia, sed tantùm stipendium ordinarium Capitanei.

Quod clarissimè deinde fuit particulari lege expressum literis ejusdem Regis sub data Matritii 16. Ianuarii anni 1611. quibus per modum legis condendæ specifice fuit declaratum, ordines præcedentes prohibentes frui duobus simul stipendiis, non comprehendere nisi tantum stipendia militaria, ut patet ex rescripto Excell. Comitis de Lemos sub die 11. Ianuarii 1612. in mandatorum 2. *fol.* 362. & in officio Scribæ portionis in regestro intitulato, extraordinariorum 121. *fol.* 6. & iterum in literis Suæ Majestatis directis ejdem Comiti de Lemos, sub data Pardi 11. Februar. 1611. expeditis per Supremum Consilium Italiæ ad instantiam Ioannis de Ybarra, & Michaelis de Navarette Ministrorum Regiæ Visitationis sub Illustrissimo Visitatore Ioanne Beltran de Guevara Archiepiscopo Salernitano, & demum Episcopo Sancti Iacobi, viro insigni, nobilissimo, & doctissimo, & de me optimè merito, in volum. literarum S. M. *fol.* 218.

Et licèt in literis ejusdem Regis sub die ult. Decembris 1619. videretur prohibitum exigi duplex stipendium, etiam non militare, per verba tamen assertiva præcedentium ordinum, ibi *y porque*, &c. *ut inf. num.* 76.

Quinimmò ex literis nostri Invictissimi Philippi Quarti, sub die 30. Maii 1625. supponendo pro constanti fuisse ex dictis literis anni 1619. prohibitam præstationem duplicis stipendii, non solum militaris, sed omnibus stipendia quæcunque merentibus, sub quibus credebatur comprehendi etiam quoscunque Magistratus togatos, justitiam administrantes, & proindè fuisset rescriptum Excel. Duci Albæ, quod vigore dictarum literarum expeditarum sub die ult. Decembris 1619. mandaret restitui duplex salarium solutum diversis Magistratibus, inter quos fuernot Consiliarii Petrus Anton. Caravita pro tempore, quo exercuit officium Fisci patroni Regiæ Cameræ sub Eminentissimo Cardinali Borgia Locumten. Generali, Principe omnibus virtutibus decorato, & eximiæ Religionis, Præsidens Camillus de Marta pro officio Fisci patroni, Consiliarius Didacus Lopez pro officio Proregentis Supremi Collateralis, Præsidens Scipio Brandolinus pro officio Præsidentis continuato etiam postquam evectus fuit ad officium Regentis Supremi Cons. Italiæ, & Regens Ioannes Baptista Valenzuela Velazquez dum per plures annos summa cum laude, ob suam notissimam doctrinam, & prudentiam ultra officium Regentis fuit etiam Præsidens Sacri Cons. Capuanæ, & postea ad summos Magistratus Hispaniarum à nostro Rege evectus.

Verùm quia ex parte dictorum Officialium fuit
74 oppositum, ipsos justissimè exegisse duplex stipendium pro duplici officio compatibili, quod Rege vel Prorege mandante exercuerunt, quibus singulis erat certum constitutum salarium, prout de jure nedum fieri posse, sed deberi utrumque, decidit *Imper.* in *§. illud tamen*, cum *glosa in verb. periculum*, ubi propter duas sollicitudines, duo sunt solvenda stipendia, *auth. ut Judices sine quoquo suffrag.* cum concord. quod latè probant *Bellug. in speculo princ. rubrica* 45. *§. quamvis*, *vers. sed credo*, *Avil.* in *cc. Prætor. Hysp. cap.* 1. *glo. officio*, *nu.* 9. *vers. sed tu dic*, *Bovadill.* latè in *sua polit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 68. *in fin.* & *lib.* 3. *cap.* 8. *dub.* 18. *n.* 68. *de Ponte de potest. Proreg. de abundan. Civit. §.* 6. *num.* 10. *D. Reg.* & *Marchio Carol. Tapia* municipalis juris nostri Regni restaurator *lib.* 2. *de salar. Official.*

Digitized by Google

ficial.& trigef. n.3. verf.quid autem fi unus, D.Re-
gens *de Curte* meus avunculus egregiè ex more
*part.2.de feud.ex num.*156. ubi latiſſimè agit, quan-
75 do quis poſſit fungi vices duarum perſonarum ex
*num.*138.*in fin.* qua de re officiali exiſtenti in officio
alicujus commiſſionis, ſi committatur aliud nego-
tium explicandum durante exercitio primæ com-
miſſionis, debetur quoque duplex ſalarium pro utro-
76 que, ea ratione, quia ſalarium debetur ratione la-
boris in adminiſtrando, & proinde ei, qui plus la-
borat pinguius ſalarium eſt præſtandum *Aviles* in
d.cap.1.prætor.gl.officio, ex *num.4.Bovadill.d.tom.1.*
lib.2.cap.20. poſt *num.68.de Ponte de poteſt.Proreg.*
de aſſenſib.Reg. §.6. *num.*35. *Caſtill.Siculus dec.*44.
*num.*8. *tom.*1.

Præterea adverſùs executionem dictarum litera-
rum dicebatur, ſuiſſe ſpeciali deciſione proviſum,
& declaratum per ipſum Regem, quod omnes pro-
hibitiones præcedentes intelligerentur de ſtipendiis
militaribus tantùm, non de aliis, propterea dum
nullo Regis reſcripto fuerat huic declarationi ex-
preſsè derogatum, prout de jure requirebatur, dum
cum juris diſpoſitione concordabat ſpecialis, & in-
dividua Regis proviſio, maximè quia reſcriptum
emanatum à Curia ſub die ultimo Decembris 1619.
quæ literæ vulgò dicuntur duodecim capitum, non
erat novi juris, præſertim correctorii inductivum,
ſed legebantur hæc verba: *Y porque mi voluntad es
que ſe executen tambien las ordenes que tengo dadas,
para que ninguno de mis Viſoreyes pueda dar nuevos
ſueldos, ni ayudas de coſto, ni ſalarios, ni acrecen-
tar los viejos, ni que ſe paguen doblados aſſi en co-
ſas militares, como otras contra las ordenes dadas,
ſin que la haya nuevo, y particular, mia para ello
con clauſula derogatorio de la preſente, os ordeno,
y mando que lo que contra lo aqui referido ſe libra-
ren, no ſe pague, y que ſe ſi huviere pagado, ſe co-
bre de las perſonas que lo huvieren recevido, y no po-
diendo dellas, de los Miniſtros, à cuyo cargo hà eſta-
do el pagarlo, y librarlo, y que non ſe les reciva en
quenta en la que dieren del dinero, che huviere eſta-
do à ſu cargo de mi Real hazienda, y en eſta con-
formidad lo advertireis à la Eſcrivania de Racion, y à
las perſonas à quien toco*; vigore quarum literarum
fuit per Regiam Cameram expedita certificatoria
ſub die 15.Martii 1623. regiſtrata in *certificator.*71.
*fol.*43.

Ex his ideò dicebatur tantùm abeſſe Regem no-
luiſſe præcedentia jura, & proviſiones factas corri-
gere, quinimmò ut jam factæ omnino ſervarentur,
& executioni darentur; atque in favorem Magiſtra-
tuum, & hæredum quorundam jam defunctorum
77 objiciebatur, reſcripti verba quamvis ampla, ibi
(*como en otras qualiſquiera*) reſtringenda eſſe ad
caſus ſimiles expreſſis, ex *cap. ſedes*, *de reſcript.*
cum ſimil. prout ex ſequentibus verbis in quibus
de diverſis caſibus ſimilibus agebatur, ſuper quibus
78 abſque aliqua correctione præcedentium verificari
poterant, prout in dubio illa eſt ſemper accipienda
interpretatio, per quam evitetur legum correctio,
l.1.C de inoffic.dotibus, *l præcipimus in fin.C.de ap-
pell.* nec inducitur, niſi verbis legis expreſſum in-
79 veniatur, idque clarè, & præcisè conſtet, *Sardus*
latè *dec.*81. *num.*19. & maximè quando lex antiqua
eſt ſpecialis, & determinata, nova verò generalis,
quia tunc poſterior non tollit primam, ſed recipit
declarationem à prima ſpeciali, & ratio eſt, quia
ſpecialis diſpoſitio eſt dignior generali, & ob id ejus
80 certa mentio fieri debet *Bar.* in *l.ſed & poſteriores*,
ff.de legibus, & in *extrav. ad reprimendum*, *verb.*
non obſtantibus, *Jaſ. Dec.Cagnol.Caſſan.Gomez.Ri-
po*, *Socin Jun.*& alii relati per *Menoch.lib.6.de præ-
ſumpt.cap.*28. *num.*17. ubi *num.*20. extendit etiam
adjecta clauſula derogatoria non obſtante *Menoch.*
*d.cap.*38.*num.*29 quæ in præſenti non ſolùm non re-
peritur adjecta, ſed ex pleriſque conjecturis urgen-
81 tibus apparet, noluiſſe Regem corrigere, vel mu-
tare prius diſpoſita, quo caſu correctio excluditur,
vel etiam inducitur, ubi alias excluderetur ex con-
jecturis, *Imol. Alex. Jaſ. Dec.* & alii, quos affert
*Menoch.d.loco num.*21. conjecturæ autem ſupra re-
latæ tales ſunt, ut facilè ex eis deprehendi poſſit
potius oblivio legis latæ de anno 1611. in an.1619.
poſt lapſum ſeptem annorum, & fortiùs de an.1625.
82 nam & ſi in privatis perſonis præſumatur oblivio
etiam minori ſpatio decennii, cum totum remitte-
tur arbitrio Judicis, ut per *Cravet.conſ.*241.*col.ult.*
fortiùs tamen oblivio præſumitur in Magiſtratu,
multis negotiis implicito, & potiſſimè in Principe,
83 ut in ſupremo Pontifice, in quo etiam in facto pro-
prio, & in modico temporis intervallo præſumitur
oblivio, juxta *text.* in *c.1.de reſcript.in 6.cap.olim*,
ibi *DD.de re judic.* & ſufficit decurſus duorum an-
norum, *Gram.conſ.*23. *num.*3. & *conſ.*41. *num.*10.
*Cravet.conſ.*141. *colum.fin. lib.2.Maſcardus* latè *de
probation. tom.2. concl.*1127. incip. *per ſe dubitari
contigit num.*12.16. *cum ſeq.* latè *Menoch.de arbitr.*
*lib.2.caſ.*26. & *de præſumpt. lib 6.cap.*32. & ſic item
in Rege Monarcha, maximè per longum tempus
octo annorum, ab anno 1611. ad 1619 & poſtmo-
dum ab anno 1619. ad 1625. mutato interim Rege
Philippo Tertio ſanctæ memoriæ in Cœlum tranſla-
to de anno 1620. unde de facili poteſt præſumi er-
ror, vel oblivio de anno 1625. dum conſtat de lege
ſpecialiter ad hoc lata de anno 1611. maximè con-
cordanti cum jure communi.

84 Et inſuper addebatur, noviſſimas literas ſub die 30.
Maji 1625. ex toto fundari ſuper prohibitione, quæ
indubiè ſupponebatur facta ex dictis literis præce-
dentibus ab Invictiſs. Philippo Tertio ejus Patre,
datis de anno 1619. & proindè cogendos eſſe ipſos
Officiales ad reſtitutionem, ratione etiam contem-
tus, & contraventionis, exigendo duplex ſtipen-
dium contrà expreſſum Regis præceptum, quibus
ex jam dictis ponderationibus planè ceſſantibus,
non ſolum fuit ſuperſeſſum in ipſarum literarum
executione, prout de jure fieri debet, & toleran-
do indulget noſter piiſſimus Monarcha, ut ſibi re-
85 ſcribatur, prout reſcriptum fuiſſe memini, ſed in-
terim juxtà priores literas anni 1611. juri communi
concordes fuit poſt annum 1625. obſervatum in ca-
ſu ſimili tàm Magnifici Secretarii Joannis de Lezca-
86 no, quàm Magnifici Joannis de Allegria Miniſtri
in officio Scribæ portionis, cujus miniſterium, &
cæterorum ejuſdem officii, fuit per Supremum Col-
laterale declaratum, non comprehendi appellatione
militaris ſtipendii, quamvis circa deſcriptiones mi-
87 litum officium Scribæ portionis, ejuſque Miniſtro-
rum verſetur, quod ab *Ulpiano* dicitur in *numeros
referri milites*, *l. jure militari* 4. & *l.ex eo tempore*
43. ubi bona *glo. verb. Electi*, *ff. de milit. teſtam.*
88 probat, militem non cenſeri, nec gaudere milita-
ri privilegio priuſquam in numeros referatur, ſicuti
89 electio regulariter non tribuit jus niſi ſuſcepta inſu-
la, vel cingulo ex qua *glo.* confirmatur decretum
latum per Regios Delegatos coram Sua Excell. de

an-

Digitized by Google

enn. 1639. contrà illos de Fusco de Gaeta inquisitos
de præmeditato homicidio in personam Erasmi Tro-
janelli, qui allegabant fuisse adscriptos ad militiam
per Præfectum militum, qui de hoc attestatus fuerat,
90 verùm viso rollo in officio Scribæ portionis, rollum
enim, & arrollare, appellatur illa descriptio mili-
tiæ ut advertit *Surgens cap. 26. num. 10. de Neap. Il-
lustr.* fuerunt exclusi à prætensa repositione in pri-
stinam libertatem, in qua causa Ego ordine Excel-
lentissimi fui subrogatus in locum unius ex delega-
tis impediti, & de qua inveni postea fecisse decisio-
nem Dominum Consiliarium *Hectorem Capycium
Latro* meum gentilem in suis aureis, & elaboratis-
simis *decis. Sacr. Consil.* quæ est 105.

Novissimè juxtà hanc literarum Regis juri con-
91 sonam interpretationem repeti literas Regias datas
die 9. Maji 1618. quibus præcipitur, Medicum ter-
tii Hispanæ militiæ, eundemque Prothomedicum,
utroque salerio gaudere posse, adjecta causa, quod
scilicet hoc aliis literis prohibentibus duplex sala-
rium, non repugnet, ex quibus optimè confirma-
tur intellectus ad prædictas literas anni 1619. &
1625. itidemque observatum reperi in Dominis Con-
siliariis Andræa Marchesio viro avita nobilitate, le-
galisque doctrinæ, ac feudalis juris peritia præstan-
tissimo, & D. Ferdinando Arias de Mesa J.C. Hispa-
no doctissimo, subtilissimo, ac morum suavitate
amænissimo, quorum hic vespertinam primariam
juris Cathedram, ille feudorum ordinariam sum-
ma cum laude obtinent, ac ideò duplici gaudent
salario.

92 Et pro dicta immunitate adoharum, & donativo-
rum, etiam extraordinariorum fuerunt expeditæ
provisiones ad beneficium nonnullorum Præsiden-
tium antiquis, & modernis temporibus, ut patet
ex libris Notam. Cameræ sub die 16. Maii 1534. in
favorem Præsidis Barnni, item die 30. Octobris 1535.
& 1537. pro Ferdinando Rota, pro Vincentio Cor-
ciono viro doctiss. sub die 20. Aug. 1617. & pro Re-
gente D. Joanne Enriquez Marchione Campiæ, uti
olim Præsidente dictæ Reg. Cam. 31. Aug. 1627. &
15. Januarii 1630. in quibus dicitur, esse immunes
pro jure adohæ, pro donativis, & servitiis imposi-
tis, & imponendis, ordinariis, & extraordinariis,
& quod exactum à Perceptoribus restituatur. Et
cum fuisset per ejus mortem præsentis D. Locumte-
nente dictæ Reg. Cam. ordinatum certiorari Perce-
ptorem, quod in futurum exigeret, cessante per
mortem immunitate, fuit per uxorem ipsius viduam
supplicatum S.E. idem privilegium esse observandum
ad ipsios, & liberorum favorem durante viduitate,
per quem fuit remissa causa decidenda Reg. Camer.
& commissa D. Lanario, quæ pendet indecisa penès
Act. Octavium de Crescentio. Et die 30. Januarii
1640. in computo administrationis Rat. Laudati re-
gentis officium Perceptoris Terræ Hydronti, refe-
rente Rat. Batio in Aula magna, fuit provisum,
quod admittatur immunitas observata Regenti Hen-
riquez, juxtà ordinem, & consultationem R.C. fa-
ctam S.M. licet non exhiberentur provisiones. Ea-
demque immunitas fuit practicata in favorem Spe-
ctabilis Comitis Molæ, ejusdem R. C. Præsidentis,
& Decani meritissimi, ut probant provisiones dire-
ctæ Perceptori Terræ Bari pro restitutione etiam
adoharum indebitè exactarum sub die 30. Novem-
bris 1626. & 15. & 24. Martii 1629. subscriptæ per
quond. Præsidentem Scipionem Rovitum, posteà
Regentem insignem, registratæ in certificatoriarum
arcæ militaris 9. *fol. 40. à ter.* & in adohæ 25. *fol.* 42.
penès Rationalem de Simone: fuitque etiam decla-
93 ratum instante Illustr. Petro Ioanne Capycio Galeo-
ta Principe Montis Leonis, filio Spectabilis Ioan-
nis Baptistæ Regii Generalis Tesaurarii sub die 27.
Februarii 1638. cum Regio Fisco, interveniente do-
ctissimo, & integerrimo D. Locumtenente D. Alfon-
so Guillen de la Cartera, quòd dictus Ioannes Bapti-
sta uti Thesaurarius Generalis hujus Regni pro tem-
pore, quo dictum officium exercuit, tractetur im-
munis solutionum adoharum, & donativorum; ut
in processu penès Ioannem Baptistam Constanti-
num *fol.* 24. & deindè sub die 14. Octobris fuit con-
firmatum decretum, & provisum, quod pro exequ-
tione illius expediantur provisiones Perceptori Prin-
cipatus ultrà, quod non exigat à dicto Illust. Prin-
cipe residuum adoharum, & donativorum etiam ex-
traordinariorum è die, quo dictus Ioannes Baptista
pater cepit possessionem dictæ Terræ Montis Leonis,
prout etiam præcedentibus literis S. E. sub die 4.
Aprilis 1637. fuit ordinatum exequi consultationem
ejusdem Regiæ Cameræ factam sub die 17. Martii
ejusdem anni in favorem dicti Principis, & expedi-
tæ provisiones sub die 9. & 23. Maii 1637. subscrip-
tæ per dictum D. Alonsum, prout in prædictis actis
fol. 24. 26. & 56. & idem observatum reperio quoad
94 Præsidentes Regiæ Cam. in aliis immunitatibus, ut
est immunitas à donis. Cùm enim hæc Inclita, &
Fidelissima nostra Civitas donasset Serenissimo Regi
Ferdinando Primo de anno 1477. fuit specialiter or-
dinatum quoad omnes Cameræ Ministros, scilicet
ne ab iis exigeretur, exactumque restitueretur, in
Regestro Cameræ 25. *fol.* 208.

Et licèt contrà hanc immunitatem quoad adohas,
95 & donativa fuerit rescriptum per S. M. sub die 10.
Octobris 1632. & fuerint remissæ literæ R. C. per
Excell. Comitem de Monterey, vigilantiss. Prore-
gem, sub die 23. Ianuarii 1633. cum justissimo no-
stro Regi fuisset expositum, hanc esse usurpationem
factam à Ministris Cameræ, cum talis immunitas
ejus juridicè minimè competeret.

Agnoscentes Reg. Cam. Ministri, non fuisse in-
tentionem S. M. velle juri Tribunalis, tam suo Re-
gali servitio assiduè summis vigiliis intenti derogare,
& literas fuisse maxima cum subreptione, & obre-
ptione expeditas, supplicavit Proregi, ut dignare-
tur de notissimis, & justissimis titulis cum pacifica,
& antiquissima possessione, & observantia, robo-
rata pluribus consultationibus, & decretis R. C. se-
pientissimum nostrum Regem certiorare, prout fa-
96 ctum fuit, prævia plena, ac distincta consultatio-
ne facta sub die 6. Iunii 1633. registrata in consulta-
rum Curiæ secreto *fol.* 229. in qua justificata fuit im-
munitas tam ab adohis, quàm à donativis ordinariis,
& extraordinariis, tribus evidentissimis rationibus:
Primò, ex Privilegiis Reginæ Ioannæ Primæ de an-
no 1346. immunitatis concessæ olim Magistris Ra-
tionalibus, deindè translatæ ad beneficium R.C. Se-
cundò, ex consultationibus, & decretis Cameræ,
quibus ita privilegia fuerunt successivis temporibus
interpretata, & decisum. Et ultimò ex antiquissi-
ma, & pacifica possessione, & observantia etiam
privilegiorum interpretativa, roborata testimonio
Marini Frecc. dicto *loco de officio M. Camer. num.* 3.
Regentis Molet, & aliorum sapientum Regni, &
inter alias antiquas consultationes legitur una sub
die 5. Decembris 1539. facta per Regiam Cameram
de ordine Excell. Proregis ad beneficium Regentium

Reg.

Digitized by Google

Reg.Cancell. & Collateralium Consiliariorum, in qua
infertis partitis extractis ex rationibus, & compu-
tis Perceptorum Provincialium ab anno 1478. tem-
pore Serenifs. Ferdinandi Primi, apparet de possessio-
ne jam dictæ immonitatis adhoarum, & servitiorom
pro eorum boois feudalibus, *Regiftr.* in *confultar.* 20.
*fol.*71.

Qua consultatione transmiffa, dubitari non po-
teft, quio jura Tribonalis à prudentiffimo Rege,
existeote potiffimè Præside Supremi Conf. eodem
Comite, de juribus, & meritis Cameræ pleoè in-
ftructo, ficuti de omnibus Regni negotiis, quod
maxima cum laude, & omnium admiratione per fe-
ptennium regit, farcta tecta fiot confervanda, oon
97 tamen fileotio prætèribo, omnes Reg. Cam. exem-
ptiones, ac immunitates Regiis Confiliariis S. Cla-
ræ, plurimis ab hinc annis R. C. exemplo à Beoi-
gniffimo Rege indulta foisse, ut in *Pragm.unic. an-
ni* 1550.fub *tit.de immunit Official. Sac.Conf.* licet
huc ufque quoad immunitatem ab adohis, & dona-
tivis non viderim in Confiliariis ufu receptam, *Mat.
Surg* in *addit.ad fratrem de Neap.Ill.fol.*386.*in prin.*
98 Competit etiam Reg.Cameræ, & eft io poffeffio-
ne, & in viridi obfervantia cognofcendi de caufis
omnibus, tam Præfidentium, quàm aliorum omnium
Officialium Reg. Cam.
99 Quamvis enim jure communi Officiales fubordina-
ti officio Procuratoris Cæfaris debeant cognofci ab
ipfo Procuratore Cæfaris in caufis civilibus, verùm
in criminalibus coràm Præfide, præfente eodem Cæ-
faris Procuratore, vel Advocato Fifcali Patrimonii,
l.cum aliquid 8.*l.nullum* 10.*cum glof.C.ubi caufæ Fi-
fcales, vel divinæ domus, hominumque ejus agantur,*
ibi: *nullum ex officio Rationalis, qui exactioni, vel
chartis inferviat, ad aliud judicium adduci oporteat,
nifi fortè cujuspiam caput accufatio legibus inftituta
pulfaverit*, ubi *Glof. verb. oportet*, fubiicit, *&
hoc cum civiliter, fecus fi criminaliter, quia
tunc Præfes adeft provinciæ, ut fupra eodem l. cum
aliquid* 8. ubi illud additur, *ut id fiat præfente Ra-
tionali, vel Procuratore domus noftræ*, & io *l. fi ad-
verfus*, quæ eft 2.*C. fi adverfus Fifcum*, ubi *glof.*
100 addit, *quod hodie folus Princeps cognofcit*; Atta-
men ex antiquiffima, & præfcripta confuetodine
hodie de caufis Mioiftrorum dependentium à R.C.ut
funt omnes Perceptores, Thefaurarii, Magiftri Por-
tulani, Portulaoti, Dohanerii, Credenzerii, Fun-
dacarii, Secreti, & Vicefecreti, Magiftri Cameræ,
Capitanii Craffiæ, & fimiles, tam in caufis civili-
bus, quàm criminalibus, activè, & paffivè cogno-
fcit Regia Cam. vigore fuorum privilegiorum priva-
tivè quoad omoes, ficuti de Præfidentibos, & Ra-
tionalibus, ipforumque familiaribus, teftatur *Affl.*
in *Conftitut.Caftellanor.*lib. *num.* 1.*verf. non funt er-
go*, ubi fupponit ità femper obfervatum, & ità plu-
101 ries decifum in caufis nonnollorum Præfidentium,
& Rationalium teftatur iofignis *Rovitus decif.* 74.
*num.*6.*& in fine*, & de omnibus Miniftris Fifcali-
bus fubordinatis Cameræ loquitur doctiff. *Reverter.*
qui poftquam latè egit de caufis ad cognitionem Reg.
Cam. pertinentibus, de jure communi diftinguendo
fex cafus, in quarto cafu loquens de Mioiftris infe-
rioribus, fubdit hæc verba: *Et omnia fuprà allega-
ta procedunt de jure communi, attentis tamen Privi-
legiis conceffis à retro Regibus hujus Regni, confir-*
102 *matis per S.M. eft valdè ampliata, & extenfa ju-
rifdictio Regiæ Cam.adeò quod habeat jurifdictionem
civilem, & criminalem, merum, & mixtum Im-
perium, activè, & paffivè in omnes, & quofcumque
Officiales Cameræ, & eft abdicata jurifdictio ab om-
nibus aliis Tribunalibus, etiam fi non apponatur,
fcilicet in Privilegiis, claufula privativa, ut habe-
tur latiùs in Privilegiis*, ubi etiam fundat, Prin-
cipem hoc juftè cooftituiffe, nec ullum coofidera-
ri inconveniens, ut per *eum* latè, qui poftmo-
dum *in verfic. & quod fit vera conclufio*, pro
confirmatione conclofionis prædictæ, ot etiam
jure communi jurifdictio fit privativè, & abdicati-
vè conceffa, tam refpectu caufarum Fifci, fcilicet
Principis, quàm refpectu Officialium, & Mini-
ftrorum dependentium ab officio Procuratoris Cæ-
faris, & fic Regia Camera utitur optimo argumen-
to, & limitatione fingulari tradita per *DD.* com-
103 muniter ad *l.* 1. *C. de offic. Præfect. Urbis*, qua
difponitur, ut jurifdictio fpecialis ordinaria oon
deroget generali, fed potius videtur conceffa cu-
mulativè, concordat *tex. l. fin. C. de jurifd. omn.
Jud. l. unic. C. de metrapoli Berit. lib.* 11. *Angel.
conf.* 375. *num.* 2. *Rom. conf.* 393. *num.* 1. *Ruin.
conf.* 7. *num.* 5. *in* 4. *Gram. decif.* 30. *num.* 2. cum
infinitis per *Barbof. ad l.* 1. *art.* 4. ex *num.* 73. *&
76. cum feq. ff. de judic.* ubi *num.*78.de vera,& ma-
gis communi; ioter alias enim limitatiooes, io qui-
bus ceffat dicta conclufio, eft illa, ut non proce-
104 dat, quando jurifdictio fpecialis etiam ordinaria
(ut conftat effe jurifdictionem Regiæ Cam.ut inter
alios fcriptores Regni advertit *Caravita fuper Ri-
tu* 265. *num.* 28. *Regens Rovitus in Pragm.* 1. *de
cauf.decid. num.* 3. doctiffimus, ac meritiffimus *D.
Confiliar. Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *difput.* 2.
quæft. 8. *fect.* 4. *fub nu.* 152.) conceditur per viam
privilegii io favorem certarum perfonarum, quod
refultat in ipfarum otilitatem, & favorem, ut ab
eorum officio non diftrahantur, tunc enim ut pri-
vilegium aliquid operetur, ceofetur jurifdictio
cooceffa privativè quoad alios Judices, & non cu-
mulativè, citat *Revertet. Angelum* in *l. teftamen-
ta omnia, C. de teftam. Alberic. Bald. & Aretinum* in
l. quod in retum, *§. fi quis poft ff. de leg.* 1. quibus
addo *D. de Franch.dec.* 417. *num.* 7. ubi amplius
105 extendit, ut omnis jurifdictio conceffa io certum
genus perfonarum, & ed univerfitatem caufarum,
intelligatur privativè conceffa, citans *Jacobin. D.
Capyc.decif.* 9. & *Menoch.* quod repetit idem *de
Franch.decif.* 458. *num.* 3. ubi citat *Minad.decif.*8.
idemque etiam *Frecc.* in 7. *anthorit. col.* 2. concor-
dant *Bald. Angel. Paul.Felin. Ruin. Menoch. Gar-
fia*, & alii, quos ad hoc citat *Barbofa* in *d.l.* 1. *art.*
4.*num.*134 *ff.de judic.* ubi *n.* 136. firmat, quod ubi-
106 cunque jurifdictio conceditur io vim privilegii,
tunc neceffariò cenfetur conceffa privativè, *nec*, ut
fubdit *Revert. poteft dubitari, quin privilegium
hoc fit conceffum in favorem perfonæ Fifci, five Pro-
curatoris Cæfaris, qui ipfum repræfentat, & fuc-
ceffivè Officialium, qui fub dicto officio militant, ut
habeant proprium in fuis caufis Judicem, quod eft
utile, & neceffarium ipfis, quod non litigent, nec
conveniantur in aliis Tribunalibus, quam Regia
Cam. ergo neceffariò hæc jurifdictio eft privativè
conceffa*, hæc *Revert.* & antè ipfum *Affl. decif.* 41.
*num.*2. & *D. fi*, *num.* 2. obi io terminis, & in pun-
107 cto firmant, quod fi ftatutum dictet, ut io no-
ftris Pragmaticis de caufis Fifci eft toties provifum,
quod de caufis Fifcalibus, pupillorum, vel vidua-
rum certus Judex cognofcat, tunc Regens M.Cu-
riæ, ut inquit *Affl.* licèt habeat generalem jurifdi-
ctio-

ctionem, non tamen potest se in talibus causis in-
tromittere, secus verò, ut addit *in fine*, si esset so-
lùm privilegium datum in favorem causæ, non au-
tem concerneret personas, ut illum sequitur etiam
Barbosa dicto *loco num.* 137. unda ex eorum dictis
108 patet Privilegia Fiscalia, non tam causæ, quàm
ad ipsius personæ Principis, quam Fiscus repræ-
sentat, prærogativam concessam fuisse, ut meritò
extendantur ad Magistratus, qui Fisco inserviun-
tur, quod secundùm ipsos benè probatur in *l. nec
quicquam* 9. *in principio*, 2. *responso ver. sanè si Fi-
scalis ff. de offic. Proconsul. & Legati*, unde tandem
addit *Revert. quod si hoc fuit statutum de jure com-
muni, satis conveniens fuit, quod Serenis. retro
Reges Regni pro ipsorum Regnorum beneficio, &
conservatione eorum Patrimonii jurisdictionem Ca-
meræ in omnes ejus Officiales extenderent, & am-
pliarent*, sicut videmus da jure communi, quod
109 familiares scholarium, & aliorum Privilagiatorum
gaudent Privilegiis, eorum Dominis concessis, etiam
quoad forum, ut per *Butrig.* & *Bald.* in *l.* 1. & 2.
110 *C. de Episc. & cler.* & in puncto reperio observa-
tum mediante R. C. provisione in remissione cujos-
dam Colallæ Liniæ famuli Ration. R. C. Basilii de
Miro ad ejns instantiam die ult. Octobr. anni 1452.
in Regest. anni 1444. & 45. *fol.* 177. cui addo, quod
111 uxor sequitur forum viri, nedum competeatem
da jure commoni sed ax speciali Privilegio ratione
artia, vel aliter, *Tiraq. de ll. connub. gl.* 2. *n.* 54.
Franch. decis. 363. & idem in matre, & filiis, sunt
text. in *l.* 3. & 4. *C. de castrensianis, & Ministeria-
nis lib.* 12. & in uxore clerici conjugati incedentis
112 in habitu, quod gaudeat fori privilegio in cri-
minalibus secundùm opinionem *Dominici*, tradit
Greg. Lopez lib. 3. *tit.* 2. *l.* 32. *verb. del Casamiento,
circà medium*.

113 Et ultimò pro coronide advertit *Revert.* quod
dictis tot privilegiis concessis à priscia Regibus
hujus Regni, & per Invictissimos Reges Austria-
cos confirmatis in beneficium R. Cam. & suorum
subditorum, non possit Excellen. Prorex deroga-
se, nec ea tollera, ac moderari, quod cum latè
ab ipso firmetur, non transcribo.

Verùm illud non retinebo, quod cum de anno
1532. M. C. V. remisisset Magnificum Aloysium
Sicilianum inquisitum de homicidio uti familiarem
Illust. Marchionis Vasti M. Camerarii ad Magnam
Regiam Cameram Summariæ, ut verbis decreti
utar, forte volens M. Curia blandiri R. C. ipsam
condecorando suo peculiari titulo Magni Tribun.
quo constat ipsam non egere, & in formula decre-
ti addidisset, quod contrà eundem procederet jux-
tà formam Banni Regis Ferdinandi Primi, con-
currentè dicto Magn. Camerario cum R. C. de
prædicta clausula quodammodo imperativè con-
cepta apud Emin. Card. Colunnam Caroli Invi-
ctiss. Cæsaris Locumtenentem, fuit per ipsum cum
114 Cons. Collaterali provisum, quod sublata dicta
clausula eadem M. C. remitteret dictum inquisitum
uti familiarem M. Cam. sine aliqua conditione, sicu-
ti in præteritum semper fuerant remissi vigore pri-
vilegiorum dictæ Regiæ Cameræ, quorum inter-
pretationem, vel limitationem dignoscebatur spe-
ctare ipsi Regi, vel Vices ejus geranti, & nulli alio
Tribunali, quod mandatum statim fuit per M. C.
exequutum, ut in Reg. literarum 8. anni 1532.
fol. 1.

Quibus ita solidissimè jactis nihil obstat, quod
in *Pragmatica* Excell. D. Petri à Toledo sub die 22.
115 Januarii 1533. quæ est 14. in *tit. de Offic. Procurat.
Cæsaris* fuerit dictum, quòd circa cognitionem
causarum Ministrorum ipsi Tribunali subordinato-
rum, etiam dependentium, in casibus occurrenti-
bus S. Excell. providebit.

116 Non enim per simplicem reservationem facultatis
providendi in casibus occurrentibus, fortè ad ex-
cludendum remissiones, quæ in fraudem aliquando,
ut contigere solet, petuntur à personis, quæ actu
non serviunt, vel ex alia causa privilegio fori gau-
dere non debent, censendum est, justissimum Pro-
regem voluisse tot, & tantis Pragmaticis, Regiisque
sanctionibus ab ipsis Regibus latis, quæ hanc ab an-
tiquissimo tempore legitimam interpretationem à jo-
re, & observantia receperunt, & tot privilegiis in
favorem ipsorummet Regum concessis jam execu-
117 tis, derogare, cum etsi voluisset, neque etiam po-
tuisset, cum Legatus à latere, Præfectus Prætorio, &
Vicarius, tametsi Supremus Imperatoris vel Regia
Monarchæ, quàmvis vicem Regis obtineat, & omnia
possit, quæ ipsemet Rex, eique eademque reveren-
tia debeatur, non tamen potest legi, vel privilegio
ab ipso Rege concesso derogare, ut per *Sotum de
justit. & jure lib.* 1. *quæst.* 8. *art.* 3. *Rovitus* super
Prag. 1. *de Official. & his, quæ eis prohib.* sub *num.*
19. *de Ponte* loquens de licentiis ædificandi propè
Civitatem contrà Regis prohibitionem *de potestate
Proreg. tit. de abund. Civit.* §. 4. *à nu.* 1. *ad* 7. quia spe-
cialiter provisa censentur reservata, ad quæ non
extenditur potestas Locumtenentis, Vicesgerentis,
vel Vicarii, maximè constituti ad tempus, & non
perpetuò, cum dignitate Ducatus, vel Comitatus
anneха, ut benè docet *Bursat de Principe*, post *nu.*
88. *vers. secundum etiam, usque ad num.* 92. *Petra de
potest. Princip. cap.* 21. *num.* 35. & etiam fundat *Re-
verter.* qui dum longè post annum 1533. scilicet in
anno 1550. & longè postea sub eodem Prorege D.
Petro præfuisset tanquam Locumtenens in Regia
Camera, fortè in dicta decisione ideo scripsit, non
potuisse Proregem dictis Privilegiis derogare, re-
spiciens forsan ad *dictam Pragmaticam*, qua non
obstante ipse postea scribens amplissimè testatur de
posteriori pacifica possessiona Regiæ Cameræ.

Nec minus allegari potest *Pragmatica* Excell.
Ducis Ossunæ senioris, sub data 5. Octobris 1584.
118 quæ est 61. sub *tit. de offic. Procurat. Cæsaris*
in novissimè impressis Neap. de anno 1633. ubi in
specie in §. 20. incipiante, *le cause, e provisioni,
versic. & in la sopradetta Gran Corte*, ubi fuit or-
dinatum, remitti ad M. C. omnia delicta Officialium
subordinatorum Regiæ Cameræ, si modo non fue-
rint commissa intuitu administrationis eorum offi-
ciorum.

119 Siquidem illi Pragmaticæ fuit ferè in omnibus
derogatum per sequentem latam per eundem Prore-
gem sub die 7. Novembris 1585. quæ est sub *nu.* 62.
in eisdem novissimis, in qua posteriori Pragmatica
& si non legatur specialis revocatio dicti Capituli,
correcta tamen ratione legis, censeri potest correcta
tota ipsa lex, ut est *tex.* cum *glos.* in *l.* 1. *in princ.* jun-
cto *verbo, providentia, ff. de legit. tut.* ubi *Bart.* &
concord affert *Everardus loco à cessatione rationis*,
n. 3. cum enim experientia docuisset, quòd licet finis
prioris Pragmaticæ fuisset tollere impedimenta, ut
Regia Camera magis liberè, & expeditè posset nego-
tiis Fiscalibus, & præsertim rationum discussioni,
& dispunctioni vacare, contrarius tamen effectus

Digitized by Google

resultabat ex separatione plurium negotiorum, quæ ab antiquo tempore erant solita tractari in Regia Camera, quæ ratione unionis, & inseparabilis dependentiæ non poterant ab alio Tribunali diverso cognosci, sine maximo Fisci præjudicio, & jactura, coactus fuit idem Prorex, ut sepè sapientes faciunt sub colore reformationis priorem Pragmaticam in effectu tollere, & proinde agnoscens, sapientis esse consilium mutare, maximè in re tam gravi, & tanti præjudicij Regali Patrimonio, prudenter in *d.2. Pragmatica* usus fuit verbis, quibus in effectu ostendit necessitatem revocandi, ut in §. 1. *in fine*, ibi, *e perchè dopoi di essersi posta in esecutione, & osservato dal tempo predetto in quà, ci è occorso per degni respetti.*

Et quamvis non fuisset expressè revocata dicta provisio facta in dicta priori Pragmatica adversus tot antiquas Pragmaticas, & contra tot privilegia, tam in corpore juris communis, quàm nostri municipalis clausula, sic inconcussè observata, & absque clausula derogatoria necessaria, ut rescripta Fisco damnosa aliquid operentur.

120 Attamen sufficere debet, dictam priorem Pragmaticam nunquam fuisse usu receptam, quinimmò ea non obstante semper postea observatum, & judicatum juxtà priores leges, & privilegia usu recepta, quibus nec derogare potuisset Prorex absque specialissimo, & individuo Regis mandato, ut suprà, quòd speciale mandatum necessarium ad derogationem juris Fisco quæsiti nullo modo intercessit; licet enim in *dicta Pragmatica 62. in vers. havendo sopra quesso*, testetur Prorex, consuluisse S.M. non tamen dicit, ab eo obtinuisse hanc facultatem revocandi talia privilegia, sed simpliciter, & in genere habuisse responsum, ibi: *E remasta servita rispondarci, & ordinarci, che dovessimo in questo provedere, e fare (parendoci) Pragmatica, declarando le cause, e negotij, in li quali il detto Tribunale si deve intromettere, e deve procedere*, & inferiùs, *E giudicando Noi molto necessario fare in questo provisione chiara, e distinta, ci è parso con voto, e parere del Collaterale dichiararne le cause, e negotii, in li quali detto Tribunale haverà, e volemo, che habbia da procedere.*

Undè cum Excell. Proregis intentio fuerit tantùm declarare casus, in quibus posset, & deberet cognitio pertinere ad Regiam Cameram, clarè patet, noluisse nisi casus dubios determinare, in quibus cadit declaratio, non autem casus certos, & claros, in quibus jurisdictio jure communi, municipali, & ex præscripta, & titulata consuetudine eidem competebat, in quibus si voluisset, etiam ex defectu potestatis, non potuisset.

121 Quod autem anteà, & post utramque Pragmaticam prædictam, scilicet D. Petri à Toledo, quæ dumtaxat relevavit declarationem Proregi de anno 1533. fuerit semper per Proreges cum Collaterali, ac per Regiam Cameram ordinatum, & decretum, observari privilegia in favorem DD. Officialium, apparet ex provisionibus expeditis per Regiam Cameram sub die 19. Octobris 1523. ad instantiam Magistri Portulani Provinciarum Terræ Hidrunti, & Basilicatæ, quibus mandatur omnibus Officialibus dictarum Provinciarum, quod per ipsos remittantur omnes subjecti illius jurisdictioni, ex eo quod cognitio causarum, tam civilium, quàm criminalium Ministrorum dependentium à suo officio, ad ipsum, ejusque Locumtenentem, & Curiam spectant, tam vigore privilegiorum concessorum à priscis Regibus, & à novioribus confirmatorum, quàm ex antiqua, & inveterata consuetudine *Regist. in communi 30.*

Quas provisiones fuit ordinatum observari, ex literis expeditis per plures Proreges, scilicet per D. Carolum de la Noy sub eadem die 19. Octobris 1523. per Cardinalem Columnam 3. Aprilis 1531. & per Excellentissimum Dom. Petrum à Toledo ultimo Decembris 1533. & Ducis Ossunæ de anno 1584. & ultimo Decembris 1543. ut in *processu inter Carolum Piscionum Vicesecretum Terræ Paulæ, & Illustr. Marchionem Fascaldi, fol.50. à ter. & 51.* penès Bartholomæum Galluccium, quarum omnium provisionum fuerunt expeditæ literæ observatoriales ad instantiam Magistri Portulani Scipionis de Raho, sub die 14. Junii 1568. cum subscriptione Præsidentis Bernardini de Sancta Croce Locumtenentis Hernandi de Avalos, *Regist. in communi 18. fol.26.* & in *dicto processu, fol. 51.* & iterum instante Petro Perrone successore Magistro Portulano, fuerunt repetitæ literæ observatoriales cum eorundem subscriptione per Secretarium Palumbum, *Regist. in par.25. fol.203.* & in *dictis actis, fol.51. à ter.*

122 Et similes provisiones fuerunt expeditæ per Regiam Cameram sub die 30. Januarij 1593. ad instantiam Magistri Portulani Provinciarum Terræ Bari, & Capitanatæ, directæ Audientiæ Barensi, cum inserta forma prædictarum provisionum expeditarum ad instantiam alterius Magistri Portulani, in quibus dicitur, ita in specie ordinatum, facta relatione in Collaterali Consilio cum subscriptione Præsidentis Valcarcel, & Regentis Castellet pro Magno Camerario, & Secretarii Desii Reparii qui postmodum ob suas virtutes fuit effectus Præsidens, *Regist. in par.30. fol.292.* & in *dictis actis, fol.52.*

In quibus provisionibus præcipitur Gubernatori Civitatis Trani, quod statim excarceret quemdam Portulanorum, eumque remittat ad Portulanum cum subscriptione Præsidentis Valcarcel, Secretarii Reparii, & Regentis Joannis Francisci de Ponte pro M. Camerario, & quoniam dicta privilegia, & observantia, ut prædictum est, fuerunt Regiæ Cameræ concessa pro omnibus Ministris ab ea dependentibus in toto Regno; idcircò sub die 4. Novembris 1596. fuerunt eædem provisiones expeditæ per Reg. Cam. directæ Reg. Audientiæ Calabriæ citrà, & aliis Officialibus ad instantiam Marci Antonii Piscioni Vicesecreti fundici Terræ Paulæ, insertis omnibus ante dictis provisionibus, ordinando earum observantiam, *Regist. in par.63. fol.2.*

123 Renovatæ cum repetita observantia, insertis omnibus, sub die 11. Decembris 1627. ad instantiam Doctoris Caroli Piscioni successoris Vicesecreti in eadem Terra Paulæ, subscriptæ per Illustr. Marchionem Sancti Juliani Locumtenentem insignem, recolendæ memoriæ, & per Præsidentem D. Hieronymum de la Puebla Valdes, *Regist. in part.3. fol.210.* penès Fuscarolum Scribam in *dictis actis, fol.53.* quas provisiones instante eodem Carolo sub die 17. Augusti 1632. mandat S.E. per Collaterale Consilium observari, ità in specie præcipiendo tam Reg. Audientiæ, quàm Capitaneo Terræ Paulæ, & non obstante oppositione dicti Illust. Marchionis prætendentis, esse faciendam distinctionem inter delicta communia, & delicta com-

commissa intuitu officii, facta relatione per Regiam Cameram S. E. in Collaterali Consilio, fuit interpositum decretum sub die 24. Novembris 1634 quod procedatur in Regia Camera, etiam pro delicto simplici commisso tanquam à privata persona, in dictis actis, fol.67. & 68.

124 Simile fuit decisum in Reg. Camera Summariæ die 14. Jan.1615. referente Præf. Salutio in lite inter Magistrum Portolanum Terræ Bari, & Capitaneæ, & Regium Gubernatorem Baroli, ut Gubernator prædictus parere teneretur provisionibus præceptivis, & inhibitorialibus Audientiæ dicti Magistri Portolani in omnibus causis civilibus appellationis ad dictum Magistrum Portulanum, & etiam in quibus procedit ordine Regiæ Cameræ Summariæ, & in causis criminalibus Ministrorum, & Officialium dicti Magistri Portulani Gubernatorem hurtaretur, qui eas cum carceratis gratis remitteret pro observatione antiquarum Regiæ Cameræ provisionum, & omnium Ministrorum Salinarum, & Arrendamenti Salis officialium cognitio ad ipsum tantum spectaret, eosque punire ut ei v'debitur, quod tamen temperatum fuit à Reg.Camera decreto 11. Septembris 1635. referente D. Antonio Caracciolo Præsidente generis, virtutum, doctrinæ, miræque facundiæ partibus ornatissimo, ut pœnas non infligeret, nisi Camera prius certiore facta, ut omnia extant in processu inter dictum Portulanum, & Gubernatorem Baroli, Joannes Hieronymus de Donato Actuarius: Qui Portulanus Barensis jurisdictionem magnam habet, cum præsit Tribunali formato cum Auditore, ac aliis Officialibus, qui ab ipso creantur, & gaudet prærogativa sedendi ultimo loco in Regia Camera, & in scamno Cappellæ Excell. Proreg's.

125 Nec ex eo, quod emptores dictorum Officiorum, quæ sunt vendibilia, in oblatione, quæ solet fi ri pro emptione ipsorum, soleant adjicere clausulam, sive pactum speciale, quod de ipsorum offerentium causis tam civilibus, quàm criminalibus, etiam non dependentibus, & de delictis commissis extra officium, nullus Magistratus possit se intromittere, nec cognoscere, sive sit Regius, sive Baronalis, ex hoc inferri potest, quod ubi non adest pactum speciale, cum quo fuerit extincta eadem, dum de more prædicta officia venduntur sub hasta in Aula R. C. quod ex hoc non transferatur hæc prærogativa, ex regula *l.unicæ*, *§.fin autem deficientit*, *Cod. de caducis tollendis*, quod scilicet ubi voluit, expressit, & ubi non expressit, noluit.

126 Cum enim hoc privilegium sit concessum Regiæ Cameræ in favorem tam Fisci, quàm etiam dictorum Officialium, quod propterea uti annexum hujusmodi officiis, ex sola officiorum acquisitione censetur ipsis hujusmodi privilegium cum ipso offic o acquisitum, & communicatum, etiam si non exprimatur; expressio enim eorum, quæ tacitè insunt, nihil solet operari, illud enim producit virtus ipsius privilegii, immo illa expressio specialis ad majorem cautelam facta, non solùm non arguit contrarium, ubi non est adhibita hæc cautela, sed potius confirmat antiquissimam consuetudinem vendendi, & concedendi officia cum hac solita, & ordinaria prærogativa, sub qua omnia hujusmodi officia vendi consueverunt, salt m cum relatione ad pacta, & conditiones, cum quibus fuerunt hujusmodi officia concessa diversis antecessoribus, per eos ut plurimum nominatis, in quibus hoc pactum uti solitum, facta perquisitione repertum fuit, & sic etiam expediri privilegia per S.M. & S.E. juxtà diversitatem pretii venditionis, quòd si ascendit summam duc. sexcentum, requiritur privilegium expediendum in Curia S. Majestatis, siu autem dictam summam non ascendit, expediuntur per Reg. Cancellariam juxtà solitam & consuetam formam, & stylum Cancellariæ, ut patet ex literis S. E. datis Cameræ die 20. Martii 1620. penès Actuar.Galluccium.

Qui stylus, & forma Cancellariæ semper uniformis clarè probatur ex inspectione Regestrorum, cum enim curiosè perquisivissem plura Regestra, in omnibus eadem clausula sub eadem forma reperitur, ut ex venditione officii Vicesecreti fundaci Bivonæ Pyrro, & Marco Antonio Tassone pro duc. 2300. sub die 8.Martii 1614. in actis d.ctæ venditionis penès Grimaldum *fol.3. & 7.* & provisionibus expeditis pro capienda possessione in *Regestro exequutoriarum 3.fol.73. à tergo.*

Idem in venditione officii Vicesecreti fundaci Arrendamenti ferri Terræ Belvederis Francisco Antonio Magaldo pro duc.400.eadem die 8.Martii 1614. in actis Grimaldi, *fol.4. & 7.* & in *Regestro exequutoriarum 8.fol.80.*

Item 1.Junii 1615. in venditione officii Vicesecreti fundaci ejusdem Arrendamenti in Civitate Hieracia Francisco Lago pro duc. 310. in act s in eadem Banca, *fol.12. & 18.* & in *dicto Regestro 3. fol.141.*

Item 8. Novembris 1622. in officio Vicesecreti fundaci dicti Arrendamenti in Civitate Squillacii Francisco Laurenzano pro duc. 580. in actis ejusdem *fol.6. & 11.* & in *Regestro, fol.263.*

Idemque in officio Vicesecreti Terræ Paolæ venditi 12. Februarii 1624. dicto Carolo P.lcmine pro duc. 635. in acts in eadem Banca *fol.5. & 9.* & in *dicto Regestro fol 288.* & tandem in venditione officii Thesaurarii Provinciæ Calabriæ citrà, venditi Horatio Celentano per cessationem Scipionis Monaci, ut ex bannis cum inserta forma oblationis acceptatæ per Regiam Cameram in decreto venditionis sub hasta sub die 10. Decembris 1631. penès Franciscum de Flore.

Nec enim vidi, vel audivi sub diversa forma hujusmodi officia concedi, quòd si contigisset, necessariò fuissent vendita diverso pretio, & majori quidem, ubi hæc prærogativa, quæ potissimè æstimatur ob fori præscriptionem concessa esset, & tamen vidi nullum fuisse ob hoc pactum constitutum pretii discrimen, sed solo m Fiscum advertisse ad pretii augmentum, & personæ idoneitatem, quæ apud Ministros Cameræ curæ esse debet, juxtà doctrinam *Divi Thomæ.*

Et fortè non posset Camera vendere officium cum pacto, ut emptor non gauderet dicta prærogativa sine speciali permissu Regis, qui illud privilegium principaliter concessit ad sui proprii patrimonii utilitatem in favorem Officiali, ne à pluribus Judicibus vexentur, adeò ut quamvis secundariò cedat in ipsius Cameræ prærogativam, non posset ipsa in præjudicium Fisci, & emptorum illi renunciare.

127 Et hoc in puncto prævia maxima discussione fuit decisum per Reg. Cameram facta relatione in Collaterali coram Excell. D. Duce Medinæ de las

D 2 Tor-

Torres, & Sblonetæ, Hoſtiliani Principe, Prore-
ge maximo, ſingolaris prudeotiæ, & Juſtitiæ cul-
tore, in dicta caoſa inter Illuſtr. Marchionem Fu-
ſcaldi eum Doctore Carolo Pilcione Viceſecreto
Paulæ, referente Præſide D. Martino de Burgueda
ſub die Veneris 26. Novembris 1538. iu quo prin-
cipaliter fuit deciſum, Reg. Cameræ ex privilegiis
ſibi conceſſis, & vetuſtiſſima conſuetudine compe-
tere cognitionem privativè quoad omnes de deli-
ctis Officialium, tam principalium, & immediatè
ſobjectorum ipſi Regiæ Cameræ, ut ſuat Magi-
ſtri Portulani, Theſaurarii, ſive Perceptores,
Dohanerii, Credenzerii, Viceſecreti, & ſimiles,
quam reliquornm ſubofficialium, cujuſmodi ſunt
Portolanoti, & reliqui, qui ab ipſis principalibus
dependent, etiam ſi committantur nou intuitu
eorum officiorum, ſed extrà ipſa officia, ut ſunt
quæcunque delicta communia, nec eſſe neceſſarium
id exprimi, vel expreſsè paciſci in oblatione, &
venditione Officii, nec etiam illis ullo modo fuiſſet
derogatum, ueque per dictam *Pragmaticam* an-
ni 1584. ex ioſinitis deciſionibus, & decretis, ante,
& poſt Pragmaticam latis.

Et in dicta cauſa fuit diſcuſſum, utrum ſtanti-
bus pluribus delictis, de quibus erat inquiſitus in
Curia dicti Ill. Marchionis, & gravibus inimicitiis
eom eo contractis, potuiſſet condemnari ad ven-
dendum officiom pro bono regimine, ne eſſet in
dicta Terra Officialis Fiſcalis inſenſus Baroni, qui
ex dictis controverſiis per æmulationem impedire-
tur exequi ſervitium Regiæ Curiæ, ſuper quo
utriuſque Conſilii, Cameræ ſcilicet, & ſupremi
Collateralis Senatoribus viſum fuit, non aliter ſu-
per hoc providere, verum fuit juſſum, ut d. Ca-
rolus tranſmitteretur cum proceſſibus ſuarum in-
quiſitioaum, & criminum Neapolim, ut Regia
Camera de veritate cognoſceret, & de juſtitia pro-
videret, qui tandem io carceribus Caſtri novi an-
ni antequam potuiſſent hæc fiari, fato conceſſit.

Illud tamen in hac materia meminiſſe oportebit,
128 quod licèt æmulatio Officialis cum Barone ſo-
leat eſſe impedimento, magis tamen nocet Reg.
Curiæ, quod hujuſmodi Magiſtri Portulani, Se-
creti, & ſimiles ſint dependentes à Baronibus lo-
corum, ubi eorum officium exercent, quod fre-
129 quentius accidit, ut ipſimet Barones in Provin-
ciis Apuliæ, Calabriæ, Aprutii, & aliis locis,
in quibus ſolent extrahi merces, & fruges per Ma-
re, emant dicta officia pro ſuis familiaribus, & ip-
ſis ſubjectis, & devotis, ut impunè poſſint extrahe-
re ſerica, frugès, & alia bona vetita, abſque ſo-
lutione dirictuum, contra devetum, vèl contra
banna prohibitiva, in quo dum per ſeptennium
Fiſcum Patrimonii egi, omnem conatum, & di-
ligentiam adhibui, nè ſimilis fraus fieret, ratus
omninò, melius eſſe ad hujuſmodi officia admit-
ti perſonas, quæ veriſimiliter poſſent Baronibus
reſiſtere, quàm adhærere, prout ab aliis quoque
Fiſci Patronis deſideratum vidi.

130 Et inter Officiales ſubordinatos Reg. Cameræ,
ſunt etiam Actorum Magiſtri, qui ſunt quatoor
numero principales, cum facultate ejs conceſſæ
creandi octo Actuarios, duos ſcilicet per quem-
libet, ultrà alios duodecim, qui eliguntur per
D. Locumtenentem, unde ſuot in totum Actua-
rii, ſivè Actitantes numero viginti, ultra Scri-
bas, non ſolùm ordinarios approbatos eom de-
creto Locumtenentis, præcedentibus ſolitis requi-
ſitis, ſed etiam extraordinarios, quorum ingens
131 eſt numerus, attamen de cauſis omnium Scriba-
rum, etiam extraordinariorum, tàm civilibus,
quàm criminalibus, Reg. Camera cognoſcit, in
quo inter infinita exempla, quæ poſſunt conſar-
cinari, libet tamen quædam moderna afferre, unum
132 ſcilicet in remiſſione Io: Baptiſtæ Scarpettæ Scri-
bæ ordinarii, inquiſiti de vulneribus læthalibus
cum ferro acuto, qui præviis literis hortatorialibus,
fuit remiſſus per M.C. ad Regiam Cameram, ſub
die 21. Januarii 1636. penès Andræam Staracium,
133 & in Banca Reg. Cameræ Jo. Hieronymum de
Donato. Alterum verò Joſeph Griſoni Scribæ ex-
traordinarii, inquiſiti de verberibus, & alapis in
perſonam honeſtæ mulieris Iſabellæ Coſta, ſub
die 19. Julii 1630. penès Hyacintum de Roſa Ma-
giſt. Act. M. C. præſentatum decretum penès acta
134 ejoſdem de Donato in R. C. ſic etiam Nicolaus
Coſenza inquiſitus de vulneribus læthalibus, fa-
cto verbo fuit remiſſus à M.C.V. ad Reg. Cameram
die 12. Decembris 1634. Panzeta Act. Magiſter, &
135 ſimiliter Onophrius Saccua de iiſdem inquiſitus
die 5. Aprilis 1639. fuit remiſſus, Joelis Act. Ma-
giſt.

136 Idemque obſervatur quòad Arrendatores, ſivè
conductores iotroituom Fiſcalium, & eorum ſub-
ſtitutos, Miniſtros, & Officiales neceſſarios pro
adminiſtratione Arreodamenti, qui verà actu exer-
ceant, & inſerviant, iſti enim gaudent fori privi-
legio, etiam pro cauſis, & negotiis civilibus, &
criminalibus extrà Arreudamentum, vigore pa-
cti, & capitulationis, quæ ſolent adiici io obla-
137 tionibus, quæ diebus ſtatutis conſignantur in
manibus propriis S.E. vigore banni ad offerendum,
quæ viſæ per S. E. in Collaterali præſente Camera,
ad illam remittuntur, ut melior ex quantitate, pa-
ctis, & conditionibus, & habita conſideratione,
potiſſimè ad habilitatem, & idoneitatem ſocialis
oblatioois, vulgò dictæ *la paranza*, eligatur verè
major, ſivè melior, juxtà *l. cum, qui 7 § melior
autem conditio ff. de in diem addict.* ad cujus orna-
tum videndus omninò *Pinell.* in *repet. l. 2. p. 3. c. 4.
num. 24. C. de reſcin. vend.* qua electa prævia no-
titia Caratariorum juxtà numerum Caratarum,
quas quodlibet Arrendamentom capit, expeditur
poſtcà novum Bannum pro accenſione candelæ in
Regia Camera, prout antiquitus fuit obſervatum,
vel in Collaterali coràm Sua Excell. ad ejus libi-
tum, ubi cum ſemper, & ubique fuerit ſolitum
acceptari pactum, ut non poſſint à nullo cogno-
ſci, nec judicari, niſi à Regia Camera, quæ Pro-
regis authoritate illud concedere ſolita fuit, & ita
ſemper obſervatum, conſequens eſt, ut prædicti
omnes ab ipſa Regia Cam. judicari debeant, & ita
138 hodie practicatur, ut io puncto teſtatur *Dom.
Regens Tapia*, jurium Regni interpres conſuma-
tiſsimus ſuper dicta *Pragm. 53. de offic. Procurato-
ris Cæſaris*, in *gloſ. dependenti*, *lib. 2. fol.* 203. &
quod Arrendatores, eorumque Officiales poſſint
deferre omnia arma offenſiva, & defenſiva, decidi-
tur in *Pragm. 44. de armis anni* 1607. in impreſſ.
veteri anni 1611 & in *Prag. 14. num. 8.* ædita de
anno 1610. in noviſs. impreſs. anni 1633. & in
Prag. 22. § 9. verſ. & à raſpetto delli arrendamenti,
ubi injungitur, quod ſit danna nota ſpectab. Re-
genti M. C. ut regiſtrentur, & habeant notitiam
taotum, & de validitate, & efficacia licentiæ co-
gnoſcat eadem Reg. Cam. quæ dedit licentiam. Et
quan-

Digitized by Google

quando Capitanei justitiæ aliquo modo ob avaritiam, vel temeritatem non observant licentias ferendi arma, quas concedit Regia Camera suis subditis, ultra coërctionem personalem, quam ipsis jure inferre potest; solet etiam certificare officium Scribæ portionis, quod de salario debito Capitanio excedenti, solvat decem, vel duodecim aureos pro ense ablato, ut fuit observatum in favorem Petri Antonii Ferrari Scribæ Regiæ Cameræ, cui fuerant de nocte ablata arma licita de anno 1593. & pluries idem servatum etiam hoc mense Febr. 1640.

139 Quæ jurisdictio hisce novissimis temporibus vigore literarum Invictiss. Regis nostri Philippi IV. datis Madritii, sub die 13. Aprilis 1638. fuit extensa, immò declaratum, ipsam comprehendere non solum omnes Officiales, & Ministros officii Scribæ portionis, quod maximæ authoritatis esse constat, ipsos etiam pœnis corporalibus libe-
140 rè coercendo, & compescendo; sed etiam ipsum Scribam portionis, per mulctas tamen pecuniarias ad obedientiam tanti Tribunalis compellere, reservata Excellentiss. Proregi districtione personali, ut ex dictis literis penès Secretarium Cameræ, in Regest. literarum Regiarum.

SUMMARIUM.

1 *Magistratus dignior qui majora stipendia obtinet.*
2 *Dignitatis suæ gradum contemnens quisquè crudelis sibimet ipsi censetur.*
3 *Dignitas semel acquisita, ob aliam majorem supervenientem non amittitur,* & num. 6. & 8. *qua ratione* num. 9. & *ipsius prioris dignitatis emolumentum quoque retinetur* num. 23. *quod ampliatur* num. 25. & 28.
4 *Senator si Imperator creetur, nomen, & dignitatem senatoriam retinet.*
5 *Alexander Herodis Regis filius, ipsum Cæsarem Senatorem appellavit.*
7 *Lumen majus minus non extinguit in dignitatibus.*
8 *Dignitas major minori præjudicium non facit in dignitate, sed in administratione.*
10 *Dignitas superveniens inducit additionem, non permutationem, Hinc permictens dare scaccomattum cum pedina, adimplet, si dat cum pedina facta Regina* num. 14.
11 *Comes, & Marchio dignior est Marchione solo.*
12 *Oficia plura retineat in ambitum incidit, unum tamen in compendium, aliud tamen in administratione retinere potest, quod latius declaratur* num. 13.
15 *Monachus factus Episcopus non desinit esse monachus.*
16 *Tabellio factus Doctor, vel miles non desinit esse Tabellio.*
17 *Notarius factus Præsul non desinit esse Notarius.*
18 *Auditor Provinciæ factus Præsul non desinit esse Auditor.*
19 *Doctor creatus miles non desinit esse Doctor.*
20 *Episcopus creatus Archiepiscopus, de causis ei delegatis quando erat Episcopus cognoscit.*
21 *Consiliarius S. C. Neap. effectus Præses cognoscit de causis sibi antea per Regni Proregem commissis.*
22 *Rex noster Monarcha Philippus, minores dignitates Comitatus, Ducatus, & Archiducatus penès se retinet.*
23 *Legens in studio, si Officialis efficiatur, duplicatum salarium habere debet.*
24 *Præsidentes Reg. Cam. ad Regentium Reg. Cancellariam dignitatem promoti, duplicata habent honorarias salis, & zuccari.*
26 *Officiales Regis licentia officio dimisso, aliis ostiidem officium exercentibus prælatos, testatur.*
27 *Officiales annales in Regno post finitum officium idem habent salarium, si per Regni provincias excurrere habeant, ac si actu officium exercerent.*
29 *Magistratus non tantùm qui de minori ad majorem, sed qui de majori ad minorem transit dignitatem, majorem, ejusque salarium retinet prout de Consiliariis S.C. existentibus in M. C. V.*
30 *Dignitates ascendendo, non descendendo conferuntur, ex necessitate tamen, & utilitate publica fit descensus de majori ad minorem.*
31 *Officium, quo quis ex necessitate fungitur, non debet ipsi esse damnosum.*
32 *Honor, & dignitas superveniens non mutat conditionem primam, neque tollit privilegium anterius, sed auget statum.*
33 *Consiliarius S. C. effectus Præses Regiæ Cameræ non amittit dignitatem Consiliariatus, &* Reg. de Ponte, *qui id solùm, quando per Regem in translatione reservatur, intelligit, confutatur, & sibimet contrarius ostenditur*, num. 38.
34 *Mulier si mortuo viro alteri minus digno nupserit, priorem, & majorem dignitatem amittit in pœnam, quarè delinquere in priorem virum videtur.*
35 *Archiepiscopus translatus ad Episcopatum in pœnam priorem dignitatem amittit.*
36 *Montoya Regius Consiliarius effectus Præsidens Reg. Cam. retinuit ex juris dispositione dignitatem Consiliariatus non, per expressam reservationem in translatione.*
37 *Reservatio prioris dignitatis in translatione ad minorem non arguit amissionem prioris; quia dubitationis tollendæ causa fit.*
38 *Dignitas prior in translatione ad minorem non amittitur, etiam nulla facta reservatione, & de ratione*, num. 39.
40 *Salarium diminui non debet ex transitu Officialis à minori ad majorem dignitatem, etiam ex observantia, & Regni consuetudine*, num. 41.
42 *Regentibus Regiam Cancellariam Regni Neap. datur salarium annuorum ducatorum mille, & si accedant ad Supremum Italiæ Consilium annui duc. mille, & quingentum illius Regni, quod idem retinent, si ad Collaterale Consilium Neap. redeunt, & idem servatum in Consiliariis translatis ad officium Præsidentis Regiæ Cameræ,* num. 44. & *sic determinatum in Supremo Italiæ Consilio in personam* Regentis Suarez, num. 45. & *per S. C.* num. 46.
43 *Dignior est, magisquè illustratur qui propiùs ad latus Principis sedet.*
47 *Consuetudo spectanda circà salaria Officialium, quæ ampliari potius in his casibus, quàm diminui debent.*
48 *Ordo S. M. quòd Consiliarii translati non habeant stipendium, nisi officii, in quo serviunt, non minus practicari potest quoad in futurum transferendos, non quoad eos, qui post novum officium idem stipendium habuerunt.*
49 *Salarium datur ratione laboris, quem majorem substinet Fisci Patronus, quam Regius Consiliarius.*

50 Fi-

50 *Fisci Patronum M.C.V. in Regno habere salarium, prout Regii Consiliarii. decisum in Collaterali Consilio, ex qua arguitur ad Reg. Patrimonii Advocatum.*

51 *Stipendium Fisci Patroni ducatorum sexcentum debebatur de jure communi, quod omnibus Officialibus auctum est, tam ratione aucti laboris,* num.52.*quam quia annona antiquitus erat valde vilior* ,nom.53.

54 *Privilegia conservantur, causa etiam in singularibus conservata.*

55 *Regii Consiliarii S.C. Neap. ante augmentum stipendii habebant duc.600 Præsidentes Regiæ Cameræ duc.570. cum parvis munusculis.per transitum tamen Regii Consiliarii ad Regiam Cameram idem stipendium, quod ante habebat, ei solutum fuit.*

56 *Munuscula Præsidentibus Regiæ Cameræ ratione majoris laboris debentur, nec de omnibus Fisci patronus participat, & de quibus*, num.58.

57 *Feriæ æst... non servantur in Regia Camera, secus in S.C.*

59 *Fisci Advocati Patrimonii in Regno administrationis amplitudo, & laborum compendium.*

ARGUMENTUM.

Officialis translatus ad majus officium, sive minus, priorem dignitatem retinet, idemque stipendium, quod antea habebat, & fortius in Regio Consiliario translato ad Officium Advocati Regii Patrimonii in Regno.

RESPONS. II.

CUM inter Regios Consiliarios, quos vocant S.Claræ, Excell. Albensium Ducis nominatione, ac suffragio primùm, deinde verò Invictissimi Regis nostri Philippi IV. singulari favore, ac beneficio, eo tempore Fabius Capycius Galeota versaretur, quo jampridem ad summam usque ducatorum mille ejusdem Invictissimi Regis munificentia, ac liberalitate ipsorum Consiliariorum stipendium excreverat. Cumque in eo munere, ea, qua par erat fide, ac diligentia, eodem, quo Collegæ reliqui millenorum ducatorum stipendio fruebantur aliquandiù versatus esset, in Fisci Patronum, Regiique Patrimonii Advocatum, quo muneris Coriæ totius, populique acclamationibus, ex præjudicata ab eo usque tempore, quo aliàs id munus non fine laude administraverat, òpinione jam pridem vocabatur, non uti certè novus, ac tyro, sed tanquam veteranus eligitur. Quamquam verò ex diuturno obiti pridem magistratus experimento longè majores, qui in munere Regii Fisci patroni labores exanthlandi essent, Fabium ipsum minimè latesent, demandatam Provinciam subire, ut Regiæ voluntati, atque Imperio vetere majorum suorum more obsequeretur, alacri, lætoque animo non est veritus, non sine certissima, firmissimaque spe, quæ tum juris notissima dispositione, tum præscripta, vetustissimaque consuetudine nitebatur, fore ut cum vetere Regii Consiliarii dignitate, quam non habitu solùm, sed actu retinet, ut ex plurium tum veterom, tum recentium causarum Excell. Proregis jussione delegatinnibus liquidò cernitur, antiquum est, quo reliqui Consiliarii fruuntur stipendium, absque ulla controversia retineret. Quis enim vereretur aliter futurum. Cum etsi id neutiquam à jure esset, d spositum, verendum certè videri non posset, à munificentissimo Rege stipendiom uoi à suis Magistratibus, de se non pessimè merito semel concessum, quamvis in aliud munus (si Deo placet) inferius, ita Regiæ Majestatis commodo, atque utilitate poscente traducto denegatum iri. Dixi Regii Advocati munus inferius, idque non sine religione, ac scrupulo, etenim n si mihi à me susceпti muneris amor illudit, sive administrationis magnitudinem, sive eam, quæ necessaria maximè est in hoc munere procurando fidem, sive pleraque alia, de quibus deinceps sermo erit, inspicias, nunquam certè Regii Avvocati munus Consiliarii munere, ne digito quidem inferiorem esse concesserim. Ergo certissima ea spe frustratus Fabius, dum Regis literis datis tertio idus Junias anni 1627. Excell. Proregi nostro injungitur, ne Consiliariis in Reg. Cameram ad exercendum sive Præsidentis, sive Regii Advocati munus translatis stipendii incrementum, quo tanquam Consiliarii antea fruebantur, indulgeatur.

Ab eo rescripto, parte inaudita, lato, ne injuria oriatur, unde jura nascuntur; humillimè Fabius Regii Patrimonii patronus, maximi Regis justitiam, ac munificentiam in patronum advoc t, ne stipendii possessione destitutus, dignitatis diminutionem patiatur. Cum notum sit, dignitatem muneris stipendii magnitudine esse metiendam,

1 & digniorem censeri Magistratum, qui majora stipendia obtinet, ad tradita per *Menoch.cons.* 784. *num.* 2. Sicut enim injunctum munus nullis parcendo laboribus, nec vigiliis explere conatur, ita pro suæ dignitatis gradu conservando apud justi-

2 tiæ, & æquitatis fontem instare cogitur. Crudelis enim sibimet ipse censetur qui dignitatis suæ gradum manutenere contemnit, idem *Menoch. cons.* 52.*num.*152. & ut pollicita impleam, deberi majus salarium. De jure communi, Regio, de consuetudine, & scripta æquitate, juxtà quam si jura deficerent, justissimè esse in præsenti casu dispeosandum in persona Fabii, & indeficienti thesauro Regiæ benignitatis, & munificentiæ.

3 Prima sit conclusio, quòd dignitas semel acquisita non amittitur ob aliam supervenientem majorem dignitatem, quod clarissimè probatur ex *text. in l.3 C.de dignit.lib.* 12. *l.2.C.de agent.præpos. in reb.l.jubemus C.de prox.sacr.scrin.cod.lib.*12. *l. eos C.de excusl.mun.l.b* 10 cum aliis penè innumeris per *Tira. de n b l.cap.*6 *nu* 48. *Marzar. cons.* 26. *num.*45.*Freec.de subfeud.lib.*2.*in cap. si quis dicatur Comes num* 5, quod quidem satis apertè com-

4 probatur ex *tex. in l. jus senatorium C. de dignit. lib.*12. ubi Senator creatus Imperator, nomen, & dignitatem Senatoriam retinet, hinc Alexander

5 Herodis Regis filius, in excusatione, quam coràm Cæsare habuit, adversus patris obj ctà, ipsum Cæsarem Senatorem appellavit, *Joseph de antiq. Jud. lib.*16.*cap.*9. Ita & Consul Imperator electus, nomen, & dig itatem Consularem retinet, *text.* est *in præm. digestorum in fin.* ibique *Butrig.* sic ascendens ad quamconque dignitatem, prioris militiæ vocabulum retinet, *l* 1.*C.de primicer.lib.*12. & Curialis si ad dignitatem quamvis ascendat, Curialis etiam erit, *l. Alexandrinis C.de decur.lib.*

6 10. & hoc ipsum, quòd transiens ad dignitatem majorem, retineat nedum privilegia prioris digni-

ta-

tatis, sed ipsammet priorem dignitatem, probavit ante omnes *Jo:de Plat.* in *d.l.3.C.de dignit. lib. 12.* & in *l.Jubemus C.de prox.sacr.scrin.cod.lib.12.* dicens, quòd in dignitatibus lumen majus non extin-
7 guit minus, quemadmodum superveniéntia majoris Judicis, jurisdictionem minoris non diluit, hoc ipsum etiam tuetur *Jacob.Rebuff.* in *d.l.3.C.de dignit.* ubi *num.1.* quòd dignitas major non facit
8 præjudicium minori, aliquid in dignitate immittendo, sed in administratione, nec una dignitas se habet ad aliam uti principalis ad accessorium; sed quælibet dignitas de per se principalis est, & de per se principaliter stat, nec stant inter se uti oppositæ, sed una alteri subalternatur, quando pos-
9 sunt concurrere in eadem persona, quia sibi ipsis compatiuntur, & non contrariantur, sequuntur *Frecc.de subfeud.loco* alleg. *num.51.* *Aviles in cap. Praetorum, cap.1.glos.officia,num.4.cum seq.*& dicebant *Socin.*in *cons.129.nu.5.lib.1.Boer. de author. Mag.Cons.nu.13.& Marzar.d.cons.26.n. 45.* quòd
10 dignitas superveniens inducit additionem, non permutationem, quasi una alteri adjiciatur, non perimatur; & dignitas dignitati addita auget di-
11 gnitatem. Hinc dignior est Comes, & Marchio Marchione solo, quia duplicata dignitas plus tribuit, *Mastrill. de magist.lib.4.cap.6.nu.24. Tiraq. de nobil.cap.5.num.8. Corrad.in templo jud. cap. 5. in fin.Parlador.rer.quotid.cap.13.nu. 5. Frecc.loc. citato.*

12 Et quamvis nemo plura officia retinere possit, *l. is quidem C.qui milit.non poss. lib. 12.* alioquin in ambitum incideret, *l.1.C.ad l.Juliam de ambit.* nihilominus potest quis unum officium retinere in compendium, hoc est io dignitate, & aliud in administratione, *Andr. de Barul.*in *l.1.C.de primicer. lib.12.* sivè plura officia administrationem non ha-
13 bentia, sivè quorum unum haberet administrationem, aliud non, vel plura habentia administrationem, sed compatibiliter, quia per actum unius non impediretur administratio alterius: vel ubi qui posset, dispensaret, aut utilitas, vel necessitas aliud suaderet, ut in prædictis, & aliis plenibus eruditè probat *Aviles in cap. praetorum, cap.1. glos.officio num.4.cum seq.* Neque verò Fabius Cyrus Galeota unum tantum, scilicet Fiscalis retinet, verùm etiam in administratione retinuit plures caosas S.C. ex dispensatione.

14 Hinc quia transiens de minori ad majorem dignitatem, retinet priorem dignitatem, tradiderunt *DD.* quòd promittens dare scaccomattum cum pedina, adimplet, si dat cum pedina facta Regina, quia major superveniens dignitas priorem non mutat, ut de magis communi resolvit *Marzar.* in *d. consil.26. num.49.* Et Monachus factus Episco-
15 pus non definit esse Monachus, *Bald.* in *l.falsa, §.sed si cui, ff. de cond. & demonstr. Alex. cons.32. num.8. lib.5. Boer. decis.158.* & Tabellio factus
16 Doctor non definit esse Tabellio, *Bald. & Alex. ubi suprà num.7. Rebuff.* in *d.l.3. C.de dignit.* vel effectus miles remanet Tabellio, *l.bis.§.bolaribus,*
17 *C.de erog. milit. lib.12. Frecc. loc. alleg. num.51.* & Notarius factus Præsul non definit esse Notarius, *l.praeclaram, C.de Primicer. lib.12.* & Au-
18 ditor Provinciæ effectus Præses pro tempore, interim Auditor esse non definit, nec à munere vo-
19 tandi se abstinet, *Capiblanc. de author. Baron.* super *rubr. num.30.* & Doctor creatus miles non definit esse Doctor, sed utraque dignitate coruscat, & simplici Doctori præfertur, idem *Frecc. loco allegato, n.51. in fin.* & Frater effectus Prior remanet frater, ad ea, quæ notat *Bart.* in *l.Titia, §.qui Marca, ff.de ann. leg.* & in *l.2.§.fin. ff. de stipul. serv.* & Prioratus electus in Ecclesiam Cathedralem, vel Episcopatum, ipsius Prioratus
20 privilegia retinet, *Oldrad. cons.267. Felin.* in *cap. pen. de major. & obed.* Sic Episcopus creatus Archiepiscop. cognoscit de causis sibi delegatis quando erat Episcopus, *Jo:Andr. ad Specul.* in *tit. de judic. §.restat videre, Alex. cons.32. num.7. lib.5.* & retinet officium Conservatoris, quod antea habebat, *Oldrad. consil.239. Barbat.* in *cap.qui Abbas, num.14.* ibique *Dec. num.13. de offic. deleg.*
21 *Marzar.* in *d.cons.26.num.45.* prout Consiliarius Sacri Cons. effectus Præses ipsius, cognoscit de causis sibi anteà per Regni Proregem commissis. *D. de Franch. decis.445.* Et Baro effectus Comes, non definit esse Baro, *Frecc. ubi supra*, & *Capiblanc. de author.Baron.* in *rubr.num.3.* prout Rex
22 noster Monarcha Philippus in tam alta dignitate
23 positus minores dignitates Comitatus, Ducatus, & Archiducatus retinet. Et qui retinet priorem dignitatem, retinebit etiam ipsius dignitatis emolumenta: Nam si in studio legenti debetur salarium, si dum in studio legit afficiatur Officialis, duplicatum salarium illi debetur, *Rebuff.* in *d.l.3. num.4. C. de dignit. lib.12.* ibique *Joan. de Plat.* & ultim in *l.3. C.de silentiar. lib.12.* & in *l.bis*
24 *scholaribus, C. de erog. milit. lib. 12.* Ideò praxis inolevit in Regno, Præsidentibus Regiæ Cameræ ad dignitatem Regentium Regiam Cancellariam promotis, duplicatas honorantias salis, & saccari dari, *Regent de Ponte de potestate Proreg.tit.de elect. offic.§.8. num.6.*

Quod in tantum est verum, ut procedat etiam
25 in Officiali, qui prævia Regis licentia officium deposuit. Remanent enim reliquiæ prioris dignitatis, *l.1.* ubi *Jo:de Plat. C.de praepos. sacr.cubic. lib.12. l.2.* ubi idem de *Plat. Andr. de Barula*, & *Rebuffus*, *C. de Praefect.Praet. lib.12.* quos sequitur *Regens Rovitus in Pragm.2. num.1. vers. ratio decidendi*, in *tit. de commissar.* & copiosè causam suam agens, probavit idem *Regens de Ponte* in *d.§.8. de elect. Official. num.7. cum seq.* ubi *num.15.* decisionem refert super perceptione emolumentorum Collegii Neapolitani, & *Regens Ta-*
26 *pia* in *decis.21. Supremi Consilii Italiae, num.39.* refert, vidisse quosdam post officium, Regis licentia, dimissum, aliis actu idem officium exercenti-
27 bus prælatos fuisse. Et in Regno practicatur in Officialibus annalibus, quibus post officium finitum, si per Regni Provincias excurrere opus sit, idem salarium debetur, ac si actu officium exercerent, *Regent Rovitus in Pragm.6. num.8.*
28 *de commiss. non destinan.* Item quod iisdem privilegiis, & prærogativis gaudere debeat is, qui Principis voluntate fuit ab officio remotus, dummodò ob delictum non privetur, juxta *text.* in *l.Judices, C.de dignit. lib.12.* habetur ex *Guid. Pap. decis.377.* ubi *Addentes* alios cumulant, *Tiraq.* in *tractatu cessante causa cessat effectus, limit.15. num.16.*

29 Secunda sit conclusio, quod hoc non solùm procedat in eo, qui de minori ad majorem transit dignitatem, sed etiam in illo, qui transit de majori ad minorem; retinet enim illam majorem dignitatem per prius acquisitam, quod benè probat *text.*

Digitized by Google

text. in *l. Senatoris filius, ff. de senat. l. per adoptio-
nem*, ubi *Bald. ff. de adopt.* cum aliis per *Decian.
consil.* 21. *lib.* 1. *Surgen. de Neap. illustr. cap.* 27.
num. 23. *Mastrill. de magistrat. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 68.
Socin. cons. 129. *lib.* 3. *num.* 1. *Marzar. d. cons.* 26.
num. 44. *cum seq.* Quod optimè comprobat *Reg.
Rovit.* respectu Regiorum Consiliariorum, qui
resident in M. C. V. quod est Tribunal inferius
Sac. Reg. Consilio, qui salarium habent, prout
omnes alii Consiliarii, *pragm.* 6. *de commiss. non
destinan. num.* 8. *Surgent de Neapol. illustr. cap.* 27.
num. 24. nam & si rationabile sit, ascensum fieri
30 de minori ad majorem dignitatem, cum dignitates
gradatim ascendendo, non descendendo conferan-
tur, *l. majoribus, C. quemadm. civil. mun. indic.
lib.* 10. & novum mutationis genus sit parvificare
majorem, *cap.* 1. *de transl. Episc.* Nihilominus ubi
necessitas, sive utilitas publica aliud suadat, fit
31 descensus de majori ad minorem, *Glos.* est notab.
in *d. l. majoribus.* Nemini enim officium suum,
quo ex necessitate fungitur, debet esse damnosum,
Alex. consil. 32. *lib.* 1. quod tantò magis procedit,
quando ipsa mutatio officii fuit ab Invictissimo
Regé demandata ad favorem sui Ministri, & pro-
pterea non debet in ejus læsionem converti, *l. quod
favore, C. de legib.* Hinc si statuto cavetur, quod
scholares tractentur uti cives in omnibus, non per
hoc perdit scholaris privilegium, quod per prius
habebat, *Tiraq. de nobil. cap.* 6. *cum seq.* & honor
32 superveniens non mutat conditionem priorem,
sed auget statum, *l. falsa, §. sed si cui, ff. de con-
dit. & demonstr.* nec digressio ad alium statum de-
bet ei nocere, *Tiraq. loco citata, num.* 9. *Mandos.
de privileg. ad instar, glos.* 7. *num.* 29. & regula-
re est, quod dignitas superveniens non tollit pri-
vilegium anterius, *l.* 3. *C. de dignit. lib.* 12.

33 Et licet *Regens de Ponte de potestate Proreg. in
tit. de elect. offic. §.* 8. *num.* 7. sibi persuaserit, quod
Consiliarius S.C. effectus Præses Regiæ Cameræ
amittat dignitatem Consiliariatus, nisi à Rege
in translatione reservetur, prout reservata fuit
Consiliatio Montoya effecto Præside Regiæ Ca-
34 meræ, & aliis: pro quo allegat *Bald.* quem
alii sequuntur in *l. cum te C. de nupt.* quod Ar-
chiepiscopus effectus Episcopus amittit digni-
tatem Archiepiscopatus, ex *tex.* in *l. fin. C. de incol.
lib.* 10. ubi mulier nupta viro clarissimo consequi-
tur dignitatem viri, sed si eo mortuo alteri nubit
minus digno, priorem illam, ac majorem digni-
tatem amittit, nihilominus perperam credidit,
ejus assumptum probari ex *Bal.* dicto, atque ex
dicto *text.* quem allegavit, siquidem *tex.* in *d. l.
final.* in suo tantum casu particulari procedit, ubi
lex privat mulierem illa majori dignitate ex eo,
quia nubendo minus digno, delinquere videtur
contrà priorem virum, à quo majorem illam di-
gnitatem obtinuit, & proinde, quæ prioris est
oblita, à priori non juvabitur, ut dicebat *Glos.* in
alio concordanti *text.* in *l. mulieres* 13. *C. de dignit.
lib.* 12. & sic casus illius *tex.* & aliorum concordan-
tium particularem habet rationem, & procedit
in casu suo, ubi lex descensum ad minorem digni-
tatem detestans, descendentem in pœnam præam-
35 bula illa majore dignitate privat; sic etiam loqui-
tur *Bald.* in *l. cum te C. de nupt.* ubi translatio de
Archiepiscopatu ad Episcopatum fit in pœnam,
quod probatur ex eo, quia *Bald.* hoc suum dictum
deducit ex eo *tex.* in *l. cum te*, ubi idem casus de
muliere secundò nupta viro minus digno decidi-
tur. In quo casu probavimus, mulierem in pœ-
nam majori dignitate privari, & dictum Docto-
ris intelligi debet secundùm jura, quæ allegat, at-
que melius probatur ex *cap.* 1. *de translat. Episc.* ubi
dearchiepiscopare nota est opprobrii, & pœnam
indicat, sic loquitur *Rebuff.* dum allegat jura, in
quibus casus mulieris nuptæ minus digno termi-
natur, & sic dum jura, & *DD.* in contrarium al-
legati loquuntur in casibus particularibus, ubi de-
scensus ad minorem dignitatem improbatur, & in
pœnam major dignitas aufertur, supervacaneè
casui nostro applicantur, ubi Consiliarius benè,
& fideliter munus Consiliariatus exercens, suo Re-
gi, & Reipublicæ inserviens, non in pœnam,
sed ob majus Regis servitium utile, & commo-
dum, ad aliud Tribunal transfertur. Translatio
enim ista non delictum comitatur, non in pœ-
nam tribuitur, sed fit, quia sic necessitas suadet,
sic Regi utilius est, ita expedit, sic Rex pro ma-
jori suo servitio mandat, cui annuere, servire, &
obsequi semper gloriosissimum existimatur. Nec
ulla ratio suadere potest, quod transiens ad mino-
rem dignitatem, ut suo Regi obediat, magisque
36 inserviat, illa majori dignitate privetur; & Con-
siliarius Montoya effectus Præses Regiæ Cameræ
retinuit dignitatem Consiliariatus, non per ex-
pressam reservationem in translatione, sed ex juris
dispositione ex eo, quia dignitas major non amit-
titur propter minorem, cujus rei melior testis est
Surg. de Neap. illustr. cap. 27. *num.* 23. ubi dicit, ità
ex dicta ratione determinatum, & sic ex juris dis-
positione, non ex expressa reservatione, articulus
fuit decisus, alioquin si in privilegio translationis
hoc esset expressum, judiciali terminatione opus
non fuisset.

37 Nec reservatio prioris dignitatis in translationes
ad minorem arguit de jure amissionem prioris; nam
pluries id, quod juris est, ad majorem declaratio-
nem exprimi consuevit, & ea, quæ dubitationis
tollendæ causa fiunt, jus commune non lædunt;
l. ea, quæ dubitationis tollendæ causa, ff. de reg. jur.
quod clariùs redditur, quia ubi Rex priora reser-
vavit, dixit, reservasse, quia ita juris erat, ut
38 mox apparebit, & infrà plures adnotabimus ca-
sus, ubi nulla facta expressione retentionis prio-
ris dignitatis, in translatione translati priorem
dignitatem retinuere, & adeptionem minoris di-
gnitatis non tollere majorem, probaruut idem *Re-
gent de Ponte* sibi contrarius in *cons.* 14. *num.* 51.
39 *lib.* 1. ubi quia dignitas acquisita inseparabilis est,
alteram adipiscens, retinet primam majorem, *Bald.*
in *l. per adoptionem ff. de adopt.* quem allegat, & se-
quitur *Alex. consil.* 32. *num.* 6. *lib.* 5. ubi docet, quod
si nobiles fiant per statutum populares, non per-
dunt nobilitatem generis, sed accrescit eis popu-
laritatis beneficium, & satis dilucidè deciditur in
tex. in *l. senatoris filius ff. de senat.* ubi Senatoria
dignitas adeptione inferioris dignitatis non amit-
titur, hoc idem perbellè probat Doctissimus *Re-
gens Valenzuela cons.* 94. *num.* 50. & 51.

40 Tertia sit conclusio, quod pari ratione ex tran-
situ à majori ad minorem dignitatem salarium di-
minui non debet. Cum enim ex majori salario ma-
joritas dignitatis arguatur, *l. nemo C. de offic. magi-
stri officiorum*, & *l.* 2. *C. de agen. in reb. lib.* 12.
& scribunt *Doct.* in *l. cum quid, ff. si cert. pet.* ubi
Alex. num. 8. *Jas. num.* 15. *Dec.* 1. *lect. num.* 19. *Natta
consil.*

consil.638. Boer. de auth. Mag.Cons. num.9. Dominus Rovitus d. prag.6. num.4. de commiss. non destinand. & certum fit ex supra firmata conclusione, quod dignitas prior nun amittitur, ergo neque salarium, quod quidem & ipsa observantia, & consuetudo in hoc Regno suadet, siquidem videmus, quod Regentes Regiam Cancellariam habent in hoc Regno salarium aoouorum ducatorum mille, quando autem ad Consilium Supremum Italiæ accedunt, quia majorem habent dignitatem. Magis eum illustratur qui propius ad latus Principis sedet, *l.1. C.de præpos.labor. lib.12.* ibi, *quos nostri lateris comitatus illustrat*, *Bald.* in *rubr. de offic. Proconf. & leg.* qui dicit, quod licet urdo accipiat splendorem à Principe, tamen non æqualiter resplendet ille qui abest, sicut ille, qui est in Principis præsentia, *Jo: de Montoig. de author. Mag. Cons. num.4.* & ex multis hoc probat *Reg. Albert. in alleg.* in causa propria inserta per *Frecc. lib.2. de subfeud. tit. quis dicatur Dux, num.61.* majus habent stipendium ducatorum mille, & quingentorum, qui monetæ hujus Regni faciunt summam ducatorum 1750. Quando postea Neapolim ad Collateralem Consilium redeunt, non eis minuitur salarium, sed idem continuatur, & sic etiam fuit in Regiis Consiliariis observatum, qui majus habeot salarium, quando enim fuerunt ad Præsidentis Reg.Cam. officium translati, idem stipendium habuerunt, & sic etiam in Fisci Patronis, qui idem majus habent salarium quando ad officium Præsidentiæ transeunt, ut ex fide Regii Officii Scribæ portiunis constat, & satis notum est Dominis Regentibus Supremi Italiæ Consilii, ubi sic determinatum reperitur in personam qu. Regentis Suarez, his verbis:

41 larium, quod quidem & ipsa observantia, & con-

Testando en costumbre en este mi Consejo Supremo de Italia, que à los que son promovidos de un officio à otro, se da el salario, que tenian con el primero, siendo major que el del officio, à cargo à que son promovidos, y que les corra con el nuevo officio desde el dia que les huviere cessando el primero, por parecer esto conforme à razon, os le he querido advertir en esto, y encargar, y à lo que sigue, de que se ne produce exemplo de la misma Escribania de Racion. Quod non fuit gratia, sed justitia, ut aperte patet ex verbis, quod sic jostum visum fuit. Nutissimom est enim, quibus verbis concipiantur rescripta gratiæ, & justitiæ; hoc ipsum novissimè fuit decisum per Sacrum Consilium Neapolitanum ad relationem Regii Consiliarii D. Francisci Salgado in Aula Regii Consiliarii Ruviti, in personam Regii Consiliarii Vincentii Corcioni, qui cum fuisset Advocatus Regii Patrimonii creatus ex eo solo, quò gratia augmenti salarii erat jam tempore, quo erat Consiliarius publicata, quamvis non executa, nisi post officium Consiliarii dimissum, fuit judicatum, ipsum frui debere augmentu salarii, & consuetudinem in istis rebus esse spectandam, latissimè fundat *Menoch. cons.51. num.50. cons.126. num.3.& cons.57. n.36.* & quando consuetudo est favorabilis, prout est ista, debet potius ampliari, quàm diminui, ut post *Innoc. & Butr. in cap. dilecti, de offic. Arch. & Molin. lib.2. de primog. cap.6. num.10. Burgos de Paz qu.2. n.138.* in ista propria materia fundat idem *Regent Valenzuela dicto cons.94. num.36.*

Quarta fit conclusio, quòd quamvis prædicta satis vera, & plana sint, tamen respectu Consiliarii Galeota alia præcipuâ ad sui favorem concurrunt, quæ magis indubiam ipsius causam reddunt, & Primò, quia tempore, quo per suam Majestatem fuit sibi demandatum munus Regii Fisci patroni, actu percipiebat salarium ducatorum mille, & sic etiam usque ad novissimum ordinem, quo per S. M. fuit aliter generaliter ordinatum, percepit, quamvis in prædicto officio in Regia Camera inserviret, & licèt novissimus ordo, quòd Consiliarii translati non habent stipendium, nisi officii, in quo serviunt, & non illud majus, posset practicari respectu illorum, qui in futurum fortè sunt transferendi, non tamen quoad illos, qui jam post novum officium idem stipendium habuerunt; sanctiones enim tantum futura respiciunt, nec solant habere oculos retrò: quod satis juri consentaneum videtur, aut enim fit hoc ad eorum supplicationem, & postulationem, & nun possunt conqueri, cum sciant legem jam promulgatam, si majus salarium relinquunt, & minus accipiunt, aut Rex hoc jubet, quia ita expedire videtur suo Regali servitio, & so hoc casu possent Regi supplicare, ut vel idem salarium continuari jubeat, vel in priori ufficio ipsis servire permittat, cum certa spe, quòd optimus, & munificentissimus Rex benemeritis aliquid concessurus sit. Quod non permittitur ipsi Regio Consiliario, jam prædicto officio relicto.

Secunda affertur particularis ratio. Si enim salarium datur ratione laboris, ut per *Dion. Cast. lib.3. Histor. Rom. Menoch. de arbitr. judic. casu 514. n.1. cent.6. Mastrill. de Magistr. lib.1. cap.21. num.7. Regen. Costant. l.1. num.26. C. de re milit. lib.12. cap. charitatem, in fine 12. qu.2. & Apostol. ad Corinth.2. Mercedem laboris sui quisque accipiet.* Satis notorium est omnibus, majorem laborem habere Regium Fisci patronum, quam Regium Consiliarium, ut infra latiùs.

Tertia affertur ratio, quia Regiu Fisci patronu Mag. Curiæ Vicariæ tanquam de corpore Sacri Consilii fuit mediante decreto Regii Collateralis Consilii ad relationem Regentis Didaci Lopez decisum, ut debeatur salarium, pro ut cæteris Regiis Consiliariis annuorum duc.mille. Et satis incoveniens esset, Advocatum Regii Patrimonii minus habere stipendium, cum majore sarcina prematur.

Quarta affertur ratio, quia stipendium annuorum ducatorum sexcentum Fisci Patrono debebatur de jure communi, ultrà tamen id, quod per privilegium retrò Principum, vel authoritate Tribunalis, in quo suum munus exercet, eidem datum ostenditur, est *tex.* particularis in *l.per hanc, §. sexcentum aurei, C. de advoc.divers.judic.* & decem aurei faciunt libram argenti, *l.1. C. de argen. pretio, quod thesaur. infer. lib.10.* Adeò quòd aureus idem importat, quod decem caruleni, & omnibus aliis Officialibus auctum est stipendium, tam ratione aucti laboris, *Felin.* in *cap. cum olim, nu.1. de re jud. Menoch. de arbitr. lib.2. casu 223. num.7. Marcell. de Maur. alleg.19. per totam, idem Menoch. centur.6. casu 514. num.20.* ubi fundat, quòd negligente Principe hoc casu adjungere salarium, posset idemmet sibi ipsi augere, ex *Molin. Brun.* & aliis *Mastrill. de Magistr. lib.1. cap.21. n.15.* quam etiam, quia annona antiquitus erat multò vilior, mercedes servorum, salaria viliora, vestium impensa valdè tenuis, & Princeps debet rationem habere, ut qui ei inserviunt quotannis summam aliquam in arca reponant; quæ sua senectuti, & po-

posteritati consulant, ita egregiè *Menoch.* in *d. casu* 514. *num.* 10. & 11. & propterea quamvis Fisci patrono salarium non augeatur, debet ad minus non minui salarium, quo antea fruebatur, ut Regius Consiliarius.

Quinta affertur ratio, quia Consiliarius Galeota
hodie quoque officio Regii Consiliarii fungitur in
nonnullis causis delegatis, & sibi à Domino Prorege de mandatis, tàm in Sacro Consilio, quàm
in aliis Tribunalibus uti adjunctus, non obstante
54 transitu ad Reg. Cam. & in dies sibi committuntur, & ad hoc ut conserventur jura, privilegia, &
utilitates, sufficit, si in aliquibus singularibus
ipsa causa conservetur, ut ex *l. jura*, *ff. de legib.*
tradit *Bald.* in *l.* 1. *lect.* 1. *num.* 3. *ff. de feriis*, & ex
multis hoc egregiè fundat Dominus *Regens Valenzuela* in *d. conf.* 94. *num.* 34. *cum seq.*

Nec est aliqua habenda ratio de paucis illis munusculis Præsidentibus Regiæ Cameræ debitis, ob
quod eis auctum non fuit forsan salarium, prout
55 Regiis Consiliariis, si quidem eadem ratio militabat, etiam antequam stipendium prædictum augeretur. Habebant enim Regii Consiliarii annuos
ducatos sexcentum; Præsidentes verò Regiæ Cameræ ducatos 570. & tamen si per transitum Regii Consiliarii ad Regiam Cameram non duc. 570.
sed ducati sexcentum, & sic majus stipendium quod
ante habebant, semper eis solutum fuit, idemque
servatum est in Fisci patrono, sequitur, dictis Consiliariis ad Regiam Cameram translatis de jure
eandem provisionem deberi, etiam hodie post augmentum salarii, unde pari modo, ut de augmento salarii idem jus sit, quòd de ipso stipendio, ubi
enim est eadem ratio, licet non tanta, idem tamen
jus esse debet.

56 Insuper considerandum est, quòd hæc munuscula Præsidentibus Regiæ Cameræ debentur ultrà
57 salarium ratione majoris laboris. Feriæ enim æstivæ licèt serventur in Sacro Consilio, non tamen
servantur in Regia Camera, per *tex.* in *l. publicas*,
C. de feriis, meminit *Rovit.* in *pragm.* 19. *de offic.
Procuratoris Cæsaris*, & bis quotidie mane, &
à prandio iteratur ad Tribunal accessus pro causis
decidendis, & rationibus dispungendis in utraque
aula.

Præterea, quoad Fisci patronum attinet, hæc
58 objectio omnino cessat, tum quia non quæcunque
Præsidentibus conceduntur munuscula, illicò
etiam ipse participat, si quidem liberationum, quas
declaratorias vocant, proventos omnes, qui Præsidentibus ob rationum consolidationes, sive magni totius Regni Thesaurarii, sive Perceptorum,
sive eorum, qui Regia vectigalia conducunt, sive
59 cæterorum, qui Regiam pecuniam quovis alio titulo tractant, obveniunt, minimè participat. Tum
quia si de labore sermo sit, inter Præsidentes ipsos,
ac Regium Fisci Advocatum comparatio nulla intercedit, si quidem huic non Regii totius Patrimonii solum assiduus, ac pervigil tutela demandatur, verum uni ipsi laboriosissimum onus incumbit, processus omnes, scripturas, tabulas cujuscunque generis attentissimè perlegendi, examinandi, discutiendi, quæ in singulos Præsidentes, ac
Rationales, à Regiæ Cameræ Locumtenente sigillatim dispertiuntur: quarum rerum adeò magna
vis est, ac copia, ut iis tractandis, perferendis, administrandis, non exiguus tum eorum, quos
Magistros actorum vocant, tum Scribarum numerus satis esse videatur, quæ tamen omnes unius Fisci Patroni manibus, oculis, industria terendæ, non semel sunt. Quid quod ad unum Fisci Patronum spectat, Regiarum omnium Rationum, quas Rationum Præfecti conficiunt, relationes, Regiæ Cameræ consulta, quæ ad Excellentissimum Proregem singulis fermè diebus, ad Regem ipsum non raro de gravissimis rebus, etiam ad Regni regimen, ac statum interdum pertinentibus, transmittuntur, attentissimè dispicere, disquirere, examinare, quo jura Fisci sarcta, tecta serventur. Quid de Tribunalium varietate loquar, quibus frequens adesse Regius Fisci patronus cogitur, Regiæ Cameræ quotidiè, mane, vespere, Supremo Collaterali Consilio coràm Excellentissimo Prorege sæpissimè singulis certè hebdomadis die Veneris, ut de privatis Conventibus, atque, congressibus nihil dicam, vulgò, *le gionte*, sive iis, in quibus de Regiis rationibus agitur, sive iis in quibus de Regia jurisdictione tuenda, conservandaque tractatur, quibus omnibus locis ad Regium Fisci patronum spectat lynceis oculis pervidere, omnia Fisci jura proponere, acerrimè instare eorum, qui adversas privatorum hominum partes tuentur objectiones, argumentaque dissolvere, supplices libellos pro Fisco porrigere, eorumque celerem expeditionem apud eos, qui Proregi a sunt à secretis, urgere, ne qua in ipso, vel levissimæ negligentiæ suspicio adhærere possit, ut jure merito Fisci Advocatus non Regiæ Cameræ solum, sed Regii totius Patrimonii patronus dicatur, ubi vis Tribunalium, ac locorum Regia intersit. Nam quid de cæteris dicam? contractus omnes, quorum Regis aliqua ratione interest à Regio Fisci patrono diligentissimè executiendi, inspiciendæ Baronum refutationes, examinanda pacta omnia, ad unum usque apicem disquirenda, nè si quid minus fortè fœliciter Regio Ærario successerit (quòd vulgò certè solet) ipsius culpæ, vitioque vertatur. Nam quantæ illud molestiæ censeri debet quicquid aliorum sive Præsidentium, sive aliorum Ministrorum culpa peccatur, ad unum id Fisci patronum referri, revocarique. Enitendum illi est, ut omnibus indevotis circa Fiscalia (ut cum Jureconsulto loquar) omnibus fiscalium jurium usurpatoribus, contemptoribus, dilapidatoribus, Magnatibus præsertim potentibus, ac Principibus viris, quorum acerrima odia, invidiaque subeunda necessariò sunt, pro jure, ac veritate acerrimè resistatur. Desudandum illi est in Regiorum censuum conservatione, atque incremento, vectigalibus præsertim idoneis hominibus elocandis, socialibus oblationibus, sivè parantiis inveniendis, ac deligendis vectigalibus ipsis, cæterisque Regiæ pecuniæ Præfectis, ad rationes primo quoque tempore exhibendas, conferendas, subducendas, diligenter cogendis Regiis debitoribus, quorum ex infinitis propemodum causis, Baronum præsertim pro releviis, atque adhois ingens est numerus, ad solutionem compellendis. Elaborandum enixè illi est, ut parata, atque in promptu sit, præsertim ubi nova se occasio aliqua obtulerit, ingens numeratæ pecuniæ vis ad militum stipendia, sivè eorum, quos ad Regni tutamentum paratos, atque obvios semper esse necesse est, sivè eorum, qui habito in hoc Regno delectu extra Regni fines, ad fidei, Romanique Imperii defensionem, ad fœderatorum Principum auxilium, ad rebellium animadversionem, oppressionemque per Italiam, Ger-

maniam

Digitized by Google

maniam, Belgium, per Oceanum ipsum, ad novum usque Orbem dimittendi sunt. Neque verò ad ejus rei probationem recentia exempla desiderari paterentur, Alemania, Cisalpinaque Gallia, com Fabio ipso, sob Ossunensium Duce, Fisci patroni Locumteneote, ingenti pecuniæ vi Imperiales exercitus in utraque Germania adjuti, Vercellæ expugnatæ, Veneta classis Adriatico mari pulsa, ac penè oppressa. Accedont eodem ingentes labores, qui vix numerari queant, conctarum Regni Universitatum pro Fisci commodo patrocinium, Regiæ jurisdictionis sæpissimè contrà Ecclesiasticos in arduis, periculoque plenissimis interdum causis defensio. Pootium toto Regno, sive restauratio, sivè reædificatio, stagnantium aquarum Campaniæ tota ad aeris salubritatem in mare longissimis itineribus derivatio. Triremium, ac reliquorum, quæ ad maritimam classem pertinent, navigiorum procuratio, quibus omnibus Fisci patronum adesse summa vigilantia, nemo est, qui nesciat. Quæ cum ità sint, jure optimo dicere cum sapientissimo Jureconsolto quis possit, improbum adeò laborem illum esse, quem Fisci patronus sustinere cogitur, ut intellectum potius perspici, quàm verbis exprimi valeat. Ex eo igitur factum licet opinari, quod vel ipso quotidiano experimento compertum habemus, Fisci patronum, qui ejus muneris labores diù perferre potuerit, fuisse hactenus neminem. Sed opus fuisse clementissimo Regi nostro eos omnes, qui id muneris aliquandiù objeriut, ad alios Magistratos, quo tanto labore levarentur, brevi intervallo traducere. Quis igitur, aut æquis auribus audiat? aut non iniquo animo ferat eorum in præsentiarum deduci, ut cum augeri ad tanti laboris levamentum Regii Advocati stipendium opus esset, de eo minuendo tractetur.

Cum verò de Fiscalis Patroni munere latiùs disseruerim, non abs re visum mihi quoque fuit sequentia capita subnectere, ex Reg. Pragmaticis, ac R. C. decretis novis ordinibus excerpta, quæ ad ipsius munus exactè obeundum pertinent.

Memoria eorum, quæ spectant ad curam Fisci Patroni tàm ex pragmaticis, quàm ex decretis Reg. Cameræ.

IN causis, in quibus tangitur interesse Reg. Fisci non potest procedi nisi requisito Advocato, seu Procuratore Reg. Fisci, & in dictis causis idem Advocatus Reg. Fisci, semel, bis, & iterum audiri debet, ut in *pragm. 16. fol. 548. in novissimis.*

Liber causarum Fiscalium conservari debet per Fisci Patronum, *pragm. 20. fol. 549.*

Patronus Fisci procurare debet solerti diligentia expeditionem causarum Fiscalium, *pragmat. eadem 20.*

Advocatus Fisci semper debet interesse in Tribunali, & quando causæ votantur, & deciduntur, *pragm. 23. fol. 551.*

Ad instantiam Advocati, seu Procuratoris Fisci debent Scribæ portionis, ejus Officiales, Thesaurarius, Rationales, Actorum Magistri, Notatores, & cæteri Officiales statim summa cum diligentia dare copiam scripturarum, *pragmat. 28. fol. 552.*

Advocato Fisci data est cura advertendi, quòd Officiales deputati ad justitiam præstent cautionem in Regia Camera de stando sindicatui infrà quatuor menses à die completi officii, producant fidem, seipsos stetisse sindicatoi, vel sindicatum pendere, aliàs quòd procedatur ad exequutionem pœnarum, *pragmat. 41. fol. 559.*

Et hodie debet fieri ordo Actorum Magistris, quòd quolibet mense dent notam fidejussionum præstitarum de exhibendis responsalibus ex causa extractionum victualium penes Fisci Procuratorem, ut elapso tempore incusentur.

Advocatus Fisci procurare debet, ut literæ, & commissiones, quæ per Regiam Cameram expediuntur Ministris pecuniariis pro exactione debitorum, vel pœnarum, vel pro aliis negotiis Fiscum tangentibus, adnotentur in *Regestris*, ibique adnotetur nomen, Compotantis cui consignantur; & detur lista dictarum commissionum Rationalibus tempore commissionis computorum, ut habeatur ratio de ipsarum exequutione, *pragmat. 43. fol. 560.*

Conservator quinternionum quolibet mense debet dare listam privilegiorum, concessionum, & assensuum rerum feudalium Fisci patrono, ac etiam Rationali, qui habet curam cedularii, *pragmat. 44. fol. 560.*

Ex Decretis Regiæ Cameræ.

BIlancia debent quolibet mense præsentari in Camera à Perceptoribus, & Portulanis, & Scriba, qui hodie est Antonius Squillaote, quolibet mense debet certiorare Fisci Patronum, & dare listam eorum, qui bilancia non præsentaverunt, & sic in fine Octobris de computis non præsentatis.

Quod verò computorum, & Bilanciorum præsentandi formam hic libet animadvertere, antiquitus Perceptores, Thesaurariique Provinciales compota annuatim de mense Septembris, usque ad Augustum, juxtà Indictionem præsentare solitos, omnibus tamen exactionibus, tam ordinariis, quàm extrà distinctis, ac mensatim bilancia mittere solitos totius exacti, adjecta in fine nota exitus omnium solutionum eo mense factarum.

Postcà inter cætera statuta ann. 1612. in erectione Arcæ Militaris, id fuit, ut deinceps annus præsentationis computaretur à mense Januario, usque ad Decembrem, & compota præsentarentur 1. die Martii: pro tot computis distinctis, unum formaretur, & bilancia non mensatim ut antè, sed post bimestre tempus cum exitus nota duplicata mitterentur.

Quorum omnium, aliorumque ad id pertinentium exacta cura, & observantia, etiam pœnalibus comminationibus fuit ipsis à R.C. commendata pluribus mandatis Octobris 28. & Maji 31. itemque ab Excell. Prorege Comite Montisregii die 14. ejusdem.

Et mense Augusti ejusdem anni additum fuit, ut cum bilanciis præsentarentur etiam cautelæ exitus, sine quibus ea non recipi jussum.

Quod cum experientia potius damnosum ostenderet, dilata bilanciorum præsentatione pluribus ex causis à Perceptoribus allegatis.

Ideò die 16. Martii 1635. junctis R. C. Aulis, negotio plenè discusso, resolutum fuit, bilancia præsentanda ut antea post duos menses cum data diei, quo à Provincia mittuntur, ipsorumque

Perceptoru m subscriptions, eaque pro veris præsentari, tam in introitu, quàm in exitu, sique postes in computis iis eliquid deficere invenire-tur, statutis in instructionibus pœnis plectérentur, ac m ltis eo decreto impositie.

Demum omnia hæc confirmata fuerunt alio mandato die 27. Junii 1636. cum insertioue c. 100 reformationis R. C. à S. M. factæ sub die 25. Aprilis 1634. quo prædictorum observantie, & eliorum injungitur etiem Præsidentibus, ut quisque pro sua Provincia invigilet bilenciis omnium Reg. exactionum, & pœnæ impositæ irremissibiliter à contrafacientibus exigantur. Quod mandatum, quòad pœnes renovatum die 16. Septembrie 1636. & in cap. 101. & 169. dictæ reformationis injungitur Perceptoribus Provinciarum, ut cum computorum præsentatione exprimant etiam diligentias impensas in residuorum exactione. Pro quibus, si minus debito diligentia adhibita secundùm R. Cameræ ordines, dignoscetur, ad instar bilancii significentur. Prout decisum fuit die 25. Octobris 1638. in R. Camera in caule Magnif. Onuphrii Gisunis Thesaurarii Calabriæ citrà, referente Magnif. Rationale Scudero, contre quem fuit per R. C. decretum, quod significaretur, & exequerentur literæ significetoriales ex eo, quod debitas fecisse diligentias in residuorum exactione non docuerit. Et pluries postea de eo-rundem capitum executione actum fuit.

Sollicitator releviorum quolibet die Lunæ debet dare indicem, seù listam Fisci patrono releviorum occurrentium, & in fine mensis aliem listam informationum capiendarum.

Certificatoriarum lista dari debet Fisci patrono per Joannem Baptistam de Ponte singulis sex mensibus tempore præsentationis cedulæ, & in fine Octobris quolibet anno listae significatoriarum.

Significatoriarum lista, & earum exequutiones dari debat quolibet mense Fisci patrono per significatoriarum Perceptorem.

Mandare, ut capiantur informationes de contrabannis, & de quibuscunque aliis excessibus per literas Illustr. Proregis die ultimo Octobris 1570, quæ sunt in libro notamentorum.

Curare, ut suo tempore redimantur introitus venditi per Regiam Curiam cum pacto de retrovendendo, & quòd de dictis venditionibus fiat liber ad onus Fisci patroni juxtà ordines Regiæ Majestatis, in Regie Revisione de anno 1566.

Una ex duabus clavibus Arcæ, in qua informationes reponuntur, debeat retineri per Advocatum Reg. Fisci, ut in prag. 21. fol. 550.

Diligentiæ quotidianæ faciendæ per Fisci Patronum.

Causarum Fiscalium sollicitudo est percurrere ipsarum librum, & particulares listas.

Quod Arrendatores præstent fidejussiones, ed quas tenentur.

Quolibet mense habere copiem certificatoriarum, & habere informationem de ipsarum exequutione.

Quolibet mense habere eandem copiam, & rationem significatoriarum, & procurere, ut exequantur.

Habere notam particularem pastitorum, quæ fiunt cum Regia Curia, & invigilare super ipsorum adimplemento, ne Regia Curia defraudetur, vel aliquid detrimentum patietur.

Advertere, quòd bilancia quolibet mense præsententur à Perceptoribus, & Portolanis.

Curare, quòd quolibet semestri præsententur cedulæ, & in fine Octobris elia computa, & habere notam computorum non præsentatorum.

Quòd computa, & cedulæ per Rationales liquidentur.

Quòd sollicitator releviorum quolibet die Lunæ assignet listam Releviorum, & curare, quòd dicta Relevia liquidentur; ut expediantur significatoriæ.

Invigilare super exequutione literarum, & commissionum, quæ quotidie fiunt ministris pecuniariis; & aliis, & habere informationem de eorum literis responsionis.

Quòd liber causarum Fiscalium continuetur.

Quòd officia vendibilia vacantia, & alia bona excaquita vendantur, & sollicitare ipsorum venditionem.

Quòd Perceptores, & alii ministri, qui non præstaverunt debitas fidejussiones, eas præstent, & recipient instructiones illi, qui non receperunt.

Procurare exequutionem literarum, & ordinum Regiæ Majestatis, & Illustr. D. Proregis.

Quòd conservator quinternionum quolibet mense assignet listam privilegiorum, & assensuum rerum feudalium.

Quòd expediantur resultæ computorum.

Quolibet quadrimestri habere informationem, & sæpius, si oportuerit, de statu Arrendamentorum, & curare, ut Arrendatores intégrè solvent, extalea tempore debito tam Regiæ Curiæ, quam consignatariis.

Quæ de Fisci patroni munere erepta occasione, adnotata, curiosus Lector æqui, bonique consulat.

Hæc causa in Supremo Italiæ Consilio decisa minimè fuit, idque potissimè, ne duplex ideò Præsidentibus salarium præstari videretur, quod aliis etiam additis emolumentis, mille aureorum summam Consiliariis attribuitem potius excederet. Verumtamen cum postea contigisset dubitari, an mihi in Præsidentis munus evocato, cui quingentorum septuaginta aureorum salarium constitutum est, sexcentorum aureorum tanquam Reg. Fisci (ut ità dicam) expetrono adhuc salarium deberetur, obtentis à S. M. literis, quibus mihi Excell. Prorex, ejusque Collaterale Consilium justitiam ministrare jubebatur, in eo re discusse, sequens pro iisdem anteà allegatis fuit latum decretum, videlicet.

Die 10. Decembris 1638. Neap. viso memoriali porrecto Suæ Excell. pro parte prædicti Magnifici Præsidentis Fabii Capycii Galeota, visis etiam literis Suæ Majestatis, expeditis ad instantiam prædicti Magnifici Præsidentis sub die 1. Octobris 1637. factaque de omnibus relatione Suæ Excell. in Collaterali Consilio per Spectabilem Regentem Casanate Collateralem Consiliarium, & Commissarium, visisque videndis, &c.

Illustrissimus, & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. providet, decernit, atque mandat, quòd tolla-

[illegible] sus

tae sequestrum factum in salario dicti Magnifici Præsidentis Fabii Capycii Galeota, & correspondeatur eidem ad rationem ducatorum sexcentum pro quolibet anno tam pro præterito, quàm in futurum, hoc suum, &c. Tapia Regens. Montalvus Regens. Brancia Regens. Casanate Regens.

SVMMARIVM.

1 *Amita utrum admittatur ad successionem in feudis antiquis in Regno ex gratiis, & num 11. 12. 13. & 15.*

2 *Et quid in feudo novo, num.19.*

3 *Patruus utrum succedat in feudo novo similiter ex gratiis.*

4 *Transversales, sivè collaterales jure communi secundum usum feudorum succedebant in feudis antiquis usque ad septimum gradum.*

5 *Constitutio Regni restringit successionem in feudis antiquis usque ad tertium gradum tantum.*

6 *Constitutio Ut de successionibus enumerat personas, & non gradus, & num.14. & 16.*

7 *Patruus admissus in Regno ad feudi successionem ex gratiis, & sic pariter amita, num.8.*

9 *Frater excludebatur à feudi novi successione, tam ex forma investituræ adjecta clausula per se, & hæredibus ex corpore, quàm etiam de jure communi feudorum.*

10 *Fratres, & sorores, ac nepotes ex eis descendentes in feudis novis, admissi ex gratiis, & num.21. & ita Regni Sapientes sunt interpretati, num.22.*

11 *Gratiæ, quibus in Regno fuit ampliata feudorum successio ultrà Constit. Regni, similiter enumerant personas, & non gradus, & n.18.*

17 *Barones, sivè Feudatarii quàmvis petierint extendi successionem in feudis antiquis indistinctè usque ad quartum gradum, tamen id fuit restrictè concessum.*

20 *Concessio, sivè gratia Regis Catholici, extendentis successionem ad patruum, ampliata postea etiam ad amitam, loquitur in feudis antiquis, quod benè colligitur ex gratiis subsequentibus, & sic tenent DD. Regni, num.22.*

23 *Feudum non potest dici paternum, vel antiquum, nisi fuerit illius parentis, qui fuit origo agnationis communis, respectu tam succedentis quàm ejus, cui succeditur, & num.25. & 28.*

24 *Feudum licèt possit dici antiquum quòad descendentes acquirentis, respectu tamen collateralium semper dicitur novum, eò quòd prius successissent descendentes fallit, num.29.*

26 *Feudum possessum etiam per mille annos à linea descendenti eò ipso quòd transitum fecerit ad transversales, quòad lineam collateralem dicitur novum, & redditur ratio, num.27.*

30 *Feudum acquisitum cum pacto expresso, ut acquirente sine hæredibus defuncto pertineat ad collaterales, deficientibus descendentibus, vocantur transversales ex contractu, ex Rosenthal.*

31 *Feudatarius in feudo novo habens fratrem, & filiam fœminam habet arbitrium, si velit, instituendi fratrem, ex novissimis gratiis.*

ARGUMENTUM.

Patruus, & Amita utrum admittantur ad successionem in feudis, tam antiquis, quàm novis, tam jure communi secundùm usum feudorum, quàm jure Constit. Regni, & quid in hoc fuerit additum, & immutatum ex gratiis etiam novissimis. Quid item in fratribus, sororibus, & transversalibus. Reges, & Sapientes Regni in materia successionis feudorum enumeraverunt personas, & non gradus, etiam in gratiis de novo concessis. Feudum antiquum, vel paternum quod propriè dicatur, & idem potest dici antiquum quòad descendentes, novum verò, quòad collaterales, quod dilucidè explicatur.

RESPONS. III.

Mortuo D. Artusio Pappacoda Terræ Massafiæ emptore sub hasta, ac illius possessore, superstitibus D.Feliciana nepte ex filio, ac D. Antonio Pappacoda ejusdem D.Artusii fratre utrinque conjuncto, instituto in feudo prædicto vigore gratiæ concessæ huic Fidelissimæ Civitati in anno 1605. prout in pragmatica ultimo de feudis, qui successit in feudo prædicto etiam accedente consensu ejusdem neptis.

Ac tandem mortuo ultimo loco eodem D.Antonio, contendit ad successionem dicti feudi admitti D.Cedonia amita dicti D.Antonii, tum quia prætendit, dictum feudum esse antiquum, & proinde esse admissam per gratiam dictæ fidelissimæ Civitatis, prout in pragm.22. & 18. de feudis, vel saltim quatenus esset novum, similiter esse comprehensam in dicta gratia, dum voluit S.M. quòd amitæ comprehendantur in omni casu, in quo succedit patruus, & patruum succedere etiam in feudo novo, colligere intendit ex pragm. 6. de feudis, ubi D.Revertus id expressè colligit num. 8.

At Nos pro jure aperto Regii Fisci in feudo prædicto, exclusa penitùs dicta amita, uti conjuncta gradu non successibili, tàm attentis juris communis, quàm Regni hujus Constit. & gratiarum sivè Regiarum pragmaticarum dispositione dicimus, omninò manutenendum Regium Fiscum in illius possessione, in qua jam legitimè reperitur, ex infrascriptis verissimis juris conclusionibus.

4 Prima conclusio sit, quòd licet secundum usum feudorum jure communi attento in feudis antiquis collaterales succedebant usque ad septimum gradum tantùm, tamen per *Constit. Regni Ut de successionibus*, fuit restricta successio prædicta usque ad tertium gradum inclusivè, & quia non comprehendebatur nec patruus, nec amita, licèt in tertio gradu conjuncti, quia *Constitutio* prædicta enumerat personas, & non gradus, ideò fuit necesse impetrare novam gratiam pro inclusione patrui, prout impetrata fuit in anno 1507. à Rege Catholico, ut in *cap.17.fol.59.à terg.* & confirmata per Cæsaream Majestatem in anno 1536. ut in *pragm. 6.de feudis*, & quia inclusio patruo nec etiam includebatur amita, licèt esset in eodem gradu, opus fuit de novo impetrare aliam gratiam pro inclusione amitæ, ut ex *pragm.12. de feudis*.

Secunda sit conclusio, quod in feudis novis frater excludebatur nedum vigore clausulæ *pro se, & hæredibus ex corpore* apponi solitæ in investituris, juxta *dec.S.Afflict.293.* sed etiam ex juris communis dispositione, ut per *Cardin. Mantic. de tacit. conven. tom. 2. lib. 23. tit. 28. num. 1.* undè ex nova gratia concessa per Invictissimum Regem Philippum Secundum in anno 1586. *fol.179.* inter Capitula hujus Civitatis, ut in *pragm. 18. & 24.*

sunt

sunt vocati fratres, & sorores, ac nepotes ex eis
descendentes, & non ultrà in feudo novo.
11 Hinc quia dicta gratia personas tantùm enume-
rat, non autem gradus, non comprehendit nec
patruum, nec amitam, ut in puncto advertunt
Præsident Mormilis in Constit. Ut de successionibus,
num.3.fol.53.& modernus *Montanus ad l. Imperia-
lem, §. præterea Ducatus, num. 87. in fin.* sicque
videmus usu quotidiè receptum, dum nunquam
amitam, vel patruum admissos ad successionem
feudi novi, legimus.
Nec obstat ponderatio *D. Roviti* in *dicta prag.*
12 *6.num.2.* quod vigore *Const. Regni* admittebatur
patruus, & proinde gratia Regis Catholici ut ali-
quid operetur, debet intelligi, ut comprehendat
feuda nova, siquidem idemmet *D. Rovit.* re longè
melius degustata in *pragm.11.num.8.& 9. de feud.*
nervosè animadvertit, & tuetur contrarium scili-
cet quòd ante dictam gratiam nullatenus include-
13 batur nec patruus, nec amita, ratione supra ci-
tata, quia *Constit.* non enumerat gradus, sed per-
14 sonas. Undè non extendenda extrà personas enu-
meratas, quia ex eadem *gratia in fine*, ibi: *Non
obstante qualsivoglia interpretatione, ò consuetu-
dine usata fino al presente in favor del Regio Fi-
sco*, expressè colligitur, quòd hæc opinio, quòd
15 patruus non includebatur, fuerat recepta in Re-
gno in beneficium Regii Fisci, ut peroptimè pon-
derat dictus *Rovit d.num.8.in fin.* qui sub *num. 9.*
ad comprobandam hanc verissimam conclusio-
nem, quòd Serenissimi hujus Regni Reges no-
16 luerunt includere gradus, sed tantùm personas
nominatas, ponderat dictam gratiam concessam
in anno 1536. redactam in *pragmatica prædicta 2.*
17 *de feudis*, ubi fuit petitum pro includendo inte-
gro quarto gradu utriusque sexùs in successione
feudi antiqui. Et tamen noluit Rex concedere,
nisi ut extenderetur usque ad fratres patrueles
tantùm masculos pervenientes ex masculis.
18 Dum igitur negari non potest, quòd sunt vo-
catæ in gratiis prædictis personæ, & non gradus
remanet inconcussa, & firmissima conclusio supra
19 firmata, quod gratiæ prædictæ non comprehen-
dunt patruum, nec amitam in successione feudi
novi.
20 Et quod gratia Regis Catholici, quæ loquitur
in patruo, & deindè fuit extensa ad amitam, pro-
cedat tantùm in feudis antiquis; patet etiam ex
gratiis subsequentibus. Nam quando fuit petita
inclusio amitæ, in precibus fit expressè mentio,
quod dispositum prius in patruo erat respectu
feudorum antiquorum, & sic etiam petitur in-
clusio amitæ, & aliorum usque ad quartum gradum
in feudis antiquis, legatur, quæso, *pragm.* prædi-
cta 12. *de feudis*.
Hoc idem expressè colligitur ex alia *pragm. 18.
de feudis*, ubi enunciantur omnes gratiæ præce-
dentes, & semper loquitur de feudis antiquis, dein-
dè dum loquitur de feudis novis, petitur gratia
inclusionis fratrum, & sororum tantùm, & dein-
dè per aliam gratiam redactam in *pragm.24.de feu-
21 dis* fuit extensum ad nepotes. Undè si ex gratia
Regis Catholici fuissent comprehensi amita, & pa-
truus in feudo novo, qui erant in tertio gradu,
non opus fuisset obtinere aliam gratiam respectu
fratris, & sororis, qui sunt in proximiori gradu,
& in propriis terminis quod gratia prædicta Regis
Catholici loquatur in feudis antiquis sic interpre-
22 tati sunt Sapientes hujus Regni, ut patet ex re-
latis per *Thomam de Marinis de feudis, tit.2. n.29.
tit.11.num.58.& tit.12.num.17.*
Quibus suppositis succedit tertia conclusio, quod
feudum prædictum nullatenus dici potest anti-
quum, nec paternum, sed dicitur novum. Nam
23 feudum tunc dicitur antiquum, quando descen-
dit è quarto gradu suprà, & paternum dicitur quod
quæsitum fuit à personis usque ad quartum gra-
dum, quæ sunt Pater, Avus, Proavus, Aba-
vus, & Atavus, & ità vocabula, paternum, &
antiquum, confunduntur, ut benè *D. Capycius*
in *investit. vers. feudorum genera, vers. feudum an-
tiquum, & paternum, fol.10.* latissimè *Intriglio-
lus cent.1.de feudis, quæst.21. num.3. & quæst.22.
num.1.& 2. D.de Ponte lect.10. de feudis, num.29.*
ubi quod non potest dici paternum, sivè antiquum,
nisi fuerit illius parentis, qui fuit origo agnationis
communis respectu tam succedentis, quàm ejus,
cui succeditur.
At in casu nostro nulli dubium, quin D.Artu-
sius, cui successit Don Antonius frater vigore di-
ctæ gratiæ, fuerit primus acquisitor dicti feudi ti-
tulo emptionis, & quod amita, quæ nunc succe-
dere prætendit, non sit descendens dicti D.Artu-
sii, & proindè nullo modo potest dici feudum an-
24 tiquum. Nam licèt respectu descendentium ex
D.Artusio dici potuisset feudum antiquum, respe-
ctu tamen collateralium ipsius Don Artusii primi
acquirentis semper dicitur novum, dato millies,
quod successissent prius descendentes D.Artusii,
qui nunquàm eidem successerunt, sed dictus D.An-
tonius frater, uti in feudo novo vigore dictæ gra-
tiæ, prout in terminis nostris docuerunt *Bald. in
25 cap.1.§ hoc quoque* sub *num.2.de success.feud.* ea ra-
tione, quia feudum antiquum, seu paternum nun-
quam dicitur nisi inter eos, quorum principium
connexum est in uno stipite feudali; *Præpos.* &
*Afflict. in d.§. hoc quoque, num.2. Aret. cons.164.
in princ. Perusi consil.12. Ruin. cons.12.lib.1. Pe-
regr.cons.21. num.10. & 11. lib.2. Intrigliol. q.23.
centur.1.* sub *num 9. Thom.de Marinis tit.3. de feu-
do ex pacto novo, num.4. Fracc. lib.3. de subfeud.
secunda formula, num.7. fol.397. & tertia formu-
la, num.14. fol.409. Rosenthal.* alios citans *tom.1.
cap.6.conclus.9.* sub *num.3. Mastrill. d.lib.2. tit.38.
num 54. Marta cons.6. num.30. & cons.14. num.1.*
ubi quod in persona D.Artusii fit novum, quan-
tumvis per prius ex sui natura fuisset antiquum.
Hinc idem *Bald.in cap.1. si de feudo defuncti fue-
rit controvers. inter Dominum & vasallum*, quem
omnes præcitati DD. sequuntur, dixit notabiliter,
26 quod si feudum fuerit possessum per mille annos
ab una linea descendenti, respectu ipsorum dici-
tur antiquum, cum autem fit transitus ad aliam li-
neam collateralem, dicitur novum.
Hinc etiam falsum apparet assumptum adversa-
riorum contendentium, hoc feudum dici anti-
quum, quia licèt aliàs fuisset novum ob transitum
ad aliam lineam, cum tamen frater admittatur vi-
gore gratiæ, dicitur comprehensus in investitura,
& sic cesset ratio, ob quam dicitur feudum novum
ob transitum ad aliam lineam collateralem; siqui-
27 dem ideò dicitur novum, cum transit ad aliam li-
neam, quia ille alterius lineæ collateralis non de-
28 scendit à primo acquirente, quod est requisitum
necessarium, ut feudum dicatur antiquum, vel
paternum, ut omnes DD. præcitati pro indubi-
tato

Digitized by Google

tato admittunt. Undè si fuerit descendens à primo acquirente, licet deindè transeat ad lineam collate-
29 ralem, tunc dicitur antiquum, prout in casu relato in dicta *Pragm.6. de feud.* & per *Thomam de Marinis dicto tit.12. de feud. fraterno, num.17.* ubi expressè tradit, patruum succedentem nepoti hoc casu dici descendentem à primo acquirente, & proindè dici feudum antiquum respectu dicti patrui.

Nec etiam obstat quod adversarii ex eodem *Ro-*
30 *senthal. cap.2.quæst.12.* desumere prætendunt, videlicet feudo concesso pro acquirente, & ut ipso sine hæredibus mortuo pertineat ad collaterales, quod si decesserit primus acquisitor relicto fratre, dicatur antiquum respectu dicti fratris succedentis, etenim *Rosenth.* loquitur, ubi expressè fuerit dictum in investitura, quod perveniat ad fratrem, quo casu dicitur dictum feudum quæsitum ex contractu primi acquirentis in beneficium fratris, & collateralium, ideò non potest disponere talis frater in præjudicium aliorum collateralium, & ejus filiorum, quorum consensus omninò requiritur, ut expressè docet idem *Rosental. loc.cit.* At in casu nostro est tantummodo concessum libero arbitrio
31 fratris instituendi fratrem in feudo novo, non obstante quod adsit filia fœmina, & ubi non existit filia, seu descendens, potest succedere frater in feudo novo ex gratiis sæpè citatis; Unde non dicitur feudum pertinere ad collaterales ex pacto, vel contractu primi acquirentis adeò quod non possint de ea disponi absque consensu vocatorum.

SUMMARIUM.

1 Patruus succedit nepoti in feudo antiquo vigore Constitutionis ut de successionibus. *Contrarium est verius, quia* Constitutio *prædicta enumerat personas, & non gradus, sicque judicatum probatur* num.6.8. & 9.

2 *Patruus succedit nepoti in feudo novo ex gratia de anno* 1507. *contrarium est verius, quia gratia prædicta loquitur de feudis antiquis, ut* num.10. 11.12.13.14. & 15.

3 *Amita succedit nepoti in feudo in omni casu, in quo succedit patruus vigore gratiæ de anno* 1536.

4 *Feudum, quod disponitur in masculum remotiorem exclusa fœmina, remanet antiquum virtute gratiæ de anno* 1605. *sed contrarium probatur* n.28. & seq.

5 *Feudum novum ob mortem fratris acquirentis, dicitur antiquum in personam fratris succedentis, contrarium verius probatur* num.22. & seq.

16 *Intellectus ad Gratiam concessam de anno* 1507. *super successione feudorum, &* num.17. & 18.

19 *Successio in feudis novis est extensa ex gratia de anno* 1586. *in beneficium fratrum, sororum, & eorum filiorum tantùm.*

20 *Gratia de anno* 1586. *enumerat personas, & non gradus circà successionem in feudo novo, & proindè non extenditur ad amitam, vel patruum.*

21 Domini Regentis de Ponte locus lectura 12.n.30. de successione feudi expenditur.

22 Rosenthal.par.1.cap.2.concl.12. de feudis *traditio rejicitur, &* num.24.

23 *Feudum licèt antiquum, si transit ad lineam collateralem, dicitur novum.*

25 *Succedens in feudo ex gratia, vel ex pacto, tale feudum dicitur novum, &* num.26. & 27.

28 *Gratia de anno* 1605. *circà successionem feudorum declaratur, &* num.29.

30 *Rex potest feudum novum concedere jure antiqui.*

31 *Clausula apposita in concessione feudi,* tanquam feudum antiquum, *præsupponit, quod per prius fuerit antiquum.*

32 *Feudum quòdvis fit antiquum, dicitur novum in persona primi acquisitoris.*

33 *Concessio feudi novi jure antiqui retinet naturam feudi antiqui, dummodò adsint verba illa,* jure feudi antiqui, *& expressa Regie voluntas, &* num.34.

35 *Concessio feudi tanquam feudi antiqui differt ab ea, quæ fit jure feudi antiqui.*

36 *Concessio ubi est dubia, est consulenda sua Maestas circà illius interpretationem.*

37 *Feudum debet manere sub sequestro apud Fiscum in possessorio, ubi jura agnati successoris sunt dubia, vel intricata, cui erunt salva in petitorio, sicquè aliàs decisum probatur* num.38.

ARGUMENTUM.

Patruum, nec amitam succedere nepoti in feudo novo, fundatur tam attenta gratia de anno 1507. & 1536. quàm de anno 1586. Et quandò feudum dicatur novum licèt concedatur tanquam antiquum, & nonnulla ad intellectum gratiæ de anno 1605. circa successionem feudorum, & *Cap. ex præsumptuosa* enuncleantur.

RESPONS. IV.

In defensione causarum prior, promptiorque ad scribendum sua sibi diligentia abest, nam primum arma, munimentaque sua ostendit adversario, post tempus dat ad declinandos ictus, munitionesque infirmandas; Demum onus sibi injungit refellendi rationes explicandi leges, authores rejiciendi, quibus se, causamque suam tuetur adversarius, quæ & longiusculum tempus, & studium requirunt exquisitius, id & si omnibus universè mihi præcipuè homini occupatissimo nocuisse semper, maximè verò in hac causa, non est cur pluribus ostendam, ergò adversarius diligenter meis lucubrationibus perlectis, meorum rationum vim impugnare conatur variis mediis.

Primò contendit, patruum succedere nepoti in
1 feudo antiquo vigore *Const. ut de successionibus*, quam præsupponit enumerare gradus, non autem personas, authoritate *Andr.* ibidem, in *ver. idem Jus*, & in *cap.1. Imper. Lotbar. Loffr.* in *d. cap.1.*
2 *col.2. cum seqq.* & *D.Reg. Rovit.* in *pragm.6. nu.8. de feud.* & proindè subdit ex gratia concessa in anno 1507. in *dict. pragm.6. de feud.* patruum fuisse admissum in feudis novis, ex quo in antiquis erat admissus per *d. Const. Ut de successionibus*, idque authoritate *Loffr.* & *D. Rovit.* in locis proximè citatis, undè stante alia gratia de anno 1536. Impe-
3 ratoris Caroli V. in *pragm.12. de feud.* per quam fuit admissa amita in omni casu, in quo patruus comprehendebatur, cessat omnis difficultas pro amita in feudo novo, prout verè est istud, de quo agitur.

Secundò, quatenus gratia prædicta non loqueretur de feudo novo, prætendit, hoc feudum non
4 esse novum, sed antiquum tum vigore gratiæ de anno 1605. in *pragm.51. de feud.* ubi petitur facultas disponendi in beneficium masculorum, exclusis fœminis, & quod hujusmodi feuda remaneant un-

an;

sunt vocati fratres, & sorores, ac nepotes ex eis
descendentes, & non ultrà in feudo novo.
11 Hinc quia dicta gratia personas tantùm enume-
rat, non autem gradus, non comprehendit nec
patruum, nec amitam, ut in puncto advertunt
Præsident Mormilis in Constit. Ut de successionibus,
num.3.fol.53.& modernus *Montanus ad l. Imperia-*
lem, §. præterea Ducatus, num. 87. in fin. sicque
videmus usu quotidiè receptum, dum nunquam
amitam, vel patruum admissos ad successionem
feudi novi, legimus.
Nec obstat ponderatio *D. Roviti* in *dicta prag-*
12 *6.num.2.* quod vigore *Const. Regni* admittebatur
patruus, & proinde gratia Regis Catholici ut ali-
quid operetur, debet intelligi, ut comprehendat
feuda nova, siquidem idemmet *D. Rovit.* re longè
melius degustata in *pragm.11.num.8.& 9. de feud.*
nervosè animadvertit, & tuetur contrarium scili-
cet quòd ante dictam gratiam nullatenus include-
13 batur nec patruus, nec amita, ratione supra ci-
tata, quia *Constit.* non enumerat gradus, sed per-
14 sonas. Undè non extendenda extrà personas enu-
meratas, quia ex eadem *gratia in fine*, ibi: *Non*
obstante qualsivoglia interpretatione, ò consuetu-
dine usata fino al presente in favor del Regio Fi-
sco; expressè colligitur, quòd hæc opinio, quòd
15 patruus non includebatur, fuerat recepta in Re-
gno in beneficium Regii Fisci, ut peroptimè pon-
derat dictus *Rovit.d.num.8.in fin.* qui sub *num.* 9.
ad comprobandam hanc verissimam conclusio-
nem, quòd Serenissimi hujus Regni Reges no-
16 luerunt includere gradus, sed tantùm personas
nominatas, ponderat dictam gratiam concessam
in anno 1536. redactam in *pragmatica prædicta 12.*
17 *de feudis*, ubi fuit petitum pro includendo inte-
gro quarto gradu utriusque sexus in successione
feudi antiqui. Et tamen noluit Rex concedere,
nisi ut extenderetur usque ad fratres patrueles
tantùm masculos pervenientes ex masculis.
18 Dum igitur negari non potest, quòd sunt vo-
catæ in gratiis prædictis personæ, & non gradus
remanet inconcussa, & firmissima conclusio supra
19 firmata, quod gratiæ prædictæ non comprehen-
dunt patruum, nec amitam in successione feudi
novi.
20 Et quod gratia Regis Catholici, quæ loquitur
in patruo, & deindè fuit extensa ad amitam, pro-
cedat tantùm in feudis antiquis; patet etiam ex
gratiis subsequentibus. Nam quando fuit petita
inclusio amitæ, in precibus fit expressè mentio,
quod dispositum prius in patruo erat respectu
feudorum antiquorum, & sic etiam petitur in-
clusio amitæ, & aliorum usque ad quartum gradum
in feudis antiquis, legatur, quæso, *pragm.* prædi-
cta 12. *de feudis*.
Hoc idem expressè colligitur ex alia *pragm.* 18.
de feudis, ubi enunciantur omnes gratiæ præce-
dentes, & semper loquitur de feudis antiquis, dein-
dè dum loquitur de feudis novis, petitur gratia
inclusionis fratrum, & sororum tantùm, & dein-
dè per aliam gratiam redactam in *pragm.24.de feu-*
21 *dis* fuit extensum ad nepotes. Undè si ex gratia
Regis Catholici fuissent comprehensi amita, & pa-
truus in feudo novo, qui erant in tertio gradu,
non opus fuisset obtinere aliam gratiam respectu
fratris, & sororis, qui sunt in proximiori gradu,
& in propriis terminis quod gratia prædicta Regis
Catholici loquatur in feudis antiquis sic interpre-
22 tati sunt Sapientes hujus Regni, ut patet ex re-
latis per *Thomam de Marinis de feudis, tit.2. n.29.*
tit.11.num.58.& tit.12.num.17.
Quibus suppositis succedit tertia conclusio, quod
feudum prædictum nullatenus dici potest anti-
quum, nec paternum, sed dicitur novum. Nam
23 feudum tunc dicitur antiquum, quando descen-
dit è quarto gradu suprà, & paternum dicitur quod
quæsitum fuit à personis usque ad quartum gra-
dum, quæ sunt Pater, Avus, Proavus, Aba-
vus, & Attavus, & ità vocabula, paternum, &
antiquum, confunduntur, ut benè *D. Capycius*
in *investit. vers. feudorum genera, vers. feudum an-*
tiquum, & paternum, fol.210. latissimè *Intriglio-*
lus cent.1.de feudis, quæst.21. num.3. & *quæst.22.*
num.1.& 2. D.de Ponte lect.12. de feudis, num.29.
ubi quod non potest dici paternum, sivè antiquum,
nisi fuerit illius parentis, qui fuit origo agnationis
communis respectu tam succedentis, quàm ejus,
cui succeditur.
At in casu nostro nulli dubium, quin D. Artu-
sius, cui successit Don Antonius frater vigore di-
ctæ gratiæ, fuerit primus acquisitor dicti feudi ti-
tulo emptionis, & quod amita, quæ nunc succe-
dere prætendit, non sit descendens dicti D. Artu-
sii, & proindè nullo modo potest dici feudum an-
24 tiquum. Nam licèt respectu descendentium ex
D. Artusio dici potuisset feudum antiquum, respe-
ctu tamen collateralium ipsius Don Artusii primi
acquirentis semper dicitur novum, dato millies,
quod successissent prius descendentes D. Artusii,
qui nunquàm eidem successerunt, sed dictus D. An-
tonius frater, uti in feudo novo vigore dictæ gra-
tiæ, prout in terminis nostris docuerunt *Bald.* in
25 *cap.1.§ hoc quoque* sub *num.2.de success.feud.* ea ra-
tione, quia feudum antiquum, seu paternum nun-
quam dicitur nisi inter eos, quorum principium
connexum est in uno stipite feudali; *Præpos.* &
Afflict. in *d.§. hoc quoque, num.2. Aret. cons.164.*
in princ. Pernus consil.12. Ruin. cons.12. lib.1. Pe-
regr. cons.21. num.10. & 11. lib.2. Intrigliol. q.23.
centur.1. sub *num 9. Thom. de Marinis tit.3. de feu-*
do ex pacto novo, num.4. Fracc. lib.3. de subfeud.
secunda formula, num.7. fol.397. & tertia formu-
la, num.14. fol.409. Rosenthal. alios citans *tom.1.*
cap.2. conclus.9. sub *num.3. Mantica d.lib.23. tit.38.*
num 54. Marto cons.6. num.30. & *cons.14. num.1.*
ubi quod in persona D. Artusii sit novum, quan-
tumvis per prius ex sui natura fuisset antiquum.
Hinc idem *Bald.* in *cap.1. si de feudo defunct. fue-*
rit controvers. inter Dominum & vasallum, quem
omnes præcitati *DD.* sequuntur, dixit notabiliter,
26 quod si feudum fuerit possessum per mille annos
ab una linea descendenti, respectu ipsorum dici-
tur antiquum, cum autem fit transitus ad aliam li-
neam collateralem, dicitur novum.
Hinc etiam falsum apparet assumptum adversa-
riorum contendentium, hoc feudum dici anti-
quum, quia licèt alias fuisset novum ob transitum
ad aliam lineam, cum tamen frater admittatur vi-
gore gratiæ, dicitur comprehensus in investitura,
& sic cessat ratio, ob quam dicitur feudum novum
ob transitum ad aliam lineam collateralem; siqui-
27 dem ideò dicitur novum, cum transit ad aliam li-
neam, quia ille alterius lineæ collateralis non de-
28 scendit à primo acquirente, quod est requisitum
necessarium, ut feudum dicatur antiquum, vel
paternum, ut omnes *DD.* præcitati pro indubi-
tato

tato admittitur. Undè si fuerit descendens à primo acquirente, licet deindè transeat ad lineam collate-
29 ralem, tunc dicitur antiquum, prout in casu relato in dicta *Pragm.6. de feud.* & per *Thomam de Marinis dicto tit.12. de feud. fraterno, num.17.* ubi expressè tradit, patruum succedentem nepoti hoc casu dici descendentem à primo acquirente, & proindè dici feudum antiquum respectu dicti patrui.

Nec etiam obstat quod adversarii ex eodem *Ro-*
30 *senthal. cap.2.quæst.12.* desumere prætendunt, videlicet feudo concesso pro acquirente, & ut ipso sine hæredibus mortuo pertineat ad collaterales, quod si decesserit primus acquisitor relicto fratre, dicatur antiquum respectu dicti fratris succedentis, etenim *Rosenth.* loquitur, ubi expressè fuerit dictum in investitura, quod perveniat ad fratrem, quo casu dicitur dictum feudum quæsitum ex contractu primi acquirentis in beneficium fratris, & collateralium, ideò non potest disponere talis frater in præjudicium aliorum collateralium, & ejus filiorum, quorum consensus omninò requiritur, ut expressè docet idem *Rosental. loc.cit.* At in casu nostro est tantummodo concessum libero arbitrio
31 fratris instituendi fratrem in feudo novo, non obstante quod adsit filia fœmina, & ubi non existit filia, seu descendens, potest succedere frater in feudo novo ex gratiis suprà citatis; Unde non dicitur feudum pertinere ad collaterales ex pacto, vel contractu primi acquirentis adeò quod non possint de eo disponi absque consensu vocatorum.

SUMMARIUM.

1 Patruus succedit nepoti in feudo antiquo vigore Constitutionis ut de successionibus. *Contrarium est verius, quia* Constitutio *prædicta enumerat personas, & non gradus, sicque judicatum probatur* num.6.8. & 9.

2 *Patruus succedit nepoti in feudo novo ex gratia de anno* 1507. *contrarium est verius, quia gratia prædicta loquitur de feudis antiquis, ut* num.10. 11.12.13.14. & 15.

3 *Amita succedit nepoti in feudo in omni casu, in quo succedit patruus vigore gratiæ de anno* 1536.

4 *Feudum, quod disponitur in masculum remotiorem exclusa fœmina, remanet antiquum virtute gratiæ de anno* 1605. *sed contrarium probatur* n.28. & seq.

5 *Feudum novum ob mortem fratris acquirentis dicitur antiquum in personam fratris succedentis, contrarium verius probatur* num.22. & seq.

16 *Intellectus ad Gratiam concessam de anno* 1507. *super successiona feudorum, &* num.17. & 18.

19 *Successio in feudis novis est extensa ex gratia de anno* 1586. *in beneficium fratrum, sororum, & eorum filiorum tantùm.*

20 *Gratia de anno* 1586. *enumerat personas, & non gradus circà successionem in feudo novo, & proindè non extenditur ad amitam, vel patruum.*

21 Domini Regentis de Ponte locus lectura 12.n.30. de successione feudi expenditur.

22 Rosenthal.par.1.cap.2.concl.12. de feudis *traditio rejicitur, &* num.24.

23 *Feudum licèt antiquum, si transit ad lineam collateralem, dicitur novum.*

25 *Succedens in feudo ex gratia, vel ex pacto, tale feudum dicitur novum, &* num.26. & 27.

28 *Gratia de anno* 1605. *circà successionem feudorum declaratur, &* num.29.

30 *Rex potest feudum novum concedere iure antiqui.*

31 *Clausula apposita in concessione feudi, tanquam* feudum antiquum, *præsupponit, quod per prius fuerit antiquum.*

32 *Feudum quamvis fit antiquum, dicitur novum in persona primi acquisitoris.*

33 *Concessio feudi novi jure antiqui retinet naturam feudi antiqui, dummodò adsint verba illa, jure* feudi antiqui, *& expressa Regis voluntas, &* num.34.

35 *Concessio feudi tanquam feudi antiqui differt ab eo, quæ fit jure feudi antiqui.*

36 *Concessio ubi est dubia, est consulenda sua Maestas circà illius interpretationem.*

37 *Feudum debet manere sub sequestro apud Fiscum in possessorio, ubi jura agnati successoris sunt dubia, vel intricata, cui erint salva in petitorio, sicquè aliàs decisum probatur* num.38.

ARGUMENTUM.

Patruum, nec amitam succedere nepoti in feudo novo, fundatur tam attenta gratia de anno 1507. & 1536. quàm de anno 1586. Et quandò feudum dicatur novum licèt concedatur tanquam antiquum, & nonnulla ad intellectum gratiæ de anno 1605. circa successionem feudorum, & *Cap. ex præsumtuosa* enuncieantur.

RESPONS. IV.

In defensione causarum prior, promptiorque ad scribendum sua sibi diligentia obest, nam primum arma, munimentaque sua ostendit adversario, post tempus dat ad declinandos ictus, munitionesque infirmandas; Demum onus sibi injungit refellendi rationes explicandi leges, authores rejiciendi, quibus se, causamque suam tuetur adversarius, quæ & longiusculum tempus, & studium requirunt exquisitius, id & si omnibus universè mihi præcipuè homini occupatissimo nocuisse semper, maximè verò in hac causa, non est cur pluribus ostendam, ergò adversarius diligenter meis lucubrationibus perlectis, meorum rationum vim impugnare conatur variis mediis.

Primò contendit, patruum succedere nepoti in
1 feudo antiquo vigore *Const. ut de successionibus*, quam præsupponit enumerare gradus, non autem personas, authoritate *Andr.* ibidem, in *ver. idem Jus*, & in *cap.1. Imper. Lothar. Loffr.* in *d. cap.1.*
2 *col.2. cum seqq.* & *D.Reg. Rovit.* in *pragm.6. nu.1. de feud.* & proindè subdit ex gratia concessa in anno 1507. in *dict. pragm.6. de feud.* patruum fuisse admissum in feudis novis, ex quo in antiquis erat admissus per *d. Const. Ut de successionibus*, idque authoritate *Loffr.* & *D. Rovit.* in *locis* proximè citatis, undè stante alia gratia de anno 1536. Impe-
3 ratoris Caroli V. in *pragm.12. de feud.* per quam fuit admissa amita in omni casu, in quo patruus comprehenderetur, cessat omnis difficultas pro amita in feudo novo, probè verè est istud, de quo agitur.

Secundò, quatenus gratia prædicta non loqueretur de feudo novo, prætendit, hoc feudum non
4 esse novum, sed antiquum tum vigore gratiæ de anno 1605. in *pragm.31. de feud.* ubi petitur facultas disponendi in beneficium masculorum, exclusis fœminis, & quod hujusmodi feuda remaneant anti-

an;

antiqua, & hæreditaria & subsequitur gratia, *Placet quòad feuda hæreditaria*, tum etiam quia licet feu-
5 dum dicatur novum in persona acquirentis, tamen
in collaterali persona semper antiquum dicitur, cùm
in acquisitione facta per primum fratrem, non est
dubium, feudom esse novum, sed post ejus mortem
successione secundi fratris est effectum antiquum,
ex *Rosent. part.1. c.2. conclus.12. num.1. & 2. de feud.*

Quæ quidèm licèt ex prædictis nostris scriptis remaneant prævisa, atque resoluta; Iterum tamen nihil Juribus Regii Fisci obesse, demonstrabimus.

6 Non obstat igitur primum, quoniam verior fue-
rat opinio *glos. Marini de Caram.* in *d.Const. ut de successión.* in *ver. habeant*, ubi dicit, non comprehendi patruum, quia *Constitutio* prædicta enumerat personas, & non gradus, sicque judicatum refert per Judices M.C. quam opinionem latissimè tuetur *Affl.* contrariis satisfaciendo in *d.c.1.Imper. Lothar.* à *num.2. cum seqq.* ubi sub *num.25.* dicit,
7 quòd opinio contra *Andræam* servatur in Regno,
& refert plures decisiones; Et in puncto in amita, quod non succedat in feodis antiquis vigore *dict. Const.* fundat, ac decisum refert per *D. Regem Bartholomæus de Capua* in *d.Const. Ut de successio-*
8 *nib.* relatus à *D. Consiliar. de Bottis ibid.* sub *verb.*
non succedant, sic etiam secundùm opinionem *glos.* fuisse judicatum tradunt *Ant. de Alex. & Luc. de Pen.* relati per *Minad.dec.37.* sub *num.5. vers.circa secundum*, ubi etiam dicit, opinionem *glosæ* esse
9 in Regno magis probatam, licèt ipse dicat, opinio-
nem *Andr.* veriorem, & quod secundùm opinionem *glo.* fuerat judicatum, ac optimè comprobat meritissimus, ac insignis *D.Reg.Rovit.dict.prag.11. num.9. de feudis.*

Insuper dato millies, quod opinio *Andr.* fuisset verior, sufficit nobis probasse, quæ opinio *glos.*
10 fuerat recepta in Regno, vel quod erat dubia, &
proindè fuit impetrata dicta gratia in anno 1507. pro inclusione patrui à Rege Catholico, confirmata per Cæsaream Majestatem in anno 1532. ut in *pragm.6. de feud.* & in supplicatione adsunt illa verba, *non ostante qualsivoglia interpretatione, ò consuetudine usata sin al presente in favor del Regio Fisco*, quæ quidem verba clarissimè ostendunt, quòd opinio *glos.* contra *Isern.* vigebat in hoc Regno, proùt advertit *D. Reg. Rovit.* aliàs allegatus in dicta *progm.11.nu.8.de feudis.*

Nec obstat *Loffr.* responsio, quod verba prædi-
11 cta non sunt posita ad excludendum opinionem
glos. & rerum judicatarum authoritatem; sed dispositionem *cap. ex præsumptuosa*, per quam Fiscus mortuo vasallo capiebat possessionem, & quod proindè gratia prædicta fuit petita, & concessa in feudis novis, aliàs si loqueretur in feudis antiquis, nihil operaretur, dum erat inclusus patruus vigore *d. Constit.*

Siquidem id, quod ponderat *Loffr.* est contra
12 expressa verba dicti *cap.* quæ, rogo, legantur,
quia apertissimè constat, fuisse posita illa verba ad excludendam authoritatem rerum judicatarum contra opinionem *Andr.* in beneficium Fisci, & sic non fuit inutilis gratia; ex quo fuerunt sublatæ difficultates, quæ vigebant contra opinionem *Iser.* pro exclusione patrui.

Et quod gratia prædicta concessa in anno 1507.
13 & confirmata in anno 1532. in *d. pragm.6.* loque-
tur in feudis antiquis, & quod fuit concessa ad tollendum difficultates, expressè tradiderunt iidem *Isern.* opinionis sectatores *Affl.* in *d. cap.1. Imper. Lothar.num.25.in fin.* ibi: *adverte, quod Rex Ferdinandus, qui dicitur Catholicus statuit in Parlamento Neapoli celebrato, quod in feudo antiquo patruus succedat nepoti, si patruus sit de descendentibus primi acquirentis feudum*, & idem *Affl.* in *d. Constit. Ut de successión.num.42. in fi. Thom. de Mar.tit.2. de feu. ex pacto antiquo, n.29. & tit.11. nu.58. Ann.*in *cap.1.num.72.de vassall.decrep.ætat. D. Cons.de Bottis* in *addit.*ad *d. Const. Ut de success. D.Reg.de Pont. lect.12. num.15. de success.feud. D. Reg.Rovit.* in *d pragm.11, num.8. & seqq. de feud. Marta de success.par.3.q.3.art.3. num.1. D.Reg.Lanar.* in *repetit.cap.1. de success.feud. num.9.* propè *fin.vers.4. fuit tempus, fol.193.*

Hoc etiam indubitanter convincitur ex gratiis
14 subsequentibus, nam quando fuit petita gratia
pro inclusione amitæ in *pragm.12. de feud.* in precibus fit expressa mentio, id, quod erat dispositum in patruo fuisse respectu feudorum antiquorum, & sic etiam petitur inclusio amitæ, & aliorum usque ad quartum gradum in feudis antiquis, nulla facta mentione de feudis novis.

Sic etiam colligitur ex alia *pragm.18.de feud.* ubi
15 enunciantur omnes gratiæ præcedentes, & semper
loquitur de feudis antiquis, deindè dum loquitur de feudis novis, petitur gratia inclusionis fratrum, & sororum tantùm, & deindè per aliam gratiam redactam in *pragm. 24. de feud.* fuit extensum ad nepotes, undè si ex gratia Regis Catholici fuissent comprehensi patruus, & amita in feudo novo, qui erant in tertio gradu, minimè opus fuisset obtinere aliam gratiam respectu fratris, & sororis, qui sunt in subtiliori gradu.

Ex quibus etiam constat, non esse aliquid mo-
16 menti ponderationem adversarii verborum in gra-
tia de anno 1507. in *d. pragmat.6. de feud.* ibi: *ò qualsivoglia feudo etiam nuovo*, & ibi: *cujuscumque generis*, ex quibus, & ex gratia simpliciter concessa per verbum *placet*, prætendit, gratiam fuisse petitam, & concessam etiam pro feudis novis.

17 Etenim verba illa, *ò qualsivoglia feudo etiam nuovo*, non ponuntur, ut concedatur gratia, quod patruus succedat in feudo novo, sed exemplificando dixit petens gratiam, quod si quis moritur habens feudum etiam novum, & investitura loquitur pro se, hæredibus, & descendentibus ex corpore, succedit primogenitus, deindè si moritur dictus filius primogenitus relicto filio, qui deindè moritur absque filiis, petitur gratia, quod succedat patruus ultimi decedentis, qui patruus est filius secundogenitus prim, qui acquisivit feudum, & conceditur, quod succedat, ex qua gra-
18 tia plura resultant. Primò, quod dictum feudum
respectu dicti patrui dicitur antiquum, cùm ipse descendat à primo acquirente, & sic gratia expressè conceditur in feudo antiquo. Secundò, quod gratia prædicta non fuit frustratoria, ex quo patruus non poterat succedere in dicto feudo antiquo vigore *Const. Regni*, tum quia in ea enumerantur personæ, & non gradus, secundum opinionem *Glos.* supracitatam, quæ servabatur in beneficium Reg. Fisci, ut supra fundavimus, tum etiam quia dùm investitura loquebatur *pro se, & hæredibus ex corpore*, videbatur ex defectu suc-

cessionis

Digitized by Google

cessoris legitimi feudum ad Dominum reverti de-
bere, ex quo patruus non erat de descendentibus
ex corpore ultimi decedentis, & proindè fuit sta-
tutum contrarium per dicta Capitula, quod ad-
mittatur patruus, & amita uti hæredes ex corpo-
re primi acquirentis in dicto feudo antiquo, prout
declarat *Thomas de Marinis* aliàs per nos citatus
tit.12. de feud. patern. num.17. & sic undique li-
quet, gratiam prædictam de anno 1507.& 1556.
non loqui de successione in feudo novo, sed tan-
tum in antiquo.

Et respectu successionis in feudis novis adest
19 tantum gratia concessa per Invictiss.Regem Phi-
lippum II. in anno 1586. in beneficium fratrum,
sororum, & eorum filiorum tantùm, ut in *prag-
matic.19. & 24. de feud.* quæ gratia cùm enume-
20 ret personas, & non gradus, non extenditur ad
amitam, vel patruum, ut benè ponderant *D.Præs.
Marmil.* in *Consil.In aliquibus*, *num.3.* modernus
Montan. in *d. §. præterea ducatus num.87. in fin.*
& idem *D. Reg. Rovit.* in *d.pragm.11.num.9. vers.
Reges enim, de feud.*

Nec authoritas *D.Reg. de Ponte d. lect.12. n.30.*
huic receptissimæ conclusioni obstat, tùm quia po-
21 nit casum in feudo antiquo, ut *ibid.num.25.* tum
etiam quia si loqueretur in feudo novo, esset par-
vifacienda ejus opinio, juti contra expressa verba
dictæ gratiæ de anno 1586. quæ non enumerat
gradus, sed tantùm personas, & si *D. de Ponte*
loqueretur de aliis gratiis de anno 1507. & 1532.
esset contra prædictas veras, & receptas interpre-
tationes à Sapientibus hujus Regni, nec tandem
suam profert sententiam.

Videns adversarius, in prædictis nullam adesse
probabilem dubietatem, confugit ad ultimum re-
fugium, contendens, feudum, de quo agitur,
esse antiquum, rationibus supra citatis.

At nos contrarium fundavimus in prioribus
scriptis, & nunc iterum illa repetenda, contraria
refellemus.

Non obstat in primis doctrina *Rosental.* toties
ab adversario exagerata, tùm quia sine lege loqui-
22 tur, & contra communem traditionem *DD.* qui
scripserunt, quod licèt feudum sit antiquum quò-
usque possidetur à linea descendenti, si tamen tran-
23 sit ad lineam collateralem dicitur novum, sicuti
senserunt infrascripti per nos relati in primis alle-
gationibus, *Bald.* in *cap.1. §.hoc quoque, num.2.*
& ibidem *Præposit.* & *Afflict. a.a. de success. feud.
Aret. cons.164. in princ. Peregr. cons.21. num.10.
& 11. lib.2. Intrigl. q.23. cent.1.* sub *n.9. Thom.
de Marin. tit.3. num.4. Frecc. de subfeud. form.3.
num.14. fol.409. Marta cons.6. num.30.* & latissi-
mè comprobet idem *Rosental. d. par.1. cap.1. con-
cl.9. num.3.* & in *Glos. lit.C.* & idem *Marta par.3.
quæst.3. art.2. num.35.* in *summa success.legalis.*

Tùm etiam quia doctrina *Rosental. dict. con-*
24 *clus.11.* posset forsan substineri, ubi ex conven-
tione, & pacto expresso acquirentis quæsitum
fuisset feudum in beneficium collateralium, quia
tùnc dicitur successor transversalis capere ex dicta
conventione, & contractu, & proindè non po-
25 test in præjudicium vocatorum disponere, sed in
casu nostro si attendamus gratiam de anno 1586.
per quam fuit admissus frater ad successionem in
feudo novo, ex qua prætendit adversarius, fuis-
se fratrem inclusum in investitura, & dicimus,
quod adhùc remanet tale feudum in personam vo-
catorum uti novum, ut docet *Frecc. d. lib.3. de
subfeud. form.3. num.15. fol.409.* & tradunt om-
nes supracitati *DD.* qui præsupponunt, fratrem
succedere fratri, & tamen feudum dicitur novum
in ejus personam, etenim gratia illa, quæ admit-
26 tit fratrem in feudo novo, facit, ut frater veniat
virtute dictæ gratiæ, & proindè dicitur feudum
novum, ut post *Bald.* & alios fundat *Afflict. de-
cis.248.* præsertim sub *num.6. & 7. Mart. de suc-
cess. part.3. quæst.3. art.2. num.16.* undè licet non
possit tali casu alienari in præjudicium agnato-
rum, ut dicit *Rosental.* ab adversario ponderatus
27 *dicto conclus.11.* tamen remanet novum, *Rosen-
tal. dicto cap.2. conclus.15. num.2.* & alii proximè
citati.

28 Si verò attendimus gratiam de anno 1605.& ex
ea non potest dici comprehensus frater, ut fatetur
idem adversarius, quia est in arbitrio fratris acqui-
rentis disponendi in masculum transversalem, vel
in descendentem fœminam, unde tùnc venit ex
nova tantum dispositione feudatarii.

Nec tandem aliquid momenti est dicta gratia de
29 anno 1605. ex illis verbis petitionis, *Con dichia-
rare, che per tal dispositione li feudi restino come
feudi antichi, & hereditarii*, & deindè subsequi-
tur decretatio, *Placet quoad feuda hæreditaria*,
ex quibus contendit pars adversa, quod licèt fuis-
set novum in persona fratris disponentis, remanet
antiquum virtute dictæ gratiæ, potest enim Rex
30 novum feudum concedere jure antiqui, ut latè
idem *Rosental. cap.1. conclus.13.*

Siquidèm hæc prætensio haberet aliquem colo-
rem, si feudum hoc fuisset per priùs antiquum in
personam D.Artusi, quo casu interpretanda sunt
31 verba illa, *restino come feudi antiqui*, quia præ-
supponunt, quod feuda prædicta per priùs fuis-
sent antiqua; illa enim clausula, *tanquàm feudo
antiquo*, hoc operatur, ut patet ex *Alexan. con-
sil.10.* sub *num.5 & 6. lib.3.* at hoc feudum fuisse
32 novum in personam Don Artusi, nulli dubium,
proùt adversarius concedit, & post *Bald. Alexan.
Paris. Cephal. Affl.* & alios constat ex *Marta con-
sil.14. num.1.* per nos citato in primis allegationi-
bus, & nunquàm transivit ad descendentes D.
Artusi, ut dici potuisset antiquum, vel pater-
num.

Præterea, licèt maxima sit controversia inter *DD.*
33 an concesso feudo novo jure antiqui, tale feu-
dum retineat naturam feudi novi, vel antiqui, ut
per *Gabriel. commun. conclus. tit. de feudis, con-
clus.1.* & *Intrigliol. centur.1. quæst.24.* & admissa
pro nunc opinione, quod retineat naturam feudi
34 antiqui, tamen restringitur in casu nostro, ubi
non adsunt illa verba, *Jure feudi antiqui*, nec
expressa Regis voluntas, utrumque enim requiri-
tur, ad hoc ut tale feudum sortiatur naturam feu-
di antiqui, adeò quod si non adsunt verba prædi-
cta in principali concessione, sed sunt in exequu-
tivis, nihil operantur, ut pulchrè *Schraderus
de feud. par.2. cap.3. num 68.& seq. Rosental.dict,*
35 *cap.2. conclus.15.num.4.* sicuti etiam valdè differt.
si dicatur tanquàm feudum antiquum, proùt in
casu nostro, an jure feudi antiqui, ut per *Alex.
d. cons.10.* & *Capyc.* in *invest. ver. Ita quod in om-
nibus, & per omnia, circa medium, vers.& ad-
de, fol.133.*

Ex quibus, vel justitia Regii Fisci ad esclusio-
nem amitæ est notoria, proùt sic pronunciaturos

Digitized by Google

præstantissimos Judices speramus, & res est sopita,
36 aut verò, ut pars contendit, est dubia, & hoc casu vel est consulenda Sua Majestas circa interpretationem dictarum gratiarum, dùm agitur de decisione articuli tam præjudicialis Regio Fisco; vel saltim debet dari terminus in petitorio, & interim remanere Terra prædicta sequestrata penès Fiscum, ex quo nedùm Adversaria non est descendens, claro, & aperto jure vocata, quo casu cef-
37 saret dispositio *cap.ex præsumptuosa*, sed ejus jura sunt intricata, dubia, ac confusa; Et proindè firmum remanere debet sequestrum in possessorio, & esiint salva eidem jura prædicta in petitorio compilato processu, ut pulchrè declarat *D.Consil. Georg.* in *repet. feudalib. c.52. num.30. & seqq.* ubi id comprobat authoritate rerum judicatarum per S. C. & nos latius comprobavimus in *respons. de alien. & success. offic. & regal. pro Fisco Regio* contra D. Didacum de Bernaudo à *num.404. cum seqq.* ubi *num.417. decisionem Regentis Reverte-*
38 *rii 56. tom.4.* ponderavimus in causa Jacobi Moccia, ubi superexistentia fratris carnalis ultimi decedentis, non potuit impedire possessionem in beneficium Fisci officii Magistri Portulani hujus fidelissimæ Civitatis, qui frater fuit coactus proponere ejus jura in petitorio, & hæc pro temporis, & maxima negotiorum mole, angustia pressus addidisse sufficiat. Cætera suppleant, &c.

SVMMARIVM.

1 R*Atiocur Author non semel tantum, atque iterum, sed etiam tertiò justitiam causæ pro Fisco, jurium allegationibus munire studuerit.*

2 *Jurium allegationes pro causarum defensione ita sunt ab initio formandæ, ut omnis res ab initio complectatur, & vix contradicendi locus adversario concedatur.*

3 *Articuli novitas, & gravitas circa successionem patrui, & amitæ in feudis Regni, tanta est, ut Rex ipse consulendus sit.*

4 Conf.de Bottis *laudes, & doctrina defensio à morsibus doctiss. Advocati, qui partes amitæ contra Fiscum tuebatur*, & num.23.

5 *Gratiæ quatuor, quibus ab Invictiss. Regni Regibus ad preces Baronum extenderunt feudorum successionem explicantur.*

6 *Gratia Sereniss. Regis Catholici de anno 1507. admittentis patruum nullatenus comprehendit feuda nova, sed antiqua tantum*, & num.16.

7 *Patruus non succedebat in feudo antiquo de jure Constis.Regni, ex magis recepta opinione cum* Glos.Marini *contra* Isern.

8 *Constitutio prædicta enumerat personas, & non gradus, ex magis recepta sententia*, num.32. *& ita pluries judicatum per Serenissi. Reges, & eorum Tribunalia, etiam si verior esset opinio contraria*, n.9. *idque fatentur etiam* Isern. *&* Loffred. *contrariæ opinionis assertores*, n.11.

10 Bartholom. de Capua *testimonio* Consiliar.de Bottis *docuit in puncto, quod amita non succederet in feudo antiquo de jure Constit. quem sequuntur* Lucas de Penna Anton. de Alexand.Minad. *& alii relati* num.12. *& latius* num.14.

13 *Verba gratiæ anni 1507. ponderantur ad confirmationem opinionis negativæ*, Glos. Marini *pro Fisco contra* Isern. *&* num.20. *& alia verba in posterioribus gratiis*, num.19.

15 *Apostilla manuscripta ad* Isern. *in uno ex Codicibus penès Authorem optimè opinionem negativam pro Fisco ad exclusionem patrui confirmat, & referuntur diversi casus in facto.*

17 *Opinio unius solius Doctoris non est tanti facienda, ut à communi contraria in judicando recedi possit.*

18 *Ignarus est qui contra communem judicat.*

21 Additio, *sivè* Apostilla, *quam sub nomine* Bartholomæi de Capua *inscripsit* Consil. de Bottis *pro opinione Fisco favente an possit illi magno viro tribui, nec ne.*

22 Bartholomæus de Capua, *&* Andreas Iserniensis, *quo tempore floruerint, & fato cesserint*, num.24.25. & 26. *ex vita* Isern. *per* Lipar. *collecta, & quando* Commentaria super feudis, *&* Constit.Regni *scripserit*, num.26. 27.& 28. *& à quo* Iserio. *creatus fuerit Regius Consiliarius*, num.29.

30 Additio, *sivè* Apostilla *altera* Patri de Monteforte *falsò per adversarium tribuitur* Bartholomæo de Capua.

31 Isern. *interdum citatur per* Barthol. de Capua, *quidquid adversarius falsò sibi persuaserit, nunquam* Bartholomæum *citasse, nec citare potuisse* Isern.

33 *Feudum, quod est novum in persona acquirentis in collateralibus dicitur antiquum secundum* Rosental. *opinionem.*

34 *Feudum quousque transit ad descendentes est antiquum, cum verò transit ad collaterales, dicitur novum, ex vulgata* Bald. *sententia, quæ contradictores non habet*, num.35.

36 *Collateralis, in cujus beneficium expresso pacto, & conventione comparatum est feudum, ex dicta conventione, & contractu id capere dicitur, ideoque de eo non potest in præjudicium vocatorum collateralium disponi, eoque casu feudum dicitur novum, non antiquum*, num.37.

38 *Feudum potest esse novum, & antiquum per diversas lineas.*

39 *Succedens in feudo ex formula, & ex pacto, non ex successione capit feudum; sed ex contractu, & dicitur novum, & refertur decisum*, n.40.

41 *Feudum relictum in testamento, prævia directi Domini dispensatione, vigore institutionis ab instituto acquiritur, non ex investitura, ideoque novum.*

42 *Verba apposita in precibus gratiæ Philippi III.anni 1605.* testino come feudi antichi, *præsupponunt, feuda tempore dispositionis esse ejus naturæ; & ideo veritatem non immutant, &* num.46. *adeò ut non succedant ii, qui aliàs nisi feudum esset antiquum non succederent*, n.43. *ex communi opinione*, num.44.

45 *Doctor in tribus locis aliquod sustinens, id sequi dicitur, quamvis alibi contrarium asserat.*

47 *Principis mens cum dubia est, volueris nè ex novo antiquum formare feudum, novum remanet; expressa enim Principis voluntas requiritur*; num.48.

49 *Verba concessionis non sufficit in executivis adesse.*

50 *Opinio Doctorum contrariam sectantium opinionem procedit, ubi concessum est feudum illis verbis:* in feudum, vel jure feodi antiqui, *non autem quando cum verbis notam impropriatatis habentibus.*

51 *Di-*

51 *Dictio tanquam, regulariter denotat impropriета-*
tem, & num.52.
53 Petrus de Gregor. *qui tandem pro contraria opi-*
nione residere videtur, ab hac opinione, si rectè
ponderetur, *non recedit*.
54 *Concessio facta de feudo novo jure antiqui*, *ut*
transversales succedant secundum plurium, *eo-*
rumque supremorum DD. *sententiam*, *non ope-*
ratur, & *sic decisum*, num.55.

ARGUMENTUM.

Gratiæ circa extensionem successionis ad feuda per
Invictissimos Regni Reges concessæ ultra perso-
nas in *Regni Constitutione* comprehensas expli-
cantur, & utrum in ipsis sint enumeratæ, & fa-
cta extensio ad personas dumtaxat, vel etiam ad
gradus. Patruus ex dispositione *dictæ Constitu-*
tionis, utrum fuerit admissus in feudo antiquo,
& quid gratiæ in hoc de novo induxerint, etiam
quoad amitam in feudo antiquo, vel novo, in quo
ex temporis supputatione defenditur *Apostilla*,
quam rectè sub nomine magni *Bartholomæi de Ca-*
pua inscripsit perdoctus *Consiliar. de Bottis*. Feu-
dum idem potest esse antiquum, vel novum re-
spectu diversorum ex succedentibus per diversas
lineas, ita ut unus admittatur, alter verò exclu-
datur, & inibi exempla. De clausula investitu-
ræ *jure antiqui feudi*, & alia novo methodo ex-
plicata.

RESPONS. V.

1 Quæ mihi rationes, utin hanc arenam, hoc
est in hujus causæ defensionem, non se-
mel tantùm, atque iterum, sed etiam
tertiò descenderem, persuaserint, ac pe-
nè invitum coegerint, eas mei muneris es-
se existimavi prolusionis loco quàm paucissimis in-
dicare; Etenim & si illud solemne, ratumque sem-
per fuerit ad prolixitatis maximè fastidium arcen-
2 dum, ità rem omnem initio complecti, ut vix
quantum in me fuerit repugnandi locum adversa-
rio concederem; duo tamen hodie sunt, quæ me
in hujus causæ tractatione de meo more, atque
instituto deflexerunt. Alterum rei gravitas, at-
3 que argumenti, de quo disceptandum est, novi-
tas, atque insolentia, quæ tanta est, ut dignissi-
ma fortassè æquis rerum æstimatoribus videri pos-
sit, de qua Regia ipsa Majestas, cujus tanti inte-
rest consulatur; Alterum præclarissimi Viri, de
qua tota jurisperitorum Republica optimè meriti
4 justissima defensio. Is est *Dominus Consiliar. de Bot-*
tis, quem velut in temporum supputatione, ve-
râque chronologia lapsum adversarius falsò arguit.
Nam quod is ad *Isernia* marginem doctissimi Viri
Bartholomæi de Capuo scholium addiderit, quo
Regii Fisci jura validissimè confirmantur, tan-
quam spurium illud, ac nothum, eo tantum ar-
gumento arguere non dubitavit, quod is, quem
modo dixi *Bartholomæus*, *Iserniæ* suppar, aut æ-
qualis non fuerit. Hæ sunt novæ hujus scriptio-
nis meæ potissimæ causæ, de quibus lectorem mo-
nitum initio volui: Hinc ad rem ipsam aggredia-
mur.

Ad colorandam vanam prætensionem super feu-
do Massafræ pro parte D. Celidoniæ Pappacodæ,
quatuor gratiæ generales concessæ huic Fidelissimæ
Civitati, & Regno per Serenissimos Reges ponde-
ratæ fuerunt.

5 Prima Regis Catholici de anno 1507. quæ est
in *Prag.6. de feudis*, per quam admissum fuisse
patruum in feudis novis, prætendit, sub præte-
xtu, quod in feudis antiquis fuerat admissus per
Constit. Regni, *Vt de successionibus*, aliàs inutilis
fuisset gratia prædicta, undè stante alia gratia, quæ
est secunda à parte ponderata Invictiss. Caroli V.
de anno 1536. in *Pragm.12. de feudis*, per quam
admittitur amita in omni casu, in quo patruus ad-
mittitur, condudit proindè, amitam succedere in
feudo novo, vigore dictarum duarum gratiarum,
idque etiam authoritate *Loffredi*, & *Domini Re-*
gentis Roviti in pragm.6. de feudis.

6 Nos verò, gratiam prædictam de anno 1507.
Regis Catholici nullatenus loqui de feudo novo,
sed antiquo, aliàs fundavimus, & nunc iterum
in eadem sententia velut verissima residemus.

Siquidem autà gratiam prædictam maxima erat
7 contentio inter Sapientes Regni, num Patruus suc-
cederet in feudo antiquo ex dispositione *dict. Con-*
stit. Vt de successionibus, & licèt *Andr. de Isern.*
ibidem in *verb. idem jus*, tenuerit opinionem affir-
mativam, ex eo, quod *Constit.* prædicta enunciaret
gradus, & non personas dumtaxat, tamen altera
opinio negativa *Glos. Marini de Caramanico* ibi-
dem in *verbo habeant*, fuerat magis recepta, &
sic facta interpretatio in beneficium Fisci, ad exclu-
sionem patrui, ea ratione, quia enumerantur per-
8 sonæ tantum, & non gradus in dicta *Constitutione*,
sicque fuerat pluries judicatum nedum per Judices
M.C. ut testatur *Glos.* prædicta, sed per Serenissi-
mos Reges, & eorum Tribunalia, prout refert
Affl. in *cap.1. Imper. Lothar.* sub *n.25.* quicquid in
contrarium ibidem *Loffredus* contra *Affl.* ff. ten-
tare per plures columnas nixus sit, siquidem nos
9 non contendimus, num sit verior in puncto juris
opinio *Andreæ*, vel *Glos. Marini de Caramanico*,
sed dicimus, opinionem *Glos.* contra *Andræam*
fuisse receptam, & in hoc nedum habemus *Affl.*
10 testimonium, verùm etiam *Bartholomæi de Ca-*
pua relati à Domino *Consiliario de Bottis* in addit.
in *verb. non succedunt*, in *dicta Constitutione Vt*
de successionibus, qui loquitur expressè in amita,
sic etiam & *Lucæ de Penna*, *Antonii de Alex.* ac
Minadoi, qui illos refert, & sequitur *decis. 37.*
sub *num.5 vers. circa secundum*, quod nec idem
Loffred. negare potuit, dum dicit, quod illi Re-
ges quadam dexteritate sinebant patruum succede-
re, & colligitur expressè ex eodem *Isern.* in *dict.*
cap.1. num.2. Imperator Lotharius, ibi: *dicitur au-*
11 *tem facta interpretatio*, *ut patruus non succedat*
in Regno Siciliæ in feudo antiquo, unde idem *Iser.*
fatetur, factam esse interpretationem contrà pa-
truum, secundum opinionem *Glos. Marini de Ca-*
ramanico.

12 Et sic habemus authoritatem ejusdem *Iser. Bar-*
th. de Capua, *Luc. de Penna*, *Affl. Ant. de Alex. Mi-*
nadoi, & *Consiliarii de Bottis*, qui testantur, se-
cundùm opinionem *Glos.* fuisse pluries judicatum,
quorum authoritas num prævaleat authoritati so-
lius *Loffredi*, ejusdemmet adversarii sit judicium,
13 ex quibus liquet, verba illa apposita in supputa-
tione dictæ gratiæ de anno 1507. in *dict. pragmat.6.*
de feudis, *Non ostante qualsivoglia interpretatio-*
ne, *ò consuetudine usata fin'al presente in favor del*
Fisco, clarissimè demonstrare, gratiam fuisse pe-
titam, & concessam pro feudis antiquis, in qui-
bus non succedebat patruus secundùm interpreta-

tionem *Marini de Caramanico*, & aliorum in Re-
gno, tunc receptam in beneficiom Regii Fisci,
prout in individoo verba prædicta ad hunc finem
fuisse posita, & gratiam fuisse concessam in feudo
14 antiquo, tradiderunt infrascripti aliàs à nobis ci-
tati.

Afflict. dict. cap. 1. num. 25. in fin. ibi, *& adverte, quod Rex Ferdinandus, qui dicitur Catholicus, statuit in parlamento Neap. celebrato, quod in feudo antiquo patruus succedat nepoti, si patruus sit de descendentibus acquirentis feudum, & sic ista quæstio hodie non habet dubium*, idem *Affl.* in *dict. Consil. Ut de successionibus, num. 42. in fine. Thom. de Marinis tit. e. de feudo ex pacto, antiquo, num. 29. & tit. 11. num. 58. & tit. 12. num. 17.* ubi declarat, verba illa io dicta gratia de anoo 1507. *ò qualsivoglia feudo etiam novo*, esse posita gratia exemplificandi casum, ut latius declaravimus io prioribus allegationibus, *Jo: Vincentius de Anna in cap. 1. num. 92. de vasall. decrepit. ætat. Consiliarius de Bottis in dict. addit.* in *dict. Constitutione, Dominus Regens Lanarius in repetit. cap. 1. de success. feud. n. 9. propè finem, vers. quartum fuit tempus cor.* mihi 193. *Dominus Regens de Ponte de successsion. feud. lect. 12. num. 25. Dominus Regens Rovitus iu dict. pragm. 11. num. 8. de feudis, Marta de successtion. part. 3. quæst. 3. art. 3. num. 1.* & nunc addimus. *Dominum Regentem Reverterium* io aurea *decis.* 53.
15 *lib. 2.* incip. *In R. C. nunc dubitotur*, ubi id optimè aperit, & *Apostillam od Iser.* quam habeo ad pennam unius doctissimi viri io vno ex meis antiquis Codicibus, ubi io *dict. cap. 1. Imper. Lothar.* ita scribitur; *plena disputatio, an patruus succedat nepoti in feudo, quod fuit communis parentis, fuit de facto in persona uxoris Domini Caroli Corrafa, quæ erat de domo Lagonissa, & mortuo ejus nepote filio fratris tempore Regis Alphonsi, non fuit admissa, imò Majestas sua vendidit feudum, de quorum successione tractabatur Comiti Montisherculis, qui erat de progenie postea verò in guerra Regis Ferdinandi cum Duce Joanne de Aragonia, cum idem Comes essat rebellis, Rex Ferdinandus eadem feuda vendidit Carolo Carrafæ marito illius amitæ, & sic res rediit ad proprios terminos. hodie*
16 *tamen hoc est expeditum, ex quo fuit decisum per Regem Catholicum in publico parlamento in favorem patrui, ità quod in feudis paternis, & antiquis patruus succedit nepoti, ut plenè per Affl.* in *Consil. Ut de successionibus*, & hæc *additio* invenitur in pluribus antiquis Codicibus, veluti per maous tradita.

Hinc non possumos non valdè mirari de adversario alioquin doctissimo, qui solius *Loffredi* authoritate fretus (cum dictus *Regens Rovitus* stet pro nobis in *loco* proximè indicato) contra tot præstaotissimos patres contrarium contendere præsum-
17 pserit, cum non sit propter singularem unius Doctoris opinionem à commoni in judicando recedendum; Ut in his proprià nostris terminis tradit *Jas.*
18 *cons. num. 17. lib. 3.* & nimium ignarus sit qui contra communem judicat, *Angel.* in *l. fin. C. de*
19 *pact.* eo magis, quia id apertè etiam ostendunt verba apposita io precibus alterius gratiæ pro inclusione amitæ in *d. pragm. 12.* & io alia *pragm. 18. de feudis*, in quibus non ad finem, quem adversarius pretendit, sed petendo confirmationem gratiæ Regis Catholici, & illius ampliationem fit mentio de feudis antiquis.

Et dispositum in patruo per dictam gratiam de
20 anno 1507. fuisse respectu feudorum antiquorum ad tollendas dubitationes, rogo perpendantur verba illa in dicta *pragm. 12.* ibi: *Nelli feudi antiqui*, & paulò post. *& dubitandosi ancora, ch'il Zio non essendo in detta Constitutione nominato, non succedesse al nepote, per concessione del Rè Catbolico fù declarata, ch'il Zio succeda al nepote*, & inferius: *di prorogore detta successione in feudis antiquis sin' al quarto grado,*

Sic etiam perpendantur alia verba in *d. pragm. 18. in principio*, ubi repetuotur omnes gratiæ præcedentes in feudis antiquis.

Ex quibus planè liquet, frustrà, & inutiliter per adversarium dubitari, & per plures columnas
21 disputari, num illa *Additio* relata per *D. Consiliarium de Bottis* sob nomine magoi illius *Bartholomæi de Capua* fuerit, uec nè *d. Bartholomæi* prætextu quod *Bartholomæus* diem clauserit extremum de ann. 1328. quo tempore *Andr. de Iser.* non erat cognitus, quia fuit creatus Reg. Consiliarius de ann. 1343. eodemque tempore scripserit Commentaria super feudis testimooio *Lipar.* in *vita ejusd. Iser.* Et ex his in Supremo Collat. Consilio coram S. E. eandem *Apostillam* esse commentitiam, & apochrifam, adversarius contendere verius non est.

Siquidem nos tuentes potius authoritatem illius probatissimi Viri *Consiliarii de Bottis*, qui hoc,
23 ut certum, & indubium non sine solito fundamento, ut graves Authores solent, affirmat, quàm ut huic causæ inserviat, dum aliorum habemus æquè præstantissimorum Virorum authoritatem, ultrà *Bartholomæum*, quibus nec coloratam potuit adversarius dare responsionem ejusdem met *Liparuli* authoritate fundabimus, dictam *Apostillam* justissimè *Bartholomæo* tribui, & adversarium propriis contondi telis, & redarguentem convinci.

24 Dicit primò, *Bartholomæum* mortuum de anno 1328. authoritate *Camilli Salerni* in *proœm. Consuet. fol. 5. in fin.* quod concedimus, licèt illa *Additio* non sit *Camilli Salerni*, sed *Scipionis Ianuarii*, quia in anno 1326. florebat *Bartholomæus* tempore Regis Roberti, ut in *cap. Regn. Alienationis actus, in fine*, & in anno prædicto 1328. fuisse defunctum, testatur etiam *Lipar.* in *vita ipsius Iserniæ.*

Dicit secundò *Andræam* non fuisse cognitum tempore, quo vivebat *Bartholomæus*, nec librum feudalem compilasse, ex quo fuerit creatus Consiliarius in anuo 1343. à Joanna Prima, & tunc scripsisse *Commentaria super feudis* ex *Lipor. loco citato.*

Verùm quàm id sit à vera chronologia alienum
25 mox patebit, nec possum non mirari de tanto viro, quod tam audacter hæc talia attentare ausus fuerit, noo benè fortè perlecta historia vitæ *Isern.* per *Liparulum* collecta, siquidem ex eodem *Liparulo* ipsius in temporum supputatione lapsus detegitur, & *Consiliar. de Bottis* justè defenditur, is etenim *Lipar. carta prima circà fin.* ait, *Andræam* floruisse tempora Caroli Primi, & Secundi, & tempore mortis Caroli II. fuisse annorum 29. & *car. ead. à tar.* tradit, eodem tempore *Andræam Juris Commentaria* compilasse eo ordine videlicet, Primò *Commentario ad Ritus R. C.* Secundò *in librum feudorum*, Tertiò *ad Regni Constitutiones*, quod etiam testatur *Camerarius* in *responso impresso post opera Connetii fol. 360. cap.* incipiente *Scripseras*

num.

namque Andræas, quæ Commentaria super Con-
stitutionibus de anno 1316. inchoavit, ut docet
Liparulus; Insuper fuit Consiliarius Caroli Se-
cundi in anno 1305. ut ipsemmet Andræas testatur
in Constit. Minoribus, vers. & sic nec pro alio, ibi,
idem Inclytus Rex Carolus declaravit, ubi præsens
fui de anno 1305. & in aliis locis per Lipar. con-
gestis, quod etiam firmat Balzoranus in cap. 1.
num. 15. de lege Corradi, & iterum idem Liparu-
lus propè fin. loco citato, cui Carolo Secundo suc-
cessit Rex Robertus, ut per Nigrum in prælud.
26 Capit. Regni, num. 20. & tempore dicti Regis Ro-
berti floruit etiam Bartholomæus de Capua, ut in
d. cap. alienationis actus, in fine, & sic habemus
27 expressè ex Liparulo, Iserniam compilasse Com-
mentaria feudorum ante annum 1316. quo anno
incœpit Commentaria super Constitutionibus, in
quibus citat Commentaria super feudis, & fuisse
Consiliarium Caroli Secondi anno 1305. & Bar-
28 tholomæum fuisse vita functum in anno 1328. quo
tempore Isern. compilaverat Commentaria super
feudis per annos 12. ante mortem Bartholomæi, &
sic potuit Bartholomæus facere Additionem prædi-
ctam ad Isern. prout fecisse refert dictus Consilia-
rius de Bottis.

Ex quibus pariter convincitur, verum non es-
se, Isern. fuisse creatum Consiliarium à Joanna
29 Prima nepte Roberti in anno 1343. quod quidem
Liparulus nec somniare putavit, sed id tantum
dicit, Reginam Joannam in dicto anno 1343.
mortuo jàm Bartholomæo de Capua, Iserniam sibi
assidere permisisse, ex eo, quòd illum Roberto
ejus avo prius assidentem prospexerat.

Dicit tertiò, Barthol. de Capua in addition. se-
paratim impressis ad Regni Constit. sub nomine d.
Barthol. & aliorum opera Doct. Marcelli Boni, &
propriè ad Const. Ut de successión. nu. 6. vers. quæ-
ra, an patruus, contrarium annotasse ejus, ad quod
citatur per Consiliarium de Bottis, & hanc con-
tendit adversarius esse veram Additionem ipsius
Bartholomæi, cui dicit esse standum.

Sed hic est error (pace tanti Viri) longè gravior
priori, & velut evidens, & conspicuus priores er-
rores convincit, quid enim mirum, quod in an-
norum supputatione vitæ Barth. & Isern. erraverit,
non benè legendo historiam Lipar. si additio quæ
30 reperitur impressa sub nomine Petri de Montefor-
te, contendit eam tribuere Bartholomæo, legator,
quæso? in Addition. ad d. Constit. separatè impres-
sis num. 6. vers. quæro, an patruus succedat nepoti,
usque ad num. 11. in fine, ubi expressè legitur no-
men Authoris, qui est Petrus de Monteforte, & non
Bartholomæus de Capua, Compilator enim illius
libri, non sine ratione illum intitulavit, Aurea
glosa Bartholomæi de Capua, & aliorum super Con-
stit. & Cap. Regni, & sigillatim in quaconque Ad-
ditione nomen proprii Authoris imprimi curavit,
& cum in d. Additione de patruo, incip. n. 6. quæ-
ra, an patruus, n. 11. in fin. nomen Petri de Mon-
teforte inscripserit, ait, ipse, adversarius, non
tribuendam esse illam Additionem: sed Bartholo-
mæo, cujus nomen inseritur post n. 24. & n. 38. re-
peritur diversis aliis scholiis tributum, & inscrip-
31 tum, ex qua Additione liquet, Iserniam fuisse
citatum per Barthol. de Capua contrà id, quod
adversarius falsò sibi persuasit, nunquam Bar-
tholom. citasse Isern.

Remanet igitur indubitatum, gratiam de anno
1507. & alteram de anno 1536. fuisse respectu feu-
dorum antiquorum concessam, ac petitam ad tol-
lendas difficultates, quæ oriebantur ex interpre-
tatione facta in beneficium Fisci ad exclusionem
patrui circa opinionem Iserniæ.

Ponderat etiam Adversarius aliam tertiam gra-
tiam de anno 1586. Philippi Secundi in pragm.
19. & 24. de feud. per quam admittuntur fratres,
& sorores, & eorum filii tantum in feudo novo,
quam non extendi ad amitam, vel patruum,
32 diximus, quia gratia enumerat personas, & non
gradus, ut sic in puncto animadverterunt Præsi-
dens Mormil. in Constit. In aliquibus, num. 3. Do-
minus Regens Rovitus in d. pragm. 11. num. 9. de
feud. vers. Regis enim, & modernus Montanus in
l. imperialem, § præterea ducatus, nu. 87. ubi etiam
allegat Octav. Bambacarium ejusdem opinionis,
virum quidem non levis authoritatis, si creden-
dum est Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in
pluribus locis.

Hic adversarius replicationem applicare non
potuit, nisi frivolam, videlicet, quod Constitu-
tio prædicta Ut de successionibus enumeret gradus,
& non personas, secundùm opinionem Andreæ, &
quod sic judicandum de ista gratia.

Dicimus primò, opinionem Andreæ non fuisse
usu receptam, sed contrarium judicatum, & proin-
de fuit opus gratia à Rege Catholico in anno
1507. ut suprà latè probavimus.

Præterea, dato millies, quòd opinio Andreæ
sit verior citrà veri præjudicium, tamen non sunt
pares termini d. Constitutionis cum dicta gratia de
anno 1586. in cujus precibus expressè nominantur
personæ, & non gradus, ut in dicta pragm. 24.
de feud. & dum habemus authoritatem tot præcla-
rissimorum Virorum, qui eam sic interpretati sunt,
nec adest authoritas aliorum in contrarium, nul-
lus remanet dubitationis locus.

Etenim D. Reg. de Pont. d. lect. 12. num. 30. stat pro
nobis, dum ponit casum in feudo antiquo num. 25.
& aliter non intelligendus, quia loqueretur con-
trà expressa verba dictarum gratiarum, & rece-
ptissimas interpretationes à Sapientibus Regni fa-
ctas.

Confugit tandem Adversarius ad ultimum refu-
gium, in quo dicit residere causam, contendens,
33 feudum, de quo agitur, esse antiquum, tum quia
licèt feudum dicatur novum in persona acquiren-
tis, tamen in collateralibus dicitur antiquum, ex
Rosenthal. de feud. part. 1. cap. 2. conclus. 12. num. 1.
& 2. tum etiam vigore gratiæ ultimæ de anno
1605. Philippi Tertii in prag. 32. de feud. ubi peti-
tur facultas disponendi de feudis in beneficium
masculorum, exclusis fœminis, & quod remaneant
uti antiqua, & hæreditaria, & subsequitur gratia,
Placet quoad feuda hæreditaria: & sic quod licet
feudum fuerit novum tamen virtute dictæ gratiæ
remanserit antiquum.

Diximus, & rectè, Rosenth. non obsistere, cum
loquatur contra communam, & receptam conclu-
34 sionem sæpè à nobis comprobatam, quòd licet
feudum sit antiquum, quousque possidetur à linea
descendenti, si tamen transit ad aliam lineam col-
lateralem, dicitur novum, ex vulgata theorica
Bald. in cap. 1. § hoc quoque num. 2. & ibidem Afflict.
& Præpos. de successione feudorum, Aretin. consil.
164. in princ. Frecc. de subfeud. form. 3. n. 14. fol. 409.
Surdus cons. 5. num. 31. Mart. consil. 6. num. 30. & de-
fnc-

*succesſion.part.3.quæſt.3.art.2, nu.*35. & ex eodem
Roſ ntal.part.1.cap.1.concluſ.9.num.t. & in *gloſ.C.*
35 neque hæc recepta opinio habet contradictores,
prout nec Adverſarius invenite potuit; quæ ſi mi-
litant obi feudum eſt antiquum, & deinde tranſit
ad aliam lineam collateralem,& dicitur novum in
perſonam ejus, quam fuit primus acquiſitor, ut
infrà latius, undè non eſſet curandum de *Roſentb.*
tametſi contrarium ſentiret, nonne erit idem for-
tius in caſu noſtro dicendum, ubi feudum eſt aper-
tiſſimè novum.

Inſuper *Roſentb. d. concl.*12. ubi obſcuriſſimè
36 loquitur, nihil aliud concludere videtur, niſi
quod ubi ex conventione, & pacto expreſſo acqui-
rentis,feudum quæſitum fuiſſet in beneficium col-
lateralium, tunc dicitur ſucceſſor tranſverſalis ca-
pere ex dicta conventione,& contractu, & proindè
non poteſt in præjudicium vocatorom diſponere,
ibi: *Cui opinioni calculum haud trepidè adiicio,*
cum iſte frater hoc feudum non ſuo, ſed alieno,
nempè primi acquirentis beneficio,& contractu adi-
piſcatur, qun re de eo in reliquorum collatera-
lium præjudicium diſponere non potuit: hæc Ro-
ſentb.

Ex quibus apertiſſimè dignoſcitur, *Roſentb.* nil
aliud concludere, niſi quod non poſſit diſponere
in præjudicium reliquorum collateralium vocato-
rum ex contracto, & beneficio acquirentis, quòd
& nos planè concedimus dicto caſu. At negamus,
tali caſu dici feudum antiquum, nam licet per
gratiam de anno 1586. frater ſit admiſſus ad ſuc-
ceſſionem in feudo novo, ex qua prætendit Adver-
ſarius fuiſſe fratrem incluſum in inveſtitura con-
ceſſa D. Artuſio pro ſe, & hæredibus, & ſic D.
Antonium non habere ex pacto proprio, ſed D.
Artuſii. Non tamen ſequitur conſequentia illa
Adverſarii, quod proindè dicatur antiquum in
perſona D. Antonii, cum contrarium ſit verius,
videlicet in perſonam aliorum vocatorum dici no-
vum,ut pro abſoluto tradiderunt omnes DD.ſuprà
citati, qui præſupponentes, fratrem ſuccedere
fratri, quando feudum facit tranſitum de linea
37 aſcendenti ad tranſverſalem, dicunt, eo caſu feu-
dum illud in perſonam fratris dici novum. quam-
vis per prius in illa linea deſcendenti fuiſſet anti-
quum, tradiderunt, & in terminis citavimus eun-
dem *Frecc.d form.3. num.15. fol.*409. ubi in ſpecie
38 tradit in præcit.*num.*14. quod poteſt eſſe feudum
novum, & antiquum per diverſas lineas, deindè
39 *num.*15. ſubdit, & quando venit ex formula, &
ex pacto, non dicitur ſucceſſor in feudo, & capit
tunc ex contractu, & non ex ſucceſſione, habet
40 tunc ut feudum novum, & clarius *Afflictus*, qui
ſic deciſum teſtatur in *deciſ.* 248. ſub *num.7. &*
*Mart. de ſucceſſ.par.3. quæſt.4. art.2. num.*16. ubi
ſimiliter ſic judicatum refert, & in hoc illud ad-
vertere libet, quod in caſu dictæ *deciſionis Affl.*
248. agebatur de feudo acquiſito per Antonellum
de Caſtiglione, qui habuerat ex ſucceſſione ma-
terna, cui ſucceſſit Jacobus ejus filius, qui mari-
tavit Catharinam ejus ſororem, & carens filiis ob-
tinuit gratiam à Rege Ferdinando diſponendi de
tali feudo, & diſpoſuit in perſonam dictæ Catha-
rinæ ejus ſororis, ac Guglielmi filii dictæ Cathari-
næ, & nepotis ipſius Jacobi, & per S. C. fuit de-
ciſum, tale feudum eſſe novum in perſonam dictæ
Catharinæ ſororis, & Gulielmi nepotis, licet fuiſſet
antiquum in perſonam Jacobi diſponentis virtute
dictæ gratiæ, & *Affl.* ſequitur aliis relatis *Surdus*
*conſ.*353. *num.*10. poſt *Iſern. Bald. Oſaſc. Cephal.*
& *alios ibi relatos*; qui loquitur in terminis noſtris,
41 ubi quod feudum relictum per teſtamentum, me-
diante diſpenſatione Domini direct., dicitur ha-
beri non ex inveſtitura, ſed vigore diſpenſationis
à Domino feudi, & ſic dicitur novum in perſonam
inſtituti, prout in caſu noſtro ſucceſſit D. Anto-
nius non vigore inveſtituræ, ſed gratiæ, & ſic
dicitur novum in ejus perſonam, quod etiam ſe-
quitur aliis relatis *Franciſcus Niger Cyriacus*
lib.1.controverſ.forenſ.controv.4 num.27.28. & 29.
videndus, qui etiam loquitur in terminis tranſa-
ctionis, quæ idem operatur, ut *ibi*. Hinc ſequi-
tur, quod licet D. Artuſius potuerit diſponere
de feudo, de quo agitur, in perſonam D. Antonii
fratris virtute gratiæ, prout diſpoſuit Jacobus in
perſonam ſororis, taliter virtute gratiæ, de quo
facit mentionem *Afflict.* tamen in perſonam dicti
D. Antonii dicitur novum, prout ſic etiam fuit
judicatum per Sacrum Conſilium in illo caſu *Affl.*
imò ibi erat fortior caſus, quia feudum ibi erat an-
tiquum in perſonam diſponentis, in caſu verò no-
ſtro erat novum in perſonam D.Artuſii, dum illum
ſub haſta emerat, licèt per prius fuiſſet antiquum,
ut in primis allegationibus fundavimus ex *Afflict.*
in *cap.1. num.41.de vaſol.decrepit. ætat. Surdo con-*
*ſil.*517. *Bald.Caſtr. Alexand.Pariſio*, & aliis relatis
per *Martam conſil.* 14. & nunc addimus *Theſ. dec.*
146. *num.3. Vulteju lib.1. de feud. cap.8. num.7.*
verſ.ſimiliter.

Quo verò ad dictam gratiam de anno 1605.
Philippi Tertii, nec poteſt pretendi, feudum præ-
dictum reputari antiquum,quamvis fuiſſet novum
in perſonam D.Artuſii ex clauſula illa in precibus:
Che per tal diſpoſitione li feudi reſtino come feudi
antichi,& hereditarii, & ſubſequitur decretatio,
Placet quoad feuda hæreditaria.

Etenim in primis colligimus ex præcibus præ-
dictis etiam ſecundùm Adverſarii prætenſionem
concluſionem indubitatam, quod ſi non adeſſet
gratia prædicta, feuda remanebant nova ex diſpo-
ſitione in perſonam collateralis, evidenter enim
patet ex ipſomet contextu petitionis fuiſſe neceſ-
ſarium ſupplicare, quod feuda non obſtante præ-
dicto tranſitu, remanerent antiqua, opus igitur
eſt videre, ſi id fuit impetratum, & conceſſum,
& ſic etiam ex hoc redditur falſa propoſitio adver-
ſarii, quam deſumit ex *Roſenthal. dicto cap.2.con-*
*cluſ.*11.

Secundò diximus, & nunc iterum contendimus,
42 illa verba appoſita in præcibus dictæ gratiæ, *Re-*
ſtino come feudi antichi, præſupponere, feuda tem-
pore diſpoſitionis eſſe illius naturæ, ut indicat tam
verbum, *remaneat*, quàm dictio, *tanquam*, ut
poſt *Paulum de Caſtro conſil.*10 *lib.3.Alexand.con-*
43 *ſil.*10. ſub *num.5. & 6. lib.3.* non enim verba illa
veritatem rei immutant, & proinde non ſuccedunt,
niſi feudum eſſet antiquum, ut in propriis termi-
nis poſt *Alexandrum*, *Caſtrum*, *Baldum*, & alios
diſtinguendo reſolvit *Jaſon. conſil.57.lib.1.num.*16.
& latiùs *conſil.*152. *lib.2. num.2.* ubi dicit, hanc
44 eſſe magis commonem opinionem, & pro hac
opinione refert quatuor deciſiones, & quod ſic
ſit judicandum, & iterum *conſil.*180. *num.* 23. *&*
ſeq. eod. lib.2. ità quod non ſit curandum de eodem
*Jaſon.*qui in *conſil.1.lib.3.num.*18. per Adverſarium
citato, contrarium videatur ſubſtinere, dum ipſe-
met

Digitized by Google

met in aliis tribus *consiliis* suprà citatis dicit no-
stram opinionem veriorem, & secundùm eam plu-
45 ries iudicatum, & quando Doctor in tribus locis
tenet unum, illud sequendum, quamvis in uno
loco contrarium tenuerit, *Roland. consil.58. n.45.
lib.1.* tum etiam quia *Jason dict.consil.1.* & alii, qui
eum sequuntur, loquuntur, ubi in actu conces-
sionis dicit Princeps, *in feudum antiquum*, nulla
facta mentione, quod sit feudum novum, & ap-
46 ponantur dicta verba, quia tunc non immutant
ipsius naturam, sic distinguit *Roland. consil.60.
num.41. versic.2. lib.1.* & ante eum *Curtius senior*
videndus *consil.50.num.7.* rationem reddunt, quia
primo casu in ipso actu investituræ fit feudum an-
tiquum, in secundo verò nequaquam, quia dicta
verba non mutant rei veritatem.

Insuper, tametsi contraria opinio *Jasonis in di-
cto consil.1. lib.3.* esset verior, non esset applicabi-
lis casui, de quo agitur, tum quia verba illa de-
cretationis, *placet quoad feuda hæreditaria*, pos-
sunt referri tantùm ad verba supplicationis, ibi,
47 *& hæreditariis*, & ubi mens Principis est dubia,
an voluerit formare feudum antiquum ex illis ver-
bis, tunc remanet novum feudum, ut in propriis
terminis docet *Isern. In cap.1. de vassallo decrepitæ
ætatis*, sub *num.3. Curtius senior consil.29.* sub
48 *num.7.* requiritur enim expressa voluntas Princi-
pis formandi ex feudo novo antiquum, aliàs nihil
operantur verba prædicta, ut reassumit *Andræas
Gayll. lib.2. practicar. observat. obser.50.* licèt con-
trariæ opinionis sectator *num.1.* ibi, *& hoc conce-
ptis verbis exprimatur, quod jure feudi antiqui
eum investiat.*

Tùm etiam quia verba prædicta leguntur in ver-
bis exequutivis supplicationis, & requiruntur in
49 principali concessione concedentis, adeò quod non
sufficit adesse in executivis, ut in puncto *Schre-
derus de feudis, part.2. cap.3. num.68. & sequent.*
ac *Rosenthal. dicta cap.2. conclusion.15.num.4.* aliàs
à nobis citati, *Petrus de Gregorio part.5.quæst.3.
num.22.*

50 Tandem, quia opinio Doctorum tenentium
contrariam opinionem, procedit ubi conceditur
feudum cum illis verbis, *in feudum antiquum, vel
jure feudi antiqui*, secus verò, prout in casu no-
stro, si dicatur, *tanquam feudum antiquum*, illa
51 enim dictio, *tanquam*, regulariter denotat impro-
prietatem, secundum *Glossam* in *cap. solitæ, de
majorit. & obedien. ver tanquam*, & ibidem *Felin.
num.3.* & proindè non operatur effectum, quod
remaneat feudum antiquum, ut in propriis termi-
nis, de quibus agimus, sic distinguendo tradide-
runt nedum *Alexand. consil.10. lib.3.* & *Capycius*
in *investitur. vers.ita quod in omnibus, & per om-
nia, circa medium, fol.133.* per nos citati in pri-
mis allegationibus *num.33.* sed iidem contrariæ opi-
nionis defensores, & præsertim *Collegium Bono-
niense* inter *consilia Curtii senioris, dict.consil.50.
num.7.* ibi: *Inter istas investituras facimus ma-
gnam differentiam, quia Dux Philippus non dicit,
quod investiebat eos tanquam de antiquo, sed quod
investiebat eos in feudum antiquum, quod facere
potuit*, *Oldradus* verò, *Andræas*, & alii loquun-
tur, quando Dominus investivit de feudo novo
52 tanquam antiquo, quæ dictio, *tanquam*, est re-
gulariter nota improprietatis, sic etiam *Rolandus
à Valle dicto consil.60. num.43. lib.1.* & *Amadeus
de Ponte* in *titulo de his, qui feud. dar.poss. n.133.
vers.limitatur octavo*, ubi sic limitat conclusionem
contrariam, quod concessio feudi novi jure anti-
qui retineat naturam feudi antiqui, & allegat *Col-
leg. Bononiens. dicto consil.50.* inter *consilia Curtii
senioris, num.7.* quem etiam citat, & sequi vide-
tur *Costa* in *tractat. de clausul. convention. part.2.
clausula 105.num.3.in fine*, & sic habemus pro hac
opinione *Castr. Alexand. Roland. Colleg. Bononien.
Capycium, Amadeum de Ponte*, & *Costam*, undè
non esset curandum de *Petr. de Gregorio*, etiam si
contrarium sentiret, ut credit Adversarius, cum
53 tamen si rectè ponderetur, non recedat à nostra
opinione, dum *num.4.* negare non potuit, dictio-
nem, *tanquam*, importare improprietatem in hu-
jusmodi investitura, citans *Curt. dicto consil.50.*
antesignatum nostræ opinionis, eò magis quia po-
tius adhærendum Doctoribus distinguentibus, ju-
xtà vulgatissimas traditiones.

Nec postremò desunt gravissimi Authores, qui
54 concessionem factam alicui de feudo novo jure an-
tiqui non operari tradiderunt, ut succedant trans-
versales, nec prodesse agnatis, sed admitti tan-
tum acquirentis descendentes, ut egregiè post *Ale-
xandrum, Curtium, Cravettam, Cæsalum, Ja-
sonem, Pancirolum*, & alios consuluit *Menochius
consil.160. num.29.in fine, lib.2.* & *consil.400.* sub
num.59. & latiùs *consil.523.num.19.lib.6. Amadeus
de Ponte dicto titulo de his, qui feud. dar.possunt*,
sub *num.132.* ubi sic decisum testatur in Camera,
& novissimè *Jo: Anton. Bellonus consil.45. num.64.
& sequent.*

Cæterùm hæc omnia dicta sunt, non ut deser-
viant nunc in hoc judicio *capituli ex præsumptuo-
sè*, sed ut ex nunc dignoscatur iustitia Regii Fisci
etiam in judicio ordinario, sufficit enim in hoc de
quo nunc agitur, quod adversaria non veniat cla-
ro, & aperto jure vocata, quo casu cessaret dicti
capitoli dispositio, nam ejus jura sunt adeò intri-
cata, dubia, & confusa, ut omninò sit confirman-
dum sequestrum in beneficium Fisci, & eidem Ami-
tæ erunt salva jura in petitorio, ut latè fundavi-
mos ex *Domina Georg. Regente Reverteria*, & aliis
in dictis primis allegationibus, *num.37. ad finem*,
eò magis quia quatenus interpretatio dictarum
gratiarum esset dubia contrà Fiscum apud Doctissi-
mos Senatores, quod nullatenus credimus evenire
posse, esset omninò consulenda Sua Majestas in re
tam gravi, ac præjudiciali ejus Coronæ, cum aga-
tur de interpretatione ipsius voluntatis, ac de ad-
mittendis personis in successione feudorum non
vocatis expressè, nec tacitè, contrà ejus mentem.

Hæc causa pluries discussa, fuit propemodum
pro Fisco decisa. At quoniam tanto alieno ære feu-
dum gravabatur, ut vix creditoribus ipsius pre-
tium sufficeret Fiscus potius sibi consultum puta-
vit, transactionis titulo sex mille aureorum acce-
ptis, feudum cum suis oneribus à D.Celidonia exol-
vendis renunciare, quàm vanum victoriæ titulum
consequi. Instrumentum transactionis initum fuit
manu Reg.Curiæ Notarii Maximini Passari, die 9.
Septembris 1633. coràm Excellentissimo Prorege
Montis Regii Comite.

SUMMARIUM.

1 *Doctores moderni plerumque neglecta verbo-
rum proprietate antiquorum in resolvendis
quæstionibus, sub novis formis, & loquendi
structura à senioribus eorumque placitis devian-
tes,*

Digitized by Google

tet, illas obscuriores reddunt, dum falcire, & illustrare credunt.

2 *Hypotheca pro administratione officii à quo tempore incipiat, à die concessi officii, & expediti privilegii, an à die coeptæ administrationis, & duæ afferuntur opiniones.*

3 *Hypotheca an à die coeptæ, vel potius à die malæ, & dolosæ administrationis incipiat.*

4 *Hypothecam oriri ab initio, sivè diluculò etiam ante coeptam administrationem, ex Accursio demonstratur.*

5 *Tutoris bona ex eo tempore, quo coepit esse tutor, sunt obligata, & hypotheca non ad initium administrationis, sed ad tempus delatæ tutelæ refertur, & num.8.*

6 *Tutor tunc incipit esse, cum defertur ei tutela.*

7 Text. *in* l.pro officio Cod.de administr. tut. *explicatur.*

9 *Pater est legitimus administrator bonorum filii, & distat à tutore, cum pater ipso jure efficiatur administrator, nec requiritur delatio, sive decretum, & de intellectu* l.cùm oportet, §. ultimo C.de bonis, quæ lib. *à quo tempore incipiat pater obligari pro tutelæ administratione.*

10 Glosæ *interpretatio ad* l.eum oportet, §. ultimo C.de bonis, quæ lib. in vers.deferenda.

11 *Administrationis actualis tempus non spectatur in patre administratore bonorum filii, sed potentia administrandi.*

12 Jacobi de Arena *declaratio ad* l. pro officio C. de administr.tutor.

13 *Obligatio trahitur retrò, & oritur ante personalem obligationem in beneficium minori ex* Jac. de Arena, Perticen. & Odofr.

14 *Hypotheca tacita favore minoris inducitur contrà Tutorem, sivè administret, sivè negligat administrare, & non solùm de gestis, sed de gerendis tenetur, quod & in Fisco procedit.*

15 *Beneficium latissimè est interpretandum favore minorum; ut ex ipso initio censeatur inducta hypotheca, vel quod ad exordium retrotrahatur, ex* Cyn. *declaratione.*

16 *Lex ubi expressè præcipit pro cautelo minoris, vel furiosi, administratorem obligari, expressè hoc fieri curavit in ipso creationis initio, & explicantur* text. *in* l.de erationibus C. de Episc. audientia, *&* *in* l.fin.C.quando mulier tut.officio fungi potest.

17 *Lex ubi ex se absque facto hominis inducit tacitam hypothecam, celeriter illam producet, cum ab ipsa lege absque hominis ministerio illa oriatur.*

18 *Hypotheca tacita à lege inducta non est diversa jure censenda ab ea, quam expressè lex præstari mandavit.*

19 *Hypothecam tacitam non ex die administrationis, sed ab initio oriri, ex pluribus demonstratur.*

20 Saliceti *doctrina commendatur ad explicationem* l.pro officio C.de admin.tut.

21 *Hypothecaria licèt ante primitivam obligationem non competat, cum non oriatur ante personalem obligationem, nascitur tamen ante secundariam, quæ oritur ex mala administratione.*

22 *Obligationes duæ ex quolibet contractu oriuntur, una generalis, & primitiva statim, atque celebrato contractu, altera secundaria secundùm* Salyce. *ex* Jacob.de Arena, *&* Cyno, *qui latè rem declarat.* num.23.

24 *Hipotheca licèt non oriatur sine personali; concurrit tamen in ortu cum ipsa personali, quæ oritur tempore delatæ tutelæ, non expectato tempore gestionis.*

25 Socini *pulchrum* consil.61. vol.1. *affertur, quod hypotheca oriatur non à tempore gestionis, sed decretæ administrationis tutelæ, ubi plura subtiliter affert suo more, & plures* DD. *sententiæ ponderantur* num.26.*& de magis communi, quod bona sint obligata à die susceptæ tutelæ*, num.27. & 28.

29 *Hypotheca, quæ competit Fisco in bonis Officialis habetur ad instar illius hypothecæ, quæ competit minori adversus tutorem, & curatorem.*

30 *Bona Bajuli ideò sunt obligata Domino, & cujuslibet Officialis Fisco: quia dicuntur gerere publicum officium ad instar tutoris.*

31 *Bona ejus, qui administrat pecuniam publicam, tacitè sunt obligata propter publicam utilitatem pro administratione officii publici.*

32 *Major ratio consideratur in eo, qui administrat pecuniam publicam, quàm in cæteris Officialibus, & ideò majora sunt constituto privilegia, ut etiam doti præferatur.*

33 *Officialis bona sunt obligata à die coepti officii, non autem coeptæ administrationis ad instar tutoris: &* D.Reg.Constantii *doctrina, &* Ant.Fabri *affertur distinctio.*

34 *Hypotheca oritur in Fisco ex contractu etiam citrà expressam pignoris conventionem.*

35 *Fisco competit hypotheca ex quasi contractu, quæ retrotrahitur ad initium, sivè tacita, sivè expressa sit, purificata conditione, vel sequuto casu, ex quo Fisco damnum infertur, &* num. 36.

37 *Quasi contrahitur cum Fisco, cum Rex confert officium, sequuta acceptatione, & soluto pretio.*

38 *Tria considerantur in officio, scilicet titulus, acceptatio, & exercitium, sed ex duobus tantùm primis videtur quis acquirere officium irrevocabiliter.*

39 *Contractus ad validitatem non requiritur exercitium, sic pariter ad acquisitionem officii.*

40 *Juramentum, & reliquæ solemnitates requisitæ post actum collotionis, non censentur substantiales, nec formales, sed effectuales, quæ non nocent, quin actus dicatur perfectus, & infertur ad dictum* Baldi *in* l.sed & milites, §. quæsitum ff. de excusat. tut. *& declaratur* num. 41.

42 *Titulum habens anteriorem à Principe, præfertur habenti posteriorem titulum, etiam si secundus sit possessor, & decisio Collateralis Consilii recensetur*, num.43.

44 *Duplex est receptio, sivè acquisitio officii; una juris, quæ fit per acquisitionem tituli, altera facti, quæ fit per acquisitionem possessionis, sed prima prævalet.*

45 *Officii nomen, vel dignitatis acquiritur ex sola acquisitione tituli, & statim per provisionem officii, & acceptationem illius dicitur quis esse in possessione, quamvis aliquid non gesserit.*

46 *Privilegia à quo tempore vires sumant, an ab eo, quo à Principe emanarunt, an verò postquam in notitiam ejus, cui data sunt, pervenerunt.*

47 *Scientiam ejus, cui conceditur privilegium, graviores* DD. *tenuerunt, non esse necessariam.*

48 *Privilegia ex die, quo promulgata sunt, vires suas obtinent, & ignorantibus acquiruntur ad instar legati, & quæ sit veritas*, num. 49. *ex* DD. com-

communi sententia traditur.

50 *Privilegia, quæ per contractum, & obligationem mutuam, & correspectivam dantur, ex die privilegii concessi, & acceptati firmitatem, & perfectionem habent, & redditur ratio* nu.51. *quod ampliatur* num.52.

53 *In privilegiis, sivè concessionibus correspectivis, ubi maximè pretium intercedit, idem jus, quod in contractibus statuitur, cum naturam, vim, & efficaciam contractuum sortiantur, & sunt irrevocabilia, & quæ etiam sine contractu collata sunt privilegia, sine justa, & gravissima causa revocari non possunt.*

54 *Commodum nemo ex ejus mora sentire debet.*

55 *Factum præsumitur prius, quod ad alterius validitatem, vel productionem prius fieri debebat, vel verisimile erat.*

56 *Hypotheca Fisci in dubio præsumitur anterior, quod ampliatur etiam si contrarius esset ordo scripturæ,* num. 57.

58 *Actus ille præsumitur præcessisse, qui est præambulus ad alios.*

59 *Clausula,* donec benè, & fideliter se gesserit, *retrotrahitur ad initium conventionis.*

60 *Officium conceditur sub conditione expressa, vel tacita,* si benè Officialis se gesserit.

61 *Obligatio in contractu conditionali licet non incipiat nisi à tempore adveniențis conditionis, tamen retrotrahitur ad initium.*

62 *Conditionis eventus in contractibus retrotrahitur ad initium, etiam in præjudicium hypothecæ medio tempore quæsitæ, sed diversum in acquisitione dominii.*

63 *Fiscus pro credito primipilari, præfertur etiam doti anteriori.*

64 *Primipilus, & primipilare debitum contrahi videtur ex administratione publicæ, sivè Fiscalis pecuniæ, secundum aliquorum sententiam.*

65 *Hypotheca Fisci in locatione Arreadamenti facta antequam finem accipiat tempus præcedentis Arrendamenti, non incipit nisi à die, quo terminavit præcedens locatio.*

66 *Hypotheca dotalis incipit à die sequuti matrimonii, licèt retrotrahatur ad tempus promissionis dotis.*

ARGUMENTUM.

Hypotheca tacita legalis, minori, Fisco, aliisque privilegiatis de jure competens, à quo tempore initium sumat, à tempore scilicet suscepti officii, sivè concessi tituli, an verò à die incœptæ, aut potius malæ, sivè dolosæ administrationis, & à tutore, curatore, & patre administratore insertua ad Officialem, & quomodo hypotheca ante personalem obligationem oriatur. Tria considerantur in officio, titulus, acceptatio & exercitium, verùm duo priora prævalent, Privilegia quædam simplicia, quædam admixta contractibus, & à quo tempore vires sumant. Actus qui præsumatur præcedere. De solemnitate essentiali, & effectiva Clausulæ *donec benè, & fideliter se gesserit.* Conditionis eventus quando retrotrahatur, & privilegium Primipilare, quod etiam doti præferatur, & alia.

RESPONS. VI.

1 PLerunque moderni *DD.* neglecta antiquorum in resolvendis juris quæstionibus verborum proprietate, sed novis formis, sivè loquendi structura, à senioribus, eorumque placitis deviantes, dùm fulcire, & illustrare credunt majorum documenta, illa obscuriora reddunt, & ansam dubitandi præbent in iis, quæ à priscis illis juris luminibus clarissimè scripta, & tradita sunt, ita ut non immeritò ad fontes, sivè ad caput aquæ recurrere opus sit.

Quod mihi inter alia evenisse videtur in illo
volgato articulo: Utrum hypotheca pro admini-
2 stratione officii incipiat à die concessi officii, sivè
expediti privilegii, vel à die cœptæ administratio-
nis; cum enim primam opinionem uti verissimam
probare intendam, illicò mihi objicitur, quod dum
Moderni formare videntur quæstionem: Utrum
3 incipiat hypotheca à die cœptæ, vel potius malè,
& dolosè factæ administrationis, & ex magis com-
muni resolvunt, & concedunt, incipere à die
cœptæ, quod ex hoc negare videntur, posse hy-
pothecam incipere ab ipso initio concessi, vel ac-
ceptati officii, & sic nihil prodesse delationem tu-
telæ quoad pupillum, sivè provisionem officii præ-
cedere.

Verùm incipiendo ab *Accursio* in *l. pro officio*
20. per illum *text.* clariùs in *vers. obligata*, *C. de
administr. tutorum*, benè ponderando jura, & an-
tiquos, quibus non cogitarunt refragari Moderni
4 apparebit, hypothecam oriri ab ipso initio, sivè
diluculo etiam ante cœptam administrationem; in
5 tutore enim loquendo *Accursius*, (ad cujus exem-
plum omnes concedunt oriri hypothecam in Offi-
ciali) dixit, *& hoc eo tempore, quo cœpit esse tu-
tor*, & sic non restrinxit ortum hypothecæ ad ini-
tium administrationis, sed ad tempus delatæ tu-
6 telæ, tunc enim incipit esse tutor, quod Impe-
rator ipse, ut expressè declararet, hypothecam
non oriri gestione, nec ab ea dependere, sed à de-
7 latione tutelæ, sivè creatione tutoris, subjicit hæc
verba: *Idem est & si tutor, vel curator quis con-
8 stituitur, res minorum non administraverit.* Consti-
tutio igitur tutoris, & acceptatio producunt, sivè
gignunt hypothecam. non gestio, quæ non est
necessaria ad hypothecam inducendam, idemque
probat *Glos.* relata ad *text.* in *l. cum oportet* 6. §. *ult.*
9 *C. de bon. quælib.* ibi enim *Imperator* loquens in
patre bonorum filii administratore, tametsi in hoc
à tutore distet, quod pater sit ipso jure factus ad-
ministrator, nec requiratur delatio, sivè decre-
tum, & tamen quærit ibi *Imperator*: (Utrum nè
ab initio, an ex eo tempore, ex quo malè aliquid
gestum est, & decidit, initium gerendæ, vel de-
ferendæ administrationis, vel observationis esse
spectandum, & non tempus, ex quo malè aliquid
gestum fuerit) ubi *glos. verb. deferendæ*, interpre-
10 tatur, *idest tempore, quo filius quæsivit, nam tunc
potest gerere, vel non gerere*, & sic clarissimè *glos.*
11 docet, etiam in patre non esse necessarium expe-
ctari initium actualis gestionis, nec illam reduci
ad actum, sed sufficere potentiam administrandi,
quæ cum in patre non dependeat à creatione, di-
xit, sufficere filium acquirere bona, quæ pater
valeat administrare, & sic quod in tutore opera-
tur creatio, in patre inducit acquisitio bonorum
facta per filium, & sic in utroque sufficit poten-

tia administrandi, etiam ante initium veræ admi-
nistrationis.
Idem *Jacob. de Arena* in *d.l. pro officio*, dum ad
12 dubium de tempore respondet his verbis: *è contrà
videtur, quod tantum ex tempora initii, nam hic
dicis, si non administravit, tamen bona sunt obli-
13 gata, ergo ab exordio. Item si gessit, videtur, quod
trahatur obligatio retrò, quia bona obligantur an-
te personalem, & agitur de beneficio minoris, quod
est favorabile, & obligatio retrotrahitur, &c.* ci-
tans p ura jura, idem *Petrus Partic.* & *Odoffr.* ad-
14 notantes, induci tacitam hypothecam favore mi-
noris, sivè administrent, sivè negligant tutores,
& non solum de gestis, sed de gerendis, & idem
dicunt procedere in Fisco, ex *l.1.C. in quib. cauf.
pign.tacit.contr.* quod latius comprobat *Cynus* re-
lato commento *Jacob.de Arena*, & inter alia, quod
15 sit hoc beneficium latissimè interpretandum in fa-
vorem minoris, ut ab ipso exordio censeatur in-
ducta hypotheca, vel quod ad initium retrotraha-
16 tur. Et addit, quod quando lex expressè præci-
pit p o cautela minoris, vel furiosi, administra-
torem obligari expressè, hoc fieri curavit in ipso
initio creationis tutelæ, vel curæ, *l.de creatio-
nibus*, ubi loquitur de forma sacramenti præstan-
di per cura orem furiosi de utiliter administrando,
& hypotheca supponenda in ipsa creatione, & de-
latione curæ, *C.de Episcopal. audient.* & de jusju-
rando, & hypotheca anteà, & in primis præstan-
da per matrem, dum tutelam filiorum suscipere
intendit, traditur in *l.final. C.quando mul. tutelæ
offic. fungi potest*, ergo eodem modo, ubi lex ipsa
17 inducit ex se absque hominis facto tacitam hypo-
thecam, tardius illam non gignit, sed citius cum,
ipsa lex absque hominis ministerio illam inducat
nec diverso jure censeri debet inducta legis provi-
18 sio super hypotheca tacita, quàm ubi lex ipsa ex-
pressam præstari mandavit, sequ tur *Alberic.* op-
timè, qui referens *Glos. in princ. commenti*, ita
format quæstionem. *Quærit glos. quando bona tu-
toris videantur obliga a. Utrum à principio, an
verò cum aliquid administrat malè, &c.* & com-
probat dicta *Jacob.de Arena*, ut à principio oria-
19 tur hypo heca. Primò, quia obligatio retrotra-
hitur ad ipsum initium. Secundò, quia est bene-
ficium favorabile latissimè interpretandum. Ter-
tiò, quia aliàs ubi lex præcipit præstari hypothe-
cam expressam, illud jubet fieri in ipso exordio,
& addit hoc proficere scire ad prioritatem pro cre-
dito pupilli, & aliorum creditorum, quibus com-
petit tacita.
Sed omnium optimè *Salyc.* qui non solùm ratio-
20 nes prædictas confirmat, atque illustrat, alias ad-
dens, sed illud in puncto, & in terminis explicat,
ut quod *glos.* & prædicti patres dixeruot, hypothe-
cam incipere, ex quo quis cœpit esse tutor, idem
importet, ac si d xissent, *à tempore, quo admini-
stratio ei decreta fuit*, & subdit *in fine* ex *Jaco. de
Raven.* & *Cyno*, quod licèt antè primitivam obli-
21 gationem non competit hypotecaria, hæc enim
non oritur antè personalem, verùm benè hypo-
thecaria nascitur ante secundariam, quæ nascitur
ex mala administratione, siquidem ex quolibet con-
22 tractu nascuntur duæ obligatiooes, una genera-
lis, & primitiva statim cum celebratur contractus;
altera secundaria, & ut ostenderet hanc primitivam
oriri ab ipso principio, & exordiò primævo, sci-
licet cum tutori defertur cura, sivè Officiali con-
ceditur officium, siquidem tunc tutor quasi con-
trahit, & Princeps expressè contrahit cum Officia-
23 li, ut infra clarius subdit *Salyc.* hæc verba: *Ego
autem pro evidentia, & solutione volo, quod sciat-
quod cuilibet tutori administratio à Judice debet
decerni, nec prius administrare debet, quam de-
cernatur à Judice, citans multa jura, inter cæte-
ra autem, quæ promittit Judici, seù Tabellioni
actorum, debet promittere utilia facere, & inuti-
lia prætermittere, juxtà formam traditam in supra
cit.leg. de creationibus, & hanc obligationem non
præcedit hypotheca, licet illam, quæ ex gestione
postea nascitur præcedat. Sed non curatur propter
præcedentem personalem, cum qua concurrit, &
quia illa dependentium habet ab ista, & ita soluta
sunt objecta.* hæc *Salyc.* ex cujus dictis, clarè habe-
24 mus, quod licet hypotheca non oriatur sine perso-
nali, concurrit tamen in ortu cum ipsa personali,
quæ oritur tempore delatæ tutelæ, non expectato
tempore gestionis, sequitur *Barthol. Socc.* in suo
25 pulchro *cons.61. col.1.vers.circa secundum*, post
num.1.primo volum. ubi cum *Jacob.de Arena*, *Cy-
no*, & *Salyc.* dicit, hypotecam oriri non a tempo-
re gestionis, sed à principio decretæ administratio-
nis, quod pluribus subtiliter ex more confirmat,
usque *vers.circa tertiam*. Ex quorum dictis satis
26 liquere patet, dicta *DD.* dicentium, hypothecam
incipere à tempore inchoatæ administrationis, esse
declaranda à tempore, quo tutor quis esse incipit,
sivè à die delatæ tutelæ, quo tempore incipit po-
tentia administrandi, sequutis adimplementis de
jure observandis, sic *Neguſ.* in *4.memb. 2. part. de
pignor. num. 12. versic. sed dubitatur*, juncto
num.17. & à die tutelæ susceptæ loquitur expressè
Surdus, ita intelligens dicta *Cyn.Bar.Bald. Saly-
cet.* & nuncupatim verba *Neguſ. dicto loco in cons.
7.num.18. lib.1. Cardinalis Mantica lib.1.de taci-
tis conven.lib.11.titul.16.* qui *num.18.* loquutus est
generaliter, quod hæc hypotheca habet initium ab
eo tempore, quo quis officium suscepit ex iisdem
Jacob.de Arena, Bald. Cyn. Salycet. & *Negusant.*
ut omne officium comprehenderet, ex cujus de-
latione, vel concessione tacita posset oriri hypothe-
ca, & *Gratian. disceptat. forens.tom.1.cap.53.* dum
num.5. dixisset, hypothecam oriri à die inchoatæ
administrationis, relatis postea *Soccino*, & *Nega-
27 fantia*, dicit esse magis communem opinionem;
quod bona sint obligata à tempore susceptæ tutelæ
num.6.in fine, quo tempore adhuc sustineri po-
test, censeri cœptam administrationem in potentia,
licet non in actu, & cum prædictis concordat mo-
derous *Amator Rodriguez de concursu, & privi-
legiis creditorum, part.1. art.4. num. 19.* ubi ap-
positissimè loquitur, duas referens opiniones. Pri-
28 ma, quod hypotheca incipiat à tempore, quo quis
tutorem, vel curatorem gerere incœperit. Altera,
quod incipiat à tempore, quo quis cœpit male ad-
ministrare: verum primam opinionem esse commu-
nem, & tenendam, c tans inter alios *Gutier. de
tutel.& curis, part.2.cap.16. in fin.*
Quod si quis gratis dicat, hæc procedere in tu-
tore, vel curatore, aliud enim in Officiali, suffi-
ciet mihi pro resolutione dicere, tantum abesse, ut
hæc distinctio jure non probetur, ut meritò eru-
bescere debeat quia hoc argumento temerè utitur:
29 præsertim dum ab hypotheca inducta à jure in tu-
tore, & curatore ad instar ipsius deducant *DD.* con-
cedi pariformiter hypothecam Fisco in bonis Offi-
cia-

Digitized by Google

e'alis; argumento deducto à pupillo, sivè à mino-
re ad Fiscum, de quo unus testis sufficiat, noster
Afflictus in *Constitutione Reg. Si quando contin-*
30 *git*, *lib.3.num* 7. qui dicit, quod ideò sunt bona
Bajuli obligata Domino, & cujuslibet Officialis
Fisco, quia dicuntur gerere publicum officium ad
31 instar tutoris, ut in *dict. l. pro officio*, ratione enim
publicæ utilitatis ille, qui administrat pecuniam
publicam, tacitè ejus bona sunt obligata pro ad-
32 ministratione officii publici; immò major, & for-
tior caosa versatur in Officiali administrante pu-
blicam pecuniam, quàm in cæteris, undè majora
constituta sont privilegia, ut etiam doti præfera-
tur, ut in *l.utilitas* la 3.*C.de primipilo,lib.*12.cum
quo convenit *Dominus Regens Constantius* in *l.* 1.
33 *de jure Fisci*, *num.*22. qui cum *glos.* & antiquis,
in Officiali à die cœpti officii, non autem cœptæ ad-
ministrationis concedit Fisco hypotecam in omni-
bus ad instar tutoris, sequutus expressè *Antonium*
Fabrum, quem citat in suo *Cod.tom.*2.*lib.*8.*titul.*7.
in quibus causis pignus tacitè contrahatur, *difini-*
tion. 1. ubi distinguens tria tempora, docet, non
ab eo tantum die incipere hypothecam, quo ratio-
nes redditæ sunt. Nec rursum à tempore cœptæ
administrationis, sed ab ipso suscepti officii die,
& sic in puncto distinguit inter tempus suscepti of-
ficii, & cœptæ administrationis, resolvens, hypo-
thecam incipere etiam ante cœptam administratio-
nem à die suscepti officii, hoc idem pulchrè fun-
dat, sicquidem decisum tradit *Alfar.*in *l.non puta*,
*cap.*3. *num.*4. *ff.de jure Fisci*, & optimè *Costa de*
*retrotract.cap.*8.*casu* 31.*num.*7. videndus.

Nec mirum, quia hypotheca in Fisco nascitur ex
34 contractu etiam citrà expressam pignoris conven-
tionem, *l.aufertur*, §.*Fiscus,ff.de jure Fisci*, *l.* 2.
C.de privileg.Fisci,*l.*2.*C.in quib.caus. pignus &c.*
latè *Peregrin.de jure Fisci*, *lib.*6.*tit.* 6. *de pignor.*
& hypothec.in princ. Idemque competit Fisco hy-
35 potheca ex quasi contractu, *Peregrin.*ibidem, *n.*12.
*Rebuff.*in puncto *to.*2. ad *Constitution. Franciæ, de*
constitution. redituum, *art.*1.*glo.*14. quæ hypothe-
36 ca ex contractu, vel quasi retrotrahitur ad initium,
sivè tacita, sivè expressa purificata conditione, vel
sequuto casu, ex quo Fisco damnum infertur, quod
latè probat *Thessaurus Junior quæstionum foren-*
sium, *lib.*2. post *num.* 12. & 13. ubi loquitur de
tacita hypotheca pupilli, & probat, dari retrotra-
ctionem ad ipsum initium.

Tunc autem fuisse contractum cum Fisco, ne-
37 mo sani capitis negare poterit, cum ab ipso Re-
ge Monarca officium fuit collatum Marchioni Pa-
dulæ, sequuta saltem ipsius acceptatione; quini-
mò soluto etiam pretio, quod ex abundanti pon-
38 deratur, tria etenim considerantur in officiis, ti-
tulus, acceptatio, & exercitium, sed ex duobus
primis, scilicet ex titulo, & acceptatione videtur
quis acquirere officium irrevocabiliter, etiam non
sequuto exercitio, & administratione, *Bartolus*,
& *Soccinus* in *l.publius, ff. de condition. & demon-*
*stration. Boerius decis.*149. *Bolognet.*in *cons.* 3. nec
39 requiritur exercitium pro validitate contractus, &
acquisitionis officii, etiam si contingat culpa, vel
ex defectu Officialis provisi, vel electi, ut in mi-
nore; ex cujus ætatis defectu non potuit juramen-
tum præstari, latè probat, & decisum affirmat in
Collaterali *Regens de Ponte decis.* 27. in causa Ca-
stellani D.Didaci de Vargas, qui *num.*18. dicit, ju-
ramentum, & reliquas solemnitates requisitas post
40 actum collationis non censeri substantiales, nec
formales, sed effectuales, quæ non nocet, quin
actus dicatur perfectus, & ita resolvitur dictum
41 *Baldi* in *l.sed & milites*, §.*quæsitum*, *ff.de excu-*
sation.tutorum, ut non prosit creatio, nisi sequuta
sit administratio, ut vel procedat in his, quæ respi-
ciunt favorem ipsius Officialis, cujus culpa differ-
tur administratio, non autem in his, quæ respiciunt
favorem concedentis officium, vel non procedit in
eo, qui habet privilegium à Principe, qui ex so-
la concessione transfert dominium, & possessio-
nem, *Baldus*, *Angelus*, *Jacobinus*, *Jason*, *Loffre-*
dus, & alii, quos citat *Allegatio pro Regente Al-*
bertino apud *Frecciam lib.*2. *de subfeudis*, *titul.*
42 *quis dicatur Dux*, *num* 68. ubi amplius, quod ha-
bens titulum anteriorem à Principe, præferatur
secundo habenti posteriorem titulum, etiam si se-
cundus sit etiam possessor, ex *text.* in *cap. capitu-*
lum Sanctæ Crucis, de rescriptis, *Romanus*, & *Jas.*
43 citati ibidem, & ita per dictam rationem fuit de-
cisum in Collaterali, ut præcederet Regens Al-
bertinus, ut patet ibidem post *num.* 71. *in fine*,
*cart.*139. non obstante prædicta doctrina *Bald.* in
§ *quæsitum* citata in favorem aliorum Regentium
in contrarium allegatis, *num.*56. in se *Boerius de-*
*cis.*150.*num.*6. *in fine* dicit, quod duplex est rece-
44 ptio, sivè acquisitio officii, una juris, quæ fit
per acquisitionem tituli, altera facti, quæ fit per
acquisitionem possessionis, sed quod prima præva-
45 let, & *num.*8. & 10. quod acquiritur nomen of-
ficii, vel dignitatis ex sola acquisitione tituli,
quod latissimè probat, & *num* 9. quod statim per
provisionem officii, & acceptationem illius, quam-
vis aliquid non gesserit quis dicitur esse in possessio-
ne, citat *l.*1. *ff.de officio præfecti Augusti*.

Licet autem disputent *DD.* à quo tempore pri-
46 vilegia vires sumant; ab eo nè, quo à Principe
emanarunt tempore, an tunc demum postquam in
notitiam ejus, cui data sunt pervenerunt, in quo
articulo licèt gravissimi *DD.* tenuerint, nec illius
47 esse necessariam scientiam, cui conceditur, *Petrus*,
Cynus, *Albericus*, & aliis quos refert *Dominus*
Regens Tapia in *repetition. l.final. cap.*4. *part.*1.ex
numero 11. *cum seqq.ff.*de *Constitution. Princip.* &
48 privilegia ex die, quo promulgata sunt, vires suas
obtinere, & ignorantibus acquiri ad instar legati,
probant infiniti, quos refert *Georgius Acatius de*
49 *privileg jur.lib.*1.*c.*6.*num.*22.28. & 29. Attamen
à die scientiæ, & acceptationis privilegiati, sive
illius, cui privilegium conceditur, nemo unquam
dubitavit, privilegium vires sumere, ita ut sola
scientia sine expresso consensu operetur effectum
acceptationis, ut jus quæratur, communiter *DD.*
resolvunt cum *Bartolo* in *d.l.ultima*, *ff.Constitution.*
*Princip.*teste *Acacio dicto loco*, *num.*18. & 32. ubi
num 33. ex *Bald.* in *l.falsus* 8. *C.de furtis*, probat
etiam in privilegiis, quæ non continent aliquid in
se perfectum, sed conceduntur ad aliquid facien-
dum, quod fieri non potest, nisi receptis literis,
adhuc inspiciendum esse tempus gratiæ.
50 Verùm in his privilegiis, quæ per contractum,
& obligationem mutuam, & correspectivam dan-
tur, illa omnino ex die privilegii concessi, & ac-
ceptati omnimodam firmitatem, & perfectionem
51 ex die acceptati privilegii habere dicuntur, siqui-
dem omne privilegium, in quo factum, datum,
vel obligatio aliqua reciproca, vel compensativa
intervenit, in contractum transire, sive trasfun-

Digitized by Google

dicitur juxta notissimam doctrinam *Bald.* in *l. qui
se patris, numero . . ., Codice unde liberi*, cum con-
cord. per *Gabrielem lib. 3. commun. conclusion. de Ju-
re quæsito non toll. conclusion. 6. num. 67. & 68.* etiam
52 si Princeps utatur verbo *Indulgemus*, argumento
*l. Titius pacrum, ff. de obsequiis à liber. & liber. &c.
Castr. Aretin. Alexan. Felin Jas. Brunus, Ruin. Cra-
vett.* & alii, quos refert *Acacius dicto tractat. lib. 3.*
53 *cap. 8.* Ubi quod io istis privilegiis, sivè concessio-
nibus correspectivis, ubi pretium maximè interce-
dit, idem jus, quod de contractibus statuendum
esse, cum naturam, vim, & efficaciam contractuom
sortiantur, ex *Bart. Bald. Alexand. Felin. Aretin.
Ruin.* & *Brun.* probat idem *Acacius dicto cap. 8.
num. 4.* ubi *usque ad finem num. 45.* probat, ob id
esse irrevocabilia, & quæ sine contractu collata
suut privilegia, & quæ cum contractu omoia ejus-
dem naturæ esse, & siue justa, & gravissima causa
revocari uon posse, cum jure congractuum ceuseri
debeant, ac idao iisdem ex causis, quibus contra-
ctus solvi, atque finiri debent, undè si concessio
officii Dohanerii mediante pretio fuit cootractus
factus cum Rege, necessariò illicò ab ipso exordio,
quo intercessit consensus simultaneus, & de pratio
solveudo fuit conventum, quo tempore coustat,
oriri personalem hypothecariam lex ipsa iotrodu-
xit.

Nec cootrarium suaderi potest, quia sequeretue
absurdum, ut esset in potestate electi, vel provisi
post privilegium cou essum, & contractum per-
fectum differre hypothecæ ortum in præjudicium
54 Fisci, & sic ex lua mora commodum seutiret, in
damuum ejus, cum quo contraxit.

Rogo enim in præsenti casu advertendum esse in
facto. Primò, debitum Aloysii de Capua, quod
prætenditur gestum contemplatione Marchionis
Padulæ fuisse contractum 21. Novembr. 1591. &
sic post duos menses à die datæ privilegii, quæ fuit
sub die 28. Septemb. ejusdem anni 1591. & sic
eo tempore, quo jam poterat per se, vel per pro-
curatorem possessionem officii, sivè ipsius admioi-
strationem suscipere. Alterum, dictum Aloysium
vendidisse annuos introitus ad beneficium D. Hi-
polytæ Ruffæ pro solvenda sorte iu beneficium Ja-
nuensium, qui mutuaveraut consimilem quantita-
tem Marchioni pro solvendo pretio officii, & sic
ipsum habuisse plenam notitiam, Marchionem con-
traxisse per prius cum Regia Curia, & se consti-
tuisse deb. torem pretii officii in longe majori quao-
titate, ultrà summam, pro qua ipse pro Marchio-
ne intercesserat, & hoc uon obstante fuisse sequu-
tum fidem Marchionis. Ex hoc enim solo, si alia
deficereot, evidenter patet, Fiscum esse anterio-
55 rem ex uatura instrumentorum, factum enim præ-
sumitur, prius quod ad alterius validitatem, vel
productionem prius fieri debebat, vel verisimile
erat, ex natura etenim rei gestæ præcedere de-
bebat, emptio officii, quam fecit Marchio, an-
tequam Marchio quæreret pecuniam, pro solvendo
pretio officii empti, hoc enim ultimum procu-
ratum fuit cootemplatione, & pro executione
contractus prius gesti cum Regia Curia, igi-
56 tur præsumendum est, contractum, & hypote-
cam Fisci præcessisse, & si essemus in dubio, ex
57 doctrina *Cyn. Bald. Angel.* & *Imol.* io *l. cum in te-
stamento, §. 1. ff. de hæred. instit.* ubi hoc ampliant
DD. etiam si coutrarius esset ordo scripturæ, *Ale-
xand. Felin.* & *Ripa*, quos cum aliis citat, & te-
statur de communi *Peregrin. de jure Fisci lib. 6.*
58 *tit. 6. n. 39.* ubi generaliter conc ud t, illum actum
præsumi præcessisse, qui est p æambulus ad alios,
inferens ad instrumentum concernens habitum, &
privationem, quod semper privatio præsumatur
posterior, etiam si ordo scripturæ repugnaret.

Et tantò magis cùm de fo ma, & stylo privile-
59 giorum, quæ per Regem nostrum conceduntur
adsit clausula solita apponi, *donec bene, & fideli-
ter se gesserit*, ut authoritate *Domini de Franch.
decision. 357. in fin.* & *Domini de Ponte decision. 28.*
optimè probat *D. Regent Constant.* in *l. 1. C. pœnis
Fiscal. credit. præfer. num. 108. in fin.* quæ clausula
sequuta mala administratione retrotrahitur ad ini-
tium conventionis, ex regula *l. 1. ff. qui potior in*
60 *pign.* conceditur enim officium sub conditione ex-
pressa, vel etiam tacita, si benè Officialis se gesse-
61 sit, licet igitur non inciperet obligatio, nisi a tem-
pore advenieutis cooditionis; tamen implementum
conditinnis retrotrahitur ad initium obligationis,
& perindè habetur, ac si à principio conventionis
incæpisset obligatio principalis, & consequenter
hypotheca, *l. potior est, in fin. princ. ff. eodem ti-
tul. qui potior. in pign. Negusant. de pignor. 3. mem-
bro 8. part. num. 1.* & in puncto *Regent Constantius
dicto loco, versic. siquidem in omni, car. mihi 84.
columm. 2.* & hoc est geoeraliter iu contractibus, ut
62 eventus conditionis retrotrahatur etiam in præju-
dicium juris hypothecæ medio tempore alteri quæ-
siti, tunc enim implemeutum conditionis retro-
trahetur etiam ad alterius præjudicium, quoad ef-
fectum prælationis, licet aliud sit in dominio, ut
ex *text.* in *dicta l. 1.* & *l. potior*, & ex *Baldo, Saly-
ceto, Alexandro, Bald. novell. Negusan. Croto,
Suarez, Parisio, Guttierrez Lassarte, Domino meo
Capycio decision. 182.* & aliis optimè probat *Barbos.*
in *3. part. l. 1. ex num. 32.* ubi *num. 33.* resolvit obje-
cta, dicens communem opinionem, & *num. 34.*
ampliat, ut idem sit iu hypotheca tacita inducta
à lege, quod iu expressa, *ff. soluto matrimonio*, con-
ferunt tradita per *Regentem Constantium* iu *l. 1. C.
de pœnis fiscal. credit. præfer.* ubi de communi, &
magis communi probat etiam in præjudicum Fisci,
purificata conditione ex causa de præterito fieri re-
trotractionem, *num. 114. & 115.*

Novissimè, & tandem attentari posset, Reg. Fisc.
pro credito, quod consequi debet super hæreditate
quondam Marchionis Padulæ Dohanerii Dohanæ
Apuleæ esse, velut privilegiatum præfereudum
creditoribus etiam anterioribus. Siquidem cum
63 notissimum sit, Fiscum pro officio, & administra-
tione primipilatus præferri etiam doti uxoris in
omnibus mariti bonis, etiam per eam iu causam
dotis assignatis, tametsi uxor esset prior in tempore,
*l. 1. C. de privileg. Fisci, l. satis notum. C. in quibus
caus. pign. tacit. contrahat. l. utilitas, C. de primipilo,
lib. 12.* Solùm superest probare, quod dicatur cre-
ditum primipilare, & si administratio Dohanerii
possit talis judicari, attento saltim eo tempore, quo
integra administratio ad ipsum Dohanerium perti-
nebat, antequam erigeretur per Curiam officium
Perceptoris separatum, quòd fuit novissimè factum
sub Marchione Corati io Positanum, & Celenta-
64 uum. Et quamvis sciam; variè à *DD.* explica-
tum mouus Primipili, attamen intelligendum esse
pro debito Thesaurarii, & Camerariorum admini-
straotium publicam pecuniam destinatam pro Re-
gni tuitiooe, & poblicis necessitatibus, ut Primi-
pilarii

Digitized by Google

pilatii dicantur primi administratores Regiæ pecuniæ, ex pluribus probat *Dominus meus Capyc. dec. 129. num. 13.* & propriè ex *num. 16. cum sequent.* quem sequ:tur pluribus congestis, & in specie *Martin.* & *Franc. Parmensis* in peculiaribus tractatibus *de Fisco, Peregrin. de jure Fisci lib. 6. tit. 6. num. 43. in fin.* quorum vocis significationi propriè conveniunt verba *Imper. in d. l. satis notum, C. in quib. cauf. pign.* ibi, *qui primipili farcina subeunt*, & voluit expresse *Afflict.* in præcitata *Constitut. Si quando contingit, lib. 3.* post *num. 7.* ubi exemplificat in Officiali administrante pecuniam publicam, ut Fiscus præferatur uxori, ita exemplificans privilegium Fisci contra Primipilum, juxta *d. l. utilitas*, adeò ut peroptimè Primipilus judicari posset administrator tam ingentis corporis patrimonii Dohanæ.

Nec obstat, immò nobiscum sentit *Regens de Ponte*, tametsi doctissimi Advocati adversarii geotitis in *consf. 19. num. 1. in fin. 2. vol.* loquitur enim in casu Arrendamenti capti à Regia Curia per plures menses antequam finem acciperet locatio præcedens ejusdem Arrendamenti facta per eos-

65 dem Curiam, quo casu contendit *de Ponte*, non fuisse ortam hypothecam, nisi à tempore extinctæ primæ conductionis, & sic hypothecam tacitam, vel expressam non incœpisse, nisi à die, quo Arrendamentum delatum fuit, ita quod administratio fuisset cœpta, vel incipere potuisset, adeò quod per Fiscum non flaret, quominus Arrendator administraret, juxtà regulam *d. l. cum oportet, §. final. C. de bon. quæ liber.* & paulò post reassumens quæstionem dicit, de eo controverti; utrum attendatur initium gestionis, sivè, ut semetipsum glossat, tempus delatæ administrationis Arrendamenti, vel tempus malæ administrationis, & concedit, attendi tempus delati Arrendamenti, quando poterit adhibendo moralem diligentiam suscipere ipsius administrationem, licèt eam non susceperit,

66 exemplo hypothecæ dotalis, in qua necessariò expectatur matrimonium, quo sequuto constat, retrotrahi ad tempus promissionis dotis, ut pluries decisum testatur *Dominus de Franch. decis. 677.* & sic retorquetur authoritas *Dom. de Ponte* contra adversarium in casu præsenti, in quo officium tempore concessionis vacabat, & per Marchionem stetit, ultrà titulum juris acquisitum, administrationem facti suscipere, & inchoare, & ità pro Fisco judicandum erit.

SVMMARIVM.

1 Princeps ex sola investitura, & privilegia transfert dominium, & possessionem.
2 Dominium in dubio ex sola Principis privilegio, quinimò & possessio in beneficium investiti, vel concessionarii transferuntur, quod num. 3. ampliatur procedere etiam alio non expresso, siquidem aliter non esset speciale in Principe, quod declaratur num. 6.
4 Contractus Principum habent vim legis.
5 Jus publicum, & privatum differunt.
7 Possessionem non transferri ex sola investitura, nisi de Principis voluntate constet, procedere in rebus soli, num. 8. Secus in incorporalibus, num. 10. & 12.
9 Officia inter incorporalia connumerari.
11 Concessio Principis interdum participat mixturam contractus, & privilegii.
13 Clausula investitura, Quam investituram vim, robur veræ, realis, & effectualis possessionis in judicio, & extrà, volumus obtinere, operatur effectum transferendi possessionem ex Principis voluntate.
14 Possessio ut ipso jure transferatur, per legem induci potest.
15 Investitus à Principe cum dicta clausula, ut supra, Quam investituram, &c. licet non habeat remedium recuperandæ possessionis, sed adipiscendæ, hoc tamen sopit quodammodo naturam recuperandæ.
16 Possessio duplex datur in jure, una tituli, altera facti, & licèt ista potentior, non ideò minus habens titulum dicitur verus possessor.
17 Princeps si donet Castrum cum plenitudine juris non est necessaria alia apprehensio facti.
18 Clausula, præstito tamen prius solito juramento de benè, & fideliter exercendo, licèt impediat exercitium facti, non impedit tamen, quin transferatur jus, & possessio civilis, quæ sufficit ad contractus perfectionem, num. 19.
20 Juramenti præstandi obligatio cum respiciat usum & exercitium facti, non impedit jus intellectuale dominii, & civilis possessionis.
21 Possessio civilis sola verba Principis sine actuali, legitima est, & vera, producens omnes effectus.
22 Lex Hispanica 23. tit. 13. p. 5. explicatur cum Gregorio Lopez.

ARGUMENTUM.

Princeps supremus in dubio ex sola investitura, vel privilegio transfert dominium, & possessionem, etiam alio non expresso, nam aliàs non esset speciale in Principe. Et quatenus necesse esset constare de Principis voluntate, id locum haberet in rebus soli, secus in acquisitione jurium incorporalium, ut sunt officia, in quibus dari duplicem possessionem, unam tituli, alteram facti. De clausulis, *Quam investituram vim, & efficaciam veræ, & realis possessionis*, & altera, *Præstito tamen prius solito juramento de benè, & fideliter exercendo*, earumque viribus, & efficacia: & declaratur *lex Hispanica 23. tit. 13. partita 5.*

RESPONS. VII.

1 Præterea prosequendo materiam præcedentia causæ in ea quæstione, utrum Princeps ex sola investitura, vel privilegio transferat dominium, & possessionem.

2 Quamvis verior, & fortè receptior sit opinio, ut in dubio ex solo Principis privilegio, nedum dominium, sed etiam possessio transferatur in beneficium investiti, vel concessionarii, ex dictis per *Isern. in cap. 1.* post *n. 2. quid sit invest. Bald. in prælud. feud. num. 29.* & in *l. 1. C. de rerum permut. Angel.* in *l. officii, ff. de rei vendicat.* in *l. raptores, C. de sacrosanct. Eccles. Alexand. consf. 187. num. 17. in 2. Dec. consil. 141. num. 4.* & *consf. 341. num. 14. Afflict. decis. 299. ex num. 14. & num. 25. Grammat. decis. 59. num. 19. & 29. Boer. dec. 42. num. 27.* cum infinitis congestis per *Menoch. consil. 910. num. 21. cum seq. lib. 10. Petrus de Gregor. de concession. feud. quæstion. 8. part. 1. Borrell. consil. 1. num. 41. & 47. Schrader. consil. 17. n. 13. vers. quinimmò, lib. 1. Mascard. concl. 540. num. 2. 9. & 10.*

9. & 10. idque simpliciter alio non expresso, quia
3 alioqnin non esset speciale in Principe, nec istud
oriretur ex prærogativa regia, si necesse esset id
exprimere, ut colligitur ex dictis per Isern. dicto
num.2. vers.alii dicunt, dum distinguit privatas
concessiones à principalibus, & regalibus; & di-
4 cto num.2. in fin. ponderat, quod contractus Prin-
cipum habent vim legis, & num.3. magoum esse
discrimen inter publicum jus, & privatum, id-
5 que clarissimè colligitur ex Frecc. in allegationi-
bus pro Regente Albertino, num.68. fol.137. & ex
Baldo, Angelo, Jasone, Loffredo per ipsum ci-
tatis, & clarius ex Baldo, & aliis citatis per Do-
minum meum Capycium in cap.Imperialem. §.præ-
tereà si quis infeudatus, column.8. versiculo limi-
ta tertiò, plura doctissimus Præsid. Anell. Amat.
consf.99. à num.11. ad 14.

Et ità expressè id esse intelligendum affirmat
Andr. Knichen. de universi juris territ. cap.2. n.8.
6 ubi in fin. addit, id præsertim procedere si appa-
reret, Regem voluisse transferre possessionem,
& num.9. ex quibus verbis apertissimè patet, id
non esse necessariò exprimendum.

Attamen estò quòd requiratur de Principis ex-
7 pressa voluntate constare, ut transferatur possessio,
8 id tamen declaratur procedere in rebus soli, in qua-
rum acquisitione factum desideratur, l.quemadmo-
dum, ff. de acquirend.possessian. secus verò in rebus
Incorporalibos, ut putà si Papa conferret Canoni-
catum vacantem, quia per simplicem investituram
acquiritur jus vacantis beneficii, sicuti per electio-
nem, ut ex Innoc. in cap. ex ore, de his, quæ fiunt
à major. par. capit. docet in specie Isern, in d. c.1.
9 post num.2. vers.ideò dictum est, & sic cum officia
constet esse res incorporales, non erit opus id Prin-
cipem exprimere, cum & aliàs idem operetur ces-
sio simplex io incorporalibus, quod vera traditio
in rebus corporalibus, l.fin.ubi Glos.C.quando Fi-
scus, vel privat. Jas.in l.non quicunque, §.qui Ca-
jum, num.5. ff. de legat.1. Ruin.Bera. Purpur. &
alii, quos citat ad hoc Petra de fideicomm.quæst.8.
num.240.

10 Declaratur item, ut procedat quandò Princeps
disponit per viam simplicis contractus, quo casu
præsumitur Principem juxtà communis juris re-
gulas contraxisse; secus quando per privilegium
aliquid statuit, quia tunc etiam in dubio præsu-
mitur translata possessio ex ipso privilegii vigore,
Afflict. in dicto cap.1. quid sit investitura, Jacob.
Dec. & alii, quos citat Dominus meus de Curte in
1.part.tract.feudal.cap.11.num.19. ubi ità intelligit
procedere doctrinam Freccia num.68. undè cum
hic Rex processerit per viam privilegii, non autem
simplicis contractus, ex ipso privilegio in dubio
censebitur translata possessio, & quàmvis interve-
niente pretio transfundatur in vim contractus se-
cundùm Baldum aliàs citatum, tamen non desinet
habere vim privilegii quoad efficaciam præter jus
commune, censebitur tamen jure contractus quo-
ad firmitatem, ut revocari non possit, & sic erit
mixtom quoddam, ut non mirum sit, si tanquam
11 mixtum participet de utraque natura, privilegii
scilicet & contractus.

Tandem qoid frustrà immoramur, nonnè do-
ctissimus adversarius in suis scriptis concedit, quod
negare oon potest, tunc tantum ex privilegio Prin-
12 cipis transferre dominium, & possessionem, quan-
do expressè constaret de voluntate Principis, ut
possessio transferatur, & subdit, quod ex verbis
investituræ id colligi potest, citat Andr. & Bald.
addens Afflict.decis.299. restringentem procedere,
ubi concessionarius est præsens in Curia, secus si
esset absens, undè cum in præsenti casu constet de
expressa, qoimmmò enixa Principis voluntate in
eadem scriptura privilegii, per verba, quæ cla-
riora, & aptiora DD. formare, & considerare, aut
stylus ipse Cancellariæ introducere, & inveni-
re nescivernot, profectò sequitur, Adversarium
suomet telo confodi, & ex ejus scriptis victoriam
Fisci esse in tuto.

Probatur minor, cùm etenim DD.tenentes par-
tem Adversarii, probare intendant, ut non tran-
sferatur possessio, nisi expressè dicatur, volentes
13 exemplificare, quomodo plenè constare possit de
Principis voluntate, dicat id accidere, si in pri-
vilegio adsit clausula, quam stylus pro magis effi-
caci geminatis, & repetitis verbis induxit, scilicet,
Quam investituram vim, robur, & efficaciam ve-
ræ, & realis, & corporalis possessionis, & effe-
ctualis exequutionis ipsius in judicio, & extrà vo-
lumus, & decernimus obtinere, quæ clausula cum
appositissimè legatur in præsenti privilegio conces-
so per Regem nostrum Marchiooi Padolæ præsen-
ti in Curia, sequitur, ut possessio omninò tran-
slata fuerit, ex text. in l.raptores 41. C. de Episc.
& Cler. ibi, Ecclesia verò omnem proprietatem,
& plenam possessionem earundem rerum nostro ha-
beat beneficio, ubi Bart. num.2. dicit, illum text.
alibi non reperiri, idem Lucas de Penne io l.præ-
dia, in 3.ratione pro secundo donataria, C.de locat.
prædiorum civil.lib.11.& post Baldum, Aret.Alex.
& alios, probat velut in dubiom sine contradicto-
re Dominus meus Capyc. in cap. Imperialem §. si
quis infeudatus col.8. vers. limita quarta, cart.mi-
hi 52. Dominus Præs.Amatus dict.cons.99.num.15.
ubi concordantes affert.

Et Capyc. verba sequitur transcribendo ex more
Liparul.ad Isern. in d.cap.1.col.3.in fin. sub num.3.
in addit.incip.Nisi expressè, lit.Q.quid sit investi-
tura, ubi addit Loffred. in pluribus locis, & cum
Afflicto, Capycio, & Liparulo concordat Dominus
meus Regens de Curte in dict.cap.11.par.1.de feud.
num.20. ubi pariter dicit, tunc de Principis vo-
luntate clarissimè constare, quando in investitura
essent hæc verba, quam investituram, vim, robur,
&c. quod Afflict.d.dec.299. num.25. benè probat,
ut sicuti potest hoc lex, ità & Rex, dummodò
tamen investitus sit præsens in Curia, idest, ut se
declarat, non sit absens à loco, vel Civitate, ubi
conceditur à Rege privilegium, vel investitura,
ut latè Afflict.se glossat num.25.cum sequent.& post
num.28. sicuti io præsenti casu, concessionem offi-
cii fuisse factam Marchioni præsenti in Curia, satis
notum est, idque faciliùs admittitur officio vacan-
te, cum oon tractetur de alterius possessionis præ-
judicio, per ea quæ tradit Molina de primogen.lib.3.
cap.12.num.7.

14 Sicuti enim potest id lege statui, & induci, ut
etiam possessio ipso jore transferatur, ut post Ti-
raquell. in tract. mortis, in præfation. declar.6. &
Covar.lib.3.resolut.cap.5.num.6.vers.citeriori, &
erat antiqua lex Tauri 45. quæ hodie situata est in
l.8.tit.7 lib.5.recopil.ubi Matienz.glos.5. ex num.3.
& in l.7. tit.4. part.5. de quibus Molin. d. c.12. sic
etiam de Rege ex equiparatione legis docuit Bald.
in cap.caterum, col.5. de judiciis, cum aliis per
Card.

Digitized by Google

Cardin.Tusc.tom.6. concl.424. num.12.

14 Et quamvis ex hujusmodi translatione possessionis non competat investito remedium recuperandæ, sed tantùm adipiscendæ, ut innuit *Afflict. dict.dec.299. num.30.*

15 Attamen eundem ferè parit effectum, ex quo istud interdictum adipiscendæ sapit hoc casu naturam recuperandæ possessionis, ut ex *Bald.* in *cap. item cum quis de rest spol.* advertit idem *Affl. d.decis. num.20.* & habet idem privilegium, ut exceptio dominii adversus hoc interdictum objici nequeat, *Afflict. d.decis. num.30.*

Nec mirum, quia alibi in jure datur duplex pos-
16 sessio, una tituli, altera facti in puncto in materia officii, adeò ut provisus de officio Thesaurariæ potest possidere titulum ipsius officii, & alter fructus reservatos diversis respectibus, nec ideò minus qui titulum habet dicitur verus possessor, ut ex *Bart.* & *Ripa* probat *Cæs. de Graff. decis.5. de causa posses. & propriet.*

Præterea & secundò, in præsenti casu omnis possessio translata censetur, quia non adsunt in privilegio sola verba, quæ commemoravit *Afflict.* sed longè ampliora sæpiùs geminata, & cum majori ef-
17 ficacia, quo casu omnis, & integra possessio transfertur, teste *Bald.* in *c.1. in prim. quid sit invest.* ubi quod quando Papa donat Castrum cum plenitudine juris, non est necessaria alia apprehensio facti, sic in simili *Alex.cons.111. num.23. & 24.lib.6.* & sic omnis acquiritur possessio, quando ampla sunt verba, sicuti sunt ista, quæ novissimè stilus Cancellariæ ex sapientum doctrina, maximo consilio adinvenit, & perfecit.

18 Nec obstat clausula adjecta in dicto privilegio, *præstito tamen prius per te solito juramento de benè, & fideliter administrando*: hoc enim non impedit, quin dominium, & possessio statim transeant, verùm quoad exercitium facti, scilicet actuale procedat juramentum, ut docet in puncto mirabiliter *Gregor. Lopez partita 5. tit.4. l.7. vers. posses-*
19 *sion. in princip.* neque hæc clausula impedit translationem possessionis civilis, quæ sufficit ad perfectionem contractus, ità ut incipiat esse Officialis, juxtà terminos *l. pro officio C. de administr. tut.* ubi *DD.* quamvis apprehensio actualis possessionis sit in suspensu, *Moline de primogeniis, lib.2.cap.12. num.16.* tantò magis, quia præstatio juramenti cum sit actus respiciens usum, & exercitium facti,
20 non potest impedire jus intellectuale dominii, & civilis possessionis, alioquin enim vel corrigeret, vel inutilem saltim pro tempore dispositionem redderet, quod ferendum non est, maximè cum clausula prædicta juramenti præcedat, non subsequatur, & proindè fortior sit subsequens, quàm præcedens *Jos.* in puncto in *l. talis scriptura n.38. & 39. in 2. & 3.lim. ff. de legat.1. Cravett. cons.70. num.4.*

Hæc autem possessio, quamvis civilis sub ministerio, verbi Principis, sine actu naturali, vera est, & producit omnes effectus, *l.certè, §.1. ff. de precar.* latè *Tiroquell. de jure constit. ampl.1. num.2.*

Minus obstant verba legis Partitarum in *l.23. tit.13. par.5.* in illis verbis, *desde el dia, que comenzaron à usar del oficio*, quia illa verba benè explicat Gregorius, dicens, nihil aliud importare, nisi id, quod jure communi statutum est, dum glossat, idest ex eo tempore, quo cœperunt esse tutores, vel curatores, citat *Glos.* in *d. l. pro officio*, & *Salycet.* qui in specie stat pro nobis, ut suprà diximus.

His tamen minimè suffragantibus Regia Camemera in Collaterali Consilio, cum maxima tamen votorum contradictione, determinavit contrà Fiscum, declarando creditricem anteriorem Illustr. Ducem Laurenzanæ de domo Gaetana, verbis ut in subscripto Decreto, scilicet.

Die 29. Martii 1631. In causa Illustr. D. Dianæ de Capua Ducissæ Laurenzanæ filiæ, & hæredis quond. Aloysii de Capua cum Regio Fisco, super solutione duc.5000. cum interesse solutorum ex causa fidejussionis factæ per dictum quond. ejus patrem Regiæ Curiæ pro quondam Illustr. Marchione Padulæ olim Dohanerio Reg. Dohanæ Menepecudum Apuleæ, & aliis, ut in actis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Reg. Collaterali Consilio per Regiam Cameram Summariæ sub die 28. præsentis mensis Martii 1631. referente subscripto Magnif. U.J.D. Didaco de Salinas Reg. Consiliar. & Præsidente Reg. Cameræ, & causæ Commissario, fuit provisum, Illust. Ducissam Laurenzanæ esse creditricem anteriorem Regii Fisci, hoc suum, &c. Salinas. Cons. Bolinus. Dominic. Scognamigl.

Nec mirum videri debet, quia dubia sunt fata causarum, & litium exitus, quia homines etiam in rebus claris, & evidentissimis, interdum inter se dissentiunt, cum ex diversitate corporum, diversitas etiam proveniat animorum, *l.item si unus, §. principalibus, ff. de arbitr. cap. quia diversitatem, de concess. præb. & Ecclesiast. cap.3.* dicitur, *Mundum tradidit Deus disputationi eorum*, refert *Michael Zeppal. in comment. pragm. de administr. univers. in fin.* & hoc vitium est naturale, & natura ipsa prona est ad dissentiendum, indè dixit *Joann. Andr.* se fuisse in quodam articulo tremulum propter authoritatem contrarium sentientium, refert *Tiraquell. de jure primogen. quæst.34. num.24. Muñoz de ratiocin. cap.32.* & *Jo. Baptista Cavatius in opusc. cui titul. Oculus Reipublicæ, cap.5. n.26.* ubi ex *num.37. cum seq.* curiosè instituit exempla dissidentium Jureconsultorum; quinimmò etiam inter sanctos magnas opinionum varietates sepè subortas veterum exempla testari, ex *Divis Hieronym. Augustin. Nazianzen. Thom. de Aquin.* & aliis plenè discurrit *Card. Paleot. de sacr. Consistor. consult. p.2. q.1. lit.D.* adeò ut si filius à patre dissentiat, pietatem minimè lædere videatur, *l.3. §. si quis quasi, ff. de condict. ob caus. Grammat. decis.71. in fin. Garz. de expensis cap.16. in princ. Knich. de vestit. paction. par.1. cap.2. num.33.* idcircò cum non potuerim huic decisioni acquiescere, licebit mihi, quamvis observantissimo tantorum Tribunalium, & doctissimorum Senatorum in ipsis residentium, tremulo calamo, opinionem, quam pro Invictissimo nostro Rege, ejusque Fisco defenderam à motivis eorum, qui in votando contrariam sententiam amplexi fuerunt, pro defensione illorum, tametsi pauciorum, qui meæ pro Fisco opinioni adhæserunt, subscripta subjicere.

SUMMARIUM.

1 *Hypotheca an incipiat à die concessi tituli, vel potius à die accepti officii, sivè muneris.*

2 *Ad contrahendam hypothecam initium semper, & pri-*

Digitized by Google

primæva obligatio inspicitur, ad quod plures leges ponderantur, num.3. 4. & 6.

5 *Hypotheca ad Fisci beneficium oritur ex die, quo Officialis electus officium accepit, cum eo tempore ex mutuo consensu obligatio producatur.*

7 *Tutor non administrans est in culpa si contutorem non solvendo, vel malè administrantem videns, eum satisdare, vel removeri non insisteris.*

8 *Tutor non gerens, si non sit in culpa, adhuc; tamen in subsidium tenetur.*

9 *Tutor plura adimplere debet, antequam administret, nisi sit testamentarius.*

10 *Ortus hypothecæ in tutore inducitur à die delata, non autem inchoatæ, & gestæ tutelæ, quo tempore tutor contrahit cum pupillo, vel cum Judice*, num.11.

12 Decisio Reg. Revert. 4. vol. *offertur, & ponderatur.*

13 *Fiscus est potior ex eo tempore concessi officii, qui contrahens erit efficaciter obligatus, adeò ut amplius à contractu recedere non possit, etiam si expressa obligatio non sequatur, initium enim actus attenditur, non exequutio*, num.14.

15 Decisio Capyc.129. *contrà Fiscum allata ponderatur, in qua præsens articulus vel ob facti diversitatem non fuit decisus, vel si decisus, potius Fisco favet*, num.16.

16 Capyc. *apertè sentit, hypothecam pupilli retrotrahi ad tempus initii gestionis, non autem malæ administrationis, immò sufficere, eam esse delatam*, num.17.

18 *Tutor quàmvis antequàm administret plura adimplere debeat, quibus non impletis tutor legitimus non sit, tamen ejus bona tanquam protutoris sunt obligata.*

19 *In tacita hypotheca veniunt etiam bona protutoris.*

20 *Administrandi potentia sufficit, ut tutor obligetur, licèt non administret.*

21 Decisio S.C. Capyc. *addacta, & subtilissimè ponderata, Fisci sententiam apertissimè confirmat.*

22 *Hypotheca in contractibus conditionalibus ad ex ordium contractus retrotrahitur, ac si purè fuisset celebratus, &* num.25. *quàmvis ante conditionis eventum nulla oriatur obligatio*, num.23.

24 *Creditor ex contractu conditionali, existente conditione præfertur ei, qui ante conditionis eventum contraxit.*

26 *Regula* text. *in* l.bonorum, ff.*rem rat. haber. quo habetur, retrotractionem in eorum præjudicium non fieri, quibus mutato rei statu, interim jus est quæsitum, non procedit in contractu conditionali, in qua, quamvis antè conditionis eventum nulla oriatur obligatio, attamen perfectus est contractus, ut ab eo recedi nequeat.*

27 *Debitor, & creditor pendente conditione rectè dicuntur.*

28 *Retrotractio in omnibus actibus, sivè contractibus eandem rationem habentibus extenditur, cum contractionis dies, non autem dies, sed conditionis eventus consideretur*, num.29.

30 *Conditio casualis obligationis effectum prorogat orta jam obligatione, potestativa verò actum suspendit quousque perficiatur.*

31 *Potestativa conditio eam tantùm obligationem suspendit, quæ à debitoris voluntate ità pendet, ut non implendo, vel si pœniteat, contractum nullum reddere possit*, & num.32.

33 *Actus necessarius dicitur, non voluntarius, si ad illum faciendum cogi quis potuisset.*

ARGUMENTUM.

Hypotheca incipiat nè a die cœptæ, an à die malæ administrationis, sive à die concessi tituli, vel delati, an à die accepti officii. Hypotheca contrahitur ab initio obligationis, ejusque exordium semper inspicitur. Plura de tutore non gerente, qui pro contutore non solvendo, vel malè administrante, & in subsidium tenetur. Quæ adimplere debeat antequam administret, ejusque obligatio an à die delatæ tutelæ, sivè acceptæ, an a die gestæ, oriatur. Quid in Fisci hypotheca in bonis Officialis. Plurima de contractibus conditionalibus, in quibus fit retrotractio, ac si contractus purè fuisset celebratus, & ab eo recedi non potest ex communi *DD.* sententia. Idemque in omnibus eandem rationem habentibus. Et nonnulla de potestativa, & casuali conditione, subtilissimè disseruntur.

RESPONS. VIII.

UNus ex Dominis votando, proposita difficultate articuli, ipsiusque dubietate, ex
eo quod licèt ex professo tractaverint *DD.*
utrum hypotheca incipiat à die cœptæ,
vel potius à die malæ administrationis, attamen
sub involucro, & subobscurè egerunt. Utrum
1 incipiat à die concessi tituli, sivè factæ provisionis, & acceptati officii, vel muneris, hoc vel
omittentes, aut perfunctoriè decidentes, dum
de primo egerunt articulo.

Dixit, in hoc adesse quatuor, vel quinque jura principalia, in *l.pro officio, C. de admin. tutorum*, in *l.cum oportet, §.fin.* incipiente, *sed cum tacitas, C. de bon. quæ liber.* & in *l.1.* & *l.potior 11.ff. qui potior in pignor.* & in *l.qui Balneum 9. ff.eod.*

Et discurrendo, & ponderando decisiones di-
2 ctarum legum optimè probavit, semper attendi
3 initium, & primævam obligationem, nam in *l.1.*
ff. qui pot. dicitur, *non utique solutionem observanda sunt tempora, sed dies contractæ obligationis*, ubi *Glos.in ver.contractæ*, subdit, *ab initio*, & citat in puncto *d.l.cum oportet, §.fin. C.de bon. quæ lib.* quæ nuncupatim loquitur de hypotheca introducta à lege ad beneficium pupilli, sentiens expressè, quod in ista, sicut in illa oritur ab initio, & sic diluculò, illicò.

4 Idem in *l.potior*, dum in decisione illa redditur
ratio, *cum enim semel conditio extitit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset, quod & melius est.*

Vndè si in *l.1.* non attenditur tempus adimplementi, sivè sequutæ solutionis dotis, & in *dicta l.potior*, neque attenditur existentia conditionis posteà purificatæ, sed initium obligationis, ad quod retrotrahitur, ut hypotheca ex eo tempore, non implementi supervenientis, vel exequutionis contractus, sed contractæ obligationis vi-
5 res sumat, sic etiam hypotheca ad beneficium Fisci orietur à die, quo Officialis fuit electus, seu provisus, & officium acceptavit, quo tempore ex mutuo consensu orta est personalis obligatio
de

Digitized by Google

de benè, & fidelitèr exercendo officium, nedum ex tacita, sed ex expressa obligatione. Vndè non est expectanda administratio, nec implementum conditionis, scilicet administrationis bonæ, vel malæ quoàd ortum hypothecæ, quinimmò sequuta administratione, ad initium obligationis est referenda hypotheca.

6 In *l. pro officio*, clarissimè Imperator decidit, ex tempore, quo cœpit esse tutor, ut ibi *Glos.* & ut ostenderet, non expectari administrationem quoad ortum hypothecæ, subjicit, *Idem & si non administraret*, ergo non est administratio necessaria.

Nec dicatur, ut quidam dicebant, quod non administrare, est malè administrare; Siquidem sufficit nobis dare instantiam adversùs argumentum. Dicunt enim sectatores adversæ partis, hypothecam non nasci nisi à tempore administrationis, eamque non retrotrahi ad tempus delatæ tutelæ. Nos autem dicimus, si hoc esset, nunquam oriretur hypotheca nisi sequeretur administratio, consequens est falsum, ergo & antecedens.

Et si replicetur. Quod non administrare est malè administrare, negatur assumptum, quia tantum abest, ut nedum non sint idem, sed dissimilia, & contraria, quod negari non potest, magis enim sunt opposita administrare, & non administrare, quàm bona, & mala administratio.

Præterea si in *d. l. pro officio*, oritur etiam si non sequatur administratio, quæro, quando oritur hæc hypotheca, quo tempore, quo die, quo momento? Certè oportet fateri, quod fuit orta ab initio delatæ tutelæ, & nunc viso exitu neglectæ administrationis, incipit hypotheca suas vires habere, & sic quo se vertant adversarii, convincuntur, si enim non administratio haberetur in jure pro mala administratione, saltim aliquod

7 tempus fuisset statutum. Et licèt tutor non administrans interdum sit in culpa, si videns, administrantem non esse solvendo, vel videret eum malè administrare, & non instaret eum debere stitdare, vel removeri, *l. tres tutores* 56. *§. fin. ff. de admin. tutor.* attamen etiam si nulla culpa possit imputari tutori non gerenti, cur non removeri fecerit gerentem ut suspectum, vel exegerit ab eo cautionem, rem pupilli salvam fore, adhuc

8 tutor non gerens convenitur, & tenetur in subsidium, ad notata in *l. 2. C. de divid. tutel.* quam dicit esse communem sententiam *Aretin.* latissimè distinguens casus præallegatos *consil. 29. in 3. conclus. num. 5.* & propriè *num. 8. versic. aliquando*, & est tertius casus, quod si tutor non administrans, etiam sine ulla culpa, tenetur, & nascitur hypotheca, ergo falsum est etiam ex communi sententia, quod non administrare saltim semper, sit malè administrare.

Et clarissimus est etiam *tex.* in *d. l. eum oportet, §. sed eum tacitæ*, ubi initium gerendæ, vel deferendæ, ubi *Glos.* dicit, *ex quo filius quæsivit*.

Nec dicatur, discrimen esse inter tutorem, & patrem legitimum administratorem, quia primus

9 debet adimplere plura, antequam administret, nisi sit testamentarius, de quibus in *l. tutor, qui repertorium, C. de admin. tut.* Tutores enim plura adimplere debent, antequam administrent, *Aug.* in *§. si verò tantum*, qui est *§. fin. Auth. Vt ii, qui oblig. se hab. perhib. res min.* ubi dicit, quod debet jurare tactis scripturis, aliàs decretum esset nullum, & plura per *Aret. consil. 29. in princ.* ut se obligare, jurare, inventarium conficere, & alia, antè quorum implementum non est tutor, & lex frustrà introduceret hypothecam, cum dependeat ex futuro eventu si sit futurus tutor, secus in patre, qui statim à lege efficitur legitimus filii administrator.

Dicimus enim, quod implementa tutoris respiciunt administrationem, & executionem tutelæ,

10 & proinde non impediunt ortum hypothecæ, quam provida, & potens lex statim induxit ab initio à tempore gerendæ, non gestæ, vel inchoatæ administrationis, ponderando gerundium, *d. §. sed eum tacitæ*, tantò magis cum tutelæ munus sit necessarium, quod subire quilibet tenetur pro publica utilitate, nisi causam habeat legitimæ excusationis.

Vel saltim orietur hypotheca ab eo tempore, quo tutor consentit, & acceptat delatam sibi tutelam, quo tempore quasi contrahit cum pupillo,

11 vel Judice pupilli nomine, quo casu absurdum, & iniquum esset, ut ex mora tutoris in non adimplendo ea, ad quæ ex juris dispositione necessariò cogi poterat, & se maximè consentiendo adstrinxerat, pupillo damnum inferretur, ut creditores medii temporis ipsi sequuto casu malæ administrationis præferrentur.

Et maximè hoc in casu præsenti dicendum est, ubi tempore, quo Officialis contraxit cum privato, nedum obtinuerat privilegium officii, sed solverat, duc. 16000. in computum pretii, & sic jam nedum gratiam, quam enixè petierat, & optaverat, obtinuerat, sed jam contractus simultaneo consensu, & pretii solutione erat perfectissimus, & irrevocabilis ex parte utriusque, scilicet Regis, & concessionarii: Rex enim tanquam privilegium concessum mediante pretio recepto revocare non poterat, nec concessionarius pœnitere re non integra.

Et sic casus deciditur per rationem traditam à *J.C.* in *d. l. qui balneum*, ibi *quoniam tamen jam tunc in ea causa Eros esse cœpisset, ut invito locatore jus pignoris in eo solvi non posset, potiorem ejus causam habendam*, & sic cum tempore contractæ hypothecæ cum privato, in ea causa esset Marchio, ut invito Rege obligatio officii empti solvi non potuisset, omninò Fiscus est præferendus.

Et sic subintrat optimè pro nobis decisio, sive

12 discursus *Reverter.* sine decisione *in fin. 4. vol. in fin. quæst. An præsumatur, Perceptorem solvisse de pecunia Fiscali suis creditoribus*, in *§. dico insuper* quæ perperàm, & sine juditio allegabatur per adversarium, & nonnulli ex votantibus, sic in ipsa fundaverunt.

Quamvis enim *Reverter.* dixerit, quod si attendimus tempus, quo fuit officium concessum, & obligavit se de benè administrando, tunc Fiscus erit potior, ex ratione tamen, quam mox subiicit apparet ea verba, *& se obligavit*, continere potius narrationem casus, & facti contingentia, quàm, quod ipse voluerit, illud requisitum esse præcisè necessarium.

13 Subdit enim, quod erit Fiscus potior à die concessi officii semper, & ubicunque non est in potestate contrahentia se non obligare, quia fuit efficaciter obligatus, nec potest à contractu recedere, citans jura prædicta in *l. 1. l. qui balneum, & l. potior ff. qui potior. in pign.* & addit hæc verba, *esse in dd. juribus expressum, quod quando non est*

 in

In potestate debitoris se non obligare, vel obligationem dissolvere, tunc semper attenditur tempus contractus, & non tempus numerationis, sive actualis exercitii & administrationis, ut paulò post optimè quoque declarat in illis verbis, *& in mera potestate illius erat non accipere pecuniam, tunc*
14 *attenditur tempus numerationis*. Unde etiam si
non sequatur expressa obligatio provisi, sivè concessionarii, quo casu indubitabile est, esse ortam hypothecam, sed ubicunque concessionarius est taliter obligatus, quod ipse non potest recedere, tunc attenditur initium concessionis, non actus posterior numerationis, sivè exequutionis. Si igitur in casu præsenti Marchio obtinuit officium, illud acceptavit, & in partem pretii solvit ducat. 56000. ex hoc indubitabile est, contractum venditionis officii fuisse perfectum, ità, & taliter, quod non solum Marchioni non licebat recedere, sed nec Regi contractum resolvere sine justa, & nova causa supervenienti, prout omnis prudens, & sapiens arbitrabitur, nec contrarium attentari, nec confingi potest, & sic opinio *Revert.* qui pluries posteà in discursu, ponderando dicta jura, fundat se in eo, quod non erat in potestate debitoris à promissis recedere, ut Fisci hypotheca fuerit orta ab initio, stat apertissimè pro nobis, & sic non est necessaria expressa obligatio, ut hypotheca inducatur, sed sufficit, eo esse deventum, quod provisus non possit officium invito Rege renunciare, & pretium non solvere.

Ex quibus patet, somnium esse vigilantium dicere, quod plura poterant accidere, ex quibus potuisset differri, vel auferri administratio officii Marchioni proviso, & denegari Exequatur.

Tum quia raro, aut nunquam evenit casus, nec fuit practicatum, ut provisus per Regem, non fuerit admissus, tum id contingere non potuisset, nisi maxima, & urgentissima causa supervenisset. Nec jura, & *DD.* attendunt, quod Rex ex causa vel de novo supervenienti, vel antiqua, quæ de novo in notitiam venit, potuisset administrationem, & exequutionem privilegii impedire, sed illud tantùm, si provisus potuisset officium acceptatum repudiare, & ab obligatione contracta recedere, & reliquum pretii non solvere, quod intelligi debet necessariò, contradicente Rege, qui officium concessit, quod certè est clarissimum, post acceptationem officii, & partem pretii solutam censeri impossibile.

Dixerunt etiam aliqui ex votantibus contrà Fiscum; æquiparationem tutoris, & officialis non esse quoad omnia in hac materia ortus hypothecæ.

Et opinionem contrà Fiscum tenere post antiquos expressè *Neguzant.* extollendo illius doctrinam, & in materia hypothecæ peritiam. Alii dixerunt, inter duas opiniones à die concessi officii, & à die malæ administrationis eligendam esse mediam inter illas, ut oriatur à die administrationis, more, licèt ipsi non dixerint, rusticorum.

Et quod illa clausula, *quam investit. vim robur*, parum, aut nihil operetur uti apponi solita de stylo Cancellariæ. Et officium hoc non esse omninò incorporale, vel saltim tale censeri quoad exercitium jurisdictionis, non autem quoad administrationem pecuniæ Fiscalis, quæ antiquitus penès Dohanam residebat, cujus respectu sunt contracta debita, de quorum potioritate hodiè agitur.

Unus etiam ex majoribus supremi ordinis Ma-
15 gistratibus dixit, contrà Fiscum fuisse decisum
per S. C. in *decis. Capyc.* 129. quam ipse citaveram.

In qua decisione est verum, fuisse decisum, debitum ex administratione etiam Thesaurarii generalis non censeri debitum primipilare, ut Fiscus potiatur privilegio Primipili, ut discurrit *Capy. à n.* 13. *vers. pro Domina Regina, ad finem*. junctis ultimis verbis, sed non fuit citata decisio *Capycii* ad hunc finem, quia iste articulus Primipili fuerat à me propositus ex abundanti, non pro causæ victoria, sed dixit, in dicta decisione fuisse decisum contrà Fiscum in articulo principali.

Legatur ergo, decisio *Capycii*, quia vel ibi non
16 fuit decisus ullo modo articulus contrà Fiscum ob
facti diversitatem, vel si facti diversitas non obstet, potius decisio est pro Fisco.

Legantur enim, verba *Capyc. in princ. decisionis*, dum proponit factum, narrat enim, quod Loysius Bonet administravit primò tutelam Sberti Bonet, & fratrum, eorundemque nepotum suorum ex fratre defuncto, & postmodum fuit Thesaurarius Reginæ, quod & clarissimè repetit *num.* 11. ibi, *hic præsupponitur, administrationem præcessisse*, ergo, *&c.* cum igitur præcessisset in eo casu administratio tutelæ nepotum, & subsequuta fuisset administratio Thesaurariæ, justissimè fuit decisum in favorem pupillorum, quia inter Fiscum, & pupillum pariter privilegiatos attenditur prioritas temporis, secundum regulam juris inter privatos, non attentia, sed confusis privilegiis, ut benè resolvit *Capyc. num.* 10. Cum enim in illo casu non præcessisset privilegium creationis Thesaurarii in personam dicti Loysii, quod per ipsum fuisset acceptatum; hoc enim factum ibi minimè narratur, unde non potest suppleri, sicuti nec præsumi sequitur, ut in casu *Capyc.* justissimè fuerit decisum, quod sit potior hypotheca pro administratione pupillari prius contracta, quam fuerit Loysius creatus Thesaurarius.

Rationes autem dubitandi in illa decisione plures fuerunt. Prima namque, utrum pupillis competeret hypotheca, quia Loysius fuerit verus tutor, *num.* 1. Secundo, utrum in tacita hypotheca venirent bona futura, *num.* 4. *vers. rursus pro Domina Regina*. Tertio, utrum privilegium Fisci extenderetur ad Reginam *num.* 6. Quarto, quæ inter has tacitas hypothecas esset potior, Fisci Reginalis, an verò tutelæ, *num.* 10. Et maximè si hæc hypotheca Fisci habebat privilegium Primipili, ut præferretur etiam doti anteriori, & si Thesaurarius generalis erat loco Primipili, ut *num.* 13. *&* 14. *antè fin. vers. Et quod hic sumus*. In quibus cum resolutum fuerit, Loysium aut verum tutorem, aut uti protutorem legitimè obligatum pupillis, *nu.* 3. hypothecam tacitam ex magis communi, & veriori comprehendere etiam futura, *num.* 4. *vers. pro actoribus*. Et in tertio, privilegia Regi competentia extendi ad Reginam conjugem, ex *num.* 6. *ad* 10. Et has duas hypothecas esse pariter privilegiatas, *num.* 10. Et tandem privilegium competens Fisco super bonis Primipili non extendi ad Thesaurarium generalem, ex *num.* 13. *&* 14 *usque ad finem*, meritò, & justissimè in illa decisione *Capyc.* fuit decisum contrà Reginam, eo tempore, quo in Sacro Consilio residebant viri doctrina, & experientia insignes, sicut in præsenti casu pessimè fuit contrà nostrum Regem Invictissimum, præsertim tempore

Digitized by Google

pore tam maximæ necessitatis, qua Curia premitur, judicatum, & insulsè quidem, & extrà propositum allegata decisio *Capyc.* qui nunquam tale somniavit dicere.

Nun enim in casu *Capyc.* occurrit disputare casum, qui in præsenti accidit, ubi postquam præcessit privilegium datum à Rege Officii Dohanerii acceptati à concessionario, & sic transfuso privilegio in contractum, sequuta est hypotheca contractus gesti cum privato, & deinde cœpta est administratio; hic enim non fuit casus *Capycii*, sed casus novus, & insolitus, qui tanquam rarò eveniens, fuit à paucis *DD.* tractatus, & consideratus, utpotè qui leges imitati ad ea discutienda inclinant, quæ frequentius accidunt, sed necesse est ex eorum dictis, & rationibus, quas effundunt in articulo frequentius ab ipsis disputato, utrum scilicet hypotheca oriatur à die cœptæ, vel malæ administrationis, colligere veritatem etiam istius novi, & peregrini articuli, quod cum difficile sit, nec liceat omnibus adire Corinthum, non mirum si pauci veritatem attingunt.

Sicuti rectà intuenti, & ponderanti contextum dictæ decisionis Doctissimi mei *Domini Capycii*, ex ejus dictis videri etiam poterit, ipsum in præsenti casu, & articulo novo pro nobis sentire, & stare.

Si quidem cum in casu decisionis utraque hypotheca orta fuerit, non à contractu, sed à quasi contractu ipsius scilicet gestionis, proindè *Capyc.* dum in uno ex motivis pro hypotheca Reginali contrà hypothecam pupillarem dicit, posse considerari, quod hypotheca pro pupillis non fuerit orta nisi à tempore malæ gestionis *num.5. vers. rursus facit in contrarium pro pupillis*, considerat, quòd immò retrotrahitur ad tempus initii gestionis, citans jura in *d.l.pro officio*, ubi *Alber. C.de administr. tutor.* & in *l. cum oportet §. fin. C. de bon. quæ liber.* Et licèt loquatur de initio gestionis, quia neutra pars in casu illius decisionis aliud prætendebat, nec prætendere poterat ex facti contingentia; attamen *Capyc.* ipse clarè sentit, sufficere tutelam
17 esse delatam, ut per eum *num.2.vers.pro actoribus facit*, dum ponderat; censeri datam tutelam, & tutorem creatum in testamentu nedum verbis claris & expressis, sed æquipollentibus, utpotè si detur filius sub dominio, seù potestate alicujus, ità ut interdum tutor gerere valeat etiam sine decreto
18 Judicis, & addit, quòd licet tutor plura adimplere debeat antequam administret, quòd notavit ipse *num.1.* attamen licet non adimpleverit, & non sit legitimus tutor, sufficit, ut tanquam pro-
19 tutoris bona sint tacitè obligata, quia in tacita hypotheca veniunt etiam bona protutoris, citans *Glos.* in *l.dabimus, ff.de privileg.credit.* & ut ostenderet, hoc procedere etiam in tutore, qui nullo modo administravit, subdit *Dominus Capyc.* hæc verba, *Non enim debet esse melioris conditionis tutor, qui nulliter administrat, quam ille qui administrare potest*, & sic apertissimè sentit *Capycius*,
20 sufficere potentiam administrandi, & exindè oriri hypothecam ab initio, quia si esset omnino necessarium, ut tutor deveniret ad actum gestionis, non sufficeret sola potentia, nec ullo modo oriretur unquam hypotheca contrà tutorem, qui non administravit, ad quod citat *Capycius Aretin.conf. 29.in princ.* ubi in *vers.non enim melioris est condi-*
21 *tionis*, hoc bene docet *Aretin.* Et quod decisio Sacri Consilii relata per *Dominum Capycium*, nostram, quam enixè tuemur, confirmet opinionem, ex eo patet, quia prima, & præcipua ratio, quæ fuit adducta in illa *decision. in princ.* pro parte Reginæ contrà hypothecam pupillarem, illa fuit, quod ille Loysius Bonet non adimpleverat solemnia, quia non erat confirmatus à Judice, & aderat defectus aliorum solemnium, cui rationi innixi fuerunt præcipuè votantes contra Fiscum in præsenti causa, & tamen hac ratione non obstante, ex eo, quod sufficeret potentia administrandi, fuit decisum in illa causa in favorem hypothecæ pupillaris, licèt tutor non adimplevisset solemnia. Ex quibus apparet, non minus oscitanter fuisse adductam decisionem *Domini mei Capyc.* quam *Reverterii* contrà Fiscum in hac causa.

Novissimè ad confirmationem jurium Fisci contrà hanc decisionem, pro qua allegabantur decisiones, ex quibus contraria opinio pro Fisco fundabatur, & in specie ad approbationem unius ex solidioribus fundamentis pro Fisco adductis; illius nempè, quòd tametsi ad hoc ut hypotheca pro Fisco esset efficax, necessariò sequi deberet administratio officii; attamen quod non sit attendendum tempus cœptæ administrationis, sed concessi officii, ea ratione, quod hypotheca retrotrahi debet ad initium conventionis.

Illud ergo adverti, quod communi calculo tra-
22 dunt *DD.* in contractibus conditionalibus. Si enim in illis hypotheca ex eventu conditionis expressè adjectæ retrotrahitur ad ipsum exordium conventionis, & perindè habetur, ac si ab initio fuisset contractus pure celebratus etiam in præjudicium aliarum hypothecarum, quæ medio tempo-
23 re fuerunt contractæ, ut mox probabo, tametsi ex ejusmodi conditionali contractu ante conditionis eventum nulla nascatur obligatio, *l.cedere diem in fin.ff.de verbor.obligation.§.ex conditionali, Instit.de verbor.obligation.* fortiùs igitur in conventione, in qua potius tacita censetur adjecta conditio, quam expressa, illa scilicet, *si administratio sequatur*, quæ & tacita est, & subintelligitur ex natura actus, sicuti etiam altera, quæ oritur ex dispositione *Pragmaticæ anni 1581. De privilegiis infra annum præsentandis, & exequutioni demandandis.* Et quantumvis expressa altera de juramento præstando, *de benè & fideliter officium exercendo*, de qua in *Authentica jusjurand. quod præst. ab iis, qui administ. accipiunt.* Et in *Autenth. Ut Judic. sine quoquo suffrag.* quæ cum tacitè insit de jure, expressa nihil amplius operari debet, *l.non rectè, C. de fidejuss.* cum vulgaribus.

In contractibus igitur conditionalibus commu-
24 nitèr conveniunt *DD.* eum, cui ex contractu conditionali hypotheca data fuit, existente conditione contra eum, qui pendente illa credidit, & eandem hypothecam accepit, tuendum, & huic præferendum esse, ratione, quam affert *Cajus* in *d.l. potior, ff.qui pot.in pign.* quam suprà retulimus.

Et hoc generaliter affirmant *DD.* conditionis sci-
25 licet eventum in contractibus retrotrahi ad ipsum contractus tempus, per *Text.* clarissimum in *l.necessario, §. quod si pendente, ff. de peric. & commod. rei vend.* dicentes, eodem sensu accipi, *conditionem retrotrahi*, quod si dicamus, *contractum pro eo haberi, ac si purè factus esset*, hoc ipsum tam latè, copiosè, & eruditè differit, & probat *Hartman. Pistorius* inter J.C. Germanos insignis per *totum cap.14.lib.3. quæstionum juris*, præsertim ex *n.15.*

Digitized by Google

ut citrà adulationis notam, nihil omninò addi
possit.

Ibi enim post *num. 16. vers. huic autem rationi*,
26 resolvit principale objectum, retrotrahi aliquid
non solere in præjudicium ejus, cui mutato rei sta-
tu interim jus quæsitum est, *l. bonorum, ff. rem ra-
tam haberi*, cum similibus.

Ut non procedat hujusmodi consideratio in cō-
tractu conditionali, in quo tametsi ante conditio-
nis eventum non sit nata obligatio, nihilominus ea
sunt jacta principalis obligationis fundamenta, &
contractus eatenus pro perfecto habetur, ut neu-
ter contrahentium solus pœnitere, neque à contra-
ctu alio invito recedere valeat, sed conditionis
eventum uterque expectare cogatur, juribus ab
27 *Afflict. citatis decision. 380. num. 3.* Et ob id, hoc
etiam respectu, ex conditionali contractu, pen-
dente adhuc conditione, creditor, & debitor re-
ctè dici potest, ad notata in *l. creditores, ff. de verb.
signification.* Undè infertur, jus, quod alius in-
terim quæsivit in prioris incommodum non rectè
considerari; neque impedimento esse posse; quo-
minus conditio retrotrahatur ad tempus contra-
ctus, ut scitissimè prosequitur explicando idem
Pistorius num. 17. & 18. & num. 20. vers. sed potius,
ubi *num. 19.* docet, hoc non oriri ex peculiari pi-
28 gnoris ratione, sed generaliter ad omnes actus, sive
contractus, eandem rationem habentes pertinere,
num. 19. & eandem rationem penè vigere in pigno-
re accedente contractui conditionali, quod in pi-
gnore in contractu in die, sive ex die celebrato,
29 in quo expeditum est, ipsum conventionis tem-
pus, non autem ejus, quo dies currit, spectandum
num. 14.

Et ne fortè objiciatur, prædicta procedere in
30 conditione casuali, non autem in potestativa,
siquidem prima obligationis tantum effectum pro-
rogat, obligationis substantia statim perfecta; al-
tera verò, quæ est meræ voluntatis, totam obli-
gationem suspendit, quousque perficiatur, ad *text.
in d. l. qui balneum*, cujus diversitatis ratio abundè
explicatur ex *Cujacio, Connano*, & aliis per *Hart-
man. dicto loco* ex *num. 22. & num. 23.* redditur ratio
rationis.

Hoc tamen ità temperatur, ut non procedat in
31 omni potestativa conditione, sed in illa dumtaxat,
quæ à potestate debitoris ità pendet; ut non im-
plendo pœnitere, & pro arbitrio, & ad libitum
efficere possit, nè ulla contracta videatur obligatio,
ut idem *Harthman.* latè probat *num. 25. vers. non
enim*. Exemplificans in terminis *l. Lucius, ff. qui
potior in pign.* ubi licèt in potestate debitoris fue-
rit solvendo sortem impedire cursum usurarum at-
que hac ratione ab illa obligatione se eximere, non
tamen posterior forte sua præfertetur priori quoad
usuras postea currentes; sufficit enim, debitorem
antè solutionem illam usurarum nomine esse obli-
gatum solvere, & adimplere vigore præcedentis
contractus, & ob hoc ipsum, quia obligatus erat,
solvisset, ut discurrit *Hartman. num. 24.* reddens
plures ingeniosissimas, & solidas rationes hujus di-
cti post *num. 25. vers. deinde neque, & in fin. dict.
num. vers. juxta quam*, quas non transcribo.

Et tandem resolvit, & residet in hoc, illam dum-
32 taxat censeri in hac materia potestativam condi-
tionem, in qua cessat æquitas, ut retrotrahatur
ad initium; quando in mera, & absoluta potesta-
te debitoris est, ut non implendo pœnitere, & ef-
ficere possit, ut nulla videatur contracta obligatio;
atque adeò priusquam perficiatur contractus, nul-
la sint jacta fundamenta obligationis, quæ ipso
obligationis tempore devinctum teneant promit-
tentem, ità ut mirum non sit, ut ad id, quod non
extitit quidem non trahatur retrò conditio deindè
existens.

Undè cum in casu præsenti conditio posteà exi-
stens, & adimpleta per subsequentem administra-
tionem, & exercitium officii, cum præsentatione
privilegii, ejusdemque exequutionis impetratio,
ex debito, & jussu Pragm. anni 1 . hoc strictè
præcipientis, & juramenti delatio, fuerint adim-
pleta per Marchionem pro exequutione tituli præ-
cedentis transfusi in contractum mediante pretii so-
lutione in notabili summa facta Regi, ad quæ om-
nia tenebatur vigore præambuli præcedentis obli-
gationis, ad quam exequendam, & perficiendam
cogi poterat, si renitens fuisset, vel saltim com-
modè, & cum honestate effugere promissionis ne-
xum, & implementum non valebat, jactis funda-
mentis ipsius mutuæ obligationis, sequitur evi-
dentissimè, ut non versemur in terminis meræ, &
simplicis potestativæ conditionis implementi, quæ
consistat in mera, & libera voluntate, & arbitrio
debitoris, sed in terminis conditionis necessariæ,
nisi pretium solutum jam Curiæ amittere voluisset,
quo nec ipsum Marchionem ab exercitio officii li-
33 berasset, si Rex urgere eum voluisset implere mu-
tuam promissionem ex contractu perfecto. Actus
enim & si spontè fiat, necessarius tamen dicitur,
non voluntarius, si ad illum perficiendum cogi
quis potuerit.

Ad quorum confirmationem, ut omnis remo-
veatur nebula, legatur *Additio* alterius *Hartman.
junioris ad dictum cap. 14. lit. H. & I.* ubi clarissimè
prædicta omnia roborantur, ut nullus superesse
videatur scrupulus, quin opinio pro Fisco verissi-
ma sit, & contraria decisio aspera, quæ confirma-
tur optimè ex sequenti *decisione* Doctissimi *Re-
gentis Reverterii*, quæ cum non sit impressa, li-
buit eam adnectere.

DECISIO.

Domini Regentis Reverterii, cujus authoritate nonnihil confirmari videtur opinio pro Fisco.

Dico insuper, quod si nos attendamus tempus, quo dictus Anellus incœpit administrationem, erit Fiscus anterior multis creditoribus, qui posteà cum Anello contraxerunt, ut est text. in l. cum oportet § fin. C. de bon. quæ lib. & in l. pro officio, juncta glos. ibi, C. de administrator. Si verò attendimus tempus, quo habuit officium ab Illustr. Domino Prorege, & se obligavit in Camera de benè administrando officium, & de reddendo computum liquidum, & clarum & obligavit omnia bona sua, &c. tunc Fiscus erit prior illis, qui postea contraxerunt, etiam antequam dictus Anellus cœpisset actualem possessionem, vel quasi officii, seù ejus actualem administrationem, per text. in l. 1. in l. qui balneum, & in l. potior, ff. qui pot. in pign. hab. ubi sunt jura expressa, quod quando non est in potestate contrahentis se non obligare, tunc semper attenditur tempus contractus, & non tempus numerationis; secus verò quando est

in

Digitized by Google

in potestate contrahentis se non obligare, utputà quando se obligat sub spe futuræ numerationis; quia tunc videtur nullam à principio oriri obligationem, antequam pecunia numeretur, & in mera potestate illius erat non accipere pecuniam; ideò tunc non attenditur tempus contractus, sed tempus numerationis, ut in dictis juribus, in casu nostro videtur ab initio cum Fisco contractum, quia à Rege est sibi datum officium, & ipse, ut jurit, & moris est, se obligavit Regiæ Curiæ de benè, & fideliter administrando, & computum liquidum, & clarum reddendo, hic fuit incontinenti obligatus Fiscus, & non erat in sua potestate non obligari; ideoque attenditur quoad hypothecam expressè tempus contractæ obligationis, & contractus, & non tempus bonæ, vel malæ administrationis, per tex. in d.l. qui balneum, ubi agitur de eo, qui conduxit balneum per annum, & obligavit pro mercede Erotem, quem postea alienavit, si non solvitur merces, remansit hypotheca quoad Erotem, licet à principio nihil pro pensione deberetur, tamen quia non erat in potestate conductoris non obligari, ideò attenditur tempus contractus, & licèt fuisset in potestate debitoris solvere mercedem tempore debito, & non habere recursum ad Erotem hypothecatum, hoc non attenditur, sufficit quod ab initio sit initus contractus, & orta obligatio personalis, & ita in terminis ponit Fulgos. in l. potior, ff. qui pot. in pign. hab. ubi refert casum, in quo consuluit Dyn. in eo, qui fecit pacem, & promisit eam non rumpere, & obligavit omnia bona sua, & postea unam rem vendidit, qua vendita rumpit pacem, vult agere ille, qui contraxit actione hypothecaria contrà emptorem, ille dicit, quod non est res hypothecata, nisi à tempore pacis ruptæ, quo tempore res illa reperitur alienata, cum in sua potestate fuerat pacem non rumpere, in contrarium decidit Dyn. quem sequitur Fulgos. ibi, quia sufficit, quod non fuerit in potestate debitoris non contrahere principalem obligationem, quia cum obligatio fuisset per prius contracta de non rumpendo pacem, ideò idem est dicendum in accessorio, ut est text. in l. Lucius, ubi omninò vide Fulgos. eod. tit. ff. qui pot. in pign. hab. ubi casus noster deciditur, si tenemus opinionem, quam supra tenuimus in præcedenti decisione; eo casu quo est probatum, vel ex legis dispositione præsumitur esse solutum per Auellum suis creditoribus de pecunia Regia, tribus concurrentibus. Primò, quia Thesaurarius non habebat de proprio. Secundò, quia pecuniam convertit ad proprium commodum, dimittendo suos creditores. Tertiò, quia criminis conscientia aufugit, tunc Fiscus erit potior, etiam quod illi creditores Auelli fuissent priores tempore, per allegata suprà in præcedenti decisione.

SUMMARIUM.

1 *Domicilium non facit sola domus comparatio.*
2 *Possessio domus sola non sufficit in muneribus civibus injungendis.*
3 *Domicilium quando contrahatur*, & num. 4.
5 *Civis dicitur quousque in patria uxoris habitaverit, & munera subierit*, & num. 6. & 7.
8 *Absens à domicilio, ubi tamen reliquit familiam, an habeatur ac si præsens esset.*
9 *Civis etiam originarius tenetur onera civium subire, ut eorundem privilegiis gaudeat*, & n. 11.
10 *Municeps ut quis dicatur, quæ requirantur.*
12 *Civis allectus ad hoc ut gaudeat privilegiis civium, debet subire onera tam realia, quàm personalia, & mixta, amplia etiam in cive originario*, num. 13.
14 *Civis debet sufferre onera in actu, nec sufficit in potentia, ut gaudeat privilegiis civium.*
15 *Civis ex privilegio allectus in dubio ita demum dicitur civis si substinet onera prout alii cives*, & num. 17. & 18.
16 Pragm. 1. de immunit. Neapolitanorum *declaratur*, & num. 21. 22. 24. & 26.
19 *Civis non substinens onera, non gaudet, & id potest à quocunque opponi.*
20 Deciani respons. 44. lib. 4. *confutatur*, & num. 29.
23 *Statutum si requirat plures qualitates, debent omnes simul, & copulativè concurrere.*
25 *Copulæ natura est, ut requiratur concursus copulatorum, præsertim in statutis.*
27 *Laris constitutio quid importet.*
28 *Nascens dicitur patriæ hypothecatus.*
30 *Civis onera non substinens non gaudet, nisi per patrem, fratres, vel alios subeat illa onera in loco, in quo abest, quod declaratur* num. 31. 32. & 34.
33 *Civis originarius differt à cive allecto.*
35 *Habitatio omninò requiritur, ut civis gaudeat privilegio civilitatis Neapolitanorum.*
36 *Habitare Neap. quis dicatur quoad effectum immunitatis gabellarum*, & num. 37. & 38.
39 *Forma privilegiorum Regiæ Cameræ civilitatis Neap. refertur.*
40 *Absens non debet gaudere honoribus aliorum civium præsentium.*
41 *Dictio*, donec, & *dictio*, cum, *copulant accessoriè.*
43 *Civis non gaudet uti civis ex sola uxore in Monasterio, sine domo aperta*, & num. 46.
44 *Uxor licèt sit de familia, non representat totam familiam.*
45 *Familiæ appellatione qui continentur*, & num. 48.
47 *Civilitatis jus non acquiritur à statuto concessum, quo fuit contemplata habitatio, & majoris partis familiæ, si habitasset cum uno, vel duobus servis.*

ARGUMENTUM.

Civis Neapol. ex privilegio *Regiæ Pragmaticæ* qui uxorem duxit Neap. & domum comparavit, si deindè per triennium absens fuit, nullis relictis liberis in Civitate, nec familia, sed uxore in Monasterio, an valeat interim adhuc absens Immunitatibus Neap. in Dohana, & alibi frui. Plura ad intellectum *Pragm. 1. de immunitat. Neapolit.* ubi declarationes, & decisiones antiquæ recensentur, & quando civis originarius, vel allectus gaudeat privilegiis civium, si onera non subeat, & quando sufficiat per alios illa subire.

RESPONS. IX.

Civis origine propria, & paterna Hispanus, effectus civis Neapolitanus ex privilegio vigore Reg. Pragmaticæ Ferdinandi Primi, quæ est *prima*, sub *tit. de immunitatibus Neapolitanorum*, ut quia uxorem duxit nobilissimam Neap. & domum comparavit; cum Hispaniam reversus esset, ubi ferè per triennium moram traxit; prætendit adhuc absens, licèt in Civitate non habitet, nec munera subeat, nec per se, nec per alium, dum nullis relictis liberis, quibus ca-

ret,

Digitized by Google

ret, nec familia; sed sola uxore in Monasterio
Neapol.reclusa, atque dum in proprio, & majo-
rum originis domicilio commoratur, immunita-
tibus Neapolitanorum in Dohana, & alibi fsui.

Hoc autem esse ei omninò denegandum, pro
Fisco Regis nostri ex dispositione juris communis,
municipalis Regni, & præscriptæ consuetudinis
sic judicandi apertissimè fundabitur.

Et primò quidem jure communi, licèt sola do-
1 mus possessio, quæ in aliena Civitate comparatur,
domicilium non faciat, *l.libertus* 17. §. *sola domus*,
2 sicuti nec sola ratio possessionis civilibus muneri-
bus personalibus injungendis citrà privilegium
idonea est, §.*sola ratio ead. l. ff. ad munic.* Tamen
etsi etiam jure communi inspecto, si ultrà domus
emptionem quis extrà domum originis ad habitan-
3 dum accedat, ibique uxorem ducat, dicitur do-
micilium contrahere, ut ex *Bart.*in *l.assumptio* 6.
§. *filius in fin.* & *d. l. libertus* §. *patris*, tradit
Grammat. in puncto *decis.*103.*num.*11. quem ci-
tat *Dominus Regens Rovitus dict. Pragm. num.* 5.
quod fortè melius depromi potest ex *l. si in patria
uxoris tuæ* 5. ubi *glos. Platea*, & alii, *C.de incolis*,
*lib.*10.cum aliis satis ad propositum congestis à *Ca-
gnolo* in *l. cum quædam puella*, *num.*4.*ff. de jurisd.
omn. jud.* quibus fulciri arbitratur consimilem
l. Castellæ, *& Ordinamenti Portugalliæ*, *Barbo-
sa* in *l.hæres absens* §. *proinde*, *de foro rat. orig.
num.*73.*&* 74. *de judic.*

Nihilominus hoc non ità indistinctè erit acci-
piendum, sed dummodò appareat, maritum id
fecisse animo perpetuò permanendi in patria uxo-
4 ris, & quòd de hoc plenè constet, ut post *Bald.*
in *l. fin. C. si à non competent. jud.* tradunt *Jas.Dec.
Aquens.* & alii, quos ad hoc expendit *Cagnol.* in
dict.l.cùm quædam, *num.*4. *vers.tertius casus*, quia
animus constituendi domicilium debet esse firmus
permanendi in eo loco, nisi nova causa superve-
niat, ut ex *Bald.Salyc.* & aliis probat *Barbos.* in
d.l.hæres absens §. *fin.*

Et quod magis est, habebitur is pro civè, vel
5 erit civis, donec in patria uxoris habitaverit, &
munera subierit, & non aliter, ut apertis verbis
docuit *Odoffr.* in *d. l. si in patria*, cujus verba ad
literam signavit *Gregor.Lopez partit.*4.*tit.*24.*lib.*2.
ubi cum descripserit Compilator *las diez maneras
de la naturaleza*, *en la quinta por casamiento*, ad-
dit *Gregor.* non esse sic simpliciter admittendum,
sed cum grano salis *Odoffr.* ut scilicet maritus ul-
trà matrimonium, domicilium acquirat, moram
trahat animo perpetuò habitandi, ibique munera
subeat.

Quod & generaliter verum est, ut quilibet civis
6 domicilium, vel civilitatem quocunque modo quæ-
sitam ex pluribus modis traditis in *l. cives quidem*,
ubi *Glos.*& *Doctores*, *C.de incolis*, ipsam vel verè
amittat, vel saltim quoad juris effectus, ut non
gaudeat privilegiis, & prærogativis civilitatis, si
ità absens sit, ut munera non subeat in Civitate,
ubi civilitatem quæsivit.

Quinimmò idem, quod est fortius, servabitur
7 nedum in civilitate quæsita facto hominis, sed in
ipsa civilitate procedente ex facto naturæ, qualis
est civitas originis, quam immutabilem dicunt, *l.
originem*, *C.de munic.& origin.lib.*10. cum simi-
libus.

Quamvis enim absens à domicilio, qui tamen in
8 loco domicilii reliquit familiam, juris interpreta-
tione perindè habeatur, ac si in eo præsens esset,
*gl.*in *l.* 1. *vers.domum*, *verb.maneat*, *ff. de liber.
agnosc.* ibi, *manere dicitur*, *licet non sit modò præ-
sens*, *aliàs ipsi*, *non domi denunciare diceretur*, ubi
*Bart. num.*7. *in fin.* infert ad statutum Civitatis,
quo cautum est, ut omnes habitantes in Civitate
à die dicti statuti confecti, habeantur pro civilibus,
contingit, quod illa die quidam erat extrà territo-
rium Civitatis, tamen domum, & familiam suam
retinebat in Civitate, certè illa die ibi habitare vi-
debatur, & sic *Glos.*& *Bart.* hoc ità demum admit-
tere videntur, si absentia sit brevis, & momen-
tanea, ut colligitur ex eorum verbis, ibi, *non sit
modò præsens*, & ibi, *contingit quod illa die*, &
quòd relinquatur domus, scilicet aperta cum fa-
milia, prout hoc intelligere videtur etiam subtilis
*Aretin.*in *l.fin.* post *num.*1.*C.de judic.* quem refert
Barbosa in *d.l.hæres absens* §. *fin.num.*49. *ff. de ju-
dic.*

Non tamen habitare dicitur civis etiam origina-
9 rius ad hoc ut gaudeat privilegiis civium, nisi ul-
trà domum, & familiam etiam onera omnia subeat
in Civitate etiam originis, ut latè firmat *Bartol.*
in 2. *quæst. septimæ part. principalis*, *in tractatu
repræsaliarum*.

Et *Bald.*in *l.si non speciali* 9. *num.*6. *C. de testa-
ment.* docuit, cives muneribus, & honoribus co-
gnosci, & ob id infert, eos, qui non participant
in publicis muneribus, & honoribus, non esse
propriè cives, quia non tractantur ut cives in eo,
quod supremum, & maximum est civilitatis argu-
10 mentum. Nedum enim ad hoc ut quis dicatur
municeps, necesse est, ut sit munerum particeps,
sed de essentia civis est, ut substineat onera Civita-
tis, ut in allecto & effecto cive per privilegium, ut
amodò ex necessaria consequentia teneatur ad datia,
seù collectas, & gabellas propter onus annexum in-
separabiliter, dicit idem *Bald.*in *l.quod favore*, *n.* 10.
vers.sed tu potes, *C.de legibus*, quod ex *l.*1. *ff. ad
municip.* & ex *Bolognina* in *auth. habita*, *C. ne fi-
lius pro patre*, pro indubitato tradit *Barbos.* in *d.
l.hæres absens*, §. *proinde*, *in artic.de foro rat.orig.
num.*54.juncto *n.*55. limitans ex *Roman.consil.*92.
*num.*5. nisi cives alliciantur limitatè quo ad privi-
legia h..ùm, quam opinionem ut veram, & com-
muniter receptam defendit à morsibus *Alexand.
Socin.* subiiciens pulchras rationes in *rubric.ff. so-
luto matrimonio* ex *num.*27.sequitur *Bulgar.*ibidem
11 *num.*29. ubi resolvit, quod civis etiam origina-
rius, qui non sufferet onera ex eo, quòd alibi ha-
bitet, dicatur civis quoad hoc, ut Civitas illum
distringere ubique possit, sed pro forensi, quoad
hoc ut minimè gaudeat privilegiis civium.

Et ad hoc ut civis, præsertim allectus gaudeat
12 privilegiis civibus concessis, nedum debet suffer-
re munera realia, sed etiam personalia, & mixta,
adeò ut si haberet bona in loco, ubi prætendit frui
civilitate, allibrata in æstimo, & solveret colle-
ctas, non tamen idcircò privilegiis civium potiri
deberet, ex quo non substineret personalia, nec
mixta, quæ imponuntur personæ pro rebus, ità
*Castrens. consf.*89. *Posset quis dicere*, post *num.* 2.
vers.sed ad hoc respondetur, *usque ad finem lib.* 2.
Rayn. latè *consf.*200.ex *num.*12. *lib.*2. ubi constan-
13 tissimè firmat etiam in originario, non gaudere
privilegiis, nisi onera tam realia, & patrimonialia,
quàm personalia actu substineat, resolvens plura
contraria, quæ proposuerat ex *num.*1.ad 7.& *n.*10.

anu-

enumerat plura onera etiam realia, quæ nisi præ-
sens quis in Civitate substinere non potest, & la-
tè idem *Ruyn. conf.* 112. ex *num.* 10. *cum seqq. in*
14 *quinta*. Et quòd non sufficiat substinere habitu,
& in potentia, sed actu substinenda sunt onera,
probat *Anchsran. Regiens. lib.*1. *quæst. famil. q.*9.
*num.*21.& 22. sed melius omnibus *Bossius de Prin-
cipe*, post *num.* 361.*vers.& an teneatur talis civis*,
ubi concludit, teneri omninò ad onera, & vecti-
galia Civitatis ex natura rei, & tam realia, quàm
personalia, & mixta, & post *num.* 362. in *vers.
& an qui onera non substinet*, concludit etiam in
eo, qui verè & propriè efficitur civis ex statuto,
sivè ex dispositione juris, quo in his, quæ sunt
juris, ut est civilitas, seù allectio in civem, verè
disponitur, sivè ex verbis statuti, quo vera civi-
litas designetur, si tamen statutum injungat, ut
quis sibi domum emat, ut est casus noster, ubi
plura etiam ultrà hoc injunguntur. Ex hoc inquit
Bossius, absolutè statuentes voluisse, ut iste one-
ra omnia subeat, & propterea nedum in municipe
cum *Alexand.* sed etiam in cive verè effecto con-
cludit cum *Soccino*, nullo modo frui posse, nisi
actu substineat omnia onera, *Cephal. cons.* 246.
*num.*21. & 22. *in secundo*.

15 Et quod civis ex privilegio creatus, sivè allectus
in dubio, alio non apparente ità demum censeatur
effectus civis, si habitet, & substineat onera cum
aliis civibus, & sic quò eatenus fruatur privile-
giis civium, quatenus onera substineat, non ali-
ter, optimè *Castr.cons.*424.*ad primum quæsitum*,
*num.*2.*lib.*2. *Barbat.consil.*13. *column.penult.lib.*2.
quos sequitur *Menoch. cons.*737. *num.* 2. & 3. *in
octavo*, qui licet in casu suo concludat, privile-
gium allectionis factæ per Ravennates de quadam
Dominica Morosina alibi nupta effectum habere,
licèt non habitaverit, nec onera substinuerit, tum
ne aliàs inanis, & inutilis fuisset allectio, cùm
mulier nupta Venetiis non poterat se abstrahere ab
obsequi s viri; tum etiam, quia statutum allicie-
bat cives ex privilegio, seù longa habitatione, &
sic exponendo dictionem, *seù*, ampliativè, quod
ex multis probat in eo casu ità dictionem inter-
pretandam, expressè concludit, statutum illud
concedere civilitatem etiam non habitatoribus, &
sic non mirum, si *Menoch.* in suo casu concludat,
non requiri habitationem, nec onera sufferri, si-
cut dicit *Bossius* in *dict.num.*361. *in fine*, *vers. est
tamen advertendum*, *nusquam habitationem requi-
ri*, *cum Princeps concedit civilitatem ei*, *qui cer-
tò scit*, *non fore habitaturum*.

Undè planè in casu nostræ *Pragmaticæ*, in quo
16 nedum necessitas habitationis insurgit ex requisi-
to emptionis domus, sed expressè in proœmio,
& in parte dispositiva statuti expressè iterum, &
geminatè per dictiones conjunctivas repetitur, ut
infrà dicetur, *Menoch.* contrarium respondisset,
prout pro nobis apertissimè respondere videtur,
ubi verba statuti contrarium dictant.

Et tandem pro hac vera, communi, & indu-
17 bitata sententia duo extant responsa Principum
inter modernos pro Comitibus Nuularia contra
Civitatem Regii, scilicet *Roland.* à *Valle conf.* 79.
ex *num.* 29. *cum sequent. in tertia*, & doctissimi
*Surdi cons.*313.ex *num* 54. *vers. confirmat Decia-
nus*, & *num.*59.*ad* 66.*in tertia*, ubi tam enixè, &
luculenter *Roland.* defendit à morsibus *Deciani
respons.*44.*in quarta*, ut nihil citra injuriam tan-
ti viri addi possit.

Et pulchrè considerat *Surd. num.*57. quantæ
18 Civitati commoda insurgunt ex civium habitatio-
ne, cum fortior reddatur, plurima accrescant, &
præcisè gabellarum reditus, quæ, & quantæ sint
auctæ hodie in Civitate ex præteritis infortuniis
nos municipes experti sumus, & addit *Surd.* quod
non dicitur civis onera substinere, si personalia
non substinet, quæ consistunt in permanenti ha-
bitatione, & *num.*59 *vers. quæ verò*, contrariam
opinionem falsissimam appellat, benè probans
*num.*60.*vers.minus movet*, & *num.* 61. hoc obiici
posse nedum à Civitate, sed à quocunque tertio,
19 tu non potes gaudere, quia onera non substines,
quòd indubiè procedit in casu nostro, ubi cives
non alliciuntur, ut gaudeant in Dohanis à Civi-
tate, sed à Rege per *Pragmaticam*, ubi Rex te-
stator in *Proœmia* nusquam admissos anteà cives ad
hoc fine specialibus literis Regiis, & sic Regis no-
stri primum, & peculiare est interesse, à quo
manavit immunitas.

Nec responsum *Decian.* quamvis confutatum
20 nobis obstet ex facti diversitate, siquidem pro-
bat in casu laudi, de quo agit, copulam deberi
resolvi in disiunctam, & sic sufficere, fuisse cives,
vel habitatores, à *num.* 38. *ad* 57. cum tamen in
21 casu nostro tam ex verbis *Pragm.*1.*ex proœmio* ibi,
*Nos tamen attendentes majorem fieri frequentiam
hominum, &c. & fieri populosam urbis diversorum
hominum, suas Civitates relinquentium ad habi-
tandam hanc nostram indè concurrentium Civita-
tem*: & in parte dispositiva, ibi, *Sancimus*, *quòd*
22 *omnes exteræ Nationes*, *qui hanc Civitatem ad
habitandum*, *& domicilium contrahendum con-
fluentes*, *si tamen uxorem Neapolitanam duxerint*,
& in ipsa Civitate domum emerint, *aut ædificave-
rint*, *sint*, *& esse debeant cives Neapolit.&c.* cla-
rè colligitur, omnes istas qualitates debere simul,
& semel concurrere, & unam sine altera privilegium
23 immunitatis non tribuere, sicuti regulare est in
qualitatibus requisitis à statuto, quæ simul, & co-
pulativè probari debent, & concurrere, ita quod
si una qualitas sola deficerat, etiam si omnes aliæ
concurrant, quis non efficitur habilis, ut frui pos-
sit statuti commodo, ut post *Bart.* utrumque *Socin.
Mathesil.Tiraquell.Plotum*, *Gabriel. Brunum*, &
alios, latè in terminis statuti Regiensis nostro
consimilis fundat *Anchar. jun.dict.part.*1. *quæst* 9.
*num.*7.& 8.ultra latissimè tradita per *Surdum dict.
cons.*ex *num.*45 *vers.non etiam*, *ad* 54.licèt in casu
suo verba non sint ità clara.

Et sicut in casu nostræ *Pragmaticæ* emptio do-
24 mus sinè matrimonio non sufficit, sic utrunque
sinè habitatione nihil proficere debet, cum finis
Pragmaticæ fuerit, ut homines undique ad habi-
tandum confluerent, quod cum effectu intelligi
debet præcisè in statutis.

Præsertim quia de natura copulæ est, ut requi-
25 ratur concursus copulatorum, maximè in statu-
tis, ut suprà, ut per *Ever. loco à natura copulæ*,
*num.*3.& 12. nec est de natura copulæ, ne resol-
vatur in alternativam, sed perdit tunc suum pecu-
liare officium ex conjecturis, *Ripa* in *cap. ex par-
te*, *num.*39.& 55. *de rescript.Alexand. cons.* 130.
*in fin.lib.*2. *Everard.num.*13.

Hic autem nihil concurrit, quod cogat nos im-
propriare naturam copulæ, quinimò contrarium
nos cogit intentio finis, & contextus verborum
statuti, quod ubi voluit uti alternative in eadem
ora-

Digitized by Google

ostione, expressit, ut in fine partis dispositivæ, ibi, *& in ipsa Civitate domum emeris, aut ædificaveris*, ergò in reliquis propriè stant verba, ut domus emptio cum uxoratione, ac assiduo habitationis domicilio requiratur, ità ut onera omnia talis civis sub eat.

In quolibet ponderare principium *proœmii* ejus-
26 dem *Pragmaticæ*, dum referendo, quod antiquitus tempore priscorum Regum servabatur, asserit Rex Ferdinandus, *Rigidè antea servatum, ut licèt exteri emissent bona stabilia in Civitate, & bona fide, non in fraudem constituissent domicilium, in eadem ducendo uxorem, inibique patriam, prætoriumque uxoris constituissent, non tamen ut Neapolitani cives habebantur, nisi specialibus literis de Regum expressa notitia eisdem id concederetur.* Proindè ut quod precibus erat impetrandum, id generali edicto concederetur, per verba novi juris inductiva, cujusmodi sunt illa: *Præsenti generalia edicto ex certa scientia, per hanc nostram Pragmaticam santionem ordinamus, atque sancimus, quòd omnes, &c.* disponit, ut in illa; sicut enim antiquo jure nulli dubium est, quod etsi omnia narrata concurrissent, nihil actum censebatur sine speciali concessione, nec quisquam sani capitis asseverare posset, verba antiquæ observantiæ intelligi alternative, non copulativè, immò inter requisita enumerata adduntur ea verba, *inibique patriam, prætoriumque uxoris constituisset*,
27 quæ verba sunt infinitæ importantiæ, cum nedum importent, constituere larem, ideft sedes permanentes, & tabulas, sient *Vlpian.* dicit, *Illic ubi larem matrimonio collocaverunt, l.1. vers. quod si non sit*, ubi *Glos. verb. larem* citat concordantes *ff. de liber. agnosc.* sed patriam constituere, quod videtur maximum, cum sit ferè impossibile, patriam constituere, quæ natura nobis comparatur. Et ideò patria soli originario convenit, & plus est quàm civilitas, si credimus in hoc *Decian. eod.*
28 *cons.44.num.74.* & qui nascitur est quodammodò patriæ hypothecatus, *l.postliminium, §. filius ff. de capti.Bald.* in *l.in adoptione, in fin.C. de adopt.* Sic etiam in hac nova sanctione, requisita quæ traduntur sub nova forma, sunt accipienda copulativè, non alternative, tum ut nova lex alterans antiquam in uno tantùm, in reliquis ab antiqua interpretationem recipiat, *authent. offeratur C. de litis contestat.* & benè probat *Euerrard.loco à ratione l.stricta, num.12.* tum etiam quia totum, quod additur, est de forma juris novi, quæ est indivisibilis, ut solius puncti defectus formam corrumpat, ut latè idem *Ever, loco à defectu formæ*, & per *Brunum Afflensem de forma.*

Et secundò tandem ex alio *responsum Deciani* non obest, quia ipse præcipuè fundat ejus con-
29 sultationem in eo, quòd privilegium civilitatis in casu suo erat reciprocum, ex quo cessabat præjudicium Dominorum de Gonzaga ex adverso, quia sicut allecti in cives Regii fruebantur immunitate Nunlariæ, sic è contrà, in quo latissimè se fundat post *num. 64. vers. quintò comprobantur*, undè *num.65. antè finem*, distinguit, tunc appellatione civium non venire eos, qui muneri non subeunt, quando dispositio concernit dumtaxat præjudicium, vel beneficium unius partis, secus tamen ubi æqualiter, & reciprocè potest esse damnum, & utile, quod resolvit *Surd.* negans factum ex disparitate amplitudinis Civitatis, *dict. cons.313.n.19.*

Quibus ità solidissimè fundatis, non obest, si
30 dicatur, conclusionem, ut civis onera non substinens, non gaudeat, limitari per *Bart.* in *d. qu.7. repræsal.* nisi per patrem, vel per fratres, aut alios de agnatione munera subiret in loco, à quo abest, quod ad filium extendi placuit *Rovito decision. Lituan.3. num.368.* quod tamen auribus non consonare, nec applaudere, dicit *Fontan. de pact.nupt. clausul.3. glos.2. num.76. in fin.* ità ut nullo pacto ad uxorem extendi valeat.

Primò enim dicimus, *Bart.* & omnes hanc de-
31 clarationem probantes, loqui in cive originario, in quo potest verificari limitatio, ut per patrem, vel fratres originarios ejusdem loci substineat onera etiam personalia, juxtà exempla *Ancharan. d.q.9. num.21.* quamvis *Royas* & alii id negent fieri posse quoad personalia.

Secus verò in cive allecto per matrimonium, vel
32 aliter ex constitutione, sivè incolatu, ut constitutionem explicat *Glos.* in *l.Senatores, verb.adjectionem*, in *fin. ff. de Senator.* in quo nulli hæc reperitur cautum, ut possit per alium onera sufferre.

Et sic licèt in originario posset procedere limitatio, tamen in cive effecto per constitutionem, si-
33 vè ex privilegio id non procedit, inter quos quoad hoc longum esse discrimen, ut quia fortior sit civilitas originis, quàm acquisita, latissimè distinguendo respondit *Cephal. consil.451. ex num.104.* qui consultus in eodem casu laud Regiensis, de quo suprà, conciliat opiniones dissidentes, ut opinio affirmativa, quod gaudeat etiam qui onera non substinet, procedat in originario, secus in cive ex privilegio, ut latè *Cephal. num.149. 153. & 165. lib.4.*

Secundò dicimus, id, quod dicitur de originario, ut valeat onera sufferre per patrem, aut fra-
34 tres, intelligi debere esse verum, si frater præsens supportet, & suppleat etiam pro rata, quæ competit absenti, & sic suppleat omnia ea, ad quæ ipse absens teneretur, si esset præsens, & sic substineat tàm pro se, quàm pro absente, ut ex *Glos.in l.eum scimus 21. verb. remanebat, vers. item nota, C.de agric. & censit. lib.11.* quem citat *Bart.* in *d. quæst.de repres.* declarat *Platea* in *dict.l.cum scimus §.final.vers.item facit iste textus, Ruyn.* in puncto *consil.200.in fin. in secundo, Cephal.dicto cons.246. num.31. in secundo.* Quinimmò cum hoc tantùm verificari possit in originario habent fratrem possidentem patrimonium, & bona communia cum absente, qui substineret onera realia pro portione sua, & fratris; hic autem necesse esset, ut onera etiam personalia, & mixta sufferret, ob id *Socin.* in *d. rubr. ff. solut. matrimon.* post *num.32.* recedere videtur à dicta limitatione etiam in originario, quem sequitur *Bologn.* ibidem, *num.95.& 96.* qui optimè prædicta confirmat.

Quæ omnia si de jure communi sunt explorata, de jure Regni sunt omninò indubitata.

Siquidem Reges nostri, corumque Vicesgerentes, Tribunal Regiæ Cameræ maximè invigilarunt, nè in aliquo diminueretur rigor formæ tra-
35 ditæ in *dicta Pragmatica*, & præcisè, quod tenaciter observaretur requisitum habitationis, & ob id *Dominus Regens Moles in suis decis. quæst.29.* sub *titul. Qualiter quis dicatur civis, in 4. modo civil.* loquens de hac specie civilitatis vigore *Pragmatic.* subdit hæc verba: *Hoc tamen non indistinctè procedit, quia in eodem anno 1508. die 2. Fe-bruarii*

bruarii per Comitem Ripæ Curiæ fuit provisum, quod isti tales cives si non habitaverint in Civitate, non gaudeant, ut in Regest. Curiæ 60. *anni* 1580. *fol.* 21.

D. Petrus de Toledo de anno 1539. iterum *lege ista de immunit. Neapolitan.* injungendo mandavit, quod non habitantes in Civitate non gauderent. Nec dicatur loqui *Pragmaticam* de civibus effectis Neap. per privilegium, qui tamen habitant in diversis Regni partibus, cum ratio sit generalis, quia non habitant, nec subeunt munera, & sic non erit magis privilegiatus qui extrà Regnum recessit, repetens patriam, & proprium domicilium originis, inibique habitans, quàm qui in aliquam Regni partem secessit ad habitandum, adhuc intra Regnum permanens.

Istæ autem *Pragmaticæ* tàm antiquæ Regis Ferdinandi anni 1479. quàm reliquæ noviores anni 1508. & 1539. licèt clarissimæ, recipere tamen possunt declarationem, robur, & efficaciam à vetustissimo more judicandi, semper hactenus hoc modo inconcussè servato in nostro Tribunali, ut
36 illi dumtaxat dicantur habitare Neap. qui domum retinent in ipsa Civitate, seu habitent in ipsa, in qua familiariter habitent, licèt in possessionibus, quas colont extrà Neap. pro illarum cultura, sivè causa fructuum quærendorum aliquando existant, sivè morentur.

Et quòd ità demum censeantur habitare Neap. quoad effectum immonitatis gabellæ, qua gaudent cives, si habitent plus in Civitate, quàm extrà, hoc est pro majori parte anni.

De quo legitur peculiaris, & specifica declara-
37 tio facta per Regiam Cameram decem annis antè dictam *Pragm.* 1. videlicet de anno 1469. quæ ex tunc inserta inter *Ritus Regiæ Cameræ* loco *Ritus* inconcussè servata fuit, de qua meminit *Afflict. dec.* 384 *num.* 11. *Gram. dec.* 87. *num.* 5. *in fin.*

Et sicut antè dictam *Pragmaticam* prædicta declaratio emanavit, & utilis fuit ad intelligentiam privilegiorum, quæ specialibus literis impetrahantur tam à Ferdinando I. quàm ab ejus predecessoribus per exteros, qui ad habitandum in Civitatem confluebant, in eadem uxorem ducendo, &c. quod aliter obtineri non poterat, ut in dicta *Pragmatica*, ibi: *Quod adeò tenaciter extitit superioribus temporibus*, *& nostra servatum*, &c. *ut etiam*, &c. junctis inferius dictis in *versic. si id*, *quod specialibus literis*, & suprà diximus, ità post dictam *primam Pragmaticam*, hac eadem glosa usi sumus ad declarationem habitationis in Civitate, quam *Pragmatica* tenaciter exigit; quod & juri communi quoque consonum esse, benè probat *Boer. dec.* 260. *num.* 33. *in fin.*

Accessit posteà altera declaratio similis facta per
38 decretum Regiæ Cameræ die 4. Maji 1542. quo illi tantum habitantes in Terra Summæ fuerunt declarati veri cives Neapolitani quoad solutionem gabellarum, qui pro majori parte anni Neapol. habitaverunt, licet culturæ, vel colligendorum fructuum causa in dictam Terram ad modicum tempus secesserint, & aliter condemnari ad solvendum gabellas, etiam pro præterito, ut refert *D. Marcell. de Maura in addit. ad dictum Ritum.*

Idem in *Ritu de Mercator. qui faciunt se cives*, ubi *Ritus* permittendo Mercatoribus effici cives bona fide, non in fraudem apertam, fictam, vel præsumptam, ut quis ducit uxorem, ibique patriam, & prætorium uxoris constituit, domicilium transferendo, dicit statim effici cives, nec solvere Dohanam, & reddit rationem, quia oportet eum ex tunc subire onera, & functiones cum civibus, & sic non debet duplici damno gravari, ut sit civis in functionibus, & muneribus, seù oneribus civibus impositis, & exterus in solvendo Dohanam.

Et inibi *Additio ejusdem Domini Mauri* refert decretum Reg. Cameræ de anno 1557. ut quidam Mercatores gauderent civilitate Liciensi à die numerationis in anteà, donec habitaverint in dicta Civitate, juxtà formam *Ritus*.

Et *Gaffredus de Cajeta super dicto Ritu*, dum dubitat, an literæ Regis Ludovici, & Reginæ Joannæ, quibus cavetur, quod nisi Rex aliquem expressè fecerit civem, nemo sit exemptus à Dohana, quod erat jus antiquum relatum in Pragmatica Ferdinandi I. corrigens dictum *Ritum*, & resolvit, dictas literas non corrigere *Ritum*, cum literæ non excludant eos, qui efficiuntur cives de jure communi, quibus non est necessè precibus impetrare quod jure communi conceditur, sed tantùm prohibere simplicem allectionem, dicit tamen, cives effectos secundum *Ritum*, oportere ex tunc subire onera, & functiones cum civibus, aliter verò minimè frui posse immunitate ut latius apud *eum* est videre *in pluribus locis*.

Et tandem ex his vetustissimis legibus, & observantiis effluxit stylus Regiæ Cameræ in decretis
39 artificiosè conceptis, quo conceduntur hujusmodi civibus ex privilegio: *Donec, & quousque habitaverint Neap. cum uxore, & familia, & ut constet de eorum habitatione, teneantur singulis annis in futurum de mense Octobris producere fidem in Regia Camera Capitanei Plateæ, in qua habitaverint, qualiter habitaverunt & habitant in dicta Civitate cum uxore, & familia, & si in Reg. Dohanis non produxerint provisiones Reg. Cam. de productione dictæ fidei, non servetur eis immunitas*, dictio enim illa, *donec, & quousque*, adjecta ad limitationem beneficii concessi, inducit conditionem extinctivam privilegii concessi in casu non observantiæ, *Bart.* in *l.* 1. *num.* 15. *in fin. ff. de cond. & demonstr.*

De quorum decretorum viridi, & inconcussa observantia testis est idem *Dominus Regens Moles in d. quæst.* 29. *ante primum articul. vers. & etiam extat alia provisio*, & addit, istas conditiones fundari, ac esse depromptas ex juris dispositione, quia de essentia civis est, ut substineat onera, quod
40 si absens est, juxtà regulas juris gaudere non debet honoribus, ex his, quæ in terminis tradit *Socin.* in *d. rubr. ff. solut. matrim.*

Et sic apparet opinio *Socini* in *dicta rubrica*, latè defensa per *Surdum*, qui indistinctè denegavit immunitatem etiam originario non habitanti, explosa etiam distinctione, an substineret onera per alium, & sic in Regno canonizata, usuque forensi recepta, ità ut cesset omnis disputatio.

In quo pro coronide rogo, considerari in dictis decretis non sine maximo misterio, tot inculcatis, & repetitis verborum formulis ad evitandam fraudem veram, fictam, seù præsumptam à *Ritu* consideratam, injungi, quod cives gaudeant civilitate, *donec ipsi cum uxore, & familia habita-*
41 *verint*, & sic non sufficit, quod civis per alium habitet, idest retineat domum apertam cum uxore, & familia, nisi ipse habitaverit cum uxore

& familia, designant enim hæc verba personalitatem, relationem, & restrictionem, ut per *Bart.* in *l. 1. ff. de recept.* cum concordantibus per *Cephal.* in allegato *conf.451. n.180.* & conjunctio-
42 nem non principaliter, sed accessoriè, quæ ex *ipsi*, & dictione, *cum*, colligitur, quæ copulat accessoriè, *Everard.* in *supracitato loco à natura copulæ*. Et sic principaliter contemplatur habitatio ipsius civis, & accessoriè adjungitur, ut fiat cum uxore, & familia.

Ex quo & aliud infertur, quod non sufficit re-
43 tinere solam uxorem, præsertim sine domo aperta, sed in Monasterio reclusam, sed exigitur, ut is habitet cum uxore, & familia.

Licèt enim uxor sit de familia, non tamen re-
44 præsentat totam familiam, sub qua filii, & servi etiam de peculio castrensi empti comprehenduntur, *l.quicumque 10. C.de re milit. lib.12.* & omnes familiares, & personæ domesticæ, inter quas est uxor viro, & è contrà, ut notat *Glos. verbo domestica* in *l.fin. §.ult. C. de iis, qui ad Eccles. confug.* & utrumque benè probat *Glos.*in *§.1. vers. quod verò 3. qu.5.* in *summa.* familiæ namque ap-
45 pellatione omnes, qui in servitio sunt continentur, etiam liberi homines, qui & bona fide serviunt, vel alieni, & ii qui in potestate ejus sunt, *l.ædiles 25. §.familiæ, de ædil.edict. l.1. §.familiæ, ff.vi bon.rapt. l.pronuntiatio 125. §.familiæ, ff. de verb. sign.* ubi jure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut jure subjectæ, ubi *Glos. verb. aut natura*, addit hoc modo vulgariter dicitur, *familia*, & ut iste est Dominus familiæ, & hic est de familia talis Episcopi, vel Prælati, & ibi *Alciatus num.19.*

Undè cum nec retineat uxorem verè habitan-
46 tem quoad effectum consideratum à statuto, quæ in Monasterio non substinet onera, & sic non retinet uxorem, & familiam, ut statuto requiritur, & uxor consideratur ultrà familiam, quia magis propriè dicitur viri, & uxoris una familia, quia commixta familia, & una domus est viri, & uxoris, quàm quod uxor sit de familia, *l.1. §.si vir, uni uxor*, ubi *Glos. verb. una domus*, ubi latè *Igneus num.74. cum sequent. & 85. ff. ad Syllan.* tum quia unica persona, nec duo quidem familiam faciunt, *l.detestatio 40. §.ult.* ubi *Glos. ff.de verb.signif.* proindè minimè dici potest. quod resideat familia, ubi sola uxor residet, familia verè penès Dominum in Hispania residente.

In quo, ut finiam, rogo videri punctualem *decisionem Alciati* in *d. l.detestatio, §.ult.* in *vers. sed quid si lex*, ubi in fortioribus terminis deci-
47 dit casum nostrum in individuo, quod quis non acquirat jus civilitatis concessum à statuto, quo contemplata fuit habitatio, & majoris partis familiæ, si habitasset cum uno, vel duobus servis; non enim diceretur habitasse cum familia, ut doctè respondit in puncto idem *Alciat. respons.163. lib.5.* incip. *In causa istorum nobilium*.

Conferunt quæ de significato, & requisitis fa-
48 miliæ Cardinalium, & de cœtu domesticorum familiarium, & commensalium tradunt *Glos.* & DD. in *cap. fin. de verb. signif. in sexto*, ibi, *qui suis expensis continuè domestici sunt commensales*, ut intelligatur, de turba eorum, qui actu deserviunt, & continuam in domo Cardinalis commensalitatem habent, quæ corpore, & dentibus fit circà Dominum, ut explicat *Domin. ibi*, & latissimè *Ludovic.Gomes.* in *regul. Cancell. de impetr. benef.vacat.per obitum famil.Cardin. qu.13. Mandos. q.10. Mascard. concl.755.* extat regula, in qua nedum cohabitatio sub eadem clavi, sed etiam convictus est necessariò probandus, ut de familia quis esse dicatur, ad eandem mensam, & cibum retentus, ut ex *Angelo* probat *Surdus de alimentis, tit.6. quæst.13. num.18.*

SUMMARIUM.

F*Acti species præmittitur cum quatuor difficilium juris articulorum reassumptione.*

1 *Superindictum à Principe jussum exigi ex venditione nivis, gabellæ substantialis continere, etiam ex vulgi opinione.*

2 *Vectigalis nomen dupliciter accipitur, quod plerique analogum, alii æquivocum censuerunt.*

3 *Idque tributi genus, nonnulli vectigal, alii gabellam, Hispani verò* Alcavalam *appellant, & his adjiciuntur alia diversa nomina*, num.10.

4 *Tributi appellatione omnia vectigalia comprehenduntur, &* num.15.

5 *Vectigal propriè sumptum, est id, quod pro invectione, & evectione mercium dependitur, &* num.7.

6 *Vectigalia publica largiùs accipiuntur, ut comprehendant omne id, quod Fisco solvitur, tam si sit extrà rem, quam si intrà rem, ut si pretium augeant*, num.9.

8 *Ex vectigalium præstatione nihil minuendum.*

11 *Vectigalis nomine omnia ferè jura regalia comprehenduntur, quæ in præstatione certæ quotæ rerum consistentium in pondere, numero, & mensura debentur.*

12 *Nivem verò inter res venales connumerari, undè quod pro nivis conservatæ usu ex venditione Fisco solvitur, vectigal, vel gabellam censeri, indubium esse debet.*

13 *Nivis usus valdè utilis, & necessarius.*

14 *Vectigal, & quasi vectigal debetur pro rebus venditis, vel asportatis ad quotidianum usum.*

16 *Relevium deberi ex nive, & de eo esse habendam rationem in contributione onerum inter hæredem in feudo, & in allodio, tanquam nix sit in fructu, decisum per S.C.*

17 *Vectigalia nova inconsulto Principe, decreto Civitatis à nemine imponi posse pœnali edicto noscitur constitutum, & quæ sit pœna*, num.19. & 27.

18 *Rex solus in Regno suo, & Civitates liberæ, ut est Civitas Venetiarum, possunt imponere nova vectigalia, vel antiqua augere, reliquæ verò Civitates subditæ ex justa causa, & cum Principis decreto*, num.20.

21 *Jus imponendi novum vectigal Regio juri adhæret, ut supremi Imperii signum.*

22 *Estque jus impræscriptibile, & de maximo imperio, & proinde vetitum imponi inferioribus*, num.24. *nisi nominatim concedatur*, num.25.

23 *Vectigalia instituta, ut Reges gravia ferant onera pro populis tuendis, ut indè dicantur Reipublicæ nervi, & Regnum stipendia*, num.27.

26 L.omnium 6. C. de vectigal. *expenditur, & plura ex eo lege adnotatione digna colliguntur.*

28 *Monopolium inter Artifices, & mercium venditores, ut unus solus vendat certo pretio, est illicitum, & prohibitum, solus tamen Princeps licitum*

Digitized by Google

citum hoc facit ex causis, & num.30.31.& 36.

26 Vectigal Salinarum antiquissimum Principum Monopolium.

32 Monopolium in mercibus, & aliis rebus venalibus cum jure prohibendi quamvis jure gentium prohibitum, permittitur tamen supremo Principi in vectigalibus, sivè arrendamentis.

33 Rescripto Principis Monopolium impetrari non potest, quo minus obtinens monopolii pœnis subjiciatur.

34 Conventio, vel decretum, quod municipes certi loci non deferant frumentum, vinum, vel alia ad Civitatem, ut Bare, vel ipsi cives priùs suum vendant, non valet. Nec quod negotiatores non vendant nisi pretio statuto, n.35. Abusus etiam in hoc refrænandus, num.37.

38 Barones non habent jus prohibendi in molendinis, furnis, tapetis, & aliis, nisi immemoriali præscriptione illud quæsierint, tam jure communi, quàm municipali Regni, & num.62.

39 Gabella, vel vectigal propriè est omne augmentum pretii, contingens in sale, nive, vel aliis, ratione juris prohibendi, ut unus tantùm sal, nivem, & similia introducat, & vendat.

40 Vectigal cum jure prohibendi non imponit Civitas subdita directè, nec indirectè, cum nec Principi liceat erga non subditos.

41 Declaratio Ritus Reg. Cameræ ex Goffredo de Gaeta.

42 Rescripta Fisco damnosa impetrari non debent, & obtenta nullius sunt roboris, præsertim ad partis postulationem, num.43. & cum agitur de gravi præjudicio, etiam si fiat à supremo Principe, item restringenda sunt, num.45.

44 Decretum jubens litigantis protestationem adversario notificari, & interim fieri annotationem rei in judicium deductæ, conservat jura protestantis.

46 Concessiones circà impositionem vectigalium factæ, & faciendæ ad beneficium Universitatum Regni, irritantur ex Pragmatica Sereniss. Regis Ferdinandi I.

47 Civitas Neapolitana veluti subdita non habet regulariter jus imponendi nova vectigalia, præsertim cum jure probibendi.

48 Civitates subditæ jure communi nullam habent jurisdictionem, nisi in certis casibus.

49 Capitulis Serenist. Regis Ladislai simplex tantùm jurisdictio conceditur Decurionibus, sivè Electis nostræ Civitatis circà annonam, & latius num.52.& 56.

50 Habent ex concessione merum, & mixtum imperium, non imponit tamen subditis taleas, collectas, & nova vectigalia, præsertim cum jure probibendi, etiam si habeat titulo oneroso emptionis, num.51.

53 Jurisdictio concessa pro conservanda, & augenda ubertate, ad regalia extendi non potest, quæ sunt de suprema potestate.

54 Vectigalia exigunt specialem concessionem, & sunt de magno imperio Regibus reservato.

55 Verba addita non extenduntur ad majora expressis in principali dispositione.

57 Banna, ut res ad victum paratæ non vendantur Dardanariis, seù Revenditoribus, nisi post horam decimam, vel duodecimam sunt juri conformia, & statutis etiam terrarum.

58 Annonæ cura concessa fuit annonæ Præfecto cumulativè cum cæteris Magistratibus, & eodem modo fuit concessa Urbis Decurionibus.

59 Præfectus Urbis nihil extrà Urbem statuere valebat.

60 Sententia lata de anno 1566. pro Urbe nostra adversus Casale Sancti Antimi, declaratur, qua jure, & causa lata fuerit.

61 Et quod priùs fuerit lata ex conventione, quàm ex præscriptione, & num.62.

63 Probationes sunt vehiculùm quodam ad declarandam sententiam, & sunt anima processus.

64 Ex acquisitione unius juris per certos actus, non potest inferri ad acquisitionem juris diversi, præsertim majoris.

65 Vectigalia omnia etiam rerum ad victum humanum pertinentium, quæ ad annonam spectant, tam jure communi, quàm inspecta vetustissima Regni observantia ad Regem nostrum spectant, sicuti est.

66 Tertiaria vini, item gabella pro caseo, oleo, lardo, piscibus, & aliis quibuscunque rebus sale conditis, item gabella Platea majoris, Ovorum, & Hædorum, & quæ vulgò dicitur delli Cenzali, de quibus habetur in Ritibus Reg. Cameræ.

67 Tertiaria vini jus antiquissimum in Regno antè Fridericum Imperat. & membrum Dohanæ, & consistit in jure probibendi.

68 Civitas nostra inclyta Neapolitana, quæ participat in Gabella vini, in Dohana, & aliis, omnia habet ex Regis munificentia, & num.70.

69 Gabella boni denarii fuit concessa Civitati per Sereniss. Regem Ferdin.I. ad opus refectionis murorum, & viarum ipsius Urbis.

71 Vectigal quod ex Principis supremi munificentia imponitur civibus per Civitates subditas, pro duabus partibus Fisco tribuitur, tertia tantùm parte Civitati relicta.

72 Vectigalia concessa per Principem Civitati subditæ Regalium naturam retinent.

73 Vectigal, dello manna forzata, quæ percipitur tempore æstivo in Monte Sancti Angeli Apuleæ proximo, accedit vectigali nivis.

74 Vectigali nivis cum jure probibendi, introducendi, & vendendi nivem, quinimmo & locandi, & construendi foveas in Montibus Consentiæ ad nivem conservandam, Fiscus fruitur.

75 Possessio partis in jurisdictionalibus, & incorporalibus prodest in totum.

ARGUMENTUM.

Facultas introducendi, & vendendi nivem ad usum civium cum jure prohibendi, certo pretio taxato, & aucto, utrum gabella, aut vectigal censendum sit, adeò ut ad solum Regem supremum Principem, cui jus est nova vectigalia erigendi competat, non etiam ad Civitatem subditam, licet Regni caput: De vectigalibus, & tributis plura, ad quem finem instituta, & cui jus sit illa imponendi, enumeranturque plura vectigalia à Rege imposita: Nix an sit in fructu, & an debeatur relevium ex eo quòd à feudatariis percipitur ex nivis venditione. De jure prohibendi in furnis, & molendinis prohibito sine privilegio juris, vel hominis, & quid sit Monopolium, quod solus Princeps ex causa licitum facit. De jurisdictione concessa Civitati Neap. ejusque Decurionibus per Capit. Regis Ladislai, & Ferdinandi circa annonam, quod non extenda-

tur ad jura vectigalium. De bannis, seù edictis
ad ubertatem contrà Dardanarios. Civitates sub-
ditas non posse sine Principis permissu nova vecti-
galia sibi imponere, & in impositione Fisco rata est
tribuenda, & alia.

R E S P O N S: X.

Regiam Curiam habere jus solidum in exa-
ctione Gabellæ Nivis tàm in possessorio,
quàm in petitorio, ex jure notorio, &
evidenti, quòd Civitati Neap. prætendenti,
gabellam ad se spectare, planè resistere,
ita ut Fiscus ex jure, & possessione universali, quæ
etiam consuetudinem ad ipsius favorem inducit, &
ex decreto Collateralis Consilii, quo jus suum il-
læsum fuit conservatum, manutenendum, & con-
servandum esse, ex subscriptis, currenti calamo ad-
notatis, patebit.

Primò, hanc impositionem esse verum, & pro-
prium vectigal, sive gabellam pro nive, quæ in-
tus Civitatem ad vendendum, terra, vel mari in-
vehitur, juncta maximè cum jure prohibendi, quòd
unus solus immittat, & vendat; quod dumtaxat
Supremo Principi competit, sicut etiam jus eri-
gendi, sivè imponendi, & exigendi nova vectiga-
lia, tànquam de Regalibus soli Principi competere,
vel alteri, cui is concedere voluerit.

Secundò, rescriptum Excellentissimi Ducis
Ossunæ petente Civitate, eidem nullum jus tri-
buisse in petitorio, nec in possessorio, præsertim
in præjudicium Fisci non auditi, nec citati,
quod etiam decreto Collaterali Consilii fuisse de-
claratum, juraque Fisci lærcta, tecta conservata.

Tertiò, Civitatem non habere privilegium, nec
concessionem aliquam generalem, nec specialem,
quæ sibi jus aliquod tribuere possit, & Capitula
Ladislai, & Ferdinandi, ad hunc casum extendi
non posse, & banna asserta tantum abesse ut non
importent possessionem juris prohibendi vend-tio-
nem rerum ad victum pertinentium, ut totum
contrarium operentur.

Quartò, & tandem non nocere Fisco acta, &
sententiam latam contrà Casale S. Antimi; tum
quia fundata in asserta præscriptione, sivè potiùs
conventione, & restricta ad panem tantum; idque
ex particulari causa, & ratione expressa, quæ cessat
in reliquis, & quia ibi nihil actum fuit de im-
positione novæ gabellæ, undè ad ista prohibita
possideri extendi non potest, & maximè contrà Fi-
scum.

Quoad primum certum est, non posse hujusmo-
1 di impositionem effugere nomen gabellæ; cum ga-
bellæ essentiam contineat, quo nomine vulgo, &
ab ipsamet Civitate, vel invita nuncupatur.

Et quamvis vectigalis nomen, sive vox tanquam
2 analoga dupliciter accipiatur. Primò, propriè se-
cundum rationem Ethimi, & strictiorem significa-
tionem, ac primam institutionem.

Per posterius autem significat omnem præstatio-
nem, sivè tributum, censum, aut pensionem,
vel collationem, sivè realem, sive personalem, &
omne genus reditus, præsertim publici, ut per
Glos. Bart. & alios in *l. 1. §. 1. ff. de public.* & in *rubr.
C. de vectigalib. & commissis*, & post *Albert. Budeum,
Alciatum*, & alios observat *Raudens. de analogis
lib. 1. cap. 13. num. 23.* & æquivocum nomen gabellæ
dixit *Dominus meus Capyc. in invest. verb. gabell. 1.
in princ. fol. 114.* ex *Bertach.* & aliis, hinc istud
3 tributi genus nonnulli vectigal, alii verò gabellam,
Hispani verò alcavalam appellant, ut advertit *Par-
ladorius libr. 1. cap. 3. num. 1. fol. 37.* & tributi appel-
4 latione omnia vectigalia, & ea, quæ ad vectigalia
reducuntur, contineri censuit *Molina Jesuita tom. 3.
5 cap. 661. num. 15.* Nihilominus vectigal propriè, &
strictè sumptum dicitur, quod pro invectione, vel
evectione mercium debetur, & generaliter publica
6 vectigalia accipimus, ex quibus Fiscus capit, quale
est vectigal portus, vectigal octavæ, & venalium
rerum; item Salinarum, Metallorum, & Piscaria-
rum, *l. inter publica 17. §. publica*, ubi *Alciatus,
Rebuffus*, & alii, *ff. de verborum significat. Brisso-
nius in eundem titulum, lib. 19. verbo vectigal,
Avendan. de exequend. mandat. part. 2. cap. 4. num. 7.
Regner. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 6.* latissimè post
*Caballin. milleloq. 174. num. 2. Andr. Knichen de
Saxon. non prov. jur. cap. 5. num. 78. in fin. & 79. Re-
gner. dicto cap. 6. num. 15. 21. & seq.* undè cum ista
7 præstatio appareat imposita pro invectione, sivè
introductione in Civitatem, & successivè pro ven-
ditione nivis, manifestè apparet, propriè, verè,
& a priori esse verum vectigal, quod pro invectio-
ne solvitur, & Fisco debetur, non alteri ex ven-
ditione venalium rerum, ut utrumque docet ad
literam *Ulpian. in dicto §. publica*, ubi *Glo. in verb.
venalium rerum*, citat jura concordantia in *l. ex
præstatione 7. cum l. sequenti 8. C. de vectigalibus,
& commissis*, ubi ex præstatione vectigalium nul-
8 lius omninò nomine quicquam minuatur, quin
octavas more solito constitutas, omne hominum
genus pro rebus venalibus Fisco dependere habeat,
& ipse addo *l. omnium rerum*, ibi, *quæ Fisco inferri
moris est, eodem titul. Decius* perbellè loquens de
vectigali pro exitu, & introitu *consil. 534. proce-
dendo breviter*, post *num. 4. & 7.* & *num. 8. in fin.*
optimè omnium, quos viderim *Bossius titul. de ve-
ctigal. in princ.* ubi resolvit, omne id quod Fisco
9 solvitur, etiam extra occasionem invectionis, vel
evectionis, vectigal esse, & nedum si præstatio sit
extra rem, sed etiam si sit intrà rem, ut propriè
exemplificandum in sale, si pretium salis augeatur,
illud, quod augetur ultrà verum pretium, quod
valeret ubilibet emendo, propriè resolvit *Bossius*
esse vectigal, & comprehendi appellatione vecti-
galis, gabellæ, & datii, ut per eum *num. 4.* quæ
10 jura sunt regalia, ut munera, tributa, vectigalia,
gabellæ, census, annona, functio, pensitatio, & alia
plura, quæ Hispano sermone vocantur etiam *ren-
tas, pechos, y derechos*, sub quibus inquit *Otalora
de nobilit. Hispan. cap. 1. n. 3. & 4.* & iterum *cap. 8.*
11 omnia ferè jura regalia, & munera comprehendi,
& consistunt in reditibus certis Regibus debitis in
præstatione certæ quotæ earum rerum, quæ consi-
stunt in pondere, numero, vel mensura, ex qui-
bus debetur Regibus certa quota, vel reditus cer-
ti, provenientes jure Regalis superioritatis, quæ
Romanorum tempore erat quinquagesima pars fru-
menti, & hordei, quadragesima vini, & vigesi-
ma lardi, *l. modios, C. de suscept. & Archad. lib. 10.
Otalora d. c. 1. n.*

Et in puncto, quod inter res venales, ex quibus
12 vectigal debetur, sit ipsa nix, quia dum ningit,
omnibus patet, porrò dum est usui, non omni-
bus illius copia datur, sed dumtaxat illis, qui illam
in tempus reposuere: quamobrem non modo ipsa
opera servandi, sed etiam ipsa nix venditur; undè

pro

Digitized by Google

pro nive vectigal esse exolvendum, decidit *Joan. Parlador. libr.1. rerum quotid. cap.3. §.2. num.14. & 15.* sicut pro aliis rebus venalibus, sequitur, & probat *Bovadilla tom.2.lib.3.cap.4.num.9.* quod idem testatur velle *Lafars.de gabellis, cap.2.nu.30.* idemque affirmant *Girond.de gabell.pars.7.num.13. Gutierrez eodem tract. lib.7. quæst.35. num.34.* & iterum *quæst.78. num.33. eodem libr.* prædictis Do-
13 *ctor.* citatis, qui testantur, usum nivis valdè utilem, & necessarium, undè consequens est, pro illius introductione, & venditione vectigal debe-
14 ri: vectigal enim, vel quasi vectigal deberi constat pro rebus emptis, venditis, vel asportatis ad quotidianum usum, & ad sublevandam necessitatem, ut ex *Driedo, Medina, Gabriele, Divo Antonino, Navarro,* & aliis *Theologis* probat *Pater Molina tom.3. de tributis,* & tributum, quod est nomen generis à tribuendo dicitur, quis ex privato in publicum tribuitur, *Molina dicto lib.3. cap. 661. num.1.* ut propriè contingit in præsenti casu, in quo nix, quæ ante vectigal impositum, in privato erat commercio, nunc in publicum est conversa.

Quorum decisio confirmatur tam ex decisione, & notoris simul, & antiqua observantia Regiæ
16 Cameræ, quæ relevium, quod ex more deberi constat à successore ex fructibus feudi illius anni, quo moritur feudatarius, si aliqui fructus, tametsi pauci percipiuntur ex feudo, vel unius anni ex tribus mortem feudatarii præcedentibus, si nulli fructus in anno mortis colligantur, ut resolvit *Freccia lib.2.authorit.3. num.28. in fin.de subfeud.* de qua materia scripsi *lib.1. controvers.illust. cap.9. num.49.& cap.36. num.18.* & *libr.2. cap.2.num.36.* & *cap.9.num.13.* directo domino passim deberi quoque constat ex nive, tanquam sit in fructu, & augeat reditus feudi, usu judicandi est comprobatum, tum etiam ex decisione Sacri Consilii, quæ in contributione onerum inter hæredes in allodio, & successorem in feudo determinavit, reditus pervenientes ex nive esse computandos inter reditus feudi, ut quæ sit in fructu, & augeat valorem feudi, ut latè de utroque apud *Consiliarium Gizzarell.decis.34.per totam.*

Si igitur hoc est verè, & propriè vectigal, quod ex nive, sicuti ex cæteris venalibus rebus nuncu-
17 patim debetur, consequens est, ut illius institutionem sine Regis præcepto, neque Præsidi, neque Curatori, neque Curiæ constituere, neque præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere liceat, *l.vectigalia 10. ff. de public.* ubi *glo.* exponit verbum, *Curia*, idest Decurionum, vel Curialium, & sic Administratorum Civitatum, ut *toto titul.C. nova vectigal. institui non posse,* ubi in *l.2.3.& 4.* nova vectigalia inconsulto Principe, nec decreto Civitatum institui, nec exigi de novo, aut ultra antiquam consuetudinem minimè possunt sub pœna perpetui exilii, pulcher *tex.in l.1. C.de superindicto lib.10.* & proindè *Afflict.*in *§.ve-*
18 *ctigalia, num.3.* dixit, quod solus Rex in Regno suo, & Civitates, quæ non recognoscunt Superiorem, quæ etiam dicuntur Reges, ut est Civitas Venetiarum, & aliæ similes possunt imponere nova vectigalia, hanc conclusionem uti communem firmarunt *Dec.dicto consil.534. Corset.de potest.Regia 4.part. quæst.49. num.13. Parlador. dicto lib.3. cap.3.num.2. Ernest. Cothm.lib.4.resp.3. num.253. Dominus Rovitus in rubr.de vectigal. num.5. Borrell. ad Specul. Princ. rubr.46.§. donum lit.B. fol. 208.* ubi alii citantur, & *3.tom.decision.tit.15.n.44. Alexand. Treutacinq. lib.1. variar. resolut. tit. de jure Fisci, resolut.5.num.1. Avendan de exequend. mand. 2.pars.cap.4. num.2. Grammat.consil.civil.69.*
19 *num.23.* ubi quod contrafaciens capitaliter puniri debet, tanquam usurpator Regiæ jurisdictionis, & quod in hoc Capit.Regni etiam contra Universitates pœnæ statutæ sunt. Siquidem aliæ Civitates
20 subditæ non possunt imponere vectigalia, nisi inter seipsas, ex justa tamen necessaria causa, putà ut solvant functiones fiscales, interveniente tamen Regio decreto, sivè assensu, & non aliter, ut in *Pragmat.3.de vectigalib.* & benè observat *Dominus meus Capycius in investitur.verb.gabellis,* quomodo intelligenda sunt, quæ idem scripsit *decis. 167.*
21 adeò ut jus imponendi novum vectigal Regio juri adhæreat, *Petrus Gregor. de Republ.lib.3.cap.7. num.46.in fin. ex capit.unico, quæ sint regal.* & *capit. super quibusdam, de verbor. signification.* & alibi, Supremi Imperii signum impositionem vectigalis censeri, & superioritatis jure competere, & strictius aliis concedi, quàm cætera regalia, quia de maximo imperio Superiorem non recognoscentis putantur, & non conceduntur Superiorem recognoscentibus, latè *Cravett.consil.814.n.4. vol.5.* latissimè *Knichen.* ubi supra ex *num.60. cum seqq. Borrell. tom.3. decision. Orbis, tit.14. de tribut. ex num.50.& 53.*

Nec istud jus præscribi, aut acquiri potest impo-
22 nendi, & exigendi vectigalia, nisi spatio temporis immemorabilis, vel Principis privilegio, ut post *Andr.* in *Constitution. Quatragesimalem,* & *Goffredum de Gajeta, Dominus Rovitus* in *d. rubr. de vectigal.num.20.*& *Bossius titul. vectigal.qui possit imponere.*

Sed ne quis putet hoc procedere solum ex fonte supremi Imperii ipsius Principis, quo inconsulto, vectigalia erigi, exigi, remitti, nec diminui possunt, sed alia æquè potens, immò fortior est ratio, interesse scilicet Patrimonii ipsius Regis; constat
23 enim, vectigalia instituta, non ob aliud, nisi ut Reges gravia ferant onera pro populis regendis, & tuendis Regnis, eoque nomine permittuntur Principi, & ob id favorem publicum merentur, *Affli.in dicto §.vectigalia, num.57.in fin.* quem sequitur *Surdus in dicta decision.305.num.18.* & ut viæ publicæ sartæ, tectæ, & pontes conserventur, & reficiantur, & à latronum grassationibus securæ reddantur, ut latissimè post *Beroum, Choppinum, Petram;* & *alios* prosequitur *Andr.Knichen. dicto loco, ex num.81. cum seq. Rebuff.* in *d. l. inter publica, vers.vectigal portus,* & proindè nervi Republicæ dicuntur vectigalia, teste *Regner.d.c.6. num.35.43.* & *47.*

Undè optimè resolvunt DD. quod cum hoc jus
24 vectigalium sit de maximo imperio, inferior à Principe non potest illud imponere, exigere, nec percipere, *ll.* & *DD.* authoritatibus citatis per *Socin. consil.7.num.2.& 3.lib.3.* latissimè *Aviles in cc.prætorum, cap.13.§. Alcavalas, num.2.* ubi *num.5.* probat, non acquiri jus exigendi gabellas, nisi de legitimo, & speciali privilegio, vel immemoriali præscriptione constet, *dicta cap. super quibusdam, §. præterea, Cravetta dicto consil.814. num.4. & 5. Andr.Goffred.de Gajeta,* & *Dominus Rovitus* proximè citati, & latè *Maranta consil.28. per totum. Treutacinquius dicto resolution.5. num.2. vers.alii* verò,

Digitized by Google

25 *verò*, adeo ut nisi specialiter, & nominatim con-
cedatur facultas imponendi, vel exigendi nova ve-
ctigalia, permissa minimè putetur, *Pancirol.con-
sil.161.num.11.* cum aliis per *Knichen dicto cap.5.
num.61. & 62. Bostius de Regal.num.29.* & alii su-
prà celati, *Avendan. d.cap.4. num.7.vers.quod jure
Regni*, & *num.9.*ubi in *vers.igitur habentes*, mo-
net, contius agi ex immemoriali per testes, quam
exhibendo privilegium invalidom.
Et proindè Imperator strictè inhibendo vectiga-
26 lium concessionem, vel immunitatem in *l.omnium
rerum 6. C. de vectigal. & commissis*; postquam
illas irritavit in his verbis, *quia nonnulli privato-
rum elicitas suffragio proferunt sanctiones, quibus
vectigalia, vel cætera hujusmodi, quæ inferri Fi-
sco moris est, sibi asserant esse concesso: Si quis er-
go privatorum ejusmodi rescriptione nitatur, cassa
eadem sit*, subjicit verba, *vectigalium enim non
parva functio est, quæ debet ab omnibus, qui nego-
tiationis, seù transferendarum mercium habent cu-
ram, æqua ratione depradi.*
Ex quo *text.* plura colliguntur ad rem de quo
agitur, oppositissima.
Primò, privilegium, vel rescriptum concessionis
vectigalium, sivè immunitatis, ut *glo.1.* interpre-
tatur, non valere. Secundò, vectigalia omnia ad
Fiscum de antiquissima consuetudine pertinere,
ibi, *Fisco, ut moris est*. Tertiò, vectigalium re-
ditus ad maximam functionem, & publicam totius
Regni utilitatem pertinere, undè infert *glo.ultim.
ver.non parva, & ideò talia rescripta sunt damnosa
Fisco*, citans *l.3.C. de precib. Imper.offer.* ubi nec
damnosa Fisco, nec juri contraria postulari opor-
tet, ubi *glo.1. in secundo exemplo*, quam ibi omnes
sequuntur, ponit illud, ut non solvantur tributa
Fisco. Quartò, vectigalia deberi ab omnibus, qui
curam habent trasferendarum rerum in Civitatem,
& sic propriè, & verè vectigal censeri, quod occa-
sione transferendæ, vel tranluehendæ nivis in Ci-
vitatem rependi statutum est, nec alio nomine ap-
pellari posse, quam quod à jure, & re ipsa ex vi
ethimi est illi oppositum.
Et ratio prædictorum depromitur ex *D.Thoma 2.2.q.
Isern.io Consil. Super incisionibus*, in *cap.1.de pa-
ce tenenda*, & in sæpè citato *§. vectigalia*, quod
27 sint Regibus quodammodo stipendia constituta
pro administranda justitia, cujusmodi sunt Regii
introitus, Regnorumque tributa, & vectigalia,
undè qui hæc usurpat, capitis pœna plectitur, ut
in *Constitu.Regn.Ea, quæ ad speciale decus*, pulchrè
*Præses Mutius Surgens in addit. ad Marc. Anton.
fratrem de Neap.Illustr.cur.340. in princ.*
Quæ omnia si procedunt generaliter in omni-
bus, & quibuscunque vectigalibus, maximè ta-
men sibi locum vendicant in iis vectigalibus, in
quibus erigendis, vel exigendis intervenit pa-
28 ctum, quod unus solus aliquod genus mercatu-
ræ, vel merces in universum emat, ut solos ven-
dat, pretium statuens, vel quando omnes Arti-
fices, vel negotiatores conveniunt, ut singoli
certo, & pari pretio vendant, ità ut reliquis om-
nibus adimatur libertas hujusmodi mercaturas,
aut merces alias vendendi, quod ipsi, qui talia
exercent, melius norunt; quod vendere cum
jure prohibendi quoad alios, nos appellamus, in
jure autem propriè appellatur monopolium, *l.uni-
ca, C. de monopol.* qui proximè antecedit medio
titul.de Nundinis, *titul.* nostrum in *C. de vecti-
gal.* & consistit in paciscendo inter mercatores, ut
species mercium non minoris, quam inter se sta-
tuerint, venundentur, & generaliter in taxendis
rerum pretiis. Hoc enim monopolium, quæ il-
licita est pactio inter privatos, *d. l.1.* ubi *Glos.
& Doctores*, solus Princeps in vectigalibus licitum
facit ex causa, ut perbellè adnotavit *Alciat.* in
d. l. inter publica 17. vers.venalium, *num.9.* his
verbis: *In Salinis verò ea est vectigalis natura,
ut soli mancipes, hoc est, qui à Fisco hoc jus eme-
runt, sal vendant, idque Principis monopolium
29 est, quod antiquis quoque institutum fuit*, citans
l.si quis, C. de vectigal. ubi, *si quis sivè personam
mancipum, idest, conductorum salinarum sales
emeris; vendereve tentaverit sivè propria auda-
cia, sivè nostro munitus oraculo, sales ipsi unà cum
eorum pretia mancipibus addicantur*, & sic clarè
probatur in eo *text.* soli Principi jus esse statuen-
di, ut solis conductoribus arrendamentorum com-
petat jus vendendi certas merces, & non aliis,
quod propriè est jus prohibendi nivis investio-
nem, & venditionem in hanc Vrbem, super quo
fuit fundata capitulatio Mancini cum Civitate,
in qua leguntur hæc verba:
*Item, che nessuna persona di qualsivoglia stato,
grado, & conditione se sia, possa condurre, e far
condurre neve, nè poco, nè assai, tanto dentro
questa Fedelissima Città, quanto per suoi Borghi,
tanto per terra, quanto per mare durante detta
decennio, sotto pena di perdere la neve, & per-
dere l'animali, ò barche, etiam che detti anima-
li, ò barche fussero d'altri, sopra de' quali si tro-
verà qualsivoglia quantità di neve, etiam per po-
ca quantità che fusse, & anco di più pagare docati
cento di pena, quali animali, barche, & docati
cento di pene ipso facto si debbiano applicare, &c.*
30 Illudque quod locatur, & pro quo promittitur
per conductorem pensio, non est aliud, nisi jus
vendendi, & vendi faciendi nivem cum dicta pro-
hibitione, ibi, *concedono, & affittano il detto
jus di vendere, & di far vendere neve in questa
Città, & Casali servata la forma di detta capitu-
latione*, cum adjectione pœnarum contro facien-
tibus, & cumplerisque prærogativis, exemptio-
nibus, & aliis, quæ solus Princeps concedere po-
test.
Vndè tametsi Civitas nostra haberet jus erigen-
di, & exigendi nova vectigalia, quod planè abso-
lutum est, ei nullo modo competere, cum tamen
31 hoc vectigal sit fundatum in jure prohibendi sub
pœnis, & sic ut unus solos vendat, ex hoc capi-
te extrà omnem dubitationem hoc ad solum Fi-
scum pertinet, cum solus Princeps monopolium
32 istud licitum faciat in arrendamentis, comprobat
hoc latissimè *Rebuff.* in *d. l.inter publica*, *ver.ve-
nalium rerum in princ.* ubi ex *Azon.* & *Hostiens.*
in *summ. de controbend.emption.* probat, hoc esse
contrà jus gentium, & infrà in *vers.etiam prohi-
bentur*, latiùs idem in *2.to. ad Constitution.Gallic.
titul.de magistris artificiorum, & monopol.prohib.
art.4. glos.2.* ubi *num.7.* inter alia exempla mono-
polii prohibiti subjicit illud, si quis conetur im-
pedire, ne aliquis exerceat negotiationem vini,
aut alterius rei, præter eum, etiam si in vim re-
33 scripti Regii id fiat, quia illud rescriptum non
valet, & impetrans in monopolium incidit, citans
Corrad. de contract.lib. q.51. circà finem, et *num.8.*
addit, incidere in pœnam *d. l.1.* eos, qui conve-
niunt,

Digitized by Google

34 niunt, quod homines certi municipii non defe-
rant frumentum in Civitatem, ut Dominus loci,
vel Cives ipsi prius suum vendant, ut ex *Alber.*
Bart. Socin. & aliis discurrit *Rebuff.* per totam
illam *Glossam*, et præsertim *num.*12. 13. *& seq.*
quod ante eos voluit *Isern.* in *§.conventiculas*,
*num.*24. *de pace juramento firmanda*, ubi Commu-
nitates prohibentur convenire, quod negotiato-
35 res non vendant nisi secundùm pretium per eos
statutum, *Brisson. lib.*11. *de verbor. signific.* mo-
36 nopolium essa docuit, cum quispiam sibi uni mer-
cis alicujus venundandæ jus, potestatemque ven-
dicara audeat, ex *Aristot.* & *Suetonio*, *Menoch.*
latissimè *de arbitrar. cent.*6. *cap.*569. *per tot. & in*
*fin.lib.*2. *Decian.* relatus à *Caball. resolut. crimin.*
casu 215. *num.*22. in quo propterea refrænandum
37 esse abusum, quo totus terrarum orbis premitur,
latè *Bodinus de Republ.lib.*1.*cap.*10. *Regner.d.c.*6.
38 *num.*18. et in hoc jure prohibendi necessariam es-
se probationem immemorialis consuetudinis, sine
qua ista jura acquiri non posse, tradens exempla
in prohibitione molendi frumenta, coquendi pa-
nem, macellandi carnes, nisi in certo molendino,
furno, vel macello, ex *Panorm. Signorol. Ber-*
trand. Socin. Jas. Dec. Afflict. Rip. Curt. & aliis
Avendan. dicta 2.*par.cap.*4. *num.*22. *ad* 26. ubi in
specie tradit, nec etiam Dominos inferiores posse
prohibere, ne alii vendant vina, vel frumenta,
donec ipsi vendiderint, ex quo infringitur liber-
tas, & ob id ipsis impunè resisti posse, ex *Alber.*
Luc. & *Parid.* nisi immemorialis legitimè probe-
tur cum requisitis descriptis per eum *lib.*1.*cap.*6.
*num.*10. *Minsynger. centur.*5. *cap.*29. *num.*10. la-
tissimè *Thesaur. decision.*16. qui citavit *Pragmat.*
*Regn.*editam à Carolo Cæsare contrà Barones usur-
pantes jus prohibendi in furnis, & molendinis,
cujus initium est, *Audivimus etiam*, in *libr. Con-*
*stitut. fol.*532. quæ est excerpta ex §.33. *Pragmat.*
Carol.V. de anno 1536. registrata in *noviss.* in *ti-*
*tul. de Baron. Pragm.*14. super qua breviter *Do-*
minus Rovitus, et latè *Dominus Capiblancus*.

Et hoc in puncto decidit *Bossius* in *d. titul. de*
*vectigal. num.*4. ubi dicit, quod totum illud pre-
39 tium, quod augetur in sale ultra verum pretium,
& communa, quamvis non concernat præstatio-
nem extrinsecam, sed respiciat augmentum pretii
ejusdem salis intrinsecè, attamen quia re ipsa in
idem cadit, occasione prohibitionis, puta si pro-
hibeatur emere sal, nisi in salinis, vel ab Arren-
datoribus, à quibus necesse est emere cariori pre-
tio ajus, quod alibi, vel ab aliis emissem, semo-
ta prohibitione, totum propterea illud augmen-
tum pretii est proprium, & verum vectigal, ga-
bella, val datium, & sic decidit ur in terminis no-
stra quæstio, quod augmentum pretii contingens
ratione prohibitionis, ut unus tantùm nives in-
troducat, et vendat, propriè, & vere fit gabel-
la, et quod soli Principi hoc statuere liceat, nec
etiam generaliter, nisi quoad sibi subditos tan-
tùm, non autem quoad forenses non subditos, ut
latè probat *Surdus* videndus *consil.*321. *num.*24.
& 31. *lib.*3. ubi quod directè, nec indirectè illud
40 imponi potest, nec etiam à supremo Principe er-
gà non subditos, quantò fortiùs illud censebitur
prohibitum Civitati, citat *Innocent. Bart. Bald.*
Socin. Roland. Boss. & alios, et quæ ipse idem scrip-
sit *consil.*127. *lib.*1. & in terminis nostris in indi-
41 viduo *Goffred. de Cajeta* super *Ritibus Reg. Cam.*
*fol.*42. *&* 43. ad declarationem *cap.*2. gabellæ bo-
ni denarii Civitatis loquentis de salmis, decidit, il-
lud *cap.* debere intelligi de civibus, et pertinen-
tiis Neapol. et non de exteris, quibus cum Civi-
tas non possit expressè legem imponere, ergò mi-
nus tacitè, & hoc *Goffredi* dictum loquens specia-
liter de potestate Civitatis nostræ, reperitur addi-
tum in margine *Rituum Regiæ Cameræ* in *cap. de*
salmis, *car. mihi* 43. *in fin.*

Et cum *Bossio* concordat *Remig. de Gonny* in
*tract. to.*15. *par.*2. *de charitativo subsidio*, *qu.*60.
*num.*3. *car.*183. ubi dicit, hoc vectigal sua Regio-
ne Galliæ vocari *Seizam*, quæ est impositio, quæ
communiter imponitur super victualibus, quæ
venduntur ea conditione, ut omnes ementes ultrà
justum pretium, solvant certum augmentum, ut
scilicet panis, carnes, vinum, & omnia ad vi-
ctum parata, quæ communiter haberentur pro
octo, vel decem, vendantur duodecim, vel plus.
Et alcavalam, de cujus ethimologia differit *Pater*
*Molina dicto loco de tributis cap.*663. in *titul.* ejus-
dem cap. testatur in Regno Lusitano *Sisam* appel-
lari.

Quoad secundum articulum. Non obesse Fisco
rescriptum Ducis Ossunæ mandantis, quod Alde-
sisius Annonæ Præfectus, & Decuriones provide-
rent, quod eis utile, expediens visum fuisset pro
beneficio Civitatis, et publica commoditate.

Noluit enim unquam Prorex, nec ejus inten-
tionis fuisse creditur præjudicare Fisco non cita-
to, nec audito in re tam ardua, sicuti est concede-
re authoritatem Civitati imponendi vectigal cum
jure prohibendi ad sui utilitatem cum fructuum
perceptione; constat enim hujusmodi rescripta
42 impetrari non debere, *d. l. nec damnosa* canoni-
zata 25. *q.*2. *cap. nec damnosa*, & impetrata à Ju-
dicibus refutari debent, *l. fin. eod. titul.* maximè si
continent impetrationem rei, vel juris ad Fiscum
spectantis, quia impetratio est ipso jure nulla, etiam
si possessio nondum sit quæsita Fisco, latè *Pere-*
*grin. de jure Fisci, lib.*1. *§.hactenus*, *num.*33. et in
puncto, quod impetratio de rebus Fisci, et rega-
43 liis ad partis postulationem non valeat: præser-
tim sine causa non obstantibus *ll.* et maximè cum
de gravi agitur præjudicio, nec constat, Princi-
pem voluisse uti plenitudine potestatis, latè *Pe-*
*regrin. ibid. num.*37.40. *usque ad* 44. et in puncto,
quod non valeat impetratio facta etiam à Princi-
pe supremo circa vectigalia, est *text.* clarus in
d. l. omnium 6. et maxime si contineat jus prohi-
bendi, *d. l. si quis* 11. ibi, *sive nostro munitus ora-*
cula, *C. de vectig.* latè *Rebuff. ubi sup.*

Hic autem de hoc dubitari non potest, siqui-
dem cum ad notitiam Fisci devenisset conatus iste,
quem attentavit Civitas, statim se opposuit, qua
oppositione stante Dominus Prorex per decretum,
referente quond. Proregente de Marra 9. Augusti
1619. mandavit, intimari omnia Partibus, et Fi-
44 sco, et interim jussit, annotari nives, quæ im-
mittuntur, et sic virtualiter declaravit, jura Fi-
sci esse reservata tam in petitorio, quàm in posses-
sorio, ut sæpius jura sua conservando protestatus
est Fiscus, instando pro decisione articuli, cujus
expeditio dilata est pendente quæstione suborta
inter Civitatem, et Mancinum, adeò ut in hunc
usque diem sit dilata decisio articuli prædicti, ut
sub illo Fisci patrono causam finem acciperet, quo
instante initium sumpsit, undè dubitari non po-
test,

test, jura Fisci sancta, tecta esse, prout in dubio
45 rescripta Fisco damnosa restringuntur ad minus
præjudicium, *l.si quando*, & *l.si aliquando*, *C.de
operib.publ. Peregr. d.tract. lib.5. tit.2. num.20.*

Et tandem etiam si Prorex ipse hoc consultò
concessisset, qui tamen noluit, ipsa concessio
46 esset omninò nulla, & invalida, obstante *Prag-
matica sanctione* Regis Ferdinandi I. de anno 1470.
quæ est *tertia de vectigal.* qua omnes Regiæ con-
cessiones in beneficium quarumcunque Universi-
tatum Regni circà impositionem vectigalium tam
in præteritum factæ, quàm faciendæ in futurum,
ex quibus jura Fisci lædantur, vel præjudicium
forensibus, & extraneis inferatur, declarantur
nullæ, et invalidæ cum clausula irritanti, et pœ-
na indicta, ea quoad forenses ratione expressa,
quod irrationabilis, et illicita sit earum concessio,
& exactio, cum unusquisque suum onus portare
debeat, & pro alienis debitis alius non debeat præ-
gravari, quæ sola *Pragmatica* sufficeret ad causæ
victoriam.

Quoad tertium clarum est, Urbem nostram
(quæ fruitur fœlici dominio Regis nostri) veluti
47 subditam non habere jus imponendi, nec exigen-
di nova vectigalia, præsertim cum jure prohiben-
di, quod suprà fundatum est, solius dumtaxat
esse supremi Principis jure Regio: & sic lex ei re-
sistit, & Fisco assistit, cum Universitates jure com-
48 muni nullam habeant, nec simplicem jurisdictio-
nem, secundùm *Innocent.* in *cap.cum accessisset*,
de constitution. nisi in quibusdam casibus, inter
quos non legitur casus noster, nec similes, quos
enumerat *Avendan. dict. tract. 1.par. c.2. vers.no-
va causa.*

Nec *Capitulum Ladislai* quicquam obest, Pri-
mò, quia etiam si fuissent concessa Civitati ex *di-
ctis cap.* merum, mixtumque imperium, & omni-
moda jurisdictio, cujus contrarium infrà patebit,
49 dum simplex jurisdictio tantùm apparebit con-
cessa circà annonam, ità quod pœnæ applicentur
Hospitali, & non ipsi, adhuc tamen non posset
50 etiam suis propriis subditis imponere vectigalia,
nec taleas, sivè collectas, & fortiùs nova vecti-
galia erigere *Jacob.* in puncto *de feud. vers. cum
mero, & mixto imperio, num.16. & 18.* quem se-
quitur *Bossius de regal. n.15. in fin. & 16.* & sic
moltò minus illa erigere cum jure prohibendi con-
trà Forenses, *Dominus meus Capyc.verb.gabellis,
vers.adeò quod, car.114. column.1. in fin.* ubi pau-
51 lò antè ampliat, etiam si concessio fiat ex causa
venditionis, & sic titulo oneroso, ut si quis ven-
dat territorium, in quo habeat jus exigendi Ga-
bellas, illæ non veniunt, etiam si vendat cum
omnibus juribus, & pertinentiis suis, &c. si enim
attentè inspiciatur, nihil aliud continet, nisi
quod Electi curent ea, quæ ad annonam perti-
nent in duobus.

52 Primò, quod frumentum, fruges, vina, & alia
ad annonam spectantia in Urbe existentes nullate-
nus extrahantur, nisi provisa prius Civitate, &
Civibus; & Secundò, quod fruges, & res hujus-
modi venales in Civitatem immissæ vendantur
convenienti pretio, quod ipsi Decuriones duxe-
rint imponendum, faciendo super talibus man-
data, & banna, & pœnas imponendo, & exigen-
do, & contravenientes carceribus Magistri Justi-
tiarii, vel Capitanei Neapol. mancipari faciendo:
pœnas autem convertendas mandavit in repara-
tionem murorum Civitatis, undè jurisdictio con-
53 cessa pro conservanda, & augenda ubertate, nul-
latenus ad concessionem Regalium extendi haud
quaquam potest, juxtà communem theoricam
Doctorum, quod ea scilicet, quæ sunt de suprema
potestate nunquam intelliguntur concessa, ut
nuncupatim in terminis ad interpretationem *dicti
cap.Ladislai*, & alterius *Ferdinandi I.* sub *n.40.*
circà concessionem jurisdictionis Annonæ, autho-
ritate *Butrii* in *cap.cum contingat*, *num.17. vers.
dic quædam sunt meri imperii de foro compten.* &
Bart. in vulg. *l.1. ff.de offic.Præfecti Urbis*, tradit
Regens de Ponte titul. de abundantia Civitatis,
§.1. juncto *n.14. 15. 16. 18. & seq.* optimè *Min-
syng. observ. centur.5. cap.29. per tot.* ubi de pro-
hibita ab inferioribus à Principe impositione sub
pœna *l.Juliæ de ambitu*, & aliis.

54 Et maximè cum vectigalia exigant specificam,
& specialem concessionem, ut per *Knich.* supraci-
tato *cap.5. num.61. in fin. & seq.* & sunt de magno
Imperio, Imperatori, & Regibus reservato, &
cæteris in terris superiorem non recognoscentibus
*Borrel. tom. 3. decis. Orbis, titul. de tributis 15.
num.32.50. & 53.*

Nec quicquam obstant verba illa, quæ sequun-
tur in *dicta cap.Ladislai*, ibi, *Quodque adhibea-
tis vias alias, & modos, quibus dicta Civitas sem-
per abundet in grassia*, & inferius, ibi, *omnia-
que alia faciatis, quæ ad procurationem, & com-
modum dictæ Civitatis spectare noscuntur, sicut
vobis melius visum fuerit.* Hæc enim non alterant,
55 nec augent vim, & robur principalis dispositionis,
tum ex juris dispositione, cum non possint hæc
verba extendi ad majora expressis, juxta vulgatum
cap. sedes, de rescript. tum ex claris verbis *dict.
cap.* dum postquam dixit, *vias alias, & modos, &c.*
declarat, quomodo id intelligatur, & subdit,
quod nullus vendat contrà justum, & consuetum,
& debitum, faciendo super talibus mandata, &
banna, &c.

Et ut clarè dignoscatur, noluisse Serenissimi
56 retrò Reges concedere aliud Decurionibus, nisi
curam Annonæ tantùm, ut res venales ad alimen-
ta parata justo vendantur pretio, secundùm assi-
siam ab ipsis imponendam, apparet ex *cap. Fer-
dinandi Primi 34.35.36.37.38. & 40. cart.18.* ubi
mandatur observari quod per Electos fuerit ordi-
natum in materia grassiæ, dummodo fuerit justum
honestum, & consuetum, & pœnæ mandantur
applicari Hospitali Annunciatæ, non autem Civi-
tati.

Et tandem ad confirmationem ponderatur sen-
tentia antiqua lata inter Electos, & Justitiarium
Grassiæ per Collaterale Consil. sub die 23. Martii
1510. ubi in *tertio cap.* incipit. *Item à vendentibus*,
postquam declaravit, curam annonæ, vel grassiæ
spectare ad Electos additur *Nec non incidentes in
pœnas corporales, possint Electi capi illos facere, &
assignare captivos in Magna Curia Vicariæ, vel
aliis Officialibus Regiis dictæ Civitatis Neapol.
prout eis videbitur, per eosdem Officiales custodien-
dos, absolvendos, puniendos, seu liberandos, ad
petitionem ipsorum Electorum*; Et sic patet, jam
esse decisum jus conjiciendi reos in carcerem, eo-
rumque custodiam, & cognitionem, executio-
nemque pœnarum impositarum per Electos, per-
tinere ad Regios Officiales, & ad M. C. et Judi-
cem ordinarium.

Ban-

Digitized by Google

Banna etiam ab anno 82. emanata per Electos circà nivis venditionem tantùm abest, ut Civitati prosint ut ex eis fundetur intentio Fisci, siquidem Banna anni 82. & 87. continent, ut nives vendantur à dominis, & asportantibus nives in Civitatem juxtà assisam, & non per Dardanarios, & Apothecarios, & revenditores; in aliis verò bannis ann. 88. & 89. *fol. 37. à terg.* 38. & 39. & de anno 613. & 617. *fol. 40.* & 41. continetur, ut per ipsosmet dominos, & nivium conservatores, nives
57 vendantur certis horis, & certo pretio, exclusis Dardanariis, quibus bannis principaliter respicientibus, ad ubertatem nivis conservandam, conservabatur quoque libertas eorum, qui nivium recollectioni in propriis fundis cum impensa intendunt, non impedita ipsorum, qui ferè omnes forenses sunt, industria, & sic ista banna sunt juri communi conformia, prout per statuta terrarum solet frequenter provideri, ut res venales non vendantur revenditoribus antè horam decimam, vel duodecimam favore publicæ utilitatis, ut ex *Gloss.* & aliis perbellè *Rebuff.* in *d. l. inter publica*, sub *verf. venalium rerum*. Hodie verò cum novo arbitrio Mancini finister oculus fictà respicit Annonæ ubertatem, dexter verò oculus operatur impositionem novi vectigalis, augendo pretium, & adimendo libertatem propriis dominis, & nivium conservatoribus, quod vectigal insuper convertitur ad beneficium Civitatis in damnum Fisci, contrà jura supradicta, & contrà, nedum ultrà privilegia Civitati concessa, quibus nunquam tale cogitatum fuit; si enim Decurionibus præten-
58 ditur concessa cura annonæ, sicuti de jure Præfecto Urbis erat concessa cum reliquis Magistratibus, vulgata *l. 1. §. curam carnis*, *ff. de offic. præfect. urbis*, cumulativè, non privativè quod alios Magistratus, ut ex *Bart.* & *Doctor.* ibi tradit de *Ponte* in *d. tit. de abundantia civitat. §. 1. num. 19.* consequens est, ut contrà forenses nivis conservatores, & venditores, quominus liberè ad Civitatem nives venales intromittere, & vendere possint,
59 nihil statuere valeat, cum & Præfectus Urbis extra Urbem nihil statuere valeat, *l. ultima ff. eod. tit. de offic. præfect. urb.* ut in puncto prævia disputatione ad utranque partem satè resolvit, & fundat *Montanar.* in *comment.* ad *pragm. 2. de administr. universit.* ex *num.* 78. & propriè ex *num.* 79. & *num.* 86. ubi paulò antè referens decisionem in causa S. Antimi, dicit, illam speciali ratione processisse.

Quartò non obstant itidem acta, & sententia
60 lata pro Civitate contrà Casale S. Antimi in anno 66.

Primò, quia ibi dumtaxat actum fuit de prohibendo Cives S. Antimi introducere panem venalem in Civitatem tantùm, & non aliud.

Secundò, id fuit speciali ratione, & causa expressa in petitione, & articulis Civitatis, ad evitandum maximum damnum, quod solebat sentire Civitas expendendo ingentem summam pecuniæ in partitis emptionis frumenti cum maxima jactura, dum posteà Pistores non poterant vendere panem à Civitate distributum, diminuto pretio, & pondere frumenti, Civitas in maximo erat damno, & ob id coacta fuerat hac de causa prohibere dictos Cives S. Antimi, & sic causa limitata est quod ad panem, & certas personas unius Casalis tantùm, ultra Casalia propria Civitatis, quibus legem ad libitum imponere poterat, & hac ratione magni præjudicii illud processisse, per prædicta testatur inspecie, referens dicta acta, & sententiam *Montanar.* in *dict. prag. 2. de admin. univ. num. 77. in fin.*

Tertiò, non obtinuit Civitas vigore prohibitionis cum acquiescentia, sed potius vigore con-
61 ventionis initæ cum dictis rusticis, qui timentes banna, vano timore impulsi, obtulerunt recipere frumentum Civitatis, ut panem venalem introducerent, & sic potius ex conventione, quàm ex præscriptione obtinuit Civitas, quod confirmatur ex testibus dicentibus: *Che la Città quando hà voluto, l'hà fatti venire à vendere pane*, & sic infertur conventio, non enim proh bitio introducendi panem, poterat contrarium inducere, ut inviti cogerentur venire, nisi ex conventione, quæ conventio non extenditur ad alias res, neque personas, præsertim ut noceat Fisco.

Quartò, non obtinuisse Civitatem ex præscri-ptione, patet, quia ex dispositione juris requiri-
62 tur immemorialis, *dicto cap. super quibusdam §. præterea*, ut post *Isern.* & *Rebuff.* in *dict. l. publica*, infinitis congestis tradit *Mastrill. de magistrat. tom. 1. lib. 3. cap. 10. num. 221.* licet *Lucas* in *l. viros C. de divers. offic. lib. 12.* attentaverit in præjudicium Fisci, quoad exactionem vectigalium, nec etiam immemorialem prodesse, at ex processu prædicto patet, antè invasionem Lautrech de anno 1528. Cives S. Antimi ad sui libitum consuevisse asportare panem venalem, & banna emanari cœpisse post dictum tempus, supplicatio fuit porrecta de anno 63. sententia lata de anno 66. & sic nedum defuit immemorialis, sed nec quadragenaria præscriptio, & omninò virtute conventionis orta fuit sententia, quæ conventio paciscentes non egreditur, & sic in vanum Civitas allegat præscriptionem, quæ non habet tempus necessarium ad præscriptionem vectigalium.

Quintò, defuit præscriptio, quia defecerunt requisita immemorialis in acquisitione juris prohibendi, quia nullum ex notis requisitis fuit probatum.

Sextò, sententia prædicta declaratur ex probationibus, quæ sunt vehiculum quoddam ad sen-
63 tentiam declarandam, quinimmò sunt virgulæ ad ipsius intelligentiam, undè appellantur anima processus, & sententiæ, cum ex ipsis fumant vires, *Bald.* in *cap. cum super, in fin. de offic. deleg. Mascard de probation. quæst. 1. num. 12.* scripsi *lib. 1. controversf. illustr. cap. 7.* ex *num.* 8. undè cum banna, & prohibitiones exhibitæ per Civitatem de anno 49. directæ fuerint dumtaxat Civibus dicti Casalis, & sic etiam è contrario licentia introducendi panem, ex hoc sequitur, non posse Civitatem prætendere, acquisivisse jus prohibendi, etiam semota conventione quoad alios, & hac de causa obtinuisse Civitatem, quia probavit, fuisse in possessione faciendi tales prohibitiones, ne homines dicti Casalis introducerent panem, nisi accepto frumento partiti, testatur idem *Montanar.* in *d. pragmat. 2. num. 76.* qui subiicit, quod licèt non potuisset prohibere Civitas, ne panis introduceretur, poterat tamen alia via hoc obtinere, imponendo assisam.

Ultimò, & tandem hæc prohibitio, sivè conventio cum dicto Casali nihil aliud importavit, nisi ut Civitas damnum vitaret, quod ex emptioni-

Digitized by Google

bus frumenti pati conſueverat: nullum verò ve-
ctigal, preſertim ad Civitatis utilitatem induxit,
ſed ad damnum vitandum ſolùm reſpexit: Undè
cum hodie agatur de jure, & facto pœnitus diver-
64 ſo, non poteſt ex uno jure ad finem damni vitan-
di ad novi juris, præſertim exorbitantis, cujuſ-
modi eſt vectigalium inſtitutio cum fructuum per-
ceptione, quæ ſolius eſt Regis, acquiſitionem in-
ferri. Diſpar enim eſt ratio damni vitandi, &
lucri captandi, & de minori ad majus non va-
let argumentum affirmativè.

Sed quid fruſtrà immoramur, omnia vectigalia
65 etiam ad annonam pertinentia ſunt Regiæ Curiæ.
idque tam ex diſpoſitione juris, quàm etiam ex ve-
tuſtiſſima, & generali ſatis nota conſuetudine, ſicuti
66 ſunt tertiaria vini, cui nix accedere debet, velu-
ti ad vini præcipuè uſum parata, conſtat eſſe Re-
giæ Curiæ, & omnibus comeſtibilibus, terra, &
mari invectis, & evectis. Item pro caſeo, oleo,
lardo, & cæteris rebus ſale conditis ſunt in Regia
Dohana noti dirictus, & ſic in Gabella Plateæ majo-
ris, quæ olim erat annexa Dohanæ. Itidem in Ga-
bella Ovorum, & Hædorum, *& delli Cenzali*,
cujus exactio conſiſtit nuncupatim in frumento, &
victualibus terra invectis, & in animalium macel-
latione ad hominum cibum, ut de omnibus habe-
tur in *Ritibus Regiæ Cameræ, in Capitulis de
curribus, ſalmis, barcis, & quartuccio rerum ſa-
le conditorum*. De oleo etiam, & vino, & latiſſi-
mè diſcurrendo per omnia Regia vectigalia obſer-
vat Dominus meus *Regens de Curte* in 2. *par. de
feudis*, *cap.* 3. à *num.* 95. uſque ad 128. & de ve-
ctigali ſalis, & ejus antiquitate, ac monopolio
ad ſolum Regem ſpectante, latè *Barboſ.* in *l. divor-
tis* 8. *§. ſi vir*, ex *num.* 28. *ff. ſol. matr.*

Sicut etiam de anno 635. & 639. fuit addita exa-
ctio alterius tareni pro quolibet ſtaro olei, quod
introducitur in Civitatem, & hoc menſe Decem-
bri ejuſdem anni, quo iſta revideo, fuit additum
ſuperindictum taren. trium pro qualibet ſalma olei
extrahendi ex Provinciis Apuleæ, ultrà ducatos
tres, taren. unum, gr. 18. qui ſolvebantur tam
Arrendamento Dohanarum Apuleæ, quàm Arren-
datoribus Arrendamenti Olei, & Saponis pro di-
rictu novæ impoſitionis, & aliis; & proximis annis
etiam fuit in duabus vicibus additum ſuperindictũ
ſuper Sale tarenor. duorum, & auctum pretium
carol. quatuor ultrà ſolitum pretium carol. octo,
& redactum ad ſummam carol. duodecim, & de
67 gabella tertiariæ vini, quod ſit jùs antiquiſſimum
in Regno ante Federicum Imperatorem, & mem-
brum Dohanæ, in qua ex bonis omnibus, etiam
ad cibaria hominum deputatis, & ſic ad annonam,
& graſſiam pertinentibus, dirictus exigantur, li-
cet hoc jus ex vino extra Dohanam exigatur, la-
tiſſimè *Regens Moles quæſt.* 7. ſub *titul. de gabella
vini*, ubi advertit, gabellam iſtam conſiſtere in ju-
re prohibendi venditionem vini ſine licentia Ar-
rendatoris. Et dicitur gabellam tertiariæ vini, quia
conſiſtit in tertia parte pretii aucti, quæ tamen eſt
medietas veri pretii, quo vinum emitur ab Arren-
datoribus, vel Conductoribus, quos vocant Ma-
gazenorum, ut exempli gratia: Si vinum ematur
duc. 12. illicò additur medietas pretii pro jure ve-
ctigalis, quæ medietas primi pretii cum habito
reſpectu ad ſummam additam pro jure gabellæ, ſit
tertia pars integri pretii, ut ſunt ſex reſpectu de-
cem, & octo, proindè meritò appellatur gabella
tertiariæ vini, quæ etiam eſt medietas pretii con-
venti, ſivè communis in omni ſpecie vini, tam
parvi, ſivè tenuis, quàm potentis, & generoſi,
& ultrà tertiariam additur ſuperindictum impoſi-
tum de anno 1557. tempore invaſionis Regni de
Monsù de Ghiſa, ſub Excellentiſſimo Duce Albæ
ducatorum duorum, & taren. unius pro quolibet
dolio, & aliud vocatum *della Gabellaccia*, alio-
rum carolenorum duodecim, quæ fuit Civitatis,
poſteà per eam ceſſa Reg. Cur. quæ ſimul unita,
ſummam faciunt duc. trium, & taren. quatuor uni-
formiter ſolvendorum ultrà tertiariam, quæ va-
riant ex qualitate vini, & quantitate pretii, ut
68 ſupra dixi, & licèt Civitas participaverit in dicta
gabella vini, ſicuti habet etiam hodiè in Dohana
jus, quod dicitur *il Reale*, nihilominus hæc, &
alia habet ex Regis munificentia, & *Moles* ibid.
in fin. teſtatur, fuiſſe votatum in Conſilio Colla-
terali, quod potuiſſet Rex auferre Civitati dictam
ratam gabellæ, ſed non fuit expediens hoc facere,
69 ſicuti etiam gabella boni denarii ex ſpeciali gratia
Regis Ferdinandi Primi fuit Civitati conceſſa, qui
diſtribuit partem ex ipſius reditibus ad opus repa-
rationis murorum, & viarum dictæ Civitatis, ut
clarè continetur in *Capit. Ferdinandi Primi*, *verſ.
item attenta*, & *cart.* 10. *in fin.* & *à terg.* in *Capit.*
impreſſis, & quod gabella prædicta boni denarii ſit
Reg. Curiæ, expreſsè legitur in *Pragm.* 1. *de An-
nona* Ferdinandi Regis ſub data 3. Maii 1496. Et
ſic omnes gabellæ, quas habet Civitas, fuerunt
70 ei conceſſæ de ſpeciali gratia, & munificentia,
non ex jure, quod ſibi competat imponendi, &
exigendi vectigalia rebus pertinentibus ad anno-
nam, ſicuti experientia docet, vectigalia ferè
omnia, quæ de his rebus exiguntur, ad Fiſcum
pertinere, & eorum vectigalium, quæ Civitates
Regiæ juriſdictioni ſubjectæ jus ex Principis mu-
nificentia habere dicuntur, id cum ea reſtrictione
71 intelligi debet, ut duæ nihilominus partes Fiſco
tribuantur, ipſis ſolùm Civitatibus tertia tantum
parte ad ſua onera ſublevanda remanente *l. ultim.
C. de vectig. Regens* r. *dicta cap.* 6. *num.* 55. Solent
enim Reges civitatibus ſubditis quandoque vecti-
72 galia concedere, quæ adhuc regalia cenſentur,
cum ipſe Rex per alium capiens, per ſe capere vi-
deatur, *Rebuff. dict. l. inter publica*, ſub *verb.
publica*. Et annis præteritis Fiſco inſtante, fuit
impoſitum vectigal pro menſuranda calce, cum
jure prohibendi, ad ipſius Fiſci beneficium, ven-
ditum . . . Staraci.

73 Et antiquum eſt vectigal Fiſci *della manna for-
zata*, quæ colligitur tempore æſtivo in Provincia
Capitanatæ in terris, & locis propè Montem S. An-
geli, quæ proximè nivi accedit.

Et in Provincia Calabriæ citrà Fiſcus fuit, &
74 eſt in poſſeſſione vectigalis in ſpecie pro nive, lo-
cando nominatim hoc jus vendendi nivem cum ju-
re prohibendi, non ſolùm introducendi nives, il-
laſque vendendo in Civitatem Conſentiæ, ſed con-
cedendo Arrendatoribus omnes foveas, vulgò *det-
te le Conſerve*, quæ reperiuntur in montibus Sy-
læ, & aliis, ſed prohibendo, ne quiſquam foveas
ad nives conſervandas habere, vel de novo facere
poſſit, præter Arrendatorem, cum certa penſio-
ne ab anno 617. ut ex actis penès Franciſcum de
Flore; idemque aliquando tractatum eſt, & de
facili perfici ſperatur novum Arrendamentum in
toto Regno in locis, in quibus æſtate nives deſi-
deran-

derantur eum ingenti Regiæ Curiæ compendio.

Ex qua possessione juris prohibendi in universum, & quoad nivem, etiam io aliquibus Regni partibus, conservavit sibi Fiscus possessionem io toto Regno, si enim ex possessione partis quis censetur sibi retiuere possessionem quoad omnia in privilegio sibi à Principe concesso contenta, ut in specie in acquirenda, & retinenda jurisdictione io eo, qoi habet coocessionem ab eo, qui habet jus concedendi, ut si usos sit jurisdictione io uoo actu, retinoerit in omnibus, authoritate *Bart.* in *l. 1. §. si quis hoc interdicta, ff. de itiner. actuque privato*, quod in jurisdictionalibus, & iocorporalibus, latè post *Alexandr. Ruin. Anton. Gomes.* & *Mascard.* probavi *lib. controvers. illustr. cap. 23. num. 37.* & latiùs *cap. 54. num. 24.* quanto fortiùs in ipsomet, Principe, & ejus Fisco, ubi non agitur de diverso jure comprehenso sob generalitate jurisdictionis, sed de eodem jure, vectigali nivis, quod ipsi jure proprio, & commuoi competit, non alieno, quo si olus fuit io una parte Regni, nihil prohibere debet, quin eodem otatur in toto Regno.

Hujus causæ decisio cum ab Hispania Regiis literis urgeretur, ut illius vectigalis compendio bellorum onera sublevarentur, Excellentiss. Prorex, mihi, qui è Fisci patrono in Reg. Cam. Præsidentem jam diù allectus fueram, præcepit, ut denuò Fisci partes agerem, atque hisce meis allegationibus, adeò Fisci jus emicuit, ut Neapolitana Civitas, quæ ingeotibus auri pooderibus, qua assolet fidelitate, ac devotione, ad substinenda, ac reparanda bella, Invictissimum Regem donavit, meuse Maii 1638. pro vectigali farinæ vicies centenis, ac quingentis millibus, annuisque centenis millibus æstimato, quod Regi renuociavit, ac cessit, prædictum super vectigali Nivis jus, uoà cum qoibusdam aliis ab Rege mutua largitione receperit. De quibus solemne fuit ioitum instrumentum manu Notarii Jo. Leonardi Aulisii Civitatis Notarii, die 15. Maii 1638.

SUMMARIUM.

1 P*Rincipales tenentur pro substitutis, & subrogatis in officio.*

2 *Substituens pro substituto non tenetur, si ex necessitate id agit, ex* Luca Pennens. *cujus tamen distinctio refertur*, num. 3.

3 *Casus necessarius prævisus differt à supervenienti, hic enim necessarius dicitur, ille voluntarius.*

4 *Substituens tunc non tenetur de defectibus substituti personam nimis integram, &* num. 5. *quæ fit solita integrè se gerere*, num. 6. *& non sufficit, si communi opinione existimetur idoneus*, num. 7.

8 *Limitatio, ut substituens ex causa necessaria, videlicet, jussu Superioris, vel Judicis decreto, non teneatur pro substituto, declaratur, nisi à Principe, vel à Judice expressè fuerit dictum, ut de substituti culpis ipse teneatur.*

9 *Ignoranter substitutum non idoneum eligens, est in culpa, si verò scienter, est in dolo.*

10 *Regula, quod substituens exibendo hominem liberatur, omissa* Bart. *distinctione inter publicum, & privatum officium, confunditur, cum majus periculum in publico, quam in privato versatur*, num. 11.

12 *Ex statuto, vel pacto circà jus commune substituens substitutum exhibendo non liberatur.*

13 Capit. Regis Caroli I. *secundùm* Nigri *ordinem* 62 *præcipit, ut substituentes de substitutorum insufficientia teneantur, idque etiam in substitutis ex necessitate* num. 14. *atque eadem pœna substituens tenetur, qua de suis gestis teneretur*, n. 15.

16 Bart. *distinctio circà prædicta refertur.*

17 *Principaliter, & directò teneri, idem est.*

18 *Obligatio fidejussoria est accessoria, & regulariter subsidiaria.*

19 *Obligatio insolidum per alia verba æquipollentia induci potest.*

20 *Qui principaliter tenetur, exhibendo substitutum non liberatur.*

21 *Substituens eum solvere debet, ut est quando principaliter tenetur, tunc est fidejussor de judicatum solvendo, non de judicio sisti.*

22 *Substituens ut pro substituto obligetur, sufficit promisisse, se damni emendationem pro substitutis soluturum, præcipuè cum insimul idem officium administrant*, num. 23.

24 *Nominantis, ac nominati individuum est officium, atque commune periculum.*

25 *Præponens in officio, quod promisit se principaliter teneri de culpis, ac præpositi defectibus, idem ac si promisisset, quamcunque condemnationem pro Officialibus solvere, quæ clausula censetur apposita, ut evitarentur præponentis exceptiones*, num. 26. *idque de stylo in Tribunalibus observatur.*

ARGUMENTUM.

Substituens io officio quando pro substitutis teneator. Et qui verà dicatur volontarius, vel necessarius casus, & qoando necessarios excuset præponentem. Regulam, qua substitueos substitutum exhibeodo liberatur, in officiis publicis minimè procedere, præcipuè cum ultrà jus commune, ex pacto, sivè statuto quis est obligatus. Eum, qoi principaliter se teneri promisit ad quæcunque à substitutis commissa, ut fidejussorem de judicatum solveodo, non aotem de judicio sisti, existimari, dilucidè pertractatur.

RESPONS. XI.

PRo condemnationibus pecuniariis, contrà substitotos, & subofficiales depntatos per Dionysium de Maria Magistrum Portolaoom Maris Proviociæ Campaniæ, & Jo: Dominicom Pin-
1 tum Credenzerium Generalem, teneri ipsos principales ad solvendum, fundatam habet intentionem Regius Fiscus ex *Bart.* in *l. 1. §. familiæ, ff. de publican. Felin.* in *cap. Petrus, num. 8. de homic. Marcel. de Mauro alleg. 39.* & ità pluries decisum testatur *Ludovis. decis. 233. in princip.* com iofinitis per *Giurb. cons. 36. num. 26.*

Vis tota consistit io indagando, si restrictiones, sivè limitationes, quas conventi afferunt, ut probent, non teneri io casu præsenti Officiales principales pro condamnationibus, & pœnis declaratis cootrà eorum sobstitutos, & subofficiales pro culpis, & defectibus ipsorum, legitimè applicari possint, ut à solutione excusentur.

Et primò ex adverso prætenditur, limitari pro-
2 positionem, quaodo substituens, vel nominans alium subofficialem, id agit ex oecessitate, noo ex voluntate, in quo *Lucas de Penn.* in *l. agentes*, quæ

Digitized by Google

est lex.5.C.de præpositis agent.in rebus, lib.12.col.
penult.vers.vel dic melius, ità distinguit, aut sub-
3 stituens hoc egit ex voluntate, aut ex necessitate,
putà, quia jussus à Principe, ut aliquod negotium
exequatur, jubetur loco sui alium subrogare. Pri-
mo casu locum habet quod supra dictum est, scili-
cet in vers.contrà hoc sunt, ut teneatur substituens.
Secundo casu, aut in eligendo substitutum com-
misit fraudem, negligentiam, vel defectum, quia
minus idoneum substituit, & tunc idem, nam tunc
potiùs ex facto proprio, quàm substituti per eum
convenitur, l.nam & servus, §.ult. ff.de neg.gest.
ubi autem in substituti electione, fraudis, vel ne-
gligentiæ defectum non adhibuit, sed eum elegit,
qui fide dignus, bonus, & idoneus publicè habe-
batur, & tunc ipse veniet excusandus, quamvis
substitutus bonos mores mutet in malos, Lucam
sequitur Paris de Puteo de sindic. verb. an substi-
tuent, post num.2. versic. in quo tamen, fol.248.
à terg. in parvis. Pondero primò quod dicit Lucas,
dum necessitatis casum exemplificat in eo, qui jus-
sus à Principe, ut aliquod negotium exequatur,
& sic non omnis necessitas excusat, nisi superve-
niat: differt enim casus necessitatis prævisus à su-
pervenienti, quia ille primus dicitur voluntarius,
non necessarius, & ad hoc plura considerat Giurb.
d.cons.56. num.20. ubi æquiparat casum jussus Su-
perioris alteri, quando substituenti fuerit datus,
sivè nominatus substitutus à Principe, num.21.
in quo justa videtur excusatio, non enim dicitur
legitima necessitas, nec actus necessarius ille, in
quem quis incidit spontè, & qui ortum habuit ex
initio voluntario.

Præterea limitatio non intelligitur de electione
cujusvis personæ, quæ bona existimari possit, con-
4 trario non probato, sed in substituente personam
valdè integram, & ita ex Glos.in c.1.de offic.Archid.
& consil.Oldr.92. probat Felin. in cap.Petrus n.11.
de homicid.

5 Non enim sufficit elegisse personam idoneam so-
litam exercere, etiam si tempore electionis exer-
cuerit similia officia, quia limitatio habet locum,
quando fuisset electa persona valdè integra, ut di-
cit Felin.d.loco, prout in puncto advertit Ludovis.
d.dec.233. num.5. ubi Addentes afferunt decis.Se-
raph.527. num.1. ubi requiritur, quod Præpositus
sit homo bonæ famæ, cognitus, & qui solitus sit
6 cum integritate se gerere, & quod hæ qualitates
benè probentur, & subdit Ludovis. hæc verba:
Quæ qualitas non probatur in persona Vanini, &
non apparet, quod exercuerit, nisi de tempore, quo
fuit electus à Galliana, aut non multum antè, mi-
nus etiam constat, qualiter se in ipsis gesserit, &
non sufficit, quod exercuit dicta officia, nisi docea-
tur, quod laudabiliter, & fideliter administraverit,
pulchrè Salyc. in l.fin.C.de pœn.Jud. qui malè
judic. qui loquitur in eo, qui deputavit illum, qui
aliàs in tali officio erat exercitatus, Alex.in l.si cum
dotem, §.si post, num.8. vers.similiter, soluto ma-
trimonio, optimè Dec. in l.2.num.13. ff.quod quis-
que juris, Franc.Marc.decis.524. ad finem, lib.1.
Rebuff. in titul. forma Vicariatus, num.188. cum
aliis in scholiis ad dict. decis. Seraph. nec dissentit
Maur.d.alleg.93.num.7.& seq. qui intelligit doctri-
nam Lucæ in d.l.agentes, & dictam restrictionem,
quando eligit de necessitate, & idoneum, scilicet
cum dictis requisitis, & jussu Superioris; sequitur
in puncto optimè in hoc roborans decis.Ludovis.
7 in d.num.4. Giurb.d.cons.36. num.17. qui amplius
post num.51.ampliat, non sufficere ad excusandum,
etiam si quis communi opinione existimetur ido-
neus, nisi ea concurrerent, quæ tradit Ludovis.
d.decis.233. num.20.

Præterea limitatio illa, ut cesset regula affirma-
tiva, quando præpositio est necessaria, & sic, ut
non teneatur præponens, & necessariam dicit sub-
stitutionem, quando fit jussu Superioris, vel cum
decreto Judicis, ut per Luc.in d.l.5. incip.Agentes,
8 declaratur procedere, nisi admissio, & approbatio
à Principe, vel à Judice sit facta cum expressa qua-
litate, quod ipse substituens teneatur de culpis, &
defectibus, quia tunc ista expressio, & adjectio
qualitatis operatur, ut non possit substituens se ex-
cusare, prætextu quod fuerit electio necessaria fa-
cta jussu, vel mandato Superioris, ita Franc.Aret.
in puncto in l.continuus actus, §.si ab eo,n.18.in fin.
vers.adde etiam in quantum, juncto vers. nec obstat
præmissis, ff.de ver.obl.cujus doctrinam ità in specie
explicat, & intelligit Reg.de Ponte cons.85. ex n.4.
usq.in fin.expressè D.Rovit. cons.87.nu.3. in primo,
quos sequitur Giurb.d.cons.36. num.19.& 45.

Accedit Bal. in l.nam & servus, §.si mandato,
9 ff.de neg. gest. quod qui ignoranter eligit in substi-
tuendo non idoneum substitutum, est in culpa; si
scienter, est in dolo, Paris in d.tit.an substituere,
num.5. ubi dicit, quod qui imprudenter eligit est,
in culpa, & proindè tenetur.

Nec similiter potest in præsenti casu applicari,
10 nec prodesse remedium vulgare, quod substituens
exhibendo hominem liberetur, ad tradita in d.l.1.
§. quod novissimè, juncta l.cum si exhibuisset, ff. de
publicanis, cum concord. per Giurb. dict. cons.36.
num.39.

Omissa enim disputatione, si vera sit distinctio
inter officium publicum, & privatum, ut exhibi-
tio prosit in publico, non autem in privato: & si
verè ità dixerit Bart.qui fortè non ità hoc clarè do-
cuit, ut solet citari, sed tantùm dicit, speciale esse
in illo edicto de publicanis, ut exhibendo eum li-
beretur, & licèt subdat, secus esse in eo; qui ge-
rit officium privatum,& convenitur, ex tit.Nautæ,
Caupones, & Stabularii, attamen non dicit indi-
stinctè, in omni officio publico admitti exhibitio-
nem, sed potius contrarium speciale esse in illo edi-
cto, & sic non idem esse in aliis, quamvis publicis,
sed facit tantùm discrimen inter tit.de Publicanis,
& tit.Nautæ, Caupones, sed quidquid sit ex tra-
ditis à Mauro d.alleg.93. sub fin. num.18. videtur
11 justissimè hæc distinctio confundi juribus,& ratio-
nibus per eum adductis; quia majus periculum
vertitur in publico, quam in privato: & quia in
publico quis non liberatur exhibendo, ut in Com-
mentariensi, l.ad Commentoriensem, C. de custod.
reor. & in privato officio exhibendo quis hominem
liberatur, l. ex divi, C. locati.

Itidemque omisso, si hæc restrictio procedat in
loco, ubi ultrà jus commune adsunt statuta, ut
teneantur substituti, vel nominati: quo casu con-
trà Rom.cons.11. cum aliis per Giurb. num.39. ad-
12 sunt alii, qui tenent, concurrente statuto, vel
pacto, substituentem exhibendo non liberari: quod
firmant multi relati per Giurb. num.51.

13 Et in hoc Regno hoc esse specialiter provisum
per Capit.Reg.Caroli I. secundum ordinem N gr.
num.62.ubi legitur rubr.de ordinandis subofficiali-
bus, idoneis, & sufficientibus, & in nigro dicitur,
quod

quod ordinent, & constituent Commissarios, &
subofficiales habiles, & idoneos, & convenientes
ad commissa sibi servitia, sub pœna, & forma su-
prà in Justitiariis, Officialibus, & Commissariis
ordinatis: eo addito, quod de insufficientia Offi-
cialium Curiæ teneantur, cum modo, & forma ha-
ctenus observata, ubi *Niger* sequutus *Parid.* in
verf.§.an ex ea, dicit, hoc procedere etiam si Po-
testas mittit Officiales per Comitatum, si illi com-
mittunt illicitum, tenetur Potestas de gestis per
14 eos, & sic tenetur etiam pro substitutione facta ex
necessitate, ut contingit in electione subofficia-
lium, qui mittuntur per Provinciam.

Pondero *dictum Cap.* ibi, *sub pœna, & forma,*
15 *&c.* quia vult teneri substituentem eadem pœna,
qua tenetur de gestis per ipsosmet Officiales, citat
dict. Cap. Paris verf. an substituent, sub *num.* 4.
Undè si statuitur, principales teneri pro substitu-
tis eisdem pœnis; quæ pro excessibus per ipsosmet
principales admissis sunt inductæ; consequens est,
ut principaliter, & insolidum teneantur, nec liberari
per exhibitionem.

Sed si hæc omnia deficerent causa Fisci est in tu-
to, ex doctr. *Bar.* rectè ponderata in *d.l.* 1. *§. quod
novissimè, ff. de publican.* quam adversarii effugere
16 conantur; distinguit enim *Bart.* quod aut in in-
strumentis simpliciter dicitur, quod teneatur pro
se, Officialibus, & familia sua: & tunc enim exhi-
bendo liberatur, ut *ibi*, quia ista verba intelligun-
tur secundum naturam officii. Si verò promittit
solvere omnem condemnationem faciendam de eo,
& omnibus Officialibus, & familia, tunc si libel-
lus dirigitur contrà ipsum principalem rectorem,
esset idem, quod in primo casu, sed si dirigitur
contrà Officiales, vel familiam; tunc eis condem-
natis, ipse principalis tenetur solvere, nec ex-
hibendo liberatur: est enim ex hac promissione fi-
dejussor judicatum solvi; secus si esset simplex fide-
jussor de judicio sisti, quia tunc sistendo, seù ex-
hibendo, liberatur, *l. sancimus, C. de fidejuss.* &
pondero, quòd *Bart. num.* 3. *in princ.* videtur in-
nuere, hodie communiter per Italiam servari hanc
cautelam, ut Rector teneatur pro se, & suis.

Dubitari autem non potest, quod dum, ex for-
ma Instructionum præscriptarum Officialibus no-
stris principalibus, de quibus agimus in *cap.* 9. ex-
presè cavetur, *Che in li Porti, & Carricatori
necessarii debbiano deputare, & substituire li Por-
tulanoti integri, e di confidenza, delle colpe delli
quali sarete voi principaliter tenuti, li quali hab-
biamo, &c.*

Ex hoc sequitur, quòd si in instructionibus in-
jungitur, ut pro substituendis etiam ex necessitate,
cujusmodi exadverso prætenditur esse subofficiales
destinatos per Provinciam extrà Neap. ipse substi-
tuens principaliter teneatur, ergo exhibendo non
17 liberatur, idem enim est teneri principaliter, quod
directò, *§. ult. Instit. quod cum eo*, & de debitore
principali habetur in *l.* 2. *C. ad Vell.* & ponitur ad
18 differentiam obligationis fidejussoriæ, quæ est ac-
cessoria, & regulariter subsidiaria, *l.* 3. *ff. de separ.*
& *l.* 1. *ff. judic. solvi*, undè si tenetur, principaliter
cessat subsidium, ut teneatur in defectum rei non
exhibiti, siquidem contrà reum principalem ele-
ctionis potestas creditori permittitur, *l.* 3. ubi *DD.*
C. de fidejus. & idem, immò fortiùs operatur, quod
19 dictio, *insolidum*; constat enim induci posse etiam
jure novissimo obligationem insolidum per alia
verba æquipollentia, *Bertaz. de clausul. claus.* 39.
ubi agit de clausula, *principaliter, & insolidum,*
20 *glo.* 7. *num.* 3. *cum seqq.* si igitur tenetur principa-
liter, cessat omnino subsidium, & sic exhibendo
non liberatur, quia tenetur ipse substituens prin-
cipaliter, non substitutus *l.* 1. *§. servi verò, ff. furt.
advers. Naut. & Caup. & Stabul.* nam si non libe-
ratur cedendo actiones, ergò nec exhibendo per-
sonam, *l. si procuratorem, §. si tutores*, & ibi
Glos. ff. mandat. & in puncto resolvit *Maurus*
dict. allegat. 93. post *numer.* 16. in *versic. istud
videtur difficile*, & antè *finem dicti numeri*, ubi
21 optimè resolvit, quod ubicunque nominator,
sivè substituens tenetur solvere, ut est quando quis
principalitèr tenetur, tunc est fidejussor de sol-
vando judicatum, & non de judicio sisti, & si te-
netur solvere, non liberatur sistendo substitutum,
vel exhibendo, & quod non liberetur substituens
in casu, quo esset conventum, quod ipse princi-
paliter teneretur, docet optimè *Paris de sindic.* in
§. Rectores terrarum, citans *Angel.* in *l.* 1. *C. ad leg.
Jul. repet.* ex cujus dictis clarissimè colligitur, non
esse necessarium, ut principalis teneatur, exprimi
22 formaliter omnia verba tradita per *Bart.* sed suffi-
cere constare ex forma commissionis, Rectorem pro-
misisse emendam solvere pro suis subofficialibus,
idemque repetit *Paris* in *§. Potestas tenetur pro fur-*
23 *ta, in princ.* & maximè ubi nominator, & nomi-
natus simul sunt in officio, & administrant unum,
& idem officium, & licet sint plures personæ, non
sunt plura officia, sed unum, & unius personæ vi-
cem tenent, & hoc est, quod dicitur nominantis,
24 & nominati individuum officium, & commune
pèriculum, *l. Imperator l. Magistratibus*, & *l. quid
ergo, ff. ad municip.* ut ponderat *Maurus num.* 15.
in fin. & peroptimè idem *Puteus* in *verb. an substi-
tuent, il secondo*, ubi subdit hæc verba: *Ideò for-
ma Cancellariæ ponitur in privilegiis officiorum,
cum potestate substituendi, & quod de omnibus cul-
pis, & defectibus substituendi nobis, & nostræ Cu-
riæ tenearis*: & sic clarè decidit, hanc clausulam
esse inductam ad tollendum dubium juris commu-
nis, & importat, ut substituens teneatur, ac si ipse
principalismet de persona exerceat.

Idemque in individuo, & in terminis loquendo
25 de eadem clausula adjecta in Instructionibus, quod
præponens, vel nominans teneatur principaliter
de culpis, & defectibus, quod censeatur ex his ver-
bis, *ac si promisisset solvere omnem condemnationem
pro Officialibus*, & quod in hoc casu propriè veri-
ficetur doctrina *Bart.* in *d.§. quod novissimè*, scili-
cet ex his verbis censeatur promissa omnis condem-
natio, tanquam fidejussor de judicatum solvendo,
26 & quod censeatur apposita hæc clausula, ad evitan-
das exceptiones, & defensiones, quas de jure com-
muni poterat habere præponens, docet in specie
Regent de Ponte dicte cons. 75. *lib.* 2. *per totum*,
omninò legendus, & sic habemus tres Regni sa-
pientes, & insignes in praxi, scil. *Puteum, Maurum,
& de Ponte*, in specie probantes ex dictis verbis,
ut teneatur præponens principaliter, censeri fide-
jussorem de solvendo judicatum, & censeri pro-
missam omnem condemnationem faciendam de
suis Officialibus, sicut in reis debendi contingit,
ut latissimè probat *Bertazol. dicto loco*. Undè con-
traria omnia procedunt de jure communi, vel ubi
prædicta verba non sunt apposita, secus verò ex
forma Instructionum, cum quibus verisimile est,
fuisse

Digitized by Google

fuiſſe inventum remedium, ne eluſoria fuiſſet obligatio, prout inſpecto jure communi, juxta varietatem opinionum contigiſſet.

27 Et ita de conſuetudine ſervari in Tribunali Regiæ Cameræ, ut in omni caſu, in quo declaratur de jure, vel ex privilegio competere facultatem exercendi officia per ſubſtitutos, adjiciatur clauſula, *Dummodò ipſe ſubſtituens principaliter, vel inſolidum teneatur*, apparet ex fide Magnific. Secretarii ejuſdem Tribunalis, decretis, & exemplis innumeris productis, ex quibus legitimè probatur conſuetudo, ſivè ſtylus, juxtà *deciſion. Ludoviſii 484. num. 5.*

Nec dictum fuit, obſtare quod unus ex Dominis dicebat, quod ubicunque aliquis pro alio ſe obligat, puta tanquam fidejuſſor indemnitatis, licèt ſe obliget principaliter, adhuc tamen non tenetur niſi in ſubſidium, attenta potius natura negotii, quàm verborum formula, ex regula *l. ſi ego 11. ff. ſi certum petatur*, cum concord. per *Gutierrez de juram. confirm. part. 1. q. 23. num. 82.*

Siquidem nos verſamur in caſu ſatis diverſo, cum Officialis ſubſtituens nominat alterum pro ſuo proprio commodo, & intereſſe, undè eſt diſcrimen conſtituendum inter ſubſtituentem alium pro ſe, & ſe obligantem pro alio, quia in primo proprium negotium gerit, & proindè fortius obligatur, in ſecundo alienum.

Hinc dicebatur, aliàs judicatum, quod Officiales ſubſtituentes, qui pro eorum cautela exegerant ſibi ipſis caveri à ſubſtitutis, dum ab ipſis percipiebant commodum ex adminiſtratione, quam faciebant mediantibus dictis ſubſtitutis, à quibus eis ſolvebantur dirictus, & emolumenta, quòd ex hoc ipſi ſubſtituentes tenerentur ex mala eorum adminiſtratione, ac ſi ipſi adminiſtraſſent, & ità aliàs judicatum pro Fiſco contrà Illuſtr. Ducem S. Agathæ Scribam portionis pro adminiſtratione facta per Officiales ab eo deputatos in adminiſtratione dicti officii, qui fuerunt quidam de Valenzano, & Prignano.

Et dicta ex adverſo contrà Fiſcum poſſunt procedere in Officialibus nominatis ad juſtitiam adminiſtrandam, vel ubi agitur de reficiendo damno perſonis privatis, ut in *l. 1. §. fin. ff. de public.* ſecus verò in debito, vel pœna ſolvenda Fiſco, & ſic ex cauſa publica, quod ſuaderi poteſt, ex traditis in *l. ex facto, ff. de negot. geſt. l. Lucius, §. 1.* & *l. Imperator, ff. ad municip.* & in *l. 1. C. quo quis ordine conven.*

Nec eſt omittendum, quod *Cap. Regni 62.* referens ſe ad pœnas in Regno ſtatutas, declaratur ex *cap. 60.* & aliis proximè præcedent. ubi imponuntur pœnæ nonupli, & aliæ, & additur in *dictis cap.* diſponi, quod ſint idonei, & habiles, & ſic ex proprietate verborum exigitur, quo ſint habiles tam facultatibus, quàm etiam idoneitate, & moribus.

Die Lunæ 23. Decembris 1630. in conſeſſu Delegatorum coràm Illuſtriſſimo Domino D. Franciſco Antonio de Alarcon Regio Generali Viſitatore vigilantiſſimo, invictiſſimi noſtri Regis in Supremo Conſilio Hiſpanico Regnorum Caſtellæ Conſiliario, ſivè Auditore, viro in quo cum inſigni ſplendore natalium, maxima morum probitas, & eximia integritas, cum juris ſcientia, rerumque agendarum experientia certant.

Fuit deciſum pro Fiſco, cujus partes agebam, interveniente Dom. Præſid. Vincentio Coreiono cauſæ relatore, Domino Conſiliario D. Thoma de Carloval viro doctiſſimo, & integerrimo, Domino Regente Rovito, & Domino tunc Præſid. eruditiſſimo, ac digniſſimo Didaco Zufia, qui die Lunæ 17. Auguſti præſentis anni 637. dum iſta revideo è portu Neapol. fœliciter diſceſſit, vocatus ad exercendum munus Regentis in Supremo Italiæ Conſilio apud Invictiſſimum Regem noſtrum, & demum ex Hiſpania paucis antè diebus, dum hæc prælo traduntur, magna omnium lætitia reverſus eſt.

Et mox, cum condemnati, ut perſepè fieri ſolet ad differendam condemnationis ſolutionem, dixiſſent de nullitate decreti, facto depoſito juxtà *Pragmat. die 25. Januarii 631*. Fuit iterum deciſum, nullitates, quæ ut plurimum reſpiciebant prioris decreti juſtitiam, non obſtare, & ita executum.

Conſuetudo autem, ſivè ſtylus Regiæ Cancellariæ, & Tribun. Regiæ Cameræ, fuit roboratus ex ſubſcriptis.

Primò, ex fide Magnif. Secretarii Regiæ Cameræ ex libris Notamentorum; in quibus licentiæ ſubſtituendi ſemper fuerunt conceſſæ ſub his verbis: *Ut de culpis, & defectibus inſolidum, vel principaliter teneretur ſubſtituens*, ut ex licentia conceſſo Donato de Gaudo Dohanerio vectigalis Salis in Civitate Salerni 30. Julii 620. Ferdinando Corrado Officiali interceptorum Arrendamenti vini, Decreto Regiæ Cameræ ſub die 1. Julii 621. Thomæ Finello Officiali ejuſdem Gabellæ ex literis Cancellariæ 7. Maji 624. exequutis per Regiam Cameram 12. Octobris ejuſdem anni, Magnificæ Conſtantiæ Criſpo in ſubſtitutione neceſſaria officii Actorum Magiſtri Regiæ Cameræ facta in perſonam Franciſci de Luca 13. Februarii 626. Thomæ Finello in ſubſtitutione Anelli Florilli in ſupradicto officio vini 28. Februarii 626. Cæſari Acciaro Porterio Regiæ Cameræ ſubſtituenti Jo: Baptiſtam de Creſcentio 9. Martii ejuſdem anni, Magnifico Joanni de Zevaglios negotiatori Hiſpano, opibus, & morum ſuavitate inſigni, in ſubſtitutione officii Secretarii Provinciarum Aprutii 24. Martii ejuſdem anni. Joann. Aloyſio Cimino in officio Credenzerii Dohanæ Tranenſis 24. Julii 628. In officio Porterii ejuſdem Regiæ Cameræ devoluti per mortem Joan. Franciſci Padulæ, Decreto ejuſdem Regiæ Cameræ die 21. Octob. 728. in Cuſtode Reg. Dohanæ empto per Dominicum Lando pro Joſepho Lando filio, ſimiliter Decreto Regiæ Cameræ 9. ejuſdem menſis, Auguſtino Carola minori nominanti Jo: Baptiſtam Caſtaldum, durante ejus minori ætate, in officio Gabellæ vini 12. Februar. 629. Marcello Maggio Portulanoto Gallipolis in prorogatione ſubſtitutionis in dicto officio 21. Februar. & 24. Martii ejuſdem anni, Jo: Carolo Celentano regenti officium Perceptoris Provinciæ Hidruntinæ, quod liceret venire Neapol. relicto ſubſtituto die 31. ejuſdem menſis, & anni. Joan. Petro Mazzucco minori ementi officium Locumtenentis Magiſtri Portulani Gallipolis, quod durante ejus minori ætate liceret ſubſtituere cum dicta clauſula, 5. Aprilis dicti anni 629. necnon & eidem Conſtantiæ Criſpo iterum 12. Julii 629.

Al-

Altera Decisio.

ET solemnis fuit decisio referente insigni, prudentissimo, ac omnibus numeris absoluto Domino Regente Matthia de Casanate 10. Decembris 1621. qua per Regiam Cameram Franciscus Antonius Mariconda Reg. Credenzerius totius pecuniæ fuit officio privatus ob culpas admissas per Joann. Vincentium Rossettum ejus substitutum, dum fuit jussum vendi officium, & pretium converti in emptionem cum Regia Curia, quod remaneat vinculatum etiam quoad fructus pro omnibus prætensis per Reg. Fiscum. Et fuit juxta decisio clausulæ contentæ in Reg. Privilegio concesso dicto Francisco Mariconda in Urbe Barcinonæ die 9. Junii 1599. cum dicta clausula, *Teneatur principaliter Reg. Curiæ de omnibus culpis, & defectibus personarum, quæ officium prædictum exercuerint*; prout patet ex processu Reg. Fisci contra Franciscum Antonium Mariconda, Carolum Coppola, & alios, *fol.* 231.269. & instantia Fisci, *fol.* 264. *à ter.* penès Josephum Salomonem. Et in instructionibus, quæ dantur similibus Ministris, adjici solet eadem clausula, ut patet ex Instructionibus datis Augustino de Juliis Actorum Magistr. Regiæ Gabellæ Serici Provinciarum Calabriæ, *cap.* 10. *in proc. dicti Augustini, in Banca Octavii de Crescentia pro Crispo*.

Verùm ex novis ordinationibus statutum est, ne recipiantur oblationes pro persona nominanda, nec pro minoribus, nec substituti admittantur absque Regia dispensatione, ut in novis ordinationibus Reg. Cameræ *c.* 131. Quamvis adhuc hodie concedantur dispensationes pro substitutionibus in officiis.

ARGUMENTUM.

De officiis, quæ ab antiquis Romanorum militiis originem sumpserunt; præsertim verò Tabellionatibus, Scriptoriis, & Actuariis. Qua ratione majoribus Magistratibus accedant, atque inter Regalia connumarentur; & de ipsorum Regalium natura, & prohibita alienatione, & commutatione, omni jure, & gentium consuetudine, tum antiqua, tum nova, præsertim verò jure feudorum, & Regni. Item de ipsorum successione, quique veniant in his hæredum, & successorum appellatione, ubi ex dispensatione ad hæredes transeant, & an dicatur penès hæredem idem, vel novum officium. Sub qua natura ipsorum in dubio sit dijudicanda concessio; Utrum sub propria, scilicet regali, feudali, utrum merè allodiali, Quid ex hoc discriminis oriatur quoad juris effectum; Ex quibus verbis, & clausulis arguatur potiùs concessio facta in feudum, quàm in allodium; etiam si de Castro sermo sit, tam jure communi, quàm Regni. De similitudine officiorum cum feudis, & beneficiis; licèt officia sint strictioris naturæ, & brevioris vitæ. De ipsorum personalitate, ità ut non possint exerceri per substitutum, nisi ex dispensatione, concurrente utriusque habilitate saltem in potentia. De interdicta Clericis multiplici ratione officiorum sæcularium acquisitione, etiam data facultate substituendi. De remediis, & interdictis possessoriis in jurisdictionalibus, & Regalibus quomodò justitiæ tituli adhæreant, ut nec possessio prosit spoliato, ad hoc ut absque legitimo titulo restituatur, & quid de titulo colorato. Sensus *Cap. Regni Dudum*, aliàs *Ex præsumptuosè*, latè explicatur; & procedere ostenditur in omnibus juribus, in quibus Regi est reservata superioritas; optima ratione illud fundari depromptum ex jure communi, & ubique ferè gentium similia vigere statuta. De remediis directo Domino competentibus tam jure communi, quàm Regni, pro adipiscenda corporali possessione jure consolidationis, tam in feudis, quàm in Regalibus quibuscunque devolutis, in quibus utile dominium, vel administratio dumtaxat transferri consuevit.

SUMMARIUM.

1 *Filius nepotis ex fratre patrueli est in sexto gradu conjunctus.*

CAPUT PRIMUM.

De Jure Romano antiquo.

2 *Officia, ex quibus annui redditus perveniunt, olim militiæ nuncupabantur, &* num. 6. *& quæ officia,* num. 7. 9. *& à quibus dabantur,* num. 10. *& quæ à Principe confirmabantur,* num. 11.

3 *Militiæ nomine publica officia, & salaria, sivè emolumenta nuncupantur, nec differunt ab officiis Pontificiæ Aulæ, &* num. 4.

5 *Militiarum ità pervetustus mos, ut Justinianus Imperator ex priscis temporibus illum repetendum crediderit.*

8 *Cohortales sunt tanquam accessiones, & adminicula cæterarum dignitatum.*

12 *Officia olim ad justitiam expediendam, & exequendam, quæ Principis voluntate tribuebantur, sine ipsius assensu vendi, & permutari nequiverant Jure Romano antiquo.*

13 L. omnimodò, §. imputari, C. de inoffic. testam *disponens, quòd militia vendi possit, declaratur, accedente Principis assensu, & non aliter.*

14 *Officia inalienabilia secundùm aliquos, quia assensus Principis reputatur impossibilis, & proindè non conferuntur, etiam quoad æstimationem, sed alienabilia, & conferenda secundùm alios,* num. 16. 17. & 18.

15 *Assensus impetratio quando reputetur impossibilis.*

19 *Resignans beneficium in manibus Papæ, si sit absens, exigitur cautio de supravivencia, & inquiritur, si sit senex, vel valetudinarius.*

20 *Militia, sivè officia empta constante matrimonio à marito, sunt uxori communia, quantum ad eorum justam æstimationem secundùm ll. Hispaniæ, & de ratione,* num. 21.

RESPONS. XII.

IMmissio petita per Fiscum in possessionem mediætatis officiorum Magistri Actorum Provinciarum utriusque Calabriæ, & Credenzeriæ Civitatis Consentiæ possessæ per Joannem Mariam de Bernaudo, qui decessit mense Februarii anni præteriti 627. sine prole ulla legitima, claro, & aperto jure fundatur, Jure nimirum Romano antiquo, & novissimo Extravagantium Friderici, Longobardo, Canonico, Feudali, Imperiali, Germanico, Regio, Hispanico, Gallico, potissimum verò municipali hujus Regni, stylo Regiæ Ca-

Cameræ ; generali denique consuetudine totius
Orbis ; tam attentis investituris, & originalibus
concessionibus, quàm etiam novissimis confirma-
tionibus, & statu, quo à successoribus fuerunt
dicta officia possessa, & super illis inter ipsos suc-
cessores, etiam non vocato, nec audito penitùs
Fisco, judicatum: Nec illam impedire quicquam
potest prætensio D.Didaci de Bernaudo, qui cum
1 sit filius Ferdinandi Ducis Bernaudæ, nepotis ip-
sius Jo: Mariæ ex Francisco fratre consobrino, sivè
patrueli, quem constat esse defuncto conjunctum
in sexto gradu, *l.1. §.sexto gradu, ff.de grad.*
§.sexto gradu, Instit. de gradib. necessariò is, in-
quam, aperto, & claro jure excluditur.

Siquidem aut officia prædicta fuerunt concessa
in feudum, ità ut ex clausulis in ipsis concessio-
nibus adjectis sub feudi natura officia prædicta
censeantur concessa ; & eo casu res est expedita,
quia à successione repellitur, veluti existens ul-
trà gradus à Regni legibus præscriptos, nec do-
nationi inniti potest, nullo assensu Regio robo-
ratæ.

Aut dicta officia fuerunt simpliciter, & absolu-
tè concessa, ità ut in propria, & ipsorum genui-
na, & de jure ab initio insita, & præscripta na-
tura concessa censeantur, prout in dubio quæli-
bet res concessa præsumitur juxtà ipsius propriam
naturam, & res similiter est expedita, quia cum
dicta officia sint de genere Regalium, nec ex con-
tractu donationis, quem allegat, deficiente Regis
assensu, nec uti successor ex multiplici defectu ul-
terioris gradus, & personæ, aspirare potest.

CAPUT PRIMUM.

De Jure Romano antiquo.

Atquè ut rem totam à suis principiis repetam ; de
Jure Romano antiquo ista, quæ hodie officia ap-
pellamus, militiæ nuncupabantur; erant enim olim
quædam publica munia, seù officia, quæ dabantur
de publico, propter quæ exercentibus illa pen-
debantur certi redditus, seù emolumenta annua
ex illis percipiebantur, quæ militiæ dicebantur, &
2 sic militiæ nomine accipimus officium, ex quo an-
nui redditus proveniunt, *l.Lucius 22.ff.de legat.2.*
l.fideicommissa 11. §.si servo, ff.de legat.3. cum limi-
libus, *Vasq.tom.2.lib.3.par.3.ad §.imputari, n.202.*
Militia enim redditus erat diurnus, qui singulis
diebus militanti præstabantur, indè derivatum est
3 per translationem à Jureconsultis, ut nomine mili-
tiæ, publica officia, & salaria, sivè emolumenta
intelligantur, ut ex *Flavio Vopisco in vita Probi*
refert *Garzias de expens.cap.4.num.16.* Quæ & pa-
nes civiles, quandoque verò annonæ civiles, & in-
terdum salaria in diversis formis, & speciebus de
5 publico ministrata nuncupantur ; nec admodum
differunt ab his, quæ officia in Pontificia Aula Ro-
mæ hodiè dicuntur, *Alciato* teste *Parergon lib.8.*
cap.5. Quem militiarum morem ità pervetustum es-
se, ut imperator Justinian. de illis tractaturus ex pri-
scis temporibus repetendum crediderit, & militias
has inermes semper in usu fuisse (quanquam abso-
leta quædam, & prorsus ex usu immutata, quæ-
dam variata, quædam omninò sublata nomina fue-
rint) placuit *Lelio Taurello de militiis ex casu,*
6 *in princ. tomo 13. tract.cart.322.* De quibus *Franc.*
Connanus lib.4. Juris Civilis, cap.15. car.4.lit.B,
ità loquitur ; *sanè arbitror, militias fuisse, quæ*
vulgò officia vocamus, quarum scilicet fructus fuit
ex salario annuo, aut annonis publicis, & præte-
reà ex emolumentis, quæ quisque sibi poterat occa-
sione militiæ honestè facere, & *cart.3. literis I. K.*
7 Et inferius *in fine d.cap.* subjicit, *atquè verò officia*
omnia publica, militias appellarunt, sed quæ plus
haberent actionis, & ministerii, quàm dignitatis,
aut imperii, hæc enim magistratuum nomine nun-
cupabant; quibus verbis apertè designat *Connanus,*
militias propriè, & verè fuisse, & officia appella-
ta, quæ scriptoriæ, & scriptorum in Romana Cu-
ria, & Magistri Actorum in Regno vocantur, quia,
ut initio dixerat idem *Connanus car.1. literis F.G.*
8 alio nomine Cohortales dicebantur, *& horum (in-*
quit ipse) *cohortalium nomine intelligendos arbi-*
tror omnes, qui tanquam accessiones, & adminicu-
la quædam sunt cæterarum dignitatum, ex *text.*
claro in *l.annonas 15.C.de erogat.milit.ann.12.* ibi,
annonas omnes, quæ universis officiis, atquè Sacri
Palatii ministeriis, & sacris scriniis, cæterisque
cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delega-
ri, & infrà, *ad similitudinem militum quibus æra-*
9 *riæ præbentur annonæ,* & sic militiæ sunt, quæ
officia promiscuè appellantur, quæ Magistratuum
adminiculis adhærent, modò tamen in numerum
statutum ejus nomen matriculis receptum sit, ut
statuit *Valent.* in *l.quicunque 10.C.de cohort.eod.lib.*
ubi in specie loquitur de iis, qui cartas, vel tabu-
las penès Magistratum conficiunt, & conservant
Palatinis Comitatensibus, & Provincialibus, ut ex
l.si cohortales 12. C.de cohort. observat *Conn. car.2.*
10 *litera D.E. & car.3. lit.E.* Quarum militiarum ad-
dit *Conn.* nonnullæ ab iis solis Magistratibus dona-
bantur, erant aliæ, in quibus necesse erat, Impe-
rium ipsum fieri authorem, et ab Imperiali culmi-
ne litteras, quas probatorias vocabant, obtineri.
Undè ad exercitium harum militiarum, quæ à Prin-
cipe donabantur, nemo admitti poterat sine literis
hisce probatoriis, et sic ipsius Principis authorita-
te, authoritas enim dicitur opinio, et judicium
ejus, qui supremam habet in aliqua re potestatem,
ut in *l.ultima C.de fabricens. lib.11.* ubi authorita-
tes amplissimæ sedis vocantur literæ Præfecti Præ-
torio : qui ut glossat *Accurs. vers.authoritatibus,*
authoritatem, sivè assensum præbebant deferenti ;
qui necessarius omninò erat in harum militiarum,
sive officiorum ingressu, ex *text.* claro in *l.hac san-*
ctione, quæ est *10.C.de divers.offic.lib.12.* ubi post-
quam statuit, *omnes, qui sivè in hoc Sacro Pala-*
tio nostro, sivè in aliis quibuscunque officiis deinceps
militare cupiunt, qui tamen non possunt pro tenore
Sacrarum Constitutionum, vel veteri consuetudine,
nisi præcedentibus sacris probatoriis militiæ socia-
ri, sicut subjecta notitia demonstrat, adipisci præ-
11 *cipimus* : enumerat posteà *Imper.* in *l.ult.* eos, qui
probatoriis Principis confirmari debuerunt, & ut
Connanus testatur *d.c.15. car.2. lit.D. tum recenset*
eos, &c. scilicet agentes in rebus Palatinorum, &
qui sunt in officio Præfectorum Prætorio, Procon-
sulum, Comitum Virorum, Magistrorum, Mili-
tum, & item multos alios, sed omnes, qui sunt
alicujus Magistratus officiu deputati, ut planum sit,
probatoriarum usum in hujusmodi tantùm militiis
fuisse, quæ cæteris Magistratibus accedunt ; &
tanquam pedissequæ sunt ministræ similes cohortali-
bus militiis, quæ non donabantur à Principe, sed
à Magistratibus, quæque suis concessæ posteà ab eo
pro-

12 *probabantur:* quæ eodem *Connano* teste *d.c.15. car.3. lit.B. Nam ut vendi, & permutari queant nihil videatur obstare, dum adsit Principis authoritas, quod hodieque in Gallia concessum est in omnibus, quæ per se juris non habent dictionem*, ut ex his apertissimè pateat, nominatim probati de hisce officis, quæ apud Provinciarum Præsides, qui æquiparari possunt antiquis, ad justitiam expediendam, & exequendam, sunt instituta, & sinè quibus jus reddi non possit, sine Principis assensu disponi haud quaquam potuisse; cujus generis sunt omnia ferè officia, quæ in Gallia, quæ in Hispania, quæ ubivis gentium Principis voluntate tribuuntur, ut testatur idem *Connanus d.c.15.car.6. lit.C.*

13 Et quàmvis *Justin.* in *l.omnimodò 30 §.imputari, C.de inoff.testam.* decreverit, imputanda esse in legitimam filiu illa, quæ occasione militiæ emptæ à patre filius ex substantia patris percepit, illa expressa ratione, *eò quod talis sit militia, ut vendatur*.

Attamen omnes Interpretes communi ore ferè nemine dissentiente, declarant dicta verba *Justin.* ut vendi, aut alienari possit Militia, accedente tamen Principis assensu, & non aliter.

Quo velut indubitato supposito, de eo dumtaxat inter *DD.* controvertitur, utrum talis licentia
14 reputetur impossibilis, aliquibus asserentibus, quòd tanquam dependens à facto, & voluntate Principis reputatur impossibilis, & proindè censeantur officia omninò inalienabilia, & veluti talia non conferantur, nec etiam quoad æstimationem, ex *l.apud Julianum*, aliàs *Africanus 40. §.constat, in fine*, ibi *cum distrahi non soleant, ff.de leg.1.* aliis
15 verò contrà asserentibus, tunc dumtaxat censeri impossibile quod à Principe est impetrandum, quando illud Princeps non solet concedere, secus verò quando Princeps illud concedere solet de facili, vel etiam cum difficultate, putà magno favore apud Principem interposito, ut ex *Aret.in d.§.constat*, & *Loffredo cons.16. num.9.* declarat *Covar.de sponsal.par.2.c.3.num.9. Eman.Costa select.lib.1.c.8. num.14.* tametsi regulariter non veniunt in concessione illa, quæ cum difficultate concedi solent, *Cabed.decis.40.num.7.2.par. Regner. de regal.lib.1.*
16 *cap.1.num.78.* ut ex hoc ancepa fuerit *Nicolaus de Ubaldis* Advocatus Concistorialis in *tract. de success.ab intest.* post *proœm.* in *§.successionem, in 6.q. num.28.* ubi quærens, utrum id, quod pater erogavit pro militia, vel dignitate, seu officio filii, conferatur per ipsum filium in successione patris cum fratribus, vel in partem suam imputet, & post *num.30. vers. patet ergo*, dicit, se consultum noluisse dare clarum responsum, quia cum officia nuncupatim scriptoriæ Romanæ Curiæ, vendi non possint sine assensu papæ, nec possint illa simpliciter, & directò in alterum transferri, sed ad instar beneficiorum resignari debeant in manibus Papæ, ut in alium transferantur; ex hoc non videntur esse in commercio, quàmvis Papa de facili consueverit as-
17 sentire; verùm *Jas.* in *d.§.imputari*, miratur, quòd *Nicolaus* non legerit *Paul.de Castr.in d.§.imputari*, quod in specie loquens in officio Scriptoris Romanæ Curiæ, decidit, esse imputandum, quia vendi consuevit, & licèt *Castr.* nihil dicat de assensu Pontificis, tamen *Jas.* advertit, quòd licet talia officia transferri in alterum non possint, nisi per resignationem in manibus Papæ, nec vendi possint absque assensu solius Papæ, à quo officium resignatum in
18 alterum est transferendum; adhùc tamen justè dicitur officium vendibile, ut dicitur in *d.§ imputari* quia Papa consuevit se reddere valdè facilem in hujusmodi venditionibus, quod & latiùs repetit *Jas.* in *l.illud, num.6. C.de collat.* ubi clarissimè innuit *Castr.* idcircò non meminisse de assensu Papæ requisito, cum benè noverit, consuevisse de facili consentire hujusmodi venditionibus, ut tota die fit in
19 Romana Curia, ubi illa solet adhiberi diligentia in explorando, utrum resignans sit senex, vel valetudinarius, qui vult resignare, & si est absens, exigitur cautio de supravivientia, teste *Card. Seraph. tomo 2.decis.1294.num.5.* quæ in puncto, & alia quoque observari, & requiri videmus de consuetudine Regiæ Cameræ in hujusmodi officiorum translatione, ut infrà latiùs.

Et *Castr.* & *Jas.* ità intelligit, & fusius compro-
20 bando sequitur *Covarr.lib.2.variar.cap.19.num.4.* ubi resolvit, hujusmodi militias, sivè officia empta, matrimonio constante à marito, quantum ad eorum justam æstimationem esse communia uxori,
21 juxtà tenorem ll. Hispaniæ, ex eò quia sunt in commercio, conferuntur, & imputantur, cum facillimè soleat à Principe impetrari licentia vendendi hæc publica munera, & ideò eorum venditio possibilis est censenda, ut per *eum* post *num.5.vers. deinde*, ea red lita ratione, quia paria sunt, quod militiæ vendantur, & vendi liberè possint, & quod facili licentia Principis vendi liberè possint, & soleant, & hoc dicit sentire *Bart.in l.1 §.nec castrense, ff.de collat bonor.Bal.Paul.* & *Jas.in d.§.imputari*, ut apertissimè per *Covar.* qui *in fine* dicit, ità in illu Regio Prætorio vidisse judicatum, & optimè *Castrens.* declarando tradit *Igneus* in *l.3.§.subvenitur num.156. & 157. ff.ad Syllan.* & perbellè *Garzias* comprobando doctrinam *Covar. d.c.4. de expensis, num.15.vers. ex quo descendit.*

SUMMARIUM.

22 *Militia, officia, & publica munera de jure communi, ideò alienabilia, quia de generali consuetudine vendantur cum Principis licentia, & per resignationem in manibus Pontificis, &* num.23. & 25. *& quid de Jure Hispanico, ubi officia prohibentur vendi*, num.26. 27. & 33.

24 *Princeps non nisi duobus concurrentibus officia vendere potest, sed contrà*, num.32.

28 *Officia inalienabilia sunt, quando Princeps rarò, vel nunquam solet assensum concedere, secus si soleat, prout in Regno Castellæ, & tunc conferuntur, & imputantur*, num.30.31.& 34. *& quid in Scriptoriis Rom.Curiæ servetur*, num.29.

31 *Notariatus, Graffariatus, & similia officia annexa Magistratui ad justitiam expediendam, lege Divina non prohibentur à Principe vendi, &* num.34.

CAPUT SECUNDUM.

De Jure Communi.

22 ET generalitèr de omnibus militiis, muneribus publicis, seù officiis, de quibus fit mentio in plerisque ll. Juris Communis, quam propter redditus, sivè emolumenta, quæ annuatim

illa exercentibus pendebantur de publico, militiæ
appellabantur, & nominatim, & in specie in offi-
cio Scriptoriæ, vel Tabellionatus, vel simili,
quòd ideò dicantur alienabilia, quia de generali
consuetudine venduntur cum Principis licentia,
& per resignationem in manibus Pontificis, vel Re-
gis, tametsi sit in libertate ipsius Pontificis admit-
tere resignationem in favorem resignatarii, vel al-
terius ex eo, quòd solet Papa similes resignationes
admittere sine difficultate, pulchrè *Ripo in l. in
quartam, num.163. ff. ad l. falcid.* quem sequitur
Ant. Gomes. insignis Hispanus in *l.29. Tauri*, post
num.21. vers. Item subinfero, il 2.
23 Sed omnium, quos viderim, latiùs, & meliùs
doctissimus *Tell. Fernand.* super 26. & 29. *ll. Tauri*,
ex *num.6.* ubi eruditè agit de militiis, & officiis,
eorumque origine in specie ad verum sensum *dicti
§. imputari, num.8.* & post *num.9.* in dubium revo-
cat, an verum sit quod *DD.* exteri, & Hispani
indubitanter asserunt officia hæc vendi posse, mala,
& inconvenientia enumerando, quæ ex officiorum
24 venditione oriuntur, quæ vendi non posse, nisi
duobus concurrentibus, post *Divum Thomam in
opusculo ad Ducissam Brabontiæ a.1. q.1.* & *Gulielm.
de Benedictis* latissimè negativam probantem, &
omnium ferè Theologorum, Juristarum, & Poli-
ticorum Scriptorum sententia in *cap. Raynuntius
in ver. duos habens filios*, & *num.52.54. usque ad
64. de testamentis*, ubi *num.11.* resolvit *Tellius*,
nam quatenus agitur de venditione facienda non
à Principe, sed à privato in privatum, mediante
renunciatione, profert subscripta verba satis ad
rem nostram accomodata, & *licèt de jure nostro,
scilicet Romano* (inferius enim loquitur de Jure
Hispanico, quod jus appellat leges Regni) *fit pro-
25 hibitio, venditio, & transmissio, quia tamen
Princeps faciliter hoc solet concedere, dicitur va-
lere venditionem, nec hanc licentiam impetrandam
reputari impossibilem*, ex *d. §. constat.* Et citans ju-
ra, & *DD.* inferius subjicit: *Exindè etiam infertur,
quòd si promisisset dare tola officium filio tempore,
quo in matrimonium ibat secundùm formam l.22. si
non dederit, solvet æstimationem, quia est in com-
mercio, & est vendibile, & transmissibile, acce-
dente consensu Principis, & non solùm ad pretium;
sed ad redditus officii teneretur*, & ità dicit vidisse
bis judicari, & ab omnibus suprà citatis, tam ex-
teris, quàm Hispanis ita teneri.
Disputat tamen *Tell.* posteà in *vers. sed hæc dum
26 mecum*, quod stante *l. Regni*, quæ est 65. *in vol.
Pragmaticorum sui Regni*, ubi officia prohibentur
vendi sivè directè, sivè indirectè, sivè pretio,
sivè aliqua correspondentia, utrum stante *d. l. mu-
nicipali*, quæ longè strictiùs hoc inhibet, censean-
tur officia vendibilia ex eo, quod adhuc de facto
multa officia reperiantur vendita, assensu tamen
præstito cum clausula, *con che non aya intervenido
precio en la dicha renunciacion*, & latè probat, at-
tenta dispositione illius *Pragmaticæ*, locum sibi
vendicare *decis. d. §. constat*, ibi, *cum distrahi non so-
leant*, & sic consuetudinem in concedendo assen-
sum designari, à quo dependet contractus validitas,
& sic cum eo jure prohibita sit venditio, & Prin-
ceps non sit solitus concedere, & ab ejus voluntate
dependeat, reputari impossibile, & sic cessare im-
27 putationem, & iterum in *vers. a. verò casu* ex *Iser-
nia*, & *Affl.* æquiparando officia feudis, probat, hu-
jusmodi officia, nec hypothecæ subjici posse, &
num.14. addit, ex vi renunciationis, accedente
consensu Principis, facilem esse transmissionem,
& quod etiam si gratia, seu privilegium reputetur
ille consensus Principis, cum præcisè non teneatur
consentire secundum *Affl. decis.398. num.5.* attamen
quia solitus est concedere, nec solet renunciatio-
nem non admittere absque causa, ideò locus est
imputationi, & collationi, & advertit id, quod
dicitur in *d. § imputari*, quæ ad hæredes transmit-
tatur, intelligi de pecunia, quæ ad ejus hæredes
perveniat.
Et cum prædicta communi distinctione, quòd
28 aut Princeps rarò, vel nunquam soleat assensum
concedere in officiorum resignatione, & tunc cen-
seatur venditio impossibilis, non propriè impossi-
bilitate naturæ, sive ex qualitate rei, sed largo
29 modo, quasi fieri non soleat; secus verò si soleat
à Principe faciliter concedi, ut de jure, & de con-
suetudine esse in officiis, quæ nec renunciari, nec
vendi posse sine Principis licentia, idque in specie
servari in Scriptoriis Rom. Cur. & aliis, cujusmo-
di sunt di *Cavallerati*, quibuscunque officiis vendi-
bilibus, juxta varios gentium mores, clarissimè, &
pulchrè affirmat post *Gamam decis.29. & 114.* &
*Barzam. de non meliorandis dotis ration. filiabus,
c.27. num.14. & 15.* qui de mora optimè hoc decla-
rat, *Alvarus Valascus in praxi partition. & colla-
tion. cap.13. num.60.* & præcipuè *num.62. & 63.* ubi
30 *in fin.* dicit, quod cum in Regno Castellæ, & in
aliquibus Regionibus soleat Princeps facilè conce-
dere licentias ad hujusmodi venditiones publico-
rum officiorum justè *DD.* Hispanos securè affirma-
re, æstimationem conferri, & imputari debere; &
addit insuper *num.64.* quod licet in Regno Lusita-
niæ talis licentia vendendi officia non sit facilè im-
petrabilis à Rege, sed cum maxima difficultate, &
rarissimà; adhuc tamen hujusmodi officia empta
cum expressa Regis licentia ad vendendum, vel ta-
cita ad renunciandum, ut solet fieri sub honestio-
ri nomine renunciationis, cum tamen Rex sciat
esse venditionem, vel etiam si ignoret, in omni
31 casu esse locum imputationi, & collationi, & re-
solvit *num.66.* non obstare distinctionem juris com-
munis, utrum licentia esset impetrabilis, nec ne,
quia eo jure obligatio conferendi dependebat à præ-
sumpta voluntate patris, secus jure Regio, ubi
non attenta patris voluntate, sola æqualitas inter
filios spectatur; undè in hoc à *Tellio* discrepat, re-
solvens ipsius argumenta de prohibita venditione
32 officiorum, *num.67.* ex eo, quod lege divina non
sit Principi inhibita illorum officiorum venditio,
quæ jurisdictionem non habent, sed consistunt in
nudo ministerio, & exercitio, cujus contempla-
tione aliquam mercedem taxatam, seù redditus
à Rege recipiunt, ex *D. Thoma*, ut suprà, & *Soto
de justitia, & jure, lib.3. quæst.6. art.4. vers. sed in-
gerit se statim dubit.* qualia sunt officia Notariatus,
Graphariatus, & similia, quæ annexa sunt Magi-
stratui ad Justitiam expediendam, potius sunt one-
ris, & servitutis, quàm jurisdictionis, in quorum
translatione, & commutatione nulla adest prohi-
bitio; interveniente tamen Principis assensu, ex
Innoc. Iser. Oldrad. Bal. & aliis subdit *num.68.* ipsum
Principem benè posse vendere hæc officia, ex *Bal-
do, Soto, Gulielmo Benedicto*, & aliis, nec obesse
dicit inconvenientia, quæ ex venditionibus offi-
ciorum coacervavit *Tellius*, dicit enim *Alvar. Hæc
tolluntur ex eo, quia non temere à Rege concedun-*
tur

tur licentia ad vendendum cuilibet, sed examinata persona, & idoneitate ementis, seu ejus, cui fit renunciatio, & cum taxatione salarii. Undè est,
33 quod lex Regia non denegat absolutè venditionem, sed non præmissa licentia, ut ex Hispanis legibus per ipsum *Alvarum* ponderatis, in quibus expresè cautum testatur, transferri dicta officia minimè posse sine Regis speciali licentia, ubi etiam infrà in *resolutione tertii objecti*, post *num.70.* addit, quòd non ex eo, quod interveniat Regis licentia, fiunt hæc officia exempta à collatione, quasi processerint à Rege, quia in translatione non consideratur Princeps tanquam donans, sed solùm tanquam authorizans, & dans robur illi actui, & optima est *decisio Gomez. Leonis 100. eademque ultim.*
34 ubi amplissimè testatur *in fin.* hujusmodi officia ex sui natura esse inalienabilia, nec posse transferri de una persona in alteram sine consensu Papæ, aut Regis, & ità passim in Prætorio Hispalensi, judicari, & de jure, & more totius Hispaniæ hoc observari affirmat *Vasquius de successiou. creat. lib. 3. §.30. part. 2. num. 218.* & optimè *Cabedus decis. Lusitan. 24. part. 1. per tot.* ubi jure Regio Lusitaniæ docet, non posse officia renunciari absque Regis licentia, adeò quòd renuncians non amittat jus, neque possessionem, & quod data facultate à Principe, cessio fieri non potest, nisi idoneo, & quòd non admittatur renunciatio, si renunciatio fiat post delictum commissum, vel si decedat intrà viginti dies, ad instar beneficiorum Ecclesiasticorum.

Undè ex jam dictis manifesta apparet jure communi Romano, & fortiùs Regio Hispanico, & de more totius Hispaniæ omninò in prædictorum officiorum translatione, assensum Principis esse necessarium, cùm etsi jurisdictione de per se principaliter careant, versentur tamen circà jurisdictionis exercitium, veluti ad justitiæ expeditionem necessaria.

SUMMARIUM.

35 *Officia de Jure Canonico vēdi nequeunt, &* n.37. *& jure Conciliorum generalium, præsertim Basiliensis*, num.63. *quod non procedit in Principe Superiorem non recognoscente, illiusque Officiariis vendentibus honesto pretio, & personis non malè utentibus, &* num.38. & 39. *& qua ratione*, num.40.

36 *Simonia appellata per Canonistas, ambitus dicitur per Legistas.*

41 *Resignatio, sivè renunciatio beneficii absque assensu Superioris de Jure Canonico non valet, etiam in præjudicium ipsius resignantis ad similitudinem ejus, quod de officiis jure civili statuitur*, num.45. & 46.

42 *Renuncians, vel resignans beneficia absque Superioris licentia, an amittat possessionem, vel possit agere spolio, &* num.43.

44 *Officialis potest in officii administratione continuare, & emolumenta percipere, quousque non acceptetur illius renunciatio in manibus Regis.*

47 *Argumentum à beneficio ad officium validum, quia officia æquiparata sunt feudis, quæ sunt beneficia, &* num.49. *&* 56.

48 *Beneficiorum dispositio fortiùs habet locum in officiis quoad naturam, & rigorem conservandum.*

50 *Officiorum possessores, Regisque donatarii non habent potestatem admittendi illorum resignationes tam jure communi, quàm Regio, sed provisio tantum fit per habentem potestatem conferendi.*

51 *Tabellionatus officia non possunt alienari sine Regis assensu, tam jure canonico, quàm communi, & ordinatione Lusitaniæ, & quare*; num.52.

53 *Donatio absque Regis assensu facta per non habentem successorem, & de prole desperatum, non valet.*

54 *Alienatio officiorum secularium, etiam sine jurisdictione, ut Scriptoriæ, Actuariatus, prohibita est jure civili, & canonico ad instar beneficiorum, &* num.55.62. *&* 96.

57 *Officia Scriptoriæ, & similium non vendantur, nec transferantur, nisi præmisso examine idoneitatis, etiam si essent ad hæredes transmissibilia, & qua ratione*, num.58.

59 *Idoneus in officiis, & beneficiis dicitur is, in quem duo concurrunt, primum probitatis, alterum peritiæ.*

60 *Causæ victoria, vel perditia ab Actuario dependet, &* num.78.

61 *Officia dicitur dari persona, non personæ officium.*

64 *Ludovicus Rex inter Sanctos relatus, Carolus VII. & VIII. statuerunt, officia Præsidentium Consiliariorum, & cætero Curiarum Parlamenti.*

65 *Grapharium constat esse actorum Notarium.*

66 *Actorum Notarii officium comprehenditur in prohibita officiorum venditione, quia Officialis dicitur, &* num.69. 70. *&* 72. *etiam in materia correctoria juris communis*, num. 74. *&* Isern. *qui sentire videtur contrarium, declaratur*, num.80.

67 *Tabulariorum officium de Jure Romano durabat triennio.*

68 *Magistri actorum debent stare sindicatui, &* n. 72.

71 *Ritus Magnæ Curiæ, quòd de delictis Officialium solo Magna Curia cognoscit, comprehendit actorum Notarios, sivè Magistros, &* Dominus de Franchis, *qui contrarium sentire videtur, declaratur, &* num.73.

75 *Actorum Magistri exercent quodammodò jurisdictionem, & sunt partes quotativæ Judicis, &* num.76. *&* 77.

79 *Verba*, unà cum jurisdictione, *rectè congruunt in translatione officii actorum Magistri.*

81 *Notarios, & Tabelliones creare, est de Regalibus, &* num.82.

CAPUT TERTIUM.

De Jure Canonico.

35 DE Jure Canonico officia regulariter vendi prohibentur, *cap. 1.* juncta *Glos.* super *verb. Consuetudines, de magistris*, ubi dicit, quod talia emere est quasi simoniacum, facit *text.* in *cap. I. Julia*, & *cap. fin. 1. quæst. 1. cum glos. secunda*, in *l. Baphii C. de murileg. lib. 11.* & in *l. 1. ff. ad leg. Juliam de ambitu*, ubi *Bart.* dicit, illud, quod Ca-
36 nonistæ vocant simoniam, Legistas dicere ambitum, qui committitur in redemptione pecuniaria officiorum, *Isern.* in *cap. 1.* post *num. 3. vers. sed quæ est ratio*, & *in vers. item si daret, de feuda guardiæ, vel castaldiæ*, ubi *Afflict. num. 7. Gulielm. de Benedict.* in *dicto verb. duas habens filias, num. 57.*
37 Indè docuit *Panorm.* communiter receptus in *c. 1.*

& 2.nc Prælati vlocr ſuas, id quod Domioi pro offi-
ciis ſæcularibus ſuæ juriſdictionis accipiont, lo-
crum ſordidum eſſe, & accipiendo peccare morta-
liter, eum officia ſui natora vendi non debeant.
Quod tamen reſtriogitur, ut procedant hæc in
perſonis, quæ Superiorem agnoſcunt, ut ſunt
Duces, & alii, qui in temporalibus recogooſcuot
Superiores, quales ſunt in Regnis Hiſpano, Lu-
ſitano, Neapolitano, Gallicano, & ſimilibus lo-
cis, ubi vetitum eſt lege obligante ad mortale, cui
conſuetudo præſcripta noo derogavit, ſine licen-
tia, & aſſenſu illius, qui eam dare poteſt ad ven-
38 dendum honeſto pretio perſoois idoneis; & coo-
ſequeoter non ſunt damnandi Reges, & Princi-
pes, qui officia dant pro pecunia in dotem, vel
mercedem obſequiorum, neque etiam ipſi Officia-
rii illa vendentes tam honeſto pretio talibus perſo-
nis, ut probabiliter credant, eas illis non malè uſuros,
quo pretium malè datum pejus extorqueant, ut poſt
D.Thomom ubi ſuprà, & *Sotum* optimè *d.lib.3.q.6.
art.4.* poſt *verſ.ſed ingeris*, ubi quatuor concluſioni-
bus ſubiectis hoc explicat, & præſertim in prima,
ubi io *verſ.hinc fit, quod Magnates.* probat, hoc ſo-
lùm Principi ſupremo jus competare vendendi, &
aſſentiendi officiorum alienationi, tradidit his ver-
bis *Navar.* in *Manual.Confeſſar.c.25. num.7.verſ.
Decimo octavò peccat*, quamvis de veritate doctri-
næ *Soti*, & *Novarri* latè diſputet *Vaſq.lib.1. con-
trov.illuſtr.c.43.* ex *num.8.& 12.*
39 Et ſic Jure Canonico omninò à ſola Principis ſu-
premi voluntate in officiorum coocesſione, & aſ-
ſenſu in ipſorum venditione, ut putà, quia in ipſo
ceſſant ſimonia, & ambitus, *l.1. ff.* ad *leg. Jul. de
ambitu*, dependet ex toto officiorum reſignatio,
& commutario de una perſooa in alteram.
Et ſine Principis ipſius conſenſu nihil agitur,
cum & beneficiorum renunciatio cum liceotia, &
authoritate Superioris fieri debeat, *cap. admonet,
cap quod in dubiis, cap.niſi cum pridem, cap.fi. de
renunc.cap.denique 6.qu.3. & c.1.17.q.2.* quia cum
40 prohibitio ſit juris poſitivi. Principem non ligat,
cap. propoſuit, de conceſſ. præb. licèt plerique ex
Canooiſtis temperaveriot, ut renunciatio, ſivè
41 reſignatio oon valeat io præjudicium Superioris,
de cujus intereſſe agitur, valeat tamen in præju-
dicium ipſius reſignantis, ut latiſſimè proſequitur
dicens communem *Flamin.Pariſ. de reſign. beneſ.
lib 7.q.1.num.12.& 25.* & his noo relatis *D. Conſ.
Georg.in repet.feud.c.54. num. 61.* contrarium ta-
men, ut verius, & receptius infinitis propemo-
dum relatis fundat *Garz. tom.2.de beneſ.p.11.c.3.
de renunc.in 4.notab.num.223.* qui adeò nullam, &
iovalidam cenſet renunciationem, & commuta-
tionem beneficii abſque Superioris aſſenſu, ſivè
conſenſu, ut *Panor.& Gloſ.ex verbis tex.* in *dict.
cap.admonet, num.6.de renunc.* ut non ſolùm non
valeat, & ſit nulla in præjudicium Superioris, ſed
etiam nulla ſit in præjudicium ipſiuſmet renun-
ciantis, qui poſt renunciatiooem verum dicitur
habere titulum, & jus in eo, donec renunciatio,
ſivè tranſlatio in alterum per Superiorem admit-
42 tatur, ſivè ratificetur, licèt amittat poſſeſſionem,
ità quod noo poſſit agere ſpolio, niſi ei locubue-
rit de facto, ut idem *Garz.*ſubiicit *num.235. Flam.*
ubi ſuprà, *num.37.* quod procedere potius de ſty-
43 lo Curiæ Romanæ, quàm de jure communi, quo
atteoto reſignantem noo habere amplius regreſ-
ſum, probant *Cavagl.tract.commun.cont.commun.
cap.283.D.Georg.d.c.54.num.62.cum ſeq.* idemque
44 in Officiali, ut noo dum acceptata renunciatione
io manibus Regis, poſſit continuare in officii ad-
miniſtratione tanquam noo vacantis, ex *l.memi-
niſſe, de offic Præſid.* & percipere emolumenta of-
ficii, ex *Imol. Rebuf. Franch.* & *Cald.* tradit *Ma-
ſtril* iofrà allegandus *cap. 24. lib. 1. de magiſtrat.
num.21.22.& 27.* & officium expirare ſequuta ac-
ceptatiooe Regis tantùm *num.28.*
45 Et hoc in beneficiis Jure Canonico introductum
eſt ad ſimilitudioem ejus, qood in officiis Jure
Civili ſtatutum erat, ut latè probat *Cabed. deciſ.
Luſitan 24. in princ.part.2.* & optimè colligitor ex
dictis per eundem *Flamin.Pariſ.* qui reddens ratio-
nem, quare aſſenſus, ſivè coo ſenſus Superioris re-
quiratur in beneficiorum reſignatione, *dict. q. 1.
num.3.& num.81. verſ. tertiò accedat*, illam aſſi-
gnavit, quia Superioris intereſt, nè beneficium
dimittatur ſinè ejus licentia, ex *Geminian.* io *cap.
ſi electio, num.5.de electiou.in Sexto*, cum ipſi Su-
periori præjudicetur, *cap.ſignificaſti, de foro com-
46 pet.* Et ſtatim addit *Flamin. num.4. Et ob hanc ra-
tionem non licet defenſori Civitatis, officium de-
fenſoris deſerere ſine licentia, l.ultim.C.de defenſor.
Civitat.l.legatus ff.de offic.Præſid.neque militi mi-
litiam, ut omnibus notum, atque compertum eſt.*
Hæc ille.
47 Quod autem liceat arguere à beneficio ad offi-
cium, clariſſima eſt ſimilitudo, cum & officia æqui-
parata ſint feudis, quæ conſtat eſſe beneficia, *cap.
1.§.beneficium, quib.mod.feud.amitt.* cum ſimilibus
per *Iſern.in cap.1.§. fin. de feudo March.* Undè ſi
feudum dicitur beneficium, & officium feudo
æquiparatur, imò ſtrictiorem habet naturam, ut
48 infrà dicemus; diſpoſitum in beneficiis, præſer-
tim in his, quæ pertinent ad naturam, & rigorem
conſervandum, fortiùs cenſebuntur diſpoſita in
officiis, ut latè probando proſequitur *Reg.de Ponte*
in famoſa *deciſ.28.*ex *num.1.* ubi argoit in puncto
à prohibita reſignatione beneficiorum ſine aſſenſu,
ad officia ſæcularia, & *num.4.cum ſeq. uſque ad 9.*
quæ rogo perlegi, cum nova tantùm afferre, non
49 autem nota tranſcribere intendam, & officia con-
venire cum feudis nativitate, utilitate, & vita,
probat diſcurrendo *Franc. de Amic.* infrà citando
loco *de his, qui feud.dar. poſſ.§.dicebam amplius,
car.63.Cabedus* optimè *deciſ.Luſiton.23.part.2.* ubi
50 quod donatariis Regis, & poſſeſſoribus officiorum
non datur poteſtas admittendi reſignationes offi-
ciorum tam de jure communi, quàm Regio, quia
reſignatio eſt facienda in manibus Regis, qui illam
admittere poteſt; proviſio autem ſit per habentem
poteſtatem conferendi, citat *tex.*in *cap.dudum, de
præbend.* & *Staphilæum de literis gratiæ*, & alios
Canooiſtas, & ità refert judicatum pluries, & in-
ſerit verba ſeoteotiæ in proceſſu Fraocifci de San-
pajo contrà Lupum Borges in ſpecie ſuper officio
Tabellionatus de Concilio, io qua ſententia Lu-
51 ſitano idiomate deſcripta dicitur, hujuſmodi offi-
cia Tabellionatus tam inſpecto jure communi,
quàm ordinatione Luſitaniæ noo poſſe alienari ſi-
nè Regis aſſenſu, qood *num.4.5. & ſeq.* compro-
bat optimè ex diſpoſitione juris Canooici, & de-
ciſionibus *Rotæ*, arguendo à reſignatione bene-
ficiorum prohibita abſque conſenſu Superioris, &
52 inter alias rationes, ex quibus prohibetur officio-
rum reſignatio, ſivè commutatio, *num. 8.* illam
tradit ex *Rota* in antiquis *deciſ.5.& 6.* quòd in re-
ſigna-

fignationibus poſſunt evenire multa, in quibus
factum reſignantis poſſit lædere illum, ad quem
pertinet proviſio, ad quod inquit *Cabed. Rotam*
citare *text.in cap.dudum, de præbend.in 6.* & *Car-
dinal.in clement.1. quæſt. 7. de rerum permutat.* &
ſubiicit *num.9.* quid Rex ipſe in hoc caſu decreve-
rit anno 1589. quod hujuſmodi officiorum renun-
ciationes nullo modo fieri poſſent, niſi renuncian-
do in manu Regis, & ità Regem declaraſſe ſem-
per, & generaliter ità ſervandum eſſe, tanquam de
jure diſpoſitum, & ità ſemper conſuetudine in il-
lo Regno obſervatum.

Quæ ratio certè cum de facili potuiſſet retrahere
Regem noſtrum, ne aſſentiret aſſertæ donationi,
præſertim cum clauſula reſervationis uſus fructus
53 in continenti adiecta, facta per Jo: Mariam Ber-
naudo D Didaco, ex eo quod donans ſucceſſore
carens de prole erat deſperatus (quibus alienatio-
nibus Rex ipſe ratione ſui præjudicii non ſolet,nec
tenetur in Regno aſſenſum etiam requiſitus con-
cedere, ad tradita per *Camerar.* in *l. Imperialem,
cart.79.lit.R.de Ponte de poteſt.Proreg.§.3.de aſſen-
ſibus, num.14.& 15.* & dicam infrà) omninò pro-
pterea redditur nulla, & invalida prætenſa donatio
abſque ullo aſſenſu facta.

54 Et latiſſimè alienationem officiorum ſæcularium
prohibitam eſſe jure Civili, & canonico ad inſtar
beneficiorum, quorum reſignationes ſunt facien-
dæ in manibus Superiorum, ſcribit *Maſtrill. de
magiſtrat.tom.1.cap.24. num. 11.* ubi *in fin.* teſta-
tor ita communiter eſſe receptum, ratione inte-
ceſſe Superioris, *num.12.& num. 33.* idem pr oce-
dere affirmat etiam in officiis ſinè jurisdictione, ut
ſunt Scriptoriæ, Actuariatus, Tabellionatus, &
ſimilia, de quibus loquitur *de Ponte dicta decif.28.*
ut facta renunciatione in manibus Superioris, &
per eum acceptata, reſolvatur locatio per prius fa-
cta, & extinguatur ad inſtar reſignationis bene-
ficii,& renunciationis ſeudi,à quibus ſcilicet bene-
56 ficio,& feudo ad officium, præſertim in hac mate-
ria reſignationis optimè ſupponit,licitũ eſse ducere
argumentum, idemq; *D.Georg. d.c.54.n.61.cum ſeq.*

Et in his quinque officiis Scriptoriæ, & ſimilium,
57 non poſſe vendi,nec transferri niſi cum certis tem-
peramentis, præmiſſo ſcilicet examine idoneitatis,
etiam ſi eſſent ad hæredes tranſmiſſibilia, niſi ſub
eodem examine habilis, & idoneus appareret is,in
quem fieret talis inter vivos, vel ultima voluntate
translatio, in ſpecie ex *Sot.* probat *Vaſquius con-
trover[ſ] Illuſtr.lib.1.c.43.num.12.* ubi eam aſſignat
rationem, quia ad tales Scriptorias, Prætorias,
58 & Magiſtratus eligitur induſtria perſonæ, *l. inter
artifices, ff. de ſolut.Authent. ut Judices ſinè qua-
quo ſuffrag.per totum*, adeò ut non ſufficiat, aut
vix ſufficiat idoneum, aut dignum eligere, ſi-
quidem magis idoneus, aut dignior in promptu
59 eſt, & ille demum idoneus exiſtimetur, in quo ſit
concurſus duorum, primum probitatis, alterum
peritiæ, & dexteritatis, ut latè *Vaſq.* qui *num.14.*
60 ſimiliom hoc eſſe dicit his, quæ in conferendis
Eccleſiaſticis dignitatibus, aut beneficiis conſide-
randa ſunt, & ut inquit *Fallar.*loco infrà citandu
in *Conſtitution.* ſcilicet *Juſtitiarii per Provincias*,
tota victoria cauſæ, vel perditio ab Actuario de-
61 pendet,& *Bovadill.* in *Polit.tom.1.lib.1.cap.11.n.7.*
dixit, *que al officio ſe debe dar perſona, y no a la*
62 *perſona officio*; ut non immeritò *D.Conſiliar. de
Georg. part.1.repet.feud.cap.54.* probaverit in ſpe-
cie, officiorum venditionem prohibitam jure Ci-
vili, & Canonico *num.29. & 36.*

63 De jure quoque Conciliorum Generalium, præ-
ſertim Baſilienſis, approbatorum Jure Regio Gal-
lico, inſtante Eccleſia Gallicana, teſtatur *Gloſ.
Coſm.Guimier* in *Pragm. ſanctione, titul.de anna-
tis, §.ſtatuis, ſuper Gloſ. verb. Eccleſiaſticis*, de
qua meminit *Benedict.*in *dict.cap.Raynutius, verb.
duas habens filias, num.57. verſ.alterius*, ubi re-
fert, Conſtitutiones, & Leges Gallicanas, & præ-
64 ſertim Ludovici Regis, qui inter Sanctos relatus
eſt Caroli VII. Caroli VIII. regnantis tempore,
quo ipſe *Benedict.* ſcribebat, qui addit *num.56.
& in fin.* ſpeciali ordinatione ſub *num.67.*ſtatuiſſe,
officia Præſidentium, Conſiliariorum, aut cæ-
tera officia Curiarum ſuarum Parlamenti, & ſic
(inquit *Benedict.*) comprehendit Advocatum,
65 Procuratorem ſcilicet Fiſcalem, Grapharium,
quem conſtat eſſe actorum Notarium, & Ho-
ſtiarios, & quæcunque officia extrà Curiam Par-
lamenti in toto Regno, quod aſſerit ampliatum
per Ludovicum XII. anno 1498. ordin. ſua 40. &
num.59. refert *Arreſt.parlamenti Tholoſani*.

66 Et rectè quidem in prohibita officiorum vendi-
tione comprehenduntur actorum Notarii; ſiqui-
dem certum eſt, id eſſe de jure, ut eſt *Gloſ.*notab.
in *l.1. in princ. verſ. ob denunciandum, ff. ad leg.
Corn.de falſis*, ubi dicit *Gloſ.Officialis, putà No-
tarius retulit Judici, talem tuliſſe teſtimonium,&c.
vel idem Notarius pecuniam accepit, &c.* idem
Bart. in *l.cum ſententia, C.de ſentent.& interloc.
omnium judicum*; ad quod *Additio ad Ritum Ma-
gnæ Cur.* in *lib.Conſtitution.Regn.* ſub *titul.de ap-
pell.§. item ſi contingat*, allegat *text.* quem dicit
eſſe in terminis in *Conſtitutione Occupatis*, pon-
derando illa verba: *Neceſſarium duximus Offi-
cialium omnium, per quos juſtitia colitur, & cul-
ta petentibus miniſtratur, taxare tempus & nu-
merum præfinire, &c.* & paulò poſt, ut oſtende-
ret, his verbis exprimere voluiſſe nominatim Ju-
dices jurisdictionem habentes, & actorum Nota-
rios, per quos culta petentibus juſtitia miniſtra-
tur, addit: *Ut per Provincias ſingulas unus Juſti-
tiarius, qui Judicem unum continuum, & Nota-
rium unum actorum habeat*; & deindè amplius, ut
indicaret, ſub nomine Officialis ſub una, eadem-
que determinatione, non minus actorum Nota-
rios, quàm Judices rationabiliter comprehendere
voluiſſe, ſubdit hæc verba: *Horum Officialium
omnium tempora præter Notarios, qui ubique ter-
rarum perpetui ſtatuantur, anni circulo præcipi-
mus terminari*; & ſic optimè declarat, ſe Officia-
lium appellatione comprehendiſſe etiam actorum
Notarios, ut exceptio ibi poſita cenſeatur eſſe de
67 regula, & *Gloſ.1.* in *dict.Conſtitution.Occupatis*,
meminit, quod de jure Romano officium iſtud
Tabulariorum durabat triennio, per *l.2. in fin.*
68 *C.de numerar.& actuar. lib.12.* & *Conſiliarius de
Bottis* ibi addit, quod iſti Magiſtri Actorum tan-
quam Officiales debent ſtare ſindicatui.

Et amplius advertit *Additio* ad *dictum Ritum*,
69 id etiam in eodemmet *Ritu* apertiſſimè probari,
dum poſtquam ſtatuit providendo circà recuſatio-
nes Judicum, ibi: *Si aliquem noſtrorum Judicum
ordinariorum, vel delegatorum*, addit, *ac Offi-
cialium cum eis deputatorum allegari ſuſpectum*,
ſi enim prius nominavit expreſsè Judices omnes
jurisdictionem habentes, neceſſariò ſequitur, ver-
ba

Digitized by Google

ba sequentia, de actorum Notariis esse accipienda, eosque verè esse Officiales, & cum Judicibus, & apud Judices deputari.

70 Quod expressè decidit *Isern.* in *Constitution. Regn. Cum circà justitiæ tramites, vers. unde scia*, & latè comprobat *Follerius* in *Constitution. Justitiarii per Provincias, num.31. vers. circà secundum, cap.162. à ter.* & multa affert pro hac opinione *Dom. Præses de Franchis decis.407. num.3.*

Nec prædicta aliquid obstat, quod ipse videa-
71 tur in opinionem contrariam inclinare in illo articulo, utrum *Ritus* disponentes, quod de delictis Officialium sola Magna Curia cognoscat, comprehendant actorum Notarios, sivè quos in Regno Actorum Magistros appellamus.

In promptu enim est resolutio, Primò, quia *Dominus de Franchis* loquitur in terminis *Ritus*, quem ipse probat, & est verissimum prodiisse ad expressam correctionem juris communis, & in hoc, ut in solido, & unico fundamento ipse firmat suam opinionem *num.4. & 5.* & iterum *n.7 vers. sed dicebatur*. Secundò, in casu illius decisionis nihil fuit per Sacrum Consilium decisum,
72 & tamen *Joann. Vincentius de Anna* contemporaneus *D.Præsidis in singul.48.* post *princ. vers. Tertiò arguunt*, probat, Actorum Magistros esse Officiales, quia parent sindicatui, tanquam Officiales, *l.Consiliarios, C.de assessor. l.officio, C.de*
73 *numer. lib.12.* & amplius testatur sæpius fuisse decisum in S.C. Actuarios fuisse comprehensos in dispositione *Rituum* prædictorum, & de delictis ipsorum velut Officialium sola Magna Curia cognosceret.

74 Et ità hodie passim, & absque controversia fuisse judicatum etiam vivente, & Præsidente in Sacro Consilio eodem *D. de Franchis*, & postmodum inconcussè servatum, Magistros Actorum esse comprehensos, & venire Officialium nomine, & appellatione etiam in materia correctoria juris communis, ejusmodi sunt *Ritus M.C.* amplissimè testatur *Consilior. Gizzorell. decis.24. n.1. & 4. in fin.* ubi dicit hæc verba: *Quarè optima ratione statutum est, & decisum absque ullo scrupulo eos comprehendi sub dispositione dictorum Rituum, & ità semper practicatum, & observatum*, quod etiam concedit *D.Rovitus* in *rubr. de official. & his, quæ ipsis prohibeantur, num.4.*

Et sunt validissimæ rationes, & inevitabiles, quas ipse *Gizzorellus* congessit *num.2. & 3.* dum probat, ipsos Actorum Magistros exercere quo-
75 dammodò jurisdictionem, & esse ipsos partem ipsius corporis mistici, quo mediante exercetur ipsa jurisdictio, & judicium perficitur, cum nec Judex, nec judicium sine Actorum Magistro consistere possint, ergo pars quotitativa integralis judicii est, quod sine acto, & processu constare non potest, & est Magister Actorum quodammodò depositarius Justitiæ, quam Judices partibus ministrant, ejus ministerio indigentes, & exer-
76 cere Magistros Actorum actus jurisdictionales, & de Regalibus, perbellè probat in hac eadem causa *D.Paul. Staiban.* posteà visus *cons.19. ex n.2.*

77 Et non posse Judices actus contentiosæ jurisdictionis expedire sine Actorum Notario, *Vivius decis.48.* & in Francia *Pappon. lib.6. titul.6. de Actuariis*, ut non immeritò dixerit *Foller.* in *dicta Constitut. Justitiarii per Provincias, num.31.*
78 *in fin.* quod si rectè consideretur tota victoria causæ, vel amissio, ab Actuario dependet. Undè non ex errore, ut Adversarius contendit, qui in dubio non præsumitur, sed justissimè quidem
79 in asserta donatione, quam fecit Joanna Maria D.Didaco, *cor.775. vol.1.* dicitur (*und cum jurisdictione*) quam scripturam ipse non video, quo pacto impugnare valeat, cum sit ejus Achilles.

Nec prædicta de jure fundata, usque forensi in praxi receptis quicquam obest discursus *Isern.* in *§. potestas constituendorum*, ex *num.65. vers. ac creare*, præcipuè enim *ibi* voluit *Isern.* pro-
80 bare, Actorum Notarium non esse verè, & propriè Magistratum ex his, qui jurisdictione propria funguntur, ut se declarat *num.66.* ibi: *Verius ut non sit Magistratus, quia Magistratus is est, qui est in potestate aliqua, ut Proconsul, Prætor, Præses Provinciæ*, citans jura; & inferius in *vers. non obstat primum*, concedit *Isern.* Actorum Magistrum esse publicam personam, & habere officium, sed non habere officium cum jurisdictione, sicuti est Magistratus, propriè, & strictè sumpto nomine, sed versari circà ministerium dictandi, scribendi, & conficiendi acta, sine quibus, ut suprà dictum est, & experientia docet, nec jurisdictio exerceri, nec justitia ministrari potest, & *num.68.* addit *Isern.* ex alio, No-
81 tariorum creationem esse de Regalibus, quia soli supremo Principi, ut alteri, cui suas vices delegaverit, jus est creandi Notarios, & Tabelliones, remittens se ad ea, quæ scripsit in *§.Scriba, de prohibit. feud. alien. per Feder.* Undè si est de Regalibus quoad creationem, & originem spiritus vitæ, consequens est, ut sit de Regalibus quoad vitæ progressum, & commutationem super Regalibus strictissimè inhibitam absque assensu Regis, ad quem jure pertinet conservatio, si ad ipsum pertinet creatio, ut infrà latiùs.

82 Confirmat prædicta *Franc. de Amicis loco* infrà citando in *rubr. de his, qui feud. dar. poss.* in *§. naturo vel*, ubi in officio Secretarii Hidruntinæ Provinciæ probat, illud esse de Regalibus, quia habet munus dictandi, & scribendi quæ ordinantur ex ore Regis, & quia tenet, & conservat sigillum Regis, quasi in manu sua sit bullare scripturas veras.

SUMMARIUM.

83. *Officium, sivè beneficium nemini alienare permittitur sine assensu de Jure Longobarda.*

CAPUT QUARTUM

De Jure Longobardo.

84 De Jure quoque Longobardo est *text.* in *l.4. incip. Insuper*, sub *tit. de beneficiis*, ubi nemini beneficium alienare posse permittitur sine assensu, ex eo, quia sicut beneficium vocatur feudum, *cap.1. §.hujus autem generis, ex quib. caus. feud. amit.* ità beneficium vocatur officium, *cap.1. §.quicunque, de pac. tenen. Iser.* dicit utrunque in *cap.1. vers. similiter si duo fratres, de feudo Marchiæ*, teste *Ann. sup. allegat.103. num.3.* quod latiùs probabitur, dum de jure communi feudali verba faciemus, quod à jure Longobardo originem ut plurimum trahit.

SUM-

SUMMARIUM.

84 *Feuda initio antiquissima præcaria erant, postea annalia fieri cœperunt, indè ad vitam, & demùm ad septimum geniculum fuit protelata successio.*

85 *Feudum cùm conceditur contemplatione officii administrandi, illius concessio anno finitur, &* num.86.

87 *Feudum concessum ratione officii, si illud adimatur, ademptum præsumitur propter officium finitum.*

88 *Officia habent strictiorem naturam, & faciliùs ad Regem devolvuntur, quàm ipsa feuda, & qua ratione,* num.92.

89 *Argumentum à feudis ad officia valet affirmativè, negativè verò secus.*

90 *Concessio jurisdictionis, & Regalium in feudum censetur privativè facta, cumulativè verò si in officium.*

91 *Concessa in officium censentur concessa in administrationem, & ad nutum revocari possunt.*

93 *Dominium non transit in officiis, sed tantùm quidam titulus utendi, administrandi, & exercendi, sed in feudis utile dominium transfertur, &* num.95.

94 *Secretariæ officium terræ Hidrunti hujus Regni concessum pro se, & hæredibus, traditur spectare ad primogenitum, non obstante quod debuisset dividi saltim quòad fructus vigore fideicommissi paterni.*

97 *Argumentum de officio ad feudum validum.*

98 *Officia rarò conceduntur transmissibilia ad hæredes,* amplia num.101. & 102. *& neque eorum successio ultrà gradus successionis feudorum progredi potest.*

100 *Tempus expressum in re non transmissibili ad hæredes, nil operatur.*

103 *Regula* l.si pactum, ff.de probat. & c.1.de duob. fratr. *cessat in officiis.*

104 *Appellatione hæredum, & successorum, etiam si in perpetuum, vel in infinitum fuerit facta concessio de re non transmissibili, hæredes sanguinis tantùm veniunt,* amplia n.105. & 106.

107 *Donationes Principis habent privilegium, ut socius in illis succedat consocio absque hærede defuncta, & de quibus hæredibus intelligatur,* num.108. 109. 110. & 111. *& quid in re non transitoria ad extraneos hæredes,* num.112.

113 *Clausula* pro hæredibus, & successoribus, *non immutat in cæteris naturam officii, ut sit inalienabile absque assensu, & speciali Principis licentia; neque facit illud transire ad hæredes extraneos, atque fœminas,* num.116. *etiam si dicatur* pro hæredibus quibuscunque, n.118. 120. 121. & 122. *& fortiùs ad transversales,* num.117. *limita* num.119.

114 *Officium novum est in persona hæredis, sicut novus est ususfructus.*

115 *Alienandi feudum facultas data per Regem, intelligitur, si fuerit requisitus.*

123 *Concessio facta de feudo pro se, & hærede, non tantùm de primo hærede, sed de omnibus descendentibus intelligitur, quod procedit in omni re, & materia transitoria tantùm ad hæredes,* n.124. *etiam ex conventione, vel pacto,* n.125. *secus non transitoria,* num.127. & 419. *ubi* decisio Revertensi *latissimè ponderatur.*

126 *Investitura de feudo pro se, & fratre, qui aliàs non esset successurus, non comprehendit lineam collateralem ultrà fratrem, & qua ratione, &* num.414.

128 *Concessio officii pro hærede, sicut de primo tantùm intelligitur, pariter pro hæredibus, & successoribus, descendentes tantum comprehendit, &* num.149.

129 *Regalia penès Regem an sint Regalia, quævè diversitatis ratio sit quoad hoc à feudalibus.*

131 *Officia etiam in allodium concessa, Regis assensum in alienatione, & ipsorum commutatione requirunt.*

132 *Regalia, aut iis annexa, sivè magna, sivè parva in allodium, sivè in feudum concessa, etiam ut ad libitum de iis disponere possit, de jure communi, & Regni non transferuntur sine Regis licentia per quemcunque contractum, etiam locationis, &* n.133. & 135. 158.159. & 160. *de jure extravagantium, & Constitutionum,* num.199. & 200.

136 *Assensus novus non requiritur in alienatione feudi concessi cum potestate alienandi simpliciter.*

137 *Officium, & Regalia censentur concessa in sua genuina, & recta natura, quæ nunquam alterata præsumitur, nisi in quibus expressè dicitur, &* num.138. 246. & 329. *& quid si sit concessum in feudum,* num.529.

139 *Concessio de Regalibus facta in feudum, an illorum naturam ampliet, & extendat.*

140 *Officium concessum pro se, & hæredibus, & successoribus in perpetuum, & si extendatur ad hæredes, adhuc in illius persona novum erit, maximè si antea sit erectum in sua propria natura ad vitam,* num.141.

142 *Argumentum à feudis ad officia validum.*

143 *Successio in officiis ubi dari potest, regulatur strictius, quàm in feudis, & in feudis qualiter extendatur de jure communi, & Regni.*

144 *Regalibus etsi non datur successio, nisi ab Imperatore concedatur per investituram, & qua ratione,* num.145. *in feudum tamen concessis conceditur per usurpationem, &* n.146. 148. & 153.

147 *Regalia strictiùs procedunt, quàm feuda in Regno, &* num.376.

150 *Regalia quotidiè in feudum concessa, an feudalem naturam assumant, & in quibus, &* n.151. 152. & 246.

154 *Successio feudorum quoad collaterales usque ad septimum gradum, an potiùs in infinitum extendatur de jure communi, & quid de jure Regni, &* num.155. & 156.

157 *Feudum quaternat sola Regis concessio.*

158 *Officium concessum in simplex, & merum allodium, alterata natura Regalium non potest alienari absque assensu.*

161 Constitutionem Scire volumus, *Regis Rogerii Imperator Federicus ejus nepos ampliavit, & plura de novo induxit, &* num.165.

162 *Federicus Rex in* Constitution. Divæ memoriæ, *se retulit ad* Constitution. Scire volumus *Regis Rogerii ejus avi, & intellexit, Rogerium loquutum fuisse de feudis, licèt ibidem loquutus sit de Regalibus, ex regula æquiparatorum, &* num.163.

164 *Regalia, & feudalia multipliciter æquiparantur.*

As-

Digitized by Google

166 *Assensus Caroli V. de anno 1532. concessus Consalvo, quod possit vendere ejus partem officii fratribus patruelibus, non dicit illos legitimos successores.*

167 *Assensus antè annum 1531. feudatariis successoribus carentibus concedebantur etiam per Proregem, sicuti successores habentibus, deindè solùm Regi libera potestas remansit concedendi successoribus deficientibus*, & num. 168.

169 *Rex concedendo aliquid scienter, censetur ex certa scientia dispensare.*

170 *Rex assentiendo in commutatione feudi de uno in alterum, non censetur dispensare in illius alienatione, aut acceptasse falsam partis assertionem.*

171 *Officia annalia, vel saltim biennalia sunt de jure communi, & Regni, præsertim Actorum Magistri, & Actuarii*, num. 172. & 173.

174 *Officiales justitiæ, & jurisdictionem exercentes personaliter deservire debent, non per substitutum, tam jure communi, quàm Regni, quibus juribus etiam Actorum Notarii, sive Magistri comprehenduntur*, num. 175. 189. & 191.

176 *Officiales eorum officia aliis quocunque quæsito colore transferre nequeunt, imò jurare tenentur*, num. 177. 179. 182. *quid per gratias petitas, & concessas huic Civitati, ac ex communi practica servetur in Regno*, num. 192.

178 *Venditionis verbo omnis alienationis probibitio continetur, præsertim dum agitur de obligando aliquem ad personale servitium, in quo est electa industria personæ.*

180 *Actuarius, vel Scriba Fiscalis ut legitimè dicatur creatus, quæ necessaria in Regno, & an Magna Curia valeat eos creare, vel solùm Prorex*, & num. 181.

183 *Actorum Magistri supremorum Tribunalium, & Regiarum Audientiarum officia in Regno à Rege ut plurimum ad vitam conceduntur, suntque de Regalibus, & devolutioni subjecta, præsertim Provinciæ Calabriæ, & Credenzeriæ Consentiæ*, num. 184. & 188.

185 *Princeps potest juri tertii præjudicare per viam legis condendæ.*

186 Pragmat. Regis Catholici de anno 1501. *declaratæ fuerunt nullæ quæcunque concessiones Regis Federici post diem 25. Julii* 1501.

187 *Ampliatio officii Locumtenentium generalium, & Credenzeriæ Calabriæ, ac Locumtenentis Consentiæ facta per Federicum Bernardino de Bernaudo, continetur in* Pragmetica de revocatiune gratiarum anni 1505.

190 *Substituendi potestas non censetur concessa in officiis, nisi expressè in privilegio specificetur.*

193 *Privilegium contrà jus strictissimè est interpretandum.*

194 *Investituræ primæ tenor est observandus, non secundæ, quæ per errorem, vel importunitatem potiùs impetrata censetur*, & num. 195.

196 *Substituens in officiis, idoneos, & habiles substituere, ac priùs notitiam substituendorum Principi dare debet, etiam ex particulari Pragmatica Regni Siciliæ*, & num. 197. & *sic servari in Curia Romana*, num. 198.

CAPUT QUINTUM.

De Jure feudorum communi, & municipali.

DE Jure feudorum adeò restricta est officiorum
natura, ut quamvis feuda in ipso initio anti-
84 quissimo tempore præcaria essent, ut directus Do-
minus, cum vellet, liberè auferre posset, posteà
annalia fieri cœperint, inde verò ad vitam, & de-
mum ad filios, & nepotes, ut usque ad septimum
geniculum eorum sit protelata juris communis
successio, *c. 1. §. & quia vidimus, de iis, qui feud.
dare poss. c. 2. de success. frat. vel grad. succed. in
feud.*
85 Attamen cum feudum conceditur propter offi-
cium, sivè officii ipsius administrandi contempla-
tione, speciale est, ut anno feudorum istorum
concessio finiatur, adeò ut potiùs longa vita ip-
sius feudi jure novo transitorii ad successores, re-
stringatur à brevi, & restricta vita, & naturæ of-
fici, anni circulo decurrentis, quam è contrà,
86 quod contingere non solùm in feudo dato occa-
sione guardiæ, vel castaldiæ ad custodiendum ter-
ritoria Domini fortè ab hostibus, & à latronibus,
de quo propriè loquitur *text.* ubi Scribentes in
cap. 1. de feudo Guardiæ, vel Castaldiæ, sed in
omni feudo dato occasione officii administrandi,
ut feudum Cancellariæ Regni Siciliæ, quod olim
erat feudum concessum Cancellario ad vitam suam
loco Gagiorum, & Stipendiorum, vel donec es-
set in ufficio, & sicuti erant feuda Advocatiæ,
donec erant Advocati in patrocinio, sicuti Advo-
cato Fisceli feudum dabatur à Rege pro laboribus
hujus dignissimi, sed ærumnosi officii, quo uti-
nam, hodie servaretur auctis laboribus, vel sal-
tim de salario, jam mihi uti Consiliario jam quæ-
sito in officii dedecus minuendo actum non fuisset,
ut ex *l. 1. C. de anno . civil. lib. 10.* post *Isern.* &
alios in *d. cap. 1. de feudo guardiæ*, latissimè hujus-
modi officiorum feuda discurrendo, tradit *Dom.
meus Capyc.* in *sua aurea investitura, verb. feu-
dum castoldiæ, advocatiæ*, & *decision. 121. num. 4.
in fin.* & in puncto dicit, esse speciale in istis feu-
dis annexis officiis, *Afflict.* in *dicto §. 1. in 1. & 3.
notab. num. 6. 7. & 9. cum seq.*
Quinimmò eddit *Afflict.* in *§. si verò Castaldi*,
87 *eodem tit. num. 28.* in *2. notab.* quod feudu concef-
so ratione officii, si illo ladimatus, ademptum
præsumitur propter officium finitum, cui erat
adjunctum, nisi concessionarius docuerit contra-
rium per Pares Curiæ, ideft convessallos Domi-
ni, & *num. 29* quod licèt ratione adjuncti verba
mutent suam naturam, oppositum deciditur in
eo *text.* ut concessio feudi adjuncta mutetur, &
alteraretur ex natura officii, cujus concessio, &
extinctio adeò dependet à voluntate Domini, ut
à concessione officii transfundatur natura conces-
sionis propter officium exercendum, quod à po-
testate Domini ex toto dependet.
88 Ex quibus illud apertè consequitur, quod apud
Feudistas, & Regni Sapientes concordi senten-
tia, veluti sine controversia traditur, Officia lon-
gè strictiorem habere naturam, & longè faciliùs
ad ipsum Regem, à quo ipsa fluunt, & refluunt,
veluti fontem, & scaturiginem, ipsa devolvi,
89 quàm feuda; adeò ut à feudis ad officia optimè
liceat argumentum ducere affirmativè, devolvitur
feu-

feudum, ergo majori ratione officium; sed minimè negativè, non devolvitur feudum, argo oec officium, quia non sunt ità prohibita possideri feuda sine titulo, sicuti officia, quod propriè seotit *Dominus meus Capycius decis.77. num.12.* dum dicit, sibi uon placere similitudinem, scilicet negativè, iodèque in ore omnium constitu-
90 tum resolvat discrimen inter concessionem jurisdictionis, & regalium quorumcunque in feudum, vel in officium, ut hoc secundo casu cumulativè, in feudum verò privativè censeator concessa, *Roland.à Vall.cons.88. num.26.volum.1.* & *consil.80. numer.6. lib.2. Regner. de regal. lib. 1. c.5. n.53.*
91 *&* 56. & quòd concessa in officium, censetur concessa in administeationem, & ad nutum ipsa revocaei possit, *Dom. meus de Curta de feudis, par.1. cap.10. num.6. &* 8. & ratio ipsa est in promptu,
92 qoia palàm est, feuda regulariter esse longioris vitæ, qoàm ipsa officia, qoia magis videntur hæ-
93 rere ossibus Principis, quàm ipsa feuda, cum in officiis nullum transeat dominium, sed tantùm quidam titulus ad finem uteodi, administrandi, & exercendi, sicuti dicimus in beneficiis, *cap.2. de donation.* idem *Dominus meus Capyc. decis.121. num.5.* In officiis enim dominium omne remanet penès Regem, ad quod communiter citatur *Isernia* io *dicta cap.1. de feudo Marchiæ*, *D.Georgius in repet.feud. cap.53. num.4. &* 5. *Franc. de Amicis* optimè in *reper. c.1. de his, qui feud.dare poss.* qui in specie io *§.summus modò, in fin.* post *num.10.*
94 loquens in officio Secretariæ Provinciæ Terræ Hidrunti concesso antecessoribus D. Roberti Muscettulæ pro se, & hæredibus, in quo consueverant succedere primogeniti; dicit, fuisse dubitatum, utrum debuisset dividi vigore dispositionis, sivè fideicommissi paterni, saltim quoad fructos, & proventus officii, & fundat, non obstante dispositione possessoris officii, integrum officium spectare ad primogenitum, prout jam consuetum erat in illo succedi, tum ex natura rei, cum officia sint de Regalibus, & propterea nihil quoad ea potest fideicommissum, & dispositio testatoris, tùm quia strictiorem habent naturam, quàm ipsa feuda, adeò ut potius videatur commendatum officium, quàm traditum, authoritate *Frecc.lib.2.*
95 *quæst.57.* & in *§. natura atiom officii*, addit, in officiis ex eorum natura solam transferri administrationem, & ideò dici personalissima, non sic in feudis, in quibus constat utile dominium transferri, citat *Isern.* in *cap.1.* sub *num.2.* & *num.4. quis dicatur Dux*, latissimè *Regens de Ponta dicta decis.28.* qui latè probat *num.1.* officium ad instar
96 beneficiorum non posse renunciari, neque resignari, nisi io manibus Domini, cum officiorum nullum sit commercium, & *num.6. 7. &* 11. latè idem *de Ponta consil.137. num.6. volum.2.* itidem remissivè ad *dictam decis.28.* in *tract.de potest.Proreg. titul.de potestat.substitut. num.5. &* 6. optimè *Dominus Consiliar. Georgius dicta cap.53. num.4.*
97 ubi *num.16.* quod sui natura sunt personalia, vel annalia, & authoritate *Isern.* argui posse de officio ad feudum, *dicto num.16. in fin.* & quod inter-
98 dum, raò tamen, conceduntur officia, ut traosmitti possint ad instar feudorum, quæ in suo initio erant revocabilia, deindè Regum munificentia sunt effecta hæreditaria, *num.18.* clarè ex hoc inouans, uon exinde officiorum successionem concessorum in perpetuum, ultrà gradus feudorum successionis juxtà locorum consuetudines præscriptos progredi, & extendi posse, cum minus concedat Princeps creando Officialem, quàm concedendo feudum, quippè semper officia ossibus Principis iohærent, *num.23. &* 25. & consuevisse Principes officia in feudum concedere, probat idem ex *Isernia dicto cap.83. num.18.*
99 Et ità pro regula, officia tanqoam personalia ad hæredes non transmitti, ex infinitis probat *Barbosa* in *l.quia tale, num.78. ff.soluto matrimon.* ubi ampliat etiam io officio concesso pro certo, & definito tempore, utpotè in vicariatu alicujus Provinciæ, concesso per Regem alicui Principi usque ad decennium, quod si is Princeps decesserit aotè deceonium, non transeat officium ad ejus hæredem pro tempore, quod superest, ea reddita ratione,
100 quia in re non transmissibili ad hæredem, expressio temporis oihil operatur, *l. uxori usumfructum villæ, ff. de usufr.legat.*

Qua regula adeo tenaciter est servanda, ut quoad fieri possit officiorum concessio sit restringenda, & reducenda ad eorum propriam oaturam, & origi-
101 nale primordium, adeò ut etiam si coocessio fuerit facta adjecto verbo, *in perpetuum*, ne ab ipsius eei natura devietur, intelligeoda erit dictio illa, *in perpetuum*, donec vita ejus, cui concessio facta fuerit, duraverit, ut ex *Alciat.Silvol.*& aliis, *Barbos. in d. l. quia tale*, post *num.10. vers. exemplum erit*, post *Franciscum Marcum decis.617.in fin.* & *626.num.8.Regens Revert.decis.365.*incip.*In causa Magnific.Jacobi Macciæ, colum.1. libr.4. Dominus Regens Constans.*in *repet.l.1.& 2.C.de filiis offic. num.137.*

Ex hac autem vera,& indubia propositione, illud
102 necessariò consequitor, ut si officium contrà propriam natoram insitam in sui origine, & à principio erectionis ipsorum officiorum reperiatur concessum pro concessionario, ejusque hæredibus, & successoribus, omninò de illis hæredibus, & successoribus hæc clausula erit accipienda, qui veniunt in re sui natura non traositoria ad hæredes, cujusmodi sunt descendentes, vel ad summum illi, qui de jure, & consuetudine loci, ubi concessio facta est, vocantor ad feudi successionem, quòd esset summè ostendere, & dilatare naturam officiorum ad naturam, & vitam feudorum, quamvis strictiorem habeant naturam officia ipsis feudis brevioeem vitam, & faciliorem extioctionem, ex his, quæ tradunt de Officialium revocatione *Boer.decis.149. num.11.* ubi ex *Baldo* meminit de Justitiariis Regni Apuliæ, & post *Afflict. decis.101. &* 128. & *Gulielm.de Benedict. D.Capyc.Gregorius Lopez, Molin. Burgos de Poz, Mieres Bovadill.* & alios, tradit *Parlador.*in *sexquicenturia quotid.differ.c.45. num.7.* optimè *Regens de Ponte consil.136. num.5. &* 6. obi adeò officia ex sui natura esse ad vitæ cur-
103 sum tantum duratura, ut in officiis cesset regula *l.si pactum, ff.de prob.*& *cap.1.de duobus fratribus*, ut non censeatur in officio acquirens sibi pro hærede prospicere.

Et maximè in caso præsenti, ubi cum natura, & origine ipsorum officiorum à jure indicta, concurrit etiam primordialis natura erectionis, & concessionis hujus officii ex Regis ipsius, & animatæ legis creatione, cum primitus fuit juxtà suam naturam concessum ad vitam, licèt deindè ex post facto fuerit ad successores prorogatum, ut in nota facti.

104 Verùm quia appellatione hæredum, & successorum etiam si in perpetuum, vel in infinitum fuerit facta concessio in re sui natura non transitoris ad extraneos, quod de hæredibus sanguinis, scilicet descendentibus tantùm dispositio sit accipienda, ex magistrali theorica *Bart.* in *l.Gallus*, *§. etiam si parente*, *num.4.* & *7. ff. de liber. & posthum.* & est *Text.* in *l.ex facto*, *§. ultim. ff.ad Trebell.* cum concord. per *Aquilinum* in *l.2.§.item si in facto*, *num.3. ff. de verbor. obligation.* ultrà *Dominum Consiliarium Theodorum alleg* 41.*num.*12. in hacmet causa exarata, probavi *ipse* latiùs in primis, quæ pro Regio Fisco scripsi *allegationibus* de anno 626. dum uti Consiliarius Fisci partes defenderem de speciali mandato Excellentissimi Ducis in hac causa, priusquam nemo ex Advocatis Adversarii aliquid scribere cœperit, nec cogitasset, ideò in hoc non insisto, contentus ad ibi dicta me remittere.

Quinimò verior, & fortè receptior est opinio, 105 id procedere etiam si in concessione rei sui natura non transmissibili addantur verba, *pro hæredibus, & successoribus quibuscunque*, vel *& quibus dederis*, ut hoc non obstante sit interpretandis de descendentibus, ex relatis à *Decio consil.* 170. *num.6.* & latissimè *Menoch.* qui contrari s omnibus satisfacit *consil.*61. *num.*25. *& seq. Rosentbol. tom.*1. *cap.*9. *conclusion.* 41. *num.*25. in *gloss. litera T. Thom. de Marinis titul.*31. *num.* 11. *cart.*146. *à terg.* ubi testatur de communi opinione, licèt contrarium sentiat *Bammac.* in *cap. ſ.udam ea lege*, *q.4.nu.48.ſi de feud.defunct.milit.*

Et sic casus noster longè in fortioribus terminis reperitur decisus pro nobis, & si concessio officii pro omnibus, & quibuscunque hæredibus concepta esset, cum tamen idem *Thomas* in casu nostro individuali, & in puncto facta concessione, pro se, & hæredibus in perpetuum, verissimum esse affir-106 met; ad extraneos non extendi, sed ad descendentes tantùm, etiam in feudis, in quibus amplior est successio, quàm in officiis, ut *per eum dicto loco*, *n.*10. sequitur notabiliter aliis relatis *Rosentb.lib.*1. *cap.*2.*conclus.*67.*num.*3.& in *Gloss.lit.C.* ubi *Perunus* carpit, contrarium sine lege, & authoritate loquentem.

Nec prædictis quicquam obstat, quod plerique 107 censuerint, dispositionem *Text.* in *l.unica*, *C.si liberalitatis Imper. Socius sine hærede decess. libr.*10. quo principalibus donationibus privilegium est tributum, ut socius illarum succedat consocio sine 108 hærede defuncto, locum sibi vendicet non solùm in hæredibus sanguinis descendentibus, sed in illis succedant quicunque hæredes, etiam extranei, adeò ut socius, vel Fiscus à quocunque hærede, etiam extraneo, adeo ut socius, vel Fiscus à quocunque hærede, etiam extraneo excludantur, ut ex *Gloss. Odofr Joan.de Plat.* refert *Valenzuel. piscatur in repet.d.l.num.*20. & communem esse tradit *Socin.jun. consil.*73.*num.*9.*lib.*1.

Facilis enim est resolutio, Primò, quod con-109 traria verior, & fortè æquè communis, cum pro ea stent *Accurs.* sibi contrarius, *Jacob.Butrig.Bart. Dec.* & multi alii *DD.* quos in unum congessit *Peregrinus de jure Fisci*, *lib.*1. *titul.*2. *num.*102. qui etiam testatur, ità pronunciasse Venetiis Decem virorum Consilium, & subdit, non esse in hac materia attendendum simpliciter quid de jure *DD.* censuerint, sed Curiarum, & Principum consuetudines in hoc esse servandas, sequitur *Mastrill.de* 110 *magistr. lib.*1. *cap.*15. *num.*15. undè *Bostius de Principe*, *num.*204. testatur, ad tollendam hanc juris dubietatem in Ducatu Mediolani servari sicut Evangelium; ut in donationibus Ducalibus titulo donationis, vel feudi, nullo modo veniant extranei hæredes, nec successores titulo particulari, nec alio quoquis modo, & ità servari in Lusitania in bonis Regiæ Coronæ à Rege donatis ob servitia, testis est *Cabed. decis. Lusit.* 115. *num.*7. *part.*1.

Et hanc opinionem esse etiam in puncto juris ve-111 riorem defendit latè *Dec. consil.*170. cujus est initium, *In causa venerabilium*, *ex num.*3.*in fin.vers.*3. *plerique*, & *num.*4.*&* 5.

Secundò, etiam si concedamus generaliter verba *d.l.*1.*ibi*, *nullo hærede relicto*, esse intelligenda etiam de extraneo, adhuc est facienda distinctio, ut 112 attendatur natura, & qualitas rei donatæ per Principem, *Peregrinus* etenim *d. titul.*2. *n.*102. loquutus fuit comprehendendo omnia donata per Principem, & confundit Regalia, officia, prædia, possessiones, & quæcunque alia bona Regis munificentia, & liberalitate alicui concessa, ut non mirum si id fortè rationabiliter impugnetur, ut non ità indistinctè in quibuscunque bonis restringatur successio ad descendentes tantùm, sed in illis tantum, quæ ex sui natura ad extraneos hæredes pervenire non solent, nec debent, & ità in puncto distingoendo conciliat dissidentes sententias, gravissimæ authoritatis meritissimus Supremi Consil. Decanus *D.Reg.Constant.* in *l.*1.*&* 2.*C.de filiis official.lib.*12. qui postquam hanc, quam tuemur, posteriori loco retulit sententiam, ut descendentes tantùm obsint socio, & Fisco; in terminis *d. l.*1. cum magno judicio, subdit hæc verba: *Ego ut meam preferam sententiam, censerem, in hujusmodi quæstionis solutione inspiciendam esse ipsius rei donatæ naturam, nam si res talis esset, quæ omnes hæredes sequatur, putarem etiam extraneos esse admittendos, sin verò tantùm esse vocandos, quando ea, quæ donata sunt ad extraneos minimè pertinere possunt, ex iis, quæ habentur in l.ex facto, §.fin.ff. ad Treb.*

Sed illud tantum probabo, hanc clausulam in 113 privilegio Friderici additam, ampliando concessionem, *pro hæredibus, & successoribus*, quam constat esse omnino intelligendam de descendentibus juxtà subjectam materiam, non alterare, nec quicquam immutare, ut isthæc officia in cæteris non remaneant in propria, & genuina natura officiorum, ut scilicet sint inalienabilia absque assensu, & speciali Principis licentia, ut hoc latissimè ad ornatum *c.*1.*de feud.non hab.prop.nat.feud.* deducit *Molin.de Hispan. primog. part.*1. *cap.*3. *num.*5 t. & perbellè probat in puncto *Frecc.lib.*2. *q.*50.

Primò dum 18. motivis probat concessa potestate substituendi in officiis cum facultate nominandi hæredem, non censeri concessam potestatem nominandi fœminam, inspectâ rei natura, ubi *num.*4. in 12. argumento, hoc fundat ea ratione, quòd officia ut plurimum sunt personalia, & in admini-114 strationem consistant, quia in persona hæredis novum est officium ex nova gratia, seù concessione, sicut in hærede novus est ususfructus, *l. antiquitas*, *C. de usufruct.* & subdit *Frecc. Ex simplici facultate nominandi videtur Rex immutasse naturam officii*, *ut notatur* in *c.*1.*de feudo non habente* pro-

propriam naturam feudi, & *quando Rex dat pote-*
115 *statem alienandi feudum*, *intelligitur*, *si ipse*
alienationis tempore fuerit requisitus, *quia hæc*
est natura feudi, & *emphyteusis*, *ut in ipsorum*
alienatione Domini accedat assensus, *est tantum-*
modò immutatum quoad hoc, *ut nominet hæredem*,
hoc est expressum, & *concessum*, *quoad alia reti-*
nat naturam suam, *ut per Andr.* in §. *hujus autem*
generis. *Roland.consil.* 2. *num.* 135. *de quo autem*
hærede Rex voluerit intelligere, *non expressit*, *sub*
regula stabit juris communis, *ut hi tantùm sub*
nominatione veniant, *qui habiles*, & *idonei sunt*
ad exercitium officii, *restringitur potestas*, *veluti*
exorbitans, *ne lædat jus commune in quantum po-*
test. Et plura alia optima ad propositum, quod
si data potestate alienandi requiritur adhuc assen-
sus, secundùm *Frecc.*& est apud omnes indubium,
fort ùs data simplici licentia substituendi, non po-
terit fieri officii translatio absque assensu.

Ulteriùs, & secundò *Frecc.* hoc prosequitur
ibid. quæst. 51. ubi format quæstionem, si Rex
116 concedat officium Titio, & hæredibus suis, an
in eo filia succedat, in quo illud est ponderandum,
quod *Frecc.* primò arguendo pro affirmativa dicit
hæc verba: *Videtur*, *quod sit radicatum jus hære-*
dibus sine alio facto, & *declaratione defuncti*, *vi-*
detur assumpsisse naturam allodii, *quod potest fieri*
Rege volente, *ut aliàs dixi*, *nunc officii natura*
mutata videtur, *cùm ignorat Rex futurum hære-*
dem, & *poterat hoc Rex providere*, & *sicuti sexus*
fœmineus est in Regno habilitatus ad feuda, *pari-*
ter videatur ad officium, *arguendo de feudo ad of-*
ficium, & resolvit *Frecc. Tu tene contrarium*, *quia*
officium regulariter non transit ad hæredem, *cujus*
exercitium requirit animi industriam, & *perso-*
næ, *si Rex in uno alteravit suam naturam*, *ut va-*
dat ad hæredem, *non censetur in alio non expresso*
dispensasse, *ut habeat fœmina hæres* & *regula d.*
cap. 1. *intelligitur concessisse secundùm regulam*
officii, §. *si quis ità*, *declaratur ab officio*, *in quo*
fœmina non admittitur, *satis fuit habere officium*
pro hærede masculo, *quod fœmina succederet*, *non*
fuit expressum, *excludi debet*, *cum habeat pro se*
contrariam legem expressam, *argumento l. veteribus*,
Rex videtur concessisse, *prout jus intelligit*, *ex Iser.*
in pluribus locis.

Si igitur *Frecc.* supponit, concessionem officii
hæredibus, et negat ex hoc fuisse habilitatam fœ-
minam, quæ tamen de jure Regni est habilitata
ad feuda, illa ratione, quia hoc non fuit expres-
sum, undè in cæteris remanet officium in sui na-
117 tura; quantò fortiùs in casu nostro sub verbo,
hæredibus, & *successoribus*, non erunt comprehen-
si transversales, qui de jure Constitutionum, ne-
que gratiarum Regno concessarum, sunt admissi
ad feudi successionem ultrà quartum gradum, et si
ex concessione facta hæredibus non venit hæres fœ-
mina, quæ de jure Regni succedit in feudis, quan-
118 tò fortiùs ex concessione prædicta pro hæredibus
poterit fieri extensio, ut officium alienari, vel
donari possit sine assensu, quæ omninò diversa sunt,
quod ampliat *Regem de Ponte*, etiam si officium
concessum sit pro se, et hæredibus quibuscunque,
quod non possit institui fœmina, quæ viribus of-
ficii non fungitur, ex *Isern.* in *cap.* 1. §. *Notarius*,
num. 5. et ideò subdit, in privilegio hoc specificè
exprimi, ut fœmina sit capax, ut per *eum*, *de di-*
ctis f. provis. tit. de potest. substit. §. *solent*, *num.* 4.
cort. 482. nec dissentit insignis Supremi Consilii
Decanus *Regent Tapia in repetit. l. fin. ff. de constit.*
Princip. cap. 3. *par.* 2. *num.* 54. qui *Frecc.* sequitur
119 *dict. q.* 51. & 54. licèt dubitet de dictis per *Frecc.*
in quæst. 55. quando ab initio officium concessum
est fœminæ.

Et si *Frecc.* arguendo dixit, ex dicta clausula
videri officium assumpsisse naturam allodii, et deci-
dendo resolvit audacter contrarium, ergò sentit,
officium in sui natura non esse allodiale, sed benè
Regale, et posse fieri allodiale per Regem, sed non
præsumi id factum, nisi expressè.

Ampliat hoc *Frecc. qu.* 52. etiam ubi Rex con-
120 cedat facultatem, et assensum Petro, ut officium
possit relinquere quibuscùnque hæredibus, aut in
ipso nominare quemcunque hæredem, quia tametsi
urgentes rationes afferat in principio, quod ex
natura dictionis *quibuscunque*, universalissimæ,
omnes hæredes, etiam extranei comprehendantur,
et etiam aliàs inhabiles, et sic etiam fœmina, quæ
posterorum, et prolis appellatione comprehendi-
tur, sicuti in feudis etiam jure communi veniunt
fœminæ sub ista appellatione, ut ex aliis per *ipsum*.
Attamen contrarium resolvit in officio, in *vers.*
puto tamen contrarium esse verius, ut non liceat,
neque sub his verbis censeri permissum, ut fœmina
nominari possit ad officium, multis rationibus, quæ
apud *ipsum* legi possunt; et præcipue quia verba
illa amplissima, intelligi debent secundùm subje-
ctam materiam, et quia præsumitur talis mens
concedentis, qualis de jure esse debet, et habuisse
Regem antè oculos legem sui Regni, et illud, quod
jura municipalia disponunt, ondè cum officia de
jure communi, & municipali non transeant ad
hæredes, & si transeunt, non ad omnes, sed ad
descendentes tantùm, habemus propterea decisio-
nem *Frecciæ* in casu longè fortiori, cum in Regno
habilitata sit fœmina saltim ad feudorum successio-
nem, sed non sunt habilitati masculi, neque at-
tentis gratiis ultrà quartum gradum, sicuti est D.
Didacus de Bernaudo in sexto gradu, ultrà Sacer-
dotium, & alia, ut in facto.

Et ne quis dicat, *Frecc.* loqui in facultate no-
minandi alicui concessa, in qua non venit inha-
bilis, quia nullum jus habet antè nominationem,
secus ubi adest jus radicatum ex concessione, ex
his, quæ tradit idem *Frecc. q.* 58. *in fin.*

121 Idem enim *Frecc.* hoc resolvit, dum paulò post
quæst. 56. format casum in officio per Regem con-
cesso Titio pro se, & ejus hærede, & quærit, utrum
veniant omnes hæredes masculi in infinitum, vel
dumtaxat primus hæres, & quamvis arguat, vi-
deri officium concessum pro omnibus hæredibus
descendentibus in infinitum, ex his, quæ post
Pernum cons. 4. latissimè scribit idem *Frecc. lib.* 3.
in secunda formul. investitur. in concessione feudi
facta iisdem verbis, & eadem verborum formola,
præsertim post *num.* 2. ex *versic. contrariam tamen*
partem, usque ad *num.* 9. ea potissimè ratione, quam
tradit *num.* 4. quia hæredis appellatione jure com-
muni omnes veniunt in infinitum, ex *Anch. cons.*
130. qui refert jura.

Attamen contrarium decidit *Frecc. d. qu.* 56.
122 pro Titio, & hærede, quod quamvis de jure
communi, & etiam in materia feudali comprehen-
dantur omnes hæredes, scilicet habiles in infini-
tum, ut latissimè probavit ex natura verborum,
& utriusque juris dispositione in *dicta secunda for-*

M 2 *mul.*

mul. attamen oppositum sit in officio, quod finia-
tur scilicet in primo hærede, nec transeat ad ul-
teriorem hæredem, & reddit rationem his verbis:
*Quia officium regulariter per annum dabatur, &
morte finitur, nec transit ad hæredem, personale
munus est, in his, quæ sui natura transitoria non
sunt ad hæredes; appellatione hæredis intelligitur
de primo, ex natura rei restringitur ad primum,
ne proprietas sit penès Dominum inutilis, arguen-
do de usufructu ad officium, & verba interpretan-
da sunt secundum subjectam materiam, & si pro
omnibus hæredibus transferre voluisset, dixisset,
& ut verba sonant, in stricta sui significatione, sic
capienda sunt de primo tantùm, veluti per dispen-
sationem concesso*, ex regula *l. Boves*, *§. hoc sermo-
ne*, ubi *Tiraq.* & remittit se *Frecc.* ad latiùs dicta
per *eum in dicta secunda formula*, ubi disputans
123 *Frecc.* in simili concessione facta de feudo pro
Titio, & hærede, licèt arguat primò pro negati-
va inter alia, ea ratione, quod videantur partes
sequutæ primævam feudi naturam, quæ erat per-
sonalis, & non transitoria ad hæredes, ex regula,
quod res de facili ad suam naturam revertitur, &
quia aliàs de primo hærede intelligitur dispositio,
non de omnibus, in *l. antiquitas, C. de usufruct.* &
in *l. annalibus. C. de legat.* & ex aliis, quæ tradit
Frecc. in dicta secunda formula, num. 2. in quo licèt
quoad sensum *d. l. antiquitas*, aliqualiter dissentiat
Reverter. infrà citanda *decisione* in causa officii
Portulani Neap. nihil tamen obstat, cum non dis-
sentiat decisio, immò concordet, ut infra latius,
resolvit tamen *Frecc.* contrarium in concessione
feudi taliter facta, in *vers. contrarium tamen par-
tem*, ut nulla sit differentia, an dicatur pro hære-
de, vel hæredibus in singulari, vel in plurali, cò
quia licèt à principio feudi natura esset tempora-
lis, postremò tamen lege nova facta est realis, ac
etiam perpetuà pro omnibus ascendentibus, nisi
culpa adsit, vel linea extinguatur, unde jus novum
attendi debet, & secundùm jus novum concessio
facta præsumi debet, & *num. 2. in fine, vers. hoc su-
pervacuum est, colum. 4. in fin.* cumulat *Frecc.* om-
nia jura, in quibus hæredis in singulari numero
appellatione, plures hæredes comprehenduntur,
& *num. 4.* quia multifariam singularis numerus pro
plurali ponitur.

Et tandem distinguit latè *Freccia*, & restringit
suam opinionem, ut id benè procedat in omni re,
124 & materia, quæ de sui natura est transitoria ad
hæredem, quia in transmissibilibus omnes veniunt,
sicut in feudo jure communi novo, non attenta
primordiali natura abrogata: aliud verò quando
rei natura repugnat, ut in re sui natura de jure
125 non transmissibili, & ampliat etiam si ex conven-
tione, vel pacto fiat transmissibilis quod *n. 4. vers.
contraria procedunt*, exemplificat etiam in ipso
feudo, quando ex tenore investituræ, pacto frater
admittitur, qui alioquin non esset successurus:
resolvit enim *Frecc.* quod ex hoc non censeatur
126 dispensatum in linea collaterali ultrà fratrem,
quia pro fratre est expressum, non autem pro li-
nea collaterali, quia hoc non suppletur à lege, &
non fuit cogitatum à concedente; quia non venit
ex natura, nec ex pacto expresso, & addit *nu. 5.
& 7.* quod lex feudalis lineæ collaterali non favet,
quando deest pactio, & conventio specialis; &
quod vera ratio *l. antiquitas*, non est illa, quod
de hærede singulari sit facta mentio, sed quia res
sui natura non erat transmissibilis, & concordat
cum ipso *Francisc. de Amic.* ubi suprà, *cart. 61.
versic. natura etiam*, & amplius *num. 9.* limitat pro-
positionem à se firmatam in concessione facta per
127 Regem super re, quæ non est transitoria ad hæ-
redes, sed de sui natura est temporalis, ut propriè
contingit in officio, & reddit rationem, quia res
facilè revertitur ad suam primævam, & propriam
naturam, & in habentibus symbolum facilior est
transitus, quia gratia illa est loco privilegii, quod
arctiori modo interpretationem recipit, ne jus
commune lædatur, vel quantò minus possit, & quia
ea, quæ sunt contrà regulas juris, retinentur in-
tra fauces expressæ vocis, & non ultrà, lex illis
non favet, nec assistit, est magis relaxatio juris,
aut dissipatio, ideò restringenda, *ll.* per *eum* cita-
tis, idem *Frecc.* pulchrè limitat ibi *num. 25.* ubi
optimè, & infrà.

Ex qua *Frecciæ* theorica, in qua latiùs immora-
ri libuit, quia, ni fallor, sola sufficeret ad præ-
128 sentis casus decisionem, illud apertissimè decidi-
tur in concessione facta de officio, addita clausula,
pro hærede, hanc dictionem in ea significatione es-
se accipiendam, quæ strictior est, & magis conce-
denti favet, etiam ne proprietas remaneat ipsi inu-
tilis, ut ex dicta *l. antiquitas*, dicit *Freccia in
dicta secunda formul. column. 2. in fin. & dicta qu.
56. num. 2. in fin. & quæst. 57.* post *num. 3.* ibi, *Et ut
Dominus conferat cui vult*, & sic sicuti appellatio-
ne hæredis sub numero singulari, de primo tan-
tùm intelligitur, pari ratione facta concessione of-
ficii, pro te, & hæredibus, & successoribus, illi
tantùm veniunt, qui in re non transmissibili aliàs
comprehenduntur, & sic descendentes tantùm, præ-
sertim cum hoc idem officium ab initio ad vitam
fuerit concessum, & etiam in feudo decidat *Frec.*
ubi ex dispositione frater admittitur, cæteros col-
laterales non venire.

Unde non video, ubi innitantur illa Adversarii
figmenta, officium censeri concessum in allodium,
ità ut omnes etiam extranei admittantur, & sint
capaces tam in succedendo, quàm ut in illos offi-
129 cia alienari possint sine assensu, & quòd Regalia
penès Regem non sint Regalia ad instar feudo-
rum, non advertens, quàm in hoc diversa sit ra-
tio feudalium, quæ penès Dominum directum con-
siderari non possunt, cum res propria, nemini ser-
viat, & Regalium, quorum in hoc diversa est na-
tura, quia citiùs ad Regem revertuntur, tanquam
publica, ad similitudinem Solis, cujus radii non
possunt ab eo separari, ut ex *Isern.* & *Bald.* tradit
idem *Frecc. d. 2. form. num. 25.* & alibi, dixit *Vve-
sembec. cons. 45.* post *num. 30. Et cum propriè ad
Regem pertineant, undè & Regalia dicuntur, ideò
ab ejus eminentia, & fastigio per inferiorem tran-
sferri non possunt.* Immò Regalia, quæ penès Re-
130 gem dicuntur Regalia, translata in Baronem cer-
to modo non sunt taliter Regalia, ut ex *Isern.* &
Anna refert *Lanarius consil. 34. num. 8. & cons. 39.
nu. 6.* Hæc enim Adversarii inventa tantùm men-
te resolvendo, horret animus, ne in hæresim juris
communis, & municipalis, si consentiam, incidam.

Cum & illud apud Juristas, Feudistas, & Sa-
pientes etiam Regni, absolutissimum sit, officia
131 tanquam de Regalibus, etiam si expressè conce-
dantur in allodium, adhuc in ipsorum alienatione,
& commutatione Regis assensum requiri, idque ea
ratione, quia Regalia in allodium concessa non
de-

Digitized by Google

desinunt esse Regalia, quia non minus feudalia, quàm Regalia alienari prohibentur, ut infrà latiùs,
132 ergo Regalia, etiam si non sint feudalia, in prohibitione comprehenduntur de jure communi, & Regni, ut ex *Bart.* & *Bertach.* firmat Dominus meus *Capycius in investit.ver. Gabellis*, *verf. &* *nota*, *Frecc.lib.2.author.* 13. post *num.* 9. *verf. ex hit patet*, & ex *Afflict.* in *Constitut.Scire volumus*, *num.*4.*Franc. de Amic.* in 1. *rubr.* §. *resistit etiam parti*, *car.*63.*Dominus Regens Constantius* in *l.* 1. *&* 2. *num.* 101. *C. de filiis offic. lib.* 10. Qui pulchrum protulit verbum, quod semper Regalia sub concedentis jurisdictione sunt censenda, ut absque ejus assensu alienari non valeant, & mirabiliter Dominus meus *Socer consil.*147. *num.*13.quod in omnibus Regalibus concessis privatis personis, sivè magna, sivè parva, sivè in allodium, sivè in feudum, quod per quemcunque contractum, etiam locationis non possunt transferri sine Regis licentia, *Georg.*in *repet. feud. cap.*54.*num.*37.*Dominus Staibanus consil.* 19. *num.*7. eruditissimè *Consiliarius Theodorus allegat.*41.*num.*1. qui ambo in causa ejusdem officii scripserunt, & amplius *D.Reg.de Pont.decis.*28. *num.*30. *Mastrill. de magistr. lib.* 1. *cap.*13.*num.*16.

Quinimò plus dixerunt *DD.* quod etiam si Re-
133 galia concedantur, ut de ipsis ad libitum quis disponere possit, non potest tamen is, cui est facta concessio, sine speciali assensu Principis concedentis vendere, vel quovis modo in alterum Regalia transferre, ut ex *Bart.* & aliis benè probat *Laur.Colcan.cons.*105. *num.*5. ubi *num.*3. *&* 4. reddit rationem, quia sui natura sunt inalienabilia, & facultas alienandi concessa debet intelligi requisito Principe concedente, ut alienatio fiat habili, sicut dignitas concedentis, & ejus, cui conceditur, patitur, probat idem *Claud. Seysel.* in *rubr. qui feud.dare poss.part.*1.*Bertach.de gabell.part.*1.*q.*14. qui latè probat, jura Regalia concessa alicui à Principe, regulariter nullo modo posse in alterum
134 transferri, vendi, vel cedi, nisi in duobus casibus: primò scilicet, si Regalia fuerint concessa pro concessionario, & aliis quibuscunque is voluerit concedere, vel si concessio fuerit facta pro se, scilicet concessionario, & hæredibus, & successoribus quibuscunque, quia tunc solùm intelligeretur etiam de successore particulari, & sic de emptore, ad quod *Bertach.* citat *Bart. Bald. Alvar. Alexand.de Nevo*, & alios, & sic habemus decisionem punctualem, quod concessis Regalibus (cujusmodi dubitari non possunt esse officia in specie Magistri Actorum, ex suprà fundatis) cum clausula, *pro se, & hæredibus, & successoribus*, non posse ullo modo in alium transferri sine assensu, nisi in concessione fuerint additæ illa verba, *pro se, vel alio cuicunque voluerit concedere*, vel *pro se, &*
135 *hæredibus quibuscunque*. Quinimò etiam data potestate alienandi, non posse alienari sine novo assensu, ut utrunque probat, & multis aliis relatis sequitur *Rosembal.tom.*1.*de regalib.cap.*5.*concl.*12.*in prin.*& in 1.*addit. lit.A.* ubi inter alios citat *Vnesembec.*supra citato *cons.* 45. ex *num.* 29. ubi plura ad rem tradit *num.*36. Nec mirum videri de-
136 bet, quod aliud sit in hoc ultimo in feudis, ubi data simpliciter potestate alienandi, non requiritur novus assensus, ex traditis per *Camerarium* in *cap.Imperialem*, *carr.*45 *lit.A.* nisi adiiciatur clausula, *salvo assensu*, ut latius tractatum est in causa Regii Fisci cum D. Marta de Archayzaghs, & Salvatore de Majo, votata per Regiam Cameram in Collaterali 30. Iulii 617. cum notum sit, strictiùs procedi in officiis, quam in feudis, ut constat ex suprà traditis.

Cujus illa est ratio, immò radix, quæ prædicta omnia confirmat, & robur addit, quod offi-
137 cium semper censetur concessum in sua propria, genuina, & recta natura, nec unquam intelligitur alterata officii natura, nisi in eo, in quo expressè fuerit hoc provisum, ut ex regula *d. cap.*1.*de feudo non hab.propr feudi naturam*, ut millies repetendo extollit *Frecc. dicto lib.*2. *quæst.*51. *&* 54. post *num.*3.*de Ponte dicta decis.*28.*num.*9. latissimè, & pulchrè idem *Frecc.*in *dicta secunda formula investitur.*post *num.*29.*vers.sed licet hoc*, ubi in puncto loquitur in Regalibus, & post *Isern.Bald.Castr.Roman. Aretin. Alexand. Calder. Ias. Curt. sen.*
138 *Cassan.*& alios, subiicit rationem, quod Rex concedendo non videtur Regalium potentiam delevisse, quia id, quod non est mutatum, remanet, & natura rei magis consideratur, quàm persona acquirens, & res semper eadem remanet, præterquàm in eo, quod per Regem derogatum est, sunt Regalia inalienabilia, *Andr.*in §. *præterea*, & in ipsorum alienatione multa sunt requisita, ut per *Afflict.*in *Constitution. Ea quæ ad decus*, si per donationem in feudum facta sunt alienabilia, in hoc est derogatum regulæ, & naturæ ipsorum, ut ipsa sint alienabilia, *l.cùm pater*, §.*quindecim*, *ff. de leg.*2. in generali concessione ex forma privilegiorum Regni semper excipiuntur, *Andr.*ibi, & in *Constitut.Iustitiarii nomen*, & in *Constitution. Ea, quæ ad decus*, alia autem, quæ per Regem non sunt innovata tempore concessionis, durant, & in suo robore consistunt, *Andr.* aperit in *cap.*1.*de feudo Marchiæ*, propter dignitatem rerum annexam ex qualitate rerum. Hæc *Freccia*, ex cujus dictis non solùm exornatur decisio *d.cap.*1.*de feudo non hab. propr. nat. feud.* ut procedat potissimè in
139 Regalibus, sed illud est summè notandum, quod natura Regalium concessorum in feudum potiùs ampliatur, & extenditur, ut fiant magis alienabilia, quàm si illa simpliciter concedantur de per se, quo casu censentur concessa in sua propria natura stricta, ex qua doctrina fundata in solido fundamento *text.*in *dict.cap.*1. confunduntur nomia, quibus Adversarius innititur.

Indèque ex eodem fonte promanat, ex dicta
140 formula concessionis factæ de officio pro se, & hæredibus, & successoribus in perpetuum, non obstante quod officium sui natura vitalitium extendatur ad hæredes, & successores, adhuc in persona hæredis erit novum officium, ea ratione, quia quotiescunque fit concessio alicujus rei, quæ sui natura non est transmissibilis ad hæredes, ut puta ususfructus, vel similium, quæ cum vita concessionarii solent extingui, si ex concessione Domini, Principis facultatem habentis, ad hæredes, & successores extendantur, adhuc attenta primordiali natura in persona hæredis, vel successoris erit novum officium, ad quod *Francis. de Amicis* loco infrà citando, allegat *Glos.* à nemine, ut ipse ait, perpensam in *l.repeti,verb.hæredum ff. quibus mod. usufr. amitt.* verùm allegari solet *text.* in *l. stipulatio ista habere licere*, §. *si quis ità ff.de verbor. obligation. Isern.*in *cap.* 1.*num.*9.*vers.sine illo, de natura success. feud*, in *cap.* 1. *in princ. de feudo*

Mar-

Digitized by Google

Marchia, *Frecc. authorit.* 1. *quaest.* 50. *num.* 4. latè *Francis.de Amic.* in *dicta prima rubr.*in §. *natura etiam rei resistit*, *cart.* 61. *& à terg.* optimè Dominus *Paulus Staibanus dict.consil.*19.*num.*18. cum concord. quæ remissivè traduut *Regent de Ponte titul.de divers. provision.* §. *de potestate substitu.nu.*6.*Mastrill.de magistrat.lib.*1.*cap.*28. *n.*67. & præsertim in casu nostro, ubi à principio offi-
141 cium fuit erectum in sua propria natura ad vitam, & deindè extensum ad hæredes ex novo privilegio, quod ponderat ad hoc in puncto *Bald.* à nemine, quem viderim, ad hoc citatus *consil.*51. *num.*3.*vers.& siquidem*, *lib.*5.ubi perbellè de more hoc explicat.

De jure municipali hujus Regni absolutum est, officia potiùs strictiorem naturam assumpsisse, quàm quid largius in ipsorum vita, commutatione, & interitu ipsis indultum, si enim à feudis
142 ad officia tenet argumentum, veluti de minori ad majus, ut ultrà locos suprà citatos, tradit *Frec.* in *lib.*3.*de subfeud.in tertia form.num.*26.*cart.* 401.
143 Si de jure *Constitution. Regni* longè magis est restricta feudorum successio, quàm jure communi, ut est notissimum. Siquidem constat, jure communi in linea transversali æquali, & descendenti usque ad septimum gradum successionem extendi, quidquid alii dixerint, progredi usque in infinitum, ut in *cap.*1.§.*hoc quoque*, ubi *Isern. Feudistæ* omnes, & in specie *Lipar. de his, qui feud. dar. poss.* quæ tamen successio de jure Regni non progreditur in linea transversali ultrà tertium, ut in *Const. Ut de successionibus*, consequens est, ut si aliud specialiter dispositum de jure Regni non ostendatur; Regalium ipsorum, & officiorum, ubi in ipsis successio dari potest, naturam potiùs esse magis restrictam, quàm extensam, & ampliatam.

Et ne sub incerto vagari contingat,hoc primum colligitur ex *Bald. cons.*275. incipienti. *Quod pro*
144 *regula*, *lib.*2. ubi exorditur, quod licet natura feudi, quæ aliàs regula dicitur, & norma ipsius feudi, quoad Regalia sit, ut non detur successio, nisi ab Imperatore concedatur per investituram,
145 & ratio est secundum *Bal. in* 3. quia Regalia ipsa cum magna maturitate concedi solent, & non nisi personis, quibus hoc conveniat ob singularem industriam, exploratam fidem, gravitatem, & pro luce sapientiæ suæ, *l.*1. §.*his cunabulis*, *ff. de offic.Praefect.Prat.* Undè quod propter singularem industriam conceditur, & retinetur, natura sui transmissibile non est, nec prorogari debet, juribus per *Bald.* citatis, & si hodie aliter in feudis Regalibus hoc est usurpatum, in quibus attenta Consuetudine per successionem transeaot, vel in aliquibus Regalibus ex privilegio id conce-
146 ditur; non ideò tollitur, quin secundum propriam, & originalem ipsorum naturam, & rationabilem usum in Regalibus ipsius nulla fit successio, & ea, quæ conceditur in ipsis, est per usurpationem, citat *c.*1.*in fin.de alien.feud.*ubi optimè *Gloss.fin. verb.usurpatum*, cujus *Bald.* authoritate *Frecc.* loquens de merè Regalibus in sæpius citato loco, videlicet in 2.*form.num.*25.*lib.*3. probat, in
147 Regno longè strictiùs procedi in Regalibus, quam in feudis, tum quia Regalium concessio specialem expressionem requirit, non ità in feudis; successio revocat Regalia, licèt lege contractus tenestur, ex *Bald.Campeg.* & *Rubeo*,non in feudis

& addit, ex stylo Regiæ Cameræ Regalia non nisi expressè concessa nunquam venire, quia ex ipsorum concessione corona læditur, demanialia minuuntur, Respublica Regni offenditur, ex istis enim constat, ipsum vivere Regnum, quod posset deduci ad nihilum, & sunt adeò annexa dignitati Regiæ, ut quantò facilius revertantur, conceduntur, eò faciliùs revertantur, concedere Regalia, privilegium censeri potest, & non beneficium, & ideò strictiùs debet interpretari, cum lædantur omnes communes regulæ, & hoc non fit
148 per rei naturam, cum non sint ad hæredes sui natura transitoria, non debent transire, nisi ad filios, & ubi necesse est, ad descendentes tantùm, idque ex necessitate, & per usurpationem, & arguit, quod si in concessione immunitatis non veniunt posteri, nisi id dictum sit, & quando est expressum, non veniunt progeniti ex lumbis, nisi id quoque adjiciatur, idque ea ratione, ne alii lædantur, fortiùs non est extendenda Regalium successio, ne lædatur ipse Rex, cui immediatè præjudicatur ex tali ampliatione, & extensione
149 successionis in Regalibus, & ideò si de herede fiat mentio, de uno tantùm intelligi debet, & ut ad omnes transeat, debet generaliter concedi, *l.immunitates generaliter*, *ff. de jure immun.* etiam quia, cujus membra scissa sunt, per privilegium debent quantò citiùs suo capiti reintegrari, undè cum Regalium natura non sit ad filios transitoria, nisi per usurpationem, & non per regulam, strictiùs sumenda est ea significatio, quæ naturam offendit, ut hæc, & alia docet *Frecc.* usque, & post *num.*27.

Et quia senserat *Frec.*prædicta obstare,quod hodiè ut plurimùm Regalia sunt ad hæredes,licèt sanguinis tamen transitoria, & ideò personalia censeri non debent,undè natura rei non repugnat; & ideò non privilegium, sed beneficium judicandum esse
150 Regalia concedere; cum ipsa Regalia quotidie in feudum concessa,feudalem naturam assumant,ex *Caman.in consil.*162.loquente in occasione Salinarum.

Resolvit tandem ipse post *num.*28.*&* 29.in *vers. sed dices hoc*, distinguendo, ut Regalia concessa
151 in feudum, vel cum ipso feudo annexa censeantur jure feudi, ut perpetua sit concessio, sicuti hodie est lex nova feudi, sic judicari debet de illis, prout de quolibet recto feudo, ut passim per Sacrum Consilium, & Regiam Cameram judicari, & servari testatur in functionibus Fiscalibus, in feudum concessis, ut idem de iis judicetur, prout de feudo, cum feudi naturam assumant, propria immutata, & hoc procedere in expressis, & conces-
152 sis, eo modo quo leguntur concessa in feudalibus. In omnibus tamen aliis Regalibus, scilicet quæ non apparent concessa in feudum, neque feudo annexa, retinent primævam eorum naturam, & regulam, sicut in feudo, ex sæpius allegato *cap.*1. quod latissimè *Frecc.* probat, & *num.*30.
153 addit, hodie ista Regalia ad descendentes transmitti, & hanc sumpsisse naturam, ut omnes descendentes habeant, non ex mala, sed ex bona usurpatione, propter legem novam, quæ id permittit.

Undè etsi sit verum, quod Adversarius enixè contendit, hoc officium non esse in feudum concessum, non poterit, nisi descendens ultimo morienti in eo succedere, & faciliùs erit istius officii extinctio, & ad Regem devolutio, quàm si expressè

Digitized by Google

presse in feudum fuerit concessum, omni jure etiam municipali.

Ex quibus patet, extrà rem esse, quod Adversarius ponderat, de jure communi successionem
154 feudorum quòad collaterales extendi usque in infinitum, si feudum ab initio semel ad descendendentes transierit, & transversalis succedere volens sit descendens de sanguine primi acquirentis, ex *text.in cap.1.de bit, qui feud.dar.poss.* & in *cap.1. de natura success.feud.Pistor.Joan.Thom.de Marin. Facbin. Intrigl.* & alii, qnos congerit *Rosenth. tom.1.c.7. concl.56. num.1.*

155 Licet enim longè verior sit opinio *Isern.* in *cap.1. §.hoc quoque, de bit, qui feud.dar.poss.* recepta in Regno, quam tuetur ex Siculis latissimè *Cannet.* in *cap.si aliquem, verb.defuncto, cart.224.* & ex nostris *Regens de Ponte* in *repetition.feud.titul.de bit, qui feud.dar.poss. lect.9.num.60.* qui affirmant, etiam jure communi nullo casu extendi successionem collateralis, nisi usque ad septimum gradum exclusivè, quia sivè in feudo hæreditario, sivè in feudo ex pacto, quoad computandum gradum semper attenditur proximitas ultimi morientis, nec quicquam prodest, quod succedere prætendens descendat à primo acquirente, ut latissimè tradit Dominus meus socer *Camill.de Medic. consil.2. ex num.29. cum seq.*

Sit tamen vera opinio contraria, ut succedant omnes collaterales in infinitum in feudo de jure communi.

156 Hoc prætendere in Regno esset hæresis feudalis, cum absolutum sit, usque ad tertium gradum tantùm transversales admitti, ex *Const. Ut successionibus*, ut post omnes advertit in eodem loco *Reg.de Ponte num.62.*

Undè aut ista officia sunt concessa in feudum, & est D. Didacus transversalis in sexto gradu ultimi morientis penitùs insuccessibilis, advertendo, quod si concessio est in feudum, est impossibile,
157 quod non sit feudum rectum, & in propria natura quaternatum, constat enim, sub Rege non dari feudum planum, & de tabula, & solam Regis concessionem quaternare, probat *Isern.in Constitution. Post mortem*; Si verò concessio non esset in feudum, sed esset in sua propria natura Regalium, cujusmodi sunt officia, prout ità in propria natura præsumenda est omninò facta concessio, ut supra, & hoc casu soli descendentes ultimi decedentis admitti possunt, et non alii, non solùm de jure Regni, sed etiam de jure communi, ut ex fundatis patet.

158 Si verò esset expressè facta concessio in simplex, et merum allodium, et in burgensaticum, alterata natura Regalium, quæ species bonorum est distincta à cæteris bonis, cujus contrarium ex prædictis in casu occurrenti manifestè liquet, nec ullo modo considerari potest, et eo casu etiam excluderetur D. Didacus, quia non venit ut successor Joan.Mariæ, neque hac via se direxit, nec aliquid petiit, sed tantùm, ut donatarius, indè asserens, per annum ante mortem donantis in possessione fuisse vigore donationis, et uti talis excluditur, ex recepta sententia, de qua suprà *n.150. & seq.* Quod Regalia etiam in allodium concessa non possunt alienari absque assensu, quòd cum constet non adesse, possessio in vita fortè capta sibi non profuisset, cum tamen nunquam ipsam habuerit, et quando ipse petet immissionem uti successor Jo: Mariæ, adhuc repelletur ex aliis defectibus, quia Sacerdos, et ex aliis inhabilis, et fortè quia etiam ad successionem Regalium expressè concessorum in allodium soli descendentes admittuntur, ut non minus appareat restricta successio, quam inhibita inter vivos alienatio.

159 Sicuti strictissimè inhibitam esse alienationem inter vivos jure Regni quocunque titulo continetur, ut in *Constitution.Rogerii*, sub *titul.de jurib. rerum regal.* incip. *Scire volumus*, ibi, *Quod quicunque de Regalibus nostris magnum, vel parvum quid tenet, nullo modo, nullo ingenio possit ad nostra Regalia pertinens alienare, donare, vel vendere in totum, vel in partem minuere*, in quo illud pon-
160 derandum censeo, *Rogerium* non prohibuisse simpliciter ipsorum Regalium alienationem, sed etiam eorum, quæ ad Regalia pertinent, ut sunt Regalibus annexa, vel ab ipsis dependent, undè non video, quomodo officii istius donatio sine assensu potuerit in extraneum transversalem in sexto gradu incognitum omni jure fieri, & substineri, etiam si hoc officium non esset propriè, & verè de Regalibus, sed solùm Regalibus (ut est jurisdictio, & merum imperium) annexum, vel ab eo dependens, quod nemo unquam negare audebit.

Quam *Rogerii Constitutionem Imperator Federi-*
161 *cus* ejus nepos ampliando statuit, & strictius inhibuit, omnes alienationes, commutationes, & quoscunque contractus, transactiones, & arbitria super feudis, & rebus feudalibus, nullam omninò firmitatem habere, nisi de speciali Regis licentia confirmeotur; quo jure plura de novo fuerunt inducta, & in specie, quod requiratur assensus expressus ut per *Ann.* in *d. Constitution. num.43. 50. & 53.* qui de jure communi sufficiebat tacitus.

Nec dubitari potest, quin *Federicus* in *dicta*
162 *Constit.*incip.*Constitutionem*, se retulerit ad *Constitutionem* prædictam *Rogerii* ejus avi, cujus initium est, *Scire volumus*, cum hoc docuerit *Glos.* in *dicta Constitution.*in *Glos.2.*quam sequuntur *Afflict.*in *utraque Constitution.* & alii, In quo illud est
163 summè notandum, *Frederic.* dicere *Constitutionem divæ memoriæ Rogerii avi nostri super prohibita diminutione feudorum, & rerum feudalium, ampliantes, decernimus, omnes alienationes, &c. super feudis, & rebus feudalibus*: E tamen in *dicta Constitution. Scire volumus*, de Regalibus tantùm loquitur, non de feudis, quòd dubium dicit *Anna* in *dicta repetition.num.117.* sentire quosdam Modernos, sed non resolvere, & tamen facilis est resolutio, cum *Freder.* intellexerit, *Roger.* loquutum esse de feudis, ex regula æquiparatorum, & quia feuda ipsa sunt de Regalibus, & ut plurimum
164 Regalia concessionibus feudorum annexa, ut de multiplici æquiparatione inter ista meminit *Afflict.* in *dicta Constitut.Scire volumus, in 6.notab.num.7.* ut sicuti non valet alienatio jurium Regalium, nisi in augmentum ipsius juris Fiscalis, sic etiam in feudalibus citans *Isern.* in locis notis, & se remittens ad dicta per ipsum *Afflictum* in *Constit.Constitutionem, num.60.*& addit in *dicto 6.notab.*in *Glos. unica*, argumento *l.quæ de tota, ff. de rei vendic.* pariter procedere tam in feudalibus, quàm in juribus Regalibus; verum quia regulariter non valet argumentum de Regalibus ad feuda affirmativè, idcircò opus fuit nova Constitutione. Verùm quia
165 *Constit.*prædictæ loquebantur de prohibita dumtaxat Regalium, & feudorum alienatione inter vivos

vivos, nova *Constitut.* incip. *Hic edictali*, sub *eodem titul. de revocation. feud. & rerum feudalium*, ampliavit ad res omnes Regio servitio obligatas, de quibus redditus servitio Regiæ Curiæ debentur, nec inter vivos, nec in ultima voluntate, in alterum etiam pro parte transferre, vel commutare nemo præsumat.

Nec obstat, quod Carolus Quintus de anno 1532. concesserit assensum Consalvo, ut ipse carens liberis, posset vendere suam partem officii suis fratribus patruelibus, & sic in quatto gradu, qui, ut ipse figurat, enunciantur legitimi successores in dicto officio, quo tempore non erat facta extensio successionis feudi ad fratres patrueles existentes in quarto gradu, quæ supervenit postea de anno 1536.

Primò enim dicimus, tantùm abesse, ut ex di-
166 cto assensu colligi possit, dictos fratres patrueles Consalvi fuisse legitimos successores absque dicto assensu, ut ex ipso contrarium manifestè detegatur, Hoc enim voluit Consalvus impetrare à Carolo Quinto, ut posset ipse vendere partem officii Pirro, Ferdinando, & Joa. Mariæ suis patruelibus, qui alioquin ei scilicet Consalvo immediatè successuri essent scilicet secundum legitimam successionem ab intestato, & sic istud voluit ex gratia, & dispensatione obtinere, quod jure communi, & ex tenore privilegiorum non permittebatur.

Secundò quatenus dicta verba aliter essent accipienda juxta sensum ipsiulmet partis, quæ contendit, enunciari fratres patrueles esse alioquin successores, adverto hoc esse juxta expositionem partis supplicantis, quæ potuit afferere quod voluit pro faciliori consequutione gratiæ, sed ex eo non sequitur consequentia, Rex assentiit veoditioni, ergo Rex ipse confessus est, dictos fratres patrueles esse legitimos successores, tum quia non omninò carebat successore, quia poterat, dum viveret liberos procreare, natura juvante, & sic non erat desperatus, dum expressè dicitur in dicto assensu, *casu, quo Consalvus ipse absque liberis decederet*, & sic possibile erat contrarium quoque evenire, undè potuit moveri Rex ad concedendum assensum, quia poterat decedere cum prole, & sic casus erat dubius; tum etiam quia & si cognovisset Rex, Con-
167 salvum, non habere successores, potuit tamen concedere assensum ipsi successori carenti, siquidem ante annum 1531. generaliter, & pari modo concedebantur assensus habenti successorem, sicuti successore carenti etiam à Proregibus, ut ex *Andr. Camerar. de Ponte*, & aliis fundat *Dominus Rovitus* in *Pragmat. 4. num. 20. de feudis*, undè opus fuit speciali Constitutione hoc Proregibus tantùm, sivè Vicariis inhibere, & ab eo tempore inventa clausula, & addita assensibus ex stylo Cancellariæ, *quoad ea, in quibus habent successores*, sicuti in puncto
168 advertit *de Ponte dec. 4. num. 1.* remanente libera potestate ipsi Regi supremo Domino concedendi, & ab ipso impetrandi assensum, etiam ubi successores deficiunt, *Andr. io cap. 1. qui success. teneantur*, sub *num. 6. & seqq.* & *in cap. 1. §. sed nec alia, quæ sit prima causa benef. amitt. de Ponte consil. 3. num. 3. lib. 1.* & *lect. 11. num. 12. Mastrillus lib. 5. cap. 6. num. 63. de magistrat.* & sic vel Rex ipse ad-
169 vertit, fratres patrueles non esse legitimos successores, & potuit hoc dispensare, & concedere, & concedendo scienter ex certa scientia in hoc dispensare, *Isern.* in puncto in *dicto cap. 1. qui success. ten.* sub *num. 7. vers. hoc maximè*, vel credidit, eos ex forma primarum concessionum, quas non vidit,
170 posse succedere juxtà assertionem supplicantis, & non sequitur ex eo, Regem acceptasse falsam assertionem partis, sed potius, quod assensus per Fiscum possit impugnari tanquam subreptitius, quia & si dispensavit in uno: scilicet in commutatione de uno in alterum, non censetur dispensasse in altero, ut posset alienare, & si legitimo careret successore, ut idem *Isern.* latè probat in *dicta c. 1. n. 6. qui success. ten. il 1. Reg. de Ponte dict. cons. 3. num. 6. & seq. lib. 1.* & *de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 3. num. 15.*

Et si Regni *Capitula*, & *Pragmaticas* inspicimus, officia ipsa personalissima sunt, cum & anni circulo, vel ad vitam concessionarii sint generaliter restricta, per substitutum exerceri non valeant absque Principis permissu, & in ipsorum translatione, commutatione, vel cessione Regis Assensus, & causæ cognitio requiritur.

Conformes enim sunt juri communi, quo jure
171 annalia constat esse officia, *l. Publius Mævius, ff. de condit. & demonstr.* vel saltim biennialia, *l. neminem, C. de suscept. lib. 10.* & jure feudorum, *cap. 1. de feudo guardiæ*, cum concord. per *Dominum meum Capyc. dicta decis. 121. num. 4. in fin.* & *num. 5.* sunt Constitutio Regni ut in *Constitut. Occupatis nobis*, ubi *Isern.* & *Afflict.* & Regni Capitula, quæ cumulat *Niger* in *Capit. Caroli II. Item statuimus 132. num. 42 & 59.* & *Capit. Regni Electionem 173. num. 12.* & *Regia Pragmatica Caroli Cæsaris* immort. mem. de anno 1536. incip. *Volumus etiam, ut Barones* doctè commentata per Eruditissimum Audit. *Capiblancum*, majoribus magistratibus dignum.

172 De quibus juribus monicipalibus Regni ad ornatum *dictæ Pragmaticæ*, meminit *D. Præs. de Franch. decision. 409.* qui *num. 4.* tradit, officia esse annalia, & esse traditum io Regno quasi pro forma, ut nec in longius protrahi, nec breviori tempore constitui sit inhibitum, ut jure communi ex *Boer.* & *Franc. Marc.* etiam tradit *Capibl.* in *dicta Pragm. num. 7.*

Quod nuncupatim procedere etiam in Actorum
173 Magistris, & Actuariis probavit *Anna singular. 369.* & hoc decidere expressè *Isern.* in pluribus locis, testatur insignis doctrina, moribus, & rerum expertus *D. Rovit.* in *pragmat. 5. de offic. judic. in princ.* post *Carav. Rit. 49.*

174 Et non solùm Officiales justitiæ, & jurisdictionem principaliter exercentes, tam de jure communi, quàm municipali hujus Regni personaliter deservire debent, & non per substitutum, stricta super hoc edita pœnali prohibitione, verùm etiam
175 Actorum Notarii, sivè Magistri tanquam Officiales sub horum jurium dispositione comprehendi, est *text.* clarus in *Cap. Reginæ Joannæ I.* incip. *Item quod prædicti Officiales*, ubi & alterum quoque fuit specialiter provisum, ut prædicti omnes,
176 & nuncupatim Actorum Magistri officia sibi commissa aliis vendere, vel quocunque quæsito
177 colore transferre publicè, vel occultè, quinimò jurate teneantur secundùm formam alterius *Capit. Regni*, quod incip. *Item recipiant juramentum*, cujus *Capitul.* tenor omninò servari præcipitur.

Idque nedum in nigro, sed in rubro per orationem perfectum idem disponitur, utrunque dispo-

nendo

nendo his verbis: *Quod Officiales serviant de per-*
178 *sona, nec possint vendere earum officia*; sub quo verbo, *venditionis*, omnem alienationis prohibitionem contineri constat, præsertim dum de obligando Officiales ad personale servitium, ubi personæ industria censetur electa, ag tur, perbellè *Paris de sindic. ver. substitutus, cap. 2. incip. en substituens, car. mihi* 305.

Et pulchra sunt verba *Pragmaticæ antiquæ*, in-
179 cip. *Numerum Magistrorum Actorum*, sub *titul. de Magistr. Actorum, & Subactuar. modern.* ibi: *Qui Magistri Actorum, & Subactuarii sint probi, & legales, experti, & boni scriptores, à nobis, seu nostro Sacro Consilio approbati, qui per se, & non per substitutum serviant, librosque processuum, & actorum, secundùm ordinem novæ Constitution. conficiant, &c.* idemque statuitur in *Pragmat. Volumus*, sub *titul. de Scribis super criminalibus*, ubi Scribas probos, bonosque scriptores à nostro Sac. Consil. examinatos deputari præcipitur, qui eorum officium fideliter exercere jurent, & in *§. & statuimus*, disponit circa recusationes Magistri Actorum, ut clarè ostenderet, verè, & propriè Officialem esse.

Et necessariò, ut quis legitimè dicatur creatus
180 Actuarius, vel etiam Scriba Fiscalis in Regno, juxtà formam *Pragmaticarum, & Rituum*, tradit *Grammat. decis.* 27. post *num.* 2. ubi *in fine* dicit,
181 Magnam Curiam nullam habere potestatē creandi istos Officiales, nec eis jurisdictionem tribuere, cum id principaliter ad Regem spectet, seu ad ejus Viceregerentem, quod latiùs probat *Niger in dicto cap. Item quod prædicti* 276. *num.* 7. 9. & 10. *cum seq.* ex cujus dictis apparet, horum Officia-
182 lium creationem, & officiorum commutationem sivè de uno in alterum translationem, sine Regis voluntate, & assensu fieri non posse, idem *Niger in dicto Capit. Caroli I.* 19. *Quia de Vicariis*,
183 *n.* 12. & novissimè post *Afflict.* in *Constitution. Magistri Camerarii, not.* 12. *D. Camill. Borrell. de Magistr. edict. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. testatur, hodie in hoc Regno Actorum Magistros supremorum Tribunalium, & Regiarum Audientiarum à Rege constitui, illaque officia concedi ut plurimum ad vitam, cum emolumentis ut magis placet R.M. illaque esse de Regalibus, citans *Dominum meum Capyc. in invest. ver. feudorum clausula*.

Et hæc in specie, & in individuo officia Acto-
184 rum Magistri Provinciæ Calabriæ, & Credenzeriæ Civitatis Consentiæ, quamvis concessa dictis de Bernaudo, esse tamen de patrimonio Regio, & tanquam Feudalia, vel Regalia esse devolutioni subjecta, & ad Regiæ Majestatis collationem spectare, provisum est, & declaratum speciali *pragmatica sanctione*, quam Philippus II. immortalis memoriæ pro conservatione Jurium Regiæ Curiæ nuncupatim edidit sub die 25. Aprilis 1563. in *pragmat.* 2. sub *titul. de officiis ad Regiæ Majestatis collationem spectantibus*, quæ quidem lex jam apertè Fisco assistit, ut omnem cavillationem respuat. Advertendo, Regem benè scivisse, administrationem horum officiorum esse penès Dominos de Bernaudo; non enim erat factum obscurum, res parva, nec concessionarii humiles, quod potuisset id Regem latere, nec decipi ipse Rex, dum subtili indagatione, & informatione habita, quælibet minima, & vilissima officia in illa Pragmatica, ad hunc finem facta, describi curavit, prout vera sunt, & ad unguem observata, quicquid in ea descriptum, & statutum est, & ad eam tanquam ad sacram anchoram erroris expertem recurrimus, undè cum de ipsa officiorum administratione cum fructuum perceptione, quæ penès concessionarios erat, Pragmatica intelligi non possit, necessariò intelligenda, prout expressè loquitur in rubro, & nigro, de jure ipso superioritatis ad Reg. Curiam spectanti, quod in Regalibus, & Feudalibus Regi competit, & ab ipso separari non potest, undè jura Dominicalia, quæ præcipuè in jure devolutionis, sivè consolidationis consistunt, oriuntur.

Frustrà autem adversarius ad evitandam apertam decisionem hujus Pragmaticæ, allegat affectum Decretum, sivè Consultationem Regiæ Cameræ, ut prætenditur, factam sub die 26. Mattii anni 1506. in favorem ipsorum de Bernaudo.

Quia tametsi decretum, sivè consultatio prædicta non sit authentica, & sit impugnata per Fiscum, dum in processu exhibitionis tituli horum officiorum fuisset præsentata per Joann. Mariam, & Ducem Ferdinandum Bernandos conventos, ubi lis hodiè pendet adhuc indecisa penès Actuarium Tartaglionum, *cart.* 31. *à ter.*

Et si esset scriptura solemnis, quæ fidem faceret, veluti facta longè antè Pragmaticam, scilicet de anno 1506. & sic interstitio annorum 57. antè dictam Pragmaticam latam de anno 1563. non potest declarare, nec derogare Pragmaticæ, ex eo, quia novissima derogant prioribus, non è contrà, & in dubio potiùs standum est Pragmaticæ ultimo loco emanatæ, præsertim cum tam maxima, & diligenti inquisitione, scrutinio, & delibera-
185 tione factæ, etiam quia absolutum est, Principem per viam legis condendæ posse derogare juri tertii.

Verùm in præsenti his opus non est, quis nihil repugnat Pragmaticæ decreto prædicto, quatenus sit dectetum, siquidem diversa, non adversa continent, & utrunque stat simul absque repugnantia.

Cum enim lege lata per Invictissimum Ferdi-
186 nandum Catholicum sub die 10. Februar. 1505. irritæ, nullæ, & omni effectu vacuæ declaratæ fuissent omnes, & quæcunque concessiones factæ per Regem Federicum post diem 25. Julii 1501. quo cœpit habere Regnum pro derelicto ob timorem adventantis Gallorum exercitus, etiam si essent approbatæ, confirmatæ, vel exequutioni demandatæ per ipsum Regem, vel ipsius Vicarium,
187 tanquam subreptitiæ impetratæ. Et inter alias concessiones nominatim expressas, quæ infinitæ sunt, licèt non sint impressæ cum *Pragmatica* ipsa, quæ est *prima* sub *titul. de revocation. & suspens. gratiarum*, sed habentur in *Regestro*, quod conservatur in Reg. Cam. sistente in armario sub *rubr. de Cedularii antiqui*, & in copia in dicto processu Regii Fisci super ostensione tituli à *carta* 58. *cum sequent.* tertia legitur in ordine inter revocatas. (Ampliatio facta per Federicum Bernardino de Bernaudo, & Joanni ejus fratri ad hæredes, officiorum Curiæ Locumtenentium generalium Calabriæ, Credenzeriæ ejusdem, & Curiæ Locumtenentis Consentiæ.

Cùm de hac revocatione, & descriptione inter gratias irritatas in *d. Pragmat. anni* 1501. conquesti fuissent dicti Bernaudi, advertendo in facto,

concessionem ipsis factam per Federicum fuisse sub data ultimo Junii 1501.& sic interstitio vigintiquinque dierum ante 25. Julii, à qua die in posterum factæ gratiæ fuerant anoullatæ per *dictam Pragmat.* tametsi replicari potuisset per Fiscum, de clausula in *d. Prag.* contenta (ubi concessiones, privilegia, aliasque scripturas per Regem Federicum factas, & expeditas post diem 25. Julii 1501. licèt Scripturæ ipsæ antè diem dictum scriptæ, ac datæ apparerent, quod ab impetrantibus, ut ipsorum fraudem, & dolum tegerent, excogitatum fuit, revocatas, ac pœnitùs annullatas declaravit, ac pro revocatis, & irritis haberi voluit, & jussit Rex) attamen per dictum decretum, sivè consultationem Regiæ Cameræ sub dicto die 26. Martii 506. declaratum fuit, dictum privilegium fuisse expeditum antè dictum diem 25.Julii 1501. & proinde ad sinistram informationem fuisse adnotatum in dicta Pragmatica, & non fuisse à Regia Camera emanatam relationem in dicta Pragmatica mentionatam. Et sic obtinuerunt Bernaudi, privilegium Federici non fuisse irritatum, & suspensum quoad ipsos in exequutionem dictæ Pragmaticæ anni 1501. per decretum posterius anni 1506.cujus vigore, circumscripto decreto, officium erat Regiæ Curiæ restituendum, quod hucusque possederunt impetrantis confirmationibus, supposito titulo valido.

188 At ultima Pragmatica anni 1563. Regis Philippi, illud dumtaxat sapientissimè continet,& disponit, officia prædicta esse sub dominio ipsius Regis, sicuti cætera omnia feudalia, & regalia; quæ ad Regis ipsius, & non Vicarii collationem spectant, in casu scilicet devolutionis, ob lineam scilicet finitam, vel culpam, quod nihil contradicit decreto anni 1506. & adversus quam pragmaticam nullo colore potest defendi adversarius, cujus prætensio expressè, & ex diametro contradicit dictæ pragmaticæ, dum contendit, officium fuisse penès Bernaudos liberum, ac nulli devolutioni subjectum, quod stare non potest, nisi pragmatica deleatur.

189 Et de prohibita, ut supra diximus, omni jure Officialium, & Actuariorum substitutione latè *Parit de sindic. ubi supra*, *Caravit. Ritu* 2. ex *num.*16. ubi inter plures *Ritus* meminit de *Ritu* 309. disponente, quod Mag stri Actorum, & Subactuarii non debeant per substitutum, sed personaliter servire, non obstantibus quibuscunque literis, & privil.giis factis, vel deinceps faciendis, sub quacunque forma, & expressione ver-

190 borum, & *Regent de Ponte de diversf.provif.tit. de potest.substit.* §.*solent etiam*, loquens de prohibita Magistris Actorum substitutione, meminit de ordinibus quibusdam Regis Philippi II. immort. memo. quibus mandatum fuit, potestatem substituendi in officio nunquam censeri concessam, nisi expressè, & specialì nota fuerit in pri-

191 vilegio specificata, & latè de prohibita omni jure substitutione *Mastrillus de Magistr. lib.*1. *cap.*29. ubi *num.* 15. *de actuar.*

192 Et inter Capitula concessa huic Civitati per Carolum V. fuit primò supplicatum, & concessum, nè officia quæcunque venderentur, nec vendi possent, deinde verò petitum, ut vendi licerent ab ipsis Proregibus, ut in *cap.*4. *Caroli Cæsaris,fol.*128. de quo verba faciens *Regent Mastr* in *tit.An officia possint vendi, qu.*4. dicit, hodiè,

exceptis officiis concernentibus justitiam, & administrationem, vendi posse per Proreges, ita ut nulli alteri excepto Principe, jus alienandi officia prædicta competere valeat, ut in praxi receptum cernimus, meminit de prædictis doctissimus *Dominus Capiblancus* in *pragmat.*4. *de Baronibus num.*33. & 35. ubi inter officia administrationis justitiæ connumerat bajulationes, actuarias, & portulanias.

Ex quibus illud consequitur, quod si officia sunt sui natura personalia, annalia, vel ad vitam, & non possunt exerceri per substitutum, nec transferri de uno in alterum sine Principis scientia, & beneplacito; consequens est, ut si con-

193 trarium fuerit dispositum, illud tanquam merè privilegium, & dispensatio contra jus, erit strictissimè interpretandum, ut *Frecc.* pluries dixit, & maximè in præsenti casu, ubi ab initio fuit hoc officium concessum ad vitam primi concessionarii, quo casu semper attenditur natura innata, & as-

194 sumpta in lege primæ investituræ, & potius est attendendus tenor primæ, quàm è contra, quia posteriores sunt regulandæ à prioribus, ut in *c.*1.

195 *in fin.* ubi *DD.* omnes *de duobus fratribus*; posteriores etenim potius præsumuntur impetratæ per errorem, vel importunitatem impetrantium, quam ex vera voluntate concedentis, ut ex *Bald. Perno*, & *Frecc.* qui primam investituram dicit lapidem angularem totius fundamenti, ut cum natura tunc assumpta dicatur vivere, & mori res concessa, & post *Afflictum*, *Camerar.* & alios tradunt *Reg. de Ponte de diversis provisionibus, tit. de reformatione investiturarum, cor.mihi* 516. latè *D.Rovitus conf.*79. *n.*8. Et maximè non præsumitur in præsenti casu, ampliationem factam pro hæredibus, & successoribus à Federico ex ipsius præcisa voluntate processisse, ex tempore, eum ipse Rex ob belli turbines maximè præmebatur die 29. Junii 501. adeò quod tolrà dies 24. nempè die 25. sequentis mensis fuerit de Regno desperatus, ut plenissimo testimonio Invictiss. Regis Catholici in *pragmat.*1. *de revocat. gratiarum*, amplissimè constat, qui ex his fuit coactus omnia privilegia, & gratias post diem 25.Julii revocare, adeò ut, quæ proximè antè prædictam diem concessit Federicus, aliqua, licèt leviori importunitatis nota, carere non videantur, quamvis ipse Rex sapientissimus noluerit de honestate revocare.

Idque eo maximè, quia etiam data potestate

196 substituendi; cùm substituens non quemlibet ad sui libitum substituere valeat, sed debeat substituere personas idoneas, & ejusdem peritiæ, diligentiæ, & dexteritatis, ut dixit *Bart.* per illum *text.* in *l.* 1. *C. de præpos. agent. in rebus*, *lib.*12. sequitur ex eo, quod a ihac, saltim illa ratione,

197 debet prius Princeps per substitutorem certiorari, & dari notitia illorum, quos intendit substituere, ut videat, si sunt habiles, & sufficientes, ut ex *Felino*, *Azevedo*, *Bovadill.* & aliis probat *Mastrill. d.l.*1. *cap.*29. *num.*41. ubi testatur, particularem de hoc fuisse æditam pragmaticam in Regno Siciliæ, ut persona substituti debeat nominari Principi pro exequutione dispositionis juris communis, & ita servari in Curia Romana

198 iustra patebit ex *Seraphin. decision.*389. *num.*7.

199 De jure novissimo Extravagantium *text.* est apertus in §.*volumus*, *de pace costantiæ*, ubi statuerunt

turrunt Imper. Feder. & Henricus VI. Rex Ro-
manorum ejus filius, ut regalia non legitimè con-
cessa, nec alienata in privatos, tanquam jura,
quæ specialiter ad Imperialem excellentiam spe-
ctant, redintegrari debeant, sub pœnia in illa
Constit. statutis, ubi *Glos.* in *ver. ad nostram Ex-
cellentiam*, exponit, sive ratione imperii, sive
ratione patrimonii, cùm omnia Principis esse in-
telligantur, sive fiscalia, sive patrimonialia, quod
autem generaliter de regalibus statuit Freder. I. Im-
per. de anno 1180. ut ex data in fine; idem longo
post tempore Imper. Feder. II. qui compilavit *Regni*
200 *Constit.* sub data Melfiæ de anno 1221. ut *in fi-
ne libri Constit. Regni*. Is inquam, non dissimili-
bus verbis in *Constitut. Ea, quæ ad speciale decus*,
prohibuit, ut regalia, quæ ad speciale decus re-
giæ celsitudinis spectare noscuntur, nemo per il-
licitas præsumptiones usurpare præsumat, & inter
regalia sigillatim inhibuit exercitium meri impe-
rii, & creationem Magistratuum ad justitiam ex-
pediendam, & in *Constit. seq. Cum satis*, prohibet
Universitatibus, nè sub prætextu cujuscunque
consuetudinis, officium aliquod, aut jurisdictio-
nem usurpet, & sic includit quodlibet officium,
sub pœna Universitati perpetuæ desolationis, &
Electo ad officium pœna capitis, & in *dd. Consti-
tution.* latè *Isern. Afflict.* & alii . . . .

SUMMARIUM.

201 R*Egalia non nisi Principis concessione, & im-
memoriali præscriptione Jure Imperiali Ger-
manico quæruntur, & absque ejus licentia non
transferuntur.*
202 *Regalia si sola concedantur, concessio non valet
Jure Germanico, nisi sit facta motu proprio, aut
ex certa scientia, vel concessa sint, ut annexa
rei feudali*, & nom. 204.
203 *Concessio Regalium strictè interpretanda, ut ab
una specie Regalium, ad aliam non fiat extensio.*
205 *Regalia per extinctionem Privilegii, vel investi
turæ ad Principem revertuntur, sed concessa
per privilegium revocantur, etiam sine causa,
& etiam si concessio facta sit ob merita, nisi à pri-
vilegiato probentur*, & num. 206.

CAPUT SEXTUM.

De Jure Imperiali Germanico.

201 IDemque observari de jore Imperieli Germa-
nico moderno in Camera Imperiali ex eo
apparet, quod Germani de juribus Regalibus
peritissimi, & qui quotidie per manus habent
Regalia; testantur, Regalia acquiri non nisi
Principis concessione, per privilegium scilicet,
vel investituram, consuetudine quoque, & imme-
moriali præscriptione, & sic pro indubio suppo-
nunt, privatorum pactionibus, & commutationi-
bus sine Principis voluntate, & speciali assensu mi-
nimè Regalia transferri posse, ut ex aurea Bulla
Caroli Quarti, aliisque Constitutionibus Germa-
niæ latè probat *Regner. de Regalibus lib. 1. cap. 5.*
ex *num. 6. & 10. & num. 136. cum seq.* Eaque non
communicari, nec esse in commercio, nisi ex pri-
vilegio Principis, Superiorem non recognoscen-
tis, vel consuetudine, aut præscriptione tanti tem-
poris, cujus non esset memorie qua ostendi posset,
aut demonstrari, sibi tale jus competere, latissimè
Vvesembec. d. cons. 45. ex *num. 22.* qui *num. 30.* pro-
bat, Regalia nullo modo posse alteri cedi, vendi,
nec quovis modo in alterum transferri, quia foret
alienatio præjudicialis Imperio, ex *Bald. Firmia-
no*, & aliis, quod latius comprobat *num. 39.* ubi ex
Afflict. & *Boer.* reddit pulchram rationem, & prose-
quitur usque ad *num. 42.* & notanter subjicit, Re-
galia non posse in alium transferri sine speciali Im-
202 peratoris scientia, & permissu; Et proinde usu
receptum esse, ut frequenter Regalie per investi-
turam in feudum transferantur, idem *Vvesembec.
d. cons. 45. num. 35. Regner. d. c. 5. n. 29. & 51.* & quod
sola de per se Regalia, si concedantur, concessio
non valet, nisi sit facta motu proprio, vel ex certa
scientia, nisi ut annexa rei feudali concessæ à Prin-
cipe concedantur, idem *Regner. d. loco, n. 39. & 40.*
203 & quòd strictè sit interpretanda Regalium con-
cessio, ut ab una specie Regalium ad aliam nulla
fiat extensio in præjudicium concedentis, post *Affl.
in Const. In locis demanii num. 6. Roland. Jas. Min-
syng.* & alios tradit latè idem *Regner. d. c. num. 64.*
& reddit rationem *num. 65.* post *Lucam*, & *Roland.*
quod tanquam jura specialia, & à jure communi
exorbitantia, restringenda, nec in consequentiam
trahenda sunt, & proindè soli principi illa com-
petere, vel cui Princeps specialiter concesserit, de
jure communi, & Germanico probat late *Koppen
fen. decis. 32. nu. 4. & 8. Minsynger. centur. 4. c. 24.*
204 & *cent. 5. c. 29.* ubi *num. 9.* ità in Camera Imperia-
li observari, etiam quia ea, quæ magni momenti
sunt (cujusmodi in primis Regalia esse constat) spe-
ciali nota digna sunt, & ideò nominatim, & ex-
pressè de illis mentio est facienda, *Pruchman. ad
rubr. Quæ sint regalia, cap. 5. num. 15. Regner. d. cap.
5. num. 78. in fin. & 79.*
205 Et eisdem modis Regalia extingui, & ad Prin-
cipem veluti ad fontem, & scaturiginem reverti
per extinctionem privilegii, vel investituræ, quo-
modo ipsa acquiruntur, latissimè probat idem *Re-
gner. d. lib. 1. cap. 6. per totum*, eo tamen addito, ad
beneficium Principis, ejusque Fisci, ut si per in-
vestituram juxtà solitum sint feudalia concessa, dif-
206 ficiliùs extinguantur verùm si neque principali-
ter, neque accessoriè per infeudationem sint tran-
slata, sed per privilegium facta sit concessio, pote-
sit privilegium à Principe concessum revocari,
etiam sine causa, idque tam ab ipso Principe con-
cedente, quàm à successore fieri potest, ex vulga-
ta, & recepta doctrina *Bald.* in *l. qui se patris. n. 33.
C. unde liber. Gramm. decis. 46. num. 5. Roland. à
Valle cons. 13. num. 3.* ubi dicit commonem *lib. 3.*
latissimè *Regner. d. lib. 1. c. 6. n. 3. & 4. cum seq.* adeò
ut non impediatur revocatio, etiam si facta sit ob
merita, nisi ipsa merita à privilegiato probentur,
& quod ipsa æquipolleant rei concessæ, *Bal. dicto
loco, num. 34. Socin. cons. 4. num. 5. & cons. 87. nu. 12.*
& sic validior, & efficacior est concessio Regalium
per investituram facta, quàm per simplex privile-
gium.

SUMMARIUM.

207 O*Fficia Tabellionum, & similium non tran-
smittuntur ad hæredes, nec sine licentia
vendi possunt, de communi, & generali Consue-
tudine Hispaniarum*, & num. 208. *de Consuetu-
dine Galliæ*, num. 209. *de stilo Curiæ Romanæ*,
num. 210. *ex Consuetudine judicandi in Regno*,

num.211.216.217.218. & 219.

212 Constitut. Constitutionem Divæ memoriæ, *non habet locum in alienatione officiorum, & quare*, num.213.& 214.*neque habet locum in omni feudo, sed tantùm in quaternato*, num. 215.

220 *Consueta da peculiaris ipsius patrisfamilias attendenda potiùs, quàm vicinorum.*

CAPUT SEPTIMUM.

De Generali Consuetudine.

207 ET nuvissimè hoc idem servari de generali consoetudine in omnibus Populis, Civitatibusque Hispaniarum, amplissimus est testis *Vasq. tom.2.de successf.creat.lib.3.§.30. part. 3. in repet. §. imputari*, post *num.*218. ibi, *Unde utilissimè infertur ad rem quotidiè in praxi versantem*, sic enim, *quod in omnibus populis, Civitatibusque Hispaniarum est deputatus certus numerus Tabellionum, quorum officia nec transmittuntur ad haredes, nec vendi possunt liberè, sed mos est inviolabiliter observatus, ut resignationes, quas gratis, vel pratio hujusmodi Tabelliones de iis officiis faciunt, seu de iis militiis, confirmentur ab Invictissimo Rege nostro*, idem *Barza de dote c.*26. *num.* 14. & in pun-
208 cto de officiis Notariæ, Tabellionatus, & similium, etiam apud Judices, & in foro Ecclesiastico tam de jure cammuni, quàm de consuetudine Hispaniarum, latissimè *Azeved. cons.*8. *per tot.*

209 De Consuetudine Galliæ, testes sunt *Franciscus Marcus, Guglielm. Benedictus*, & alii supra citati, cum quibus concordat *Pappon. in append. ad titul.6.arrest.cap.*4.

210 De stilo Curiæ Romanæ, & ex modernis constitutionibus Summorum Pontificium *Gratian. tom.3.discept.cap.*465. post *Seraph.decis.*576. *nu.*5. *lib.*1. ubi quod non contrahitur hypotheca super officio, & *decis.*998.*num.*3. testatur, proprietatem officiorum Rom. Curiæ esse Summi Pontificis, & *decis.*389.post *num.*7.& 8. probat, nullam esse officiorum cessionem sine consensu Papæ, ratione ipsius interesse, & latiùs *decis.* 1594.*num.* 3. & 5. ubi tradit, idem Romæ servari in impetratione licentiæ Pontificis super officiorum venditione, quæ in Regno servatur circà informationem ætatis, valetudinis, & aliorum, juxtà stylum Regiæ Cameræ notissimum.

Et in Regno iste casus in officiis pluries est decisus, ità ut innumeræ decisiones referri possent; attameo paucis ero contentus.

Prima est eteoim famosa causa de Sadeolis, ubi
211 fuit decisum per Reg. Cameram, quod venditor officii Perceptoris provincialis non possit venditionem revocare antè impetratum assensum, & sic decidit Regia Camera, quinimmò supposuit pro in-
212 dubitabili, assensum fore necessarium; verùm contra opinionem *Maricondæ in addit. ad Constit. Divæ memoriæ*, determinavit, ut quamvis sit vera ejus doctrina, ut non minus requiratur assensus, quando disponitur de officio, quàm ubi disponitur de feudo; attamen illud, quod ulterius provisum est in *dicta Constitutione*, dùm permittit feudatario, ut possit idem, qui alienavit, vel constituit jus in re, revocare jure proprio, citrà pœnam caducitatis, quod non extendatur ad alienantem, vel hypothecantem officium, non illa ratione, quod Officialis non possit revocare antè assensum impetratum, quamvis sit necessarius assensus pariter in
213 utraque dispositione, sed quia *Constitutio* illa, quæ concedit jus revocandi, est strictè intelligenda in casu feudi, de quo loquitur: erat enim de jure communi statuta pœna alienanti feudum, si tradebat, amissionis ipsius feudi. Federicus posteà Imperator concesserat feudatario jus revocandi alienationem jure proprio, Reg. Cam. ut solet, optimè decidit, illam *Constitutionem* non procedere in alienatione officii, tum quia non fuit concessa revocatio, quæ ex speciali privilegio contrà jus commune fuit tantùm admissa in feudo, et sic servatur jus commune, tum et fortiùs, quia alienatio of-
214 ficii non potest fieri, nisi per resignationem in manibus Regiis, et ex parte renunciantis, vel resignantis eo ipso, quòd resignavit, abdicavit à se omne jus, quod habebat ex collatione per Regem sibi facta, juxtà *Gloss.* in *l. legatus ff. de offic. Præsid.* quod latissimè, et optimè explicat *Consiliarius de Georgio in repetit.dict.cap.*54.ex *nu.* 50. 53.56.61.63.& *seq.* cui illud tantùm addo ad confirmationem primæ rationis, quòd facultas ille re-
215 vocandi jure proprio, de qua in *dicta Constitutione*, procedit tantùm in feudo quaternato, non tamen in feudis planis; in quorum alienatione certum est, requiri assensum Domini immediati, et tamen non habet locum revocatio, sed attenditur jus commune, quia facultas revocandi non est concessa in omni feudo, sed tantùm in feudo quaternato, *Anna* in *repetition.dict.Constitution.n.* 243. *limit.*3. ità ut non mirum sit, si in officio cesset facultas revocandi, licèt assensus requiratur.

Secunda est decisio solemnis, et nota in causa
216 Comitis Villæ Medianæ, ubi in officio Cursoris Majoris hujus Regni fuit decisum, non valere nec locationem ad decennium, tanquam ad longum tempus sine assensu, nec hypothecam cadere posse, non alia ratione, nisi quia in officiis tanquam de Regalibus nullum est commercium sine assensu, de quo ultrà plenam *decision. Regentis de Ponte* 28.testatur, se obtinuisse tanquam advocatum, *de Georgio dict.cap.*54. *num.* 1. & *per totum*, latè comprobat *D.Præs.Amat.cons.*49. *num.*4.

Duas alias decisiones, quòd jurisdictio tanquam
217 de Regalibus non possit locari sine assensu. Prima in causa Herculis Mormilis cum Jo: Antonio Neve. Secunda in causa Illustr. Principis Squillacii cum Francisco Piteta, ea ratione, quia Regalia ipsa sivè magna, sivè parva, sivè in feudum, sivè in al-
218 lodium non possunt transferri sine Regis licentia, refert, & testatur Dominus meus socer *Camillus de Medicis* suprà citato *cons.* 141. *per totum*, præsertim *num.*13.19.& *in fine*.

Quinta est decisio punctualis facta per Regiam
219 Cameram sub die 24.Martii 1608. ubi facta concessione per Serenissimum Regem Federicum de anno 1496. Guglielmo Frosino de officio Vicesecreti, & Fundaci ferri, & acciarii Civitatis Catanzarii cum eadem clausula, qua ista officia, de quibus agimus, idem Federicus ampliavit in beneficium *DD.*de Bernaudo, scilicet, *pro se, & heredibus, & successoribus in perpetuum*, instante Fisco, Reg. Cam. referente q. doctissimo, & oculatissimo Præsidente D. Bernardino Montalvo, equite omnibus numeris absoluto, posteà dignissimo Locumtenente, fuit decisum, dictum officium censeri ex his solis verbis concessum sub natura, & qualitate feudali, & successivè inalienabile sine assen-

assensu, his verbis: *In causa V.J.D. Marci Antonii Rocca cum Regio Fisco, de, & super petitione, quod officium Vicesecreti Civitatis Catanzarii describatur in libro Regii patrimonii in ejus persona, cum solita provisione & aliis, &c. Facta relatione fuit provisum, ut expediatur investitura in personam dicti Marci Antonii Rocca solutis prius relevii, & adobis, juxtà liquidationem, &c.*

220 Et si potissimè attendenda est consuetudo peculiaris ipsius patrisfamilias soper ipsa re, de qua agitur, quæ in primis est sequenda, quàm consuetudo vicinorum, ad tradita per *Isern.* in *l. Imperialem, §. præterea ducatus, num. 37. in fin. in addit.* dum citat *cap. super eo, de censib.* ubi *Lipar. in addit. literis P. & S.* & *Camerar. in repetition. cap. Imperialem, cart. 108. colum. 1. de probib. feud. alien. per Feder. & de capit. Corrad. §. similiter, num. 16. in fin. in addit.* & in *dict. cap. 1. de consuetud. recti feudi*, post *num. 4.* Et de consuetudine in ipsa re, & familia, quæ rem ipsam possedit, benè *Crovett. cons. 545. n. 7. in tertio*, cum infinitis per *Knichen in commentar. de Saxon. non prov. jure, cap. 3. n. 59. & 62.* & de consuetudine omninò eadem *ibid. nu. 329.* & si diversimodè fuit observatum, quòd frequentiùs, vel ultimo loco obtinuit, *num. 338.* non ne videmus, quomodò in istius officii commutatione, translatione, & hipotheca semper requisitus fuit ab ipsa origine erectionis dicti officii usque in hodiernum diem Regius assensus, undè si habemus claram, & evidentissimam observantiam in hoc ipso officio spatio plusquam centum quinquaginta annorum, etiam in alienationibus, & concessionibus factis inter ipsos successores, instituta comprehensos, ut latiùs in prioribus scriptis ostendimus; non video, quomodò hodie possit substineri donatio facta transversali remoto in sexto gradu, & inhabili etiam ratione Sacerdotii absque ullo assensu, quem hucusque adversarius interstitio plurium mensium defatigatus reperire non potuit, nec unquàm inveniet in Regestris Cancellariæ.

SUMMARIUM.

221 *Clericus etiam simplex incapax est ad quæcunque officia temporalia de Jure Canonico, Civili, & Regni*, num. 223. *etiam sine jurisdictione*, num. 224. *fortiùs si in iis præstandum sit juramentum*, nu. 229. *& qua ratione*, num. 226. & 227. *quæ ratio etiam actorum Magistros comprehendit*, num. 227.

225 *Verbis, exercitium, & ministerium, comprehenditur omne officium, etiam jurisdictione carens.*

226 *Ministerium publicum differt ab officio, & munere cum dignitate.*

228 *Statuta prohibentia, clericos de officia admitti, valida sunt.*

230 *Officia, & feuda parem habent naturam respectu juramenti, sicut etiam in cæteris, tam in concessione, quàm respectu conservationis.*

231 *Clericus etiam in minoribus ad officii, sicuti ad feudi successionem inhabilis, & incapax est, ex quo non potest juramentum præstare de benè, & fideliter exercendo, & alia explicare*, & n. 234. 235. 236. 238. & 241.

232 *Juramentum de benè, & fideliter exercendo præstare tenetur etiam qui exercere potest officium per substitutum.*

233 *Habilitatus ut dicatur ad feuda, debet etiam ostendere se esse habilitatum ad præstandum fidelitatis juramentum.*

237 *Milites S. Jo: Hierosolymitani an succedant in feudo.*

239 *Juramentum præstandum ex forma pacti adjecti in investitura, dicitur esse de substantia.*

240 *Clerici non comprehenduntur sub rubr.* de succes. fil. Comit. & Baron. *etiam si velint dimittere habitum, & etiam Cardinales.*

242 *Clericus officia sæcularia habere non potest, etsi adesset potestas substituendi, quare teneretur de culpis, & defectibus*, & num. 243. & 245.

243 *Substituens in officio tenetur de culpis, & defectibus substituti.*

244 *Actorum Magister substituens aliquem in officio, tenetur de delictis substituti.*

246 *Concessio intelligitur fieri secundùm naturam rei.*

247 *Substituens ex culpa substituti potest privari officio, & pœnam etiam pecuniariam subire, licèt criminaliter non teneatur, & idem in Carceraria M.C.V. observatum*, num. 248.

249 *Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ, sæculare Principis forum non declinant in ipsius Principis largitionibus, & qua pœna lege Hispanica clericus declinans puniatur*, num. 250. *quod procedit in bonis concessis in feudum, aut Regalibus concessis secundùm propriam naturam Regalium secus in aliis* num. 251. 252. & 253.

254 *Clerici habentes Regalia ex dispensatione, pœnam banni in Germania, quæ similis est deportationi in Regno, non patiuntur, sed per sententiam declaratoriam privari debent.*

CAPUT OCTAVUM.

De inhabilitate Clerici ad officia temporalia.

221 ET quoniam de gradu satis est dictum. Quod Sacerdos, ut est adversarius, ut erat etiam tempore donationis, imò qualiter simplex clericus sit inhabilis, & incapax ad quæcunque officia temporalia, ultrà alia scripta, dicitur esse statutum tam jure canonico in *cap. 1. 2. 5. 8. & tota titulo, nè clerici, vel monaci*, & de jure civili *l. Consulta divalia C. de testament. l. repetita, C. de Episcopis, & Clericis*, idque nedum ea ratione, quam reddit *Apostol. epist. 2. ad Timoth. cap. 2.* ne hac ratione ab altaris
222 obsequio, cui sunt dicati, abstrahantur, sed ea, quia iniquum est illos admitti ad officia publica sæcularia, qui non possunt à Judicibus sæcularibus puniri, si delinquunt in officio, secundùm *Glos.* & *DD.* in *dict. c. 2.* quod incipit, *Sacerdotibus*, quod communiter ab omnibus receptum tradunt infrà citandi.

Et de jure Regni cautum est, ut clerici etiam
223 officia absque jurisdictione habere non possint, ut disponit expressè *Constitut. Regni, Clerici*, sub *titul. Vt cleric. vel Judic. non sint bajuli*, & *Constitut. Errores eorum*, quæ providet, quòd si aliquis tenens aliquid à Rege, vult effici clericus, potest etiam absque Domini assensu, sed antè omnia debet resignare ea, quæ tenet à Rege, in manibus Domini, & scripserunt in puncto *Federicus Longus*, & *Joa: Fælix Scalaleo* pio Scribis à Mandatis contrà Rever. Hieronymum Insaveti in *allegatione*, quam habeo manuscriptam, & est etiam clarissima *Constitut. Instrumentorum robur*, in ultimis verbis,

Digitized by Google

bis, *Illo tenaciter observando, ut in aliquo locorum nostri demanii clerici cujuscunque sint ordinis, in Judices, & Notarios nullatenus statuantur*, & sic non minus prohibentur esse Judices, quàm Notarii, ut ibi *Glos.* & *Addentes* notant, & *Iser.* in *Constitution. Constitutione præsenti*, & in *Capit. Caroli II.* incip. *Ut cum nihil* 159. secundùm ordinem *Nigri*, *statuendo decernimus, clericum, qui fore nostro, & judicio nostro non subest, laicum etiam, qui non sit noster vasallus, &c. præponi officio non debet, seù jurisdictioni*, hucusque de officio in genere, & de officio cum jurisdictione; ulterius autem progreditur, *Aut exercitio cuilibet, per quod posset pro nostra Curia Comitibus, Baronibus, & Præficientibus, etenim in homines Regni aliquod ministerium exercere, sub pœna, &c.* Ex quibus
224 verbis apertè Rex ipse nedum prohibuit Clericis officium cum jurisdictione, sicuti simpliciter, *dict. capit.* citavit *D. de Franch. dec.* 479. *num.* 3. sed quodlibet officium, etiam sine jurisdictione, quo mediante clericus ipse in homines Regni aliquod ministerium exercere valeat, sivè ad aliquod ministerium sit præpositus, quòd apertissime indicant verba illa, ibi, *jurisdictioni, aut exercitio cuilibet*, ponderando nomen, *exercitii*, addito pronomine illo, *cuilibet*, & iterum verba subsequen-
225 tia, ibi, *Aliquod ministerium exercere*, constat enim exercitii, & ministerii appellationem latissimam esse, ità ut comprehendat omne officium, etiam jurisdictione carens, ut de exercitio cujuscunque artificii probatur in *l. hæ operæ* 23. & *l. si libertus* 27. *ff. de oper. libert.* & in *l. & ancillarum* 28. *ff. de pecul.* undè exercere dicimus argentariam, auri fodinas, cauponam, pistrinum, mensam nummulariam, & quodcunque negotium, vel tabernam, & exercere vectigal, latissimè *Briss. de verbor. signif. lib.* 5. *verb. exercere*, & de secundo
226 constat, ministerium publicum ab officio, & munere cum dignitate separari, *l.* 1. *ff. ad leg. Juliam repetund.* & *l. si adulterium* 38. §. *ult. ad leg. Juliam de adulter.* & ministerium pro opera quacunque, quæ interventu certæ personæ præstatur, et indè ministerium metallicorum, *l.* 8. §. *in ministerium, ff. de pœnis*, ut latissimè amplam hujus vocabuli ministerii tradit idem *Briss. lib.* 11. *verb. ministerium, cum seqq.* et in puncto probatur in supra cit. *text. in princ. l. annon.* 15. *C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. ibi, *quæ universis officiis, atque Sacri palatii ministeriis adsolent delegari.*

Ratio autem illa, ne posteà delinquens in officio
227 clericus non valeat à Rege puniri, quæ ab omnibus uno ore recipitur, non minus includit actorum Magistros, tametsi daremus jurisdictione carere, quàm omnes, & quoscunque Judices, ut innumeris relatis hanc esse veram rationem tradit *Mastrill. dec.* 159. *numer.* 18. & 19. & *tom.* 1. *de magistrat. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. & *per totum*, & *nu.* 37.
228 ampliat, valida esse statuta prohibentia, clericos ad officia sæcularia admitti, & in Regno esse inhibitum per *dict. cap.* & *Regni Pragmaticam*, post *Dominum de Franchis*, et doctissimum *Regentem Tapiam*, plura *Cabal. resol. crimin. casu* 64. et in Hispania, quòd clericus non possit habere officia, lege cautum esse testatur *Bovadil. tom.* 1. *l.* 1. *cap.* 12. *num.* 16. *sua Politica*.

Et tantò fortius, cùm pro istis officiis, tametsi
229 non essent in feudum concessa, adhuc tamen ex forma investituræ præstandum est juramentum de benè, et fideliter administrando, vel administrari faciendo, quod in omnibus privilegiis Ferdinan-
230 di scilicet, Federici, et Regis Catholici, expressè, et pro forma continetur; et sic parem cum feudo habent omninò naturam respectu juramenti, sicut in cæteris omnibus utriusque germanas conditiones, tam in concessione, quàm respectu conservationis, et vitæ, et etiam quòad occasum, et interitum, explicat *D. Camill. de Medic.* meus socer *cons.* 169. *num.* 13. *cum sequent.* ubi in puncto docet, in officio, quòd à Principe datur, ut publicæ utilitati deserviat, maximam fidem, et ingenuum exercitium adhiberi deberi, ut si ab eo investitus deficiat, perdat officium, sicut in feudo, & *num.* 14. quod strictius, quàm in feudo consideretur sensus, et magis aspera censura, et vindicta, *num.* 19. & *in fin.* probat ex *Domino meo Capycio*, ob tantam similitudinem non immeritò id ipsum officium feudum vocari posse.

231 Et sicuti à feudi successione potissimè ista ratione clericus reperitur, præsertim in Regno, quia non potest præstare juramentum fidelitatis, ad cujus præstationem feudatarii tenentur, pari modo clericus etiam ista de causa erit inhabilis ad officii successionem, pro quo ex forma data, & toties repetita in omnibus investituris tenetur omninò præstare juramentum de benè, & fideliter exercendo, & exerceri faciendo, arguendo negativè de feudo ad officium, quod optimè procedere suprà
232 probavimus, cum ex dictis verbis, etiam si posset exerceri officium prædictum per substitutum, non tamen à juramenti præstatione redditur immunis, ut sunt clarissima verba primi privilegii Ferdinandi, ibi, *Fideliter exercendo, & exerceri faciendo*, & in secundo Friderici, ibi, *fideliter exercere, & exerceri facere*. Quod etiam proce-
233 dit de jure, quo cautum est, ut fœmina, vel aliàs inhabilis, licèt sit capax feudi franchi, intelligitur tamen, si potest præstare juramentum fidelitatis, adeò ut probata consuetudine, quòd fœmina admittatur ad feudum francum, necesse sit probari, quod etiam sit habilitata ad præstandum juramentum fidelitatis, *Nevizan Ferret.* & alii, quos sequitur *Roland. cons.* 48. *num.* 40. *lib.* 4.

Quod autem hæc sit potissima ratio, quare in
234 feudis non succedant clerici in Regno, post *Afflict. decis.* 310. & in *Constitution. Regn. Errores*, multis relatis per *Roland. d. consil.* 48. *num.* 36. & 37. in 4. amplissimus testis est post omnes *DD.* Regni, *Regens de Ponte* in famosa *decision.* 4. ubi post relatam *num.* 2. distinctionem de jure communi, de qua per *DD.* in *cap. in præsentia, de probation.* inter servitium, quod potest honestè per clericum præstari, & servitium militare, quod ipsi non convenit, de quo latiùs *Cacheran. decision.* 27. *num.* 7. subdit idem *Regens dict. decision.* 4. post *num.* 2. in Regno non servari distinctionem *Innocent.* & alio-
235 rum. Sed hodie casum hunc non esse disputabilem, quia cum teneatur feudatarius præstare juramentum fidelitatis, & servire personaliter cum equis, & armis in bello, aliaque explicare, quæ clerico non conveniunt, propterea opinio indubitata sic indistinctè practicata, & judicata fuit, & est, ut minimè clericus, succedere possit; quia in Regno non est in electione vasalli, sed Domini, commutandi servitium personale in pecuniarium, citans *Isern.* & *decis. Afflict.* 320. & ità millies judicatum etiam in clerico in minoribus, & *n.* 3.

usque

usquè ad 7. *ex Scalaleone*, & aliis, & antè ipsum
scripsit *Dominus meus Socer.conf.*27. *num.*75. *cum
seq.* junctis suprà dictis *num.*54. *& seq.* et optimè
237 probat *Cacheran. decis.*27. *colum. ultim.* ubi lo-
quens de militibus Sancti Joannis Hierosolymitani
dicit, quod omnes illi, qui alicujus homagio, vel
juramento non possunt se adstringere, consequens
est, ut non succedant in feudo, cujus occasione
præstatur homagium, & juramentum fidelitatis,
ut in *tit. qualiter vasallus debeat jurare fidelita-
tem, cum duobus sequentibus*, citans *Jacobinum*
238 in *tit. de homag.* postquam *suprà num.*4. dixerat
ex vera, & magis communi Legistarum, & Cano-
nist. sententia, clericum, aut alium qui Religio-
nem voverit, præsertim in sacris, feudum retinere,
vel in eo succedere non posse, juribus, & auctori-
tatibus infinitis, de quibus *per eum*, qui *in fine*
plenissimè attestatur, contrà clericum censuisse,
& determinasse Ducalem Senatum, non esse im-
mittendum in possessionem feudalium, quæ ratio
239 cum æquè militet in officio, in quo ex forma
conditionis, et pacti adjecti in investitura est præ-
standum juramentum, quo casu dicitur esse de sub-
stantia ipsum juramentum, ut ex *Iser.* probat idem
*Dominus meus Socer. conf.*18. *num.*12, consequens
est, ut clericus, præsertim Sacerdos, non minus
à successione officii, quàm feudi sit repellendus,
tamquam pænitus, et omninò incapax, et inha-
bilis.

Et tandem ne deficiat decisio punctualis, affero
Minad. in *repet.Constit.In aliquibus*, *ver.filiorum*,
340 *num* 5. ubi postquam dixit, sub illa *rubr. de suc-
cessione filiorum Comitum*, & *Baronum*, non com-
prehendi clericos, *ll. vulg.* amplians etiam si priùs
velint dimittere habitum, & etiam in Cardinalibus,
241 subdit hæc verba, *& idem dico in officiis, quæ
fortè ad hæredem transire possent, quia per cap.Re-
gn. Clerici sunt inabiles ad officia*, & D. meus so-
cer *Camillus de Medicis* addit reassumendo hæc
verba *Clericus in officiis transmissibilibus ad hære-
des non succedit per Capit.Regni*. Idque procedit
tam si clericus fuerit admissus ad officium tacito
clericatu, vel si post adeptum officium ordines su-
sceperit utroque enim casu officio privari potest, quæ
officii privatio reputator civilis, & ideò à Princi-
pe sæculari licito jure fieri potest, cum Rex non
intendat concedere nisi seculari, & sub ea forma,
& qualitate admissus non potest ex sua fraude com-
modum reportare, & cùm primum ejus incapaci-
tas detegitur, justè repellitur, & si postquam ad-
missus est, ad ordines convolavit, novam con-
trahit incapacitatem, quæ meritò officio privari
debet, vel declarari, quod ipse se privavit facto
suo, & se pœnæ subdidit, *Pereyra de man. Reg.
lib.*2.*tit.*804.*num.*5.*&* 7. quæ omnia fortiùs proce-
dunt in casu præsenti, ubi Sacerdos notorius ad
officium concessum laico ab initio, non veretur
tam audacter aspirare.

Nec obstat, quòd in privilegiis prædictis adsit
facultas, exercere faciendi, & sic per substitutum,
ex qua clausula infert pars, esse habilitatos cleri-
cos, præsertim inspecta qualitate concessionarii,
cui non convenit officium actorum Magistri exer-
cere.

Siquidem hujusmodi illatio de jure non funda-
tur, & est evidenter falsa, quandoquidem & si
concesserimus, posse hujusmodi officia exerceri
per alios, cujus contrarium expressè legitur in of-
ficio Credenzeriæ, ibi, *ut personaliter illud exer-
ceant, & fideliter administrent, & ut interve-
niant tanquam unus ex Officialibus Curiæ & quòd
quinternum computorum conficiant, & singulis
annis præsentent in Camera, & tractentur hono-
rificè tanquam Credenzerii*, ut ex privilegio de
anno 1483. *car.* 788. *vol.* 1. & respectu etiam
Actuariatus legitur in privilegio Ferdin. I. anni
1468. & 1470. *habeat vos filios, quos in aliquo di-
gno exercitio versari vehementer cupiebat, tracta-
tum habuit cum Antonello de Bonacurso super ven-
ditione dicti officii actorum Magistri*, & sic Regis
intentio fuit, quod illud personaliter exercerent,
nisi in casu necessitatis, prout de jure conceditur,
242 adhuc tamen permisso, quòd possint substitue-
re, militat præcipua, & potissima ratio, quare
Clericis est interdictum posse habere officia sæcula-
ria, scilicet ne possit posteà Clericus delinquens ab
243 ipso Principe sæculari puniri; certum est enim,
substituentem in officio, substituere ipsius substi-
tuentis periculo, ità ut de culpis, & defectibus
præponens ipse teneatur, *l.ad similitudinem C.de
Episc.* & *Cleric.l.*1.*C.de præpos.agent. in rebus, lib.*
12.*Iser.* in §. *firmiter, num.* 33. cum concordanti-
bus per *Paridem de sindic.ver.substitutus*, & *ver.
An substituens aliquem*, *car.* mihi 248. *in antiquis*,
ubi *num.*4. dicit, hoc esse specialiter provisum per
cap.Regn. Item prædicti secreti, quod est 62. se-
cundùm ordinem *Nigri*, & hoc latè prosequitur
Paris d.loco, quem citat, & probat *Gutierrez
pract.qq.civilium lib.*1.*cap.*34. post *num.*3. faciunt
244 tradita per *Regentem de Ponte decis.* 10. *num.* 3.
& in specie in actorum Magistro substituente,
quòd teneatur de delictis substituti, *Angel. consil.*
237.*num.*1.*in fin.& per totum*.

Nec adversarius, ut credo, inveniet Doctorem,
qui dicat, quòd data potestate substituendi in offi-
cio concesso ab initio laico, & sic habili, possit
deindè admitti clericus, qui de jure communi, &
municipali peculiari lege prohibetur ad officia sæ-
245 cularia admitti; quinimmò contrarium apparet
ex traditis per *Frecc.lib.* 2. *q.* 48. 49. 50. ad 56. &
*quæst.*57.*&* 58.

Nec minus obiici potest, quòd officia ista fue-
rint concessa in simplex, & merum allodium mu-
tata qualitate, & alterata natura propria officiorum,
& jurium Regalium, undè ex isto capite etiam Sa-
cerdos admitti potest.

Ultrà enim superiùs dicta; & infrà latiùs di-
cenda, ex quibus apparet vanitas hujus objecti,
246 cum impossibile sit, in præsenti casu fuisse muta-
tam naturam, cum semper concessio intelligatur
fieri secundùm naturam ipsius rei, ut ex *Iser.* in
*cap.*1. §. *& quia vidimus, de his, qui feud. dar.
poss.* & aliis multis probat *Frecc.* in puncto *d.lib.*2.
*q.*50.*num.*4. ibi, *Non videtur Rex immutasse na-
turam officii, nisi in eo tantummodò, quod est im-
mutatum, in reliquis retinet naturam suam*, &
*quæst.*55. *num.* 2. Aliud sequeretur maximum ab-
surdum, & inconveniens, eveniente etenim ca-
su, in quo ob culpas, & defectus substituti Re-
gia Curia vellet privare possessorem officii, eun-
demque Clericum, vel Sacerdotem ipso officio,
247 prout notum est concurrente culpa, locum esse
privationi, & pœnæ pecuniariæ, licèt non possit
teneri criminaliter pœna corporali, quæ pro alio
solvi non potest, ut latè per *Roman.consil.*11.*&* 15.
ubi *additio ver. criminaliter*, adducit concordan-
tes,

tes, *de Ponte in tract. de potest. Prorcg. tit. de di-*
versf.provif.§. solent etiam, *car.* 481. hoc enim ca-
su limitatur regula, quòd delicta suos teneant au-
thores, ut post *Lucam de Penna*, & alios latè pro-
sequitur *Muta in cap* 29.*Regis Alphonsi*, *num.* 21.
*tom.*4. *Mastrill.de magistr.tom.*1.*cap.*29.*num.*41.*Do-*
minus Rovitus in puncto de pœna privationis offi-
cii civilitet *consil.* 87. novissimè *Pereyra de manu*
*Regia tomo.*1.*lib.*1.*tit.*80. §.4.*num.*6. ubi etiam latè
de inhabilitate clerici in minoribus ad officium adi-
piscendum, & ut adepto etiam privari debeat ju-
re communi, & Regio; & de pœna substituentis
248 pro substituto, optimè *Gram.vot.*29. ubi refert
decisum, Carcerarium Mag. Cur. quod habebat
officium concessum à Rege cum potestate substi-
tuendi, fuisse per sententiam officio privatum ex
sola negligentia substituti, ob fugam carcerati,
quæ sua culpa evenerat, quamvis exhibuisset di-
ctum substitutum, ut per *Gram.*ibid. *num.*1. *in fi-*
ne, cogeretur namque hoc casu Fiscus Principis
juxtà aliquorum sententiam convenire Clericum
possessorem officii coràm Judice suo Ecclesiastico,
& sic Princeps super re per ipsum concessa concer-
nente rectam justitiæ administrationem, in qua no-
tum est, versati officium actorum Magistri, ut
suprà dictum est, necesse haberet per ejus Fiscum
Ecclesiasticos adire Judices, & Romæ appellatio-
num involucra, & lites juxtà stilum Romanum
249 substinere. Quod enim statutum est, ut de prin-
cipalibus largitionibus, etiam si in Ecclesias, &
Ecclesiasticas personas conferantur, cognoscat ipse
Princeps concedens per suos Judices, ex doctrina
Bartholomæi de Capua, quam probavit *Isernia* in
Constitut. De burgensaticis, *sub titul. de Sacra-*
250 *mento à Bajulis præstando*, quod lege Hispanica
ampliatum est, ut si contingat, clericum in his
forum Regis declinare, ipsis privetur bonis, *l.*57.
*titul.*6.*partida* 1. *Aceved* ad *l.*4. *lib.*1. *novæ recom-*
pil. vel si ad requisitionem Principis concedentis,
denegetur tituli editio, *Dominus meus Capyc.* in
investitur.verb. feudatariorum editiones, *car.*181.
Regner. latissimè *de regalibus*, *cap.*6.*num.*63. de-
251 claratur procedere in bonis concessis in feudum
de jure communi, ex regula *cap.Verùm*, *de foro*
competenti, & Regni per *cap.Item statuimus*, se-
cundùm ordinem *Nigri* 94. sub *titul.de non tra-*
252 *hendis clericis ad judicia sæcularia, nisi pro bonis*
feudalibus, & quoad donationes Jurium Regalium,
quæ à Regibus sub natura propria Regalium, (ut
in dubio præsumitur) conceduntur, utpotè in qui-
bus superioritas, & Regia præheminentia, quæ
à Rege non solet abdicari, apud ipsum remanet;
253 secus verò, quando à Principe donata, non
conceduntur ut feudalia, aut simpliciter sub pro-
pria natura, scilicet Regali, quod contingit cum
reservatione superioritatis modo prædicto, ut di-
stinguit appositissimè *Dom.Reg.Constantius* in sepè
cit.tit.de fil.Official. ex *num.*99.102.& 103. opor-
tet enim, ut Clericus, vel Ecclesia in judicio sæ-
culari pulsari possit, ut rem possideat à Rege, il-
lumque Dominum agnoscat, alioquin, etiam si
Regis ea res aliquando fuisset, si de præsenti ab
Ecclesia retinetur ut libera, & propria, in suo fo-
ro conveniri debet, *Oldr.Aufrer.Benedict.Afflict.*
& alii, quos ad hoc congerit *Pereyra d. tract. de*
manu Regia, *tomo* 2. *lib.*2.*tit.*1. §.16.*cap.*37. *n.*3.
Quamvis aliud indistinctè observari, ut coràm Ju-
dice laico conveniri debeant Clerici pro bonis
R. Coronæ, etiam si ad illorum amissionem aga-
tur, propter acquisitionem factam à clerico sine
Regis assensu, contra formam ordinationum illius
Regni, sivè ex consuetudine, sivè ex concordia,
atque judicium prædictum censeri civile, non cri-
minale, quia non omnis bonorum amissio est pœ-
na, latè idem *Pereyra d.cap. num.*5 & 6.& *num.*8.
limitat, ubi est deputatus Judex specialis ad univer-
sitatem causarum certæ speciei, quis autem pru-
dens Judex arbitrari poterit, fuisse concessa hæc
officia adeò libera, & exempta à juribus dominica-
libus, & alterata forma Regalium, ut Rex ipse,
ejusque Fiscus jus suum prosequuturus pro culpis
substituti à clerico officii possessore, ad forum Ec-
clesiasticum sit pro officii privatione, aliisque pœ-
nis inferendis remittendus? certè nemo sapiens id
opinabitur, argumento *l. Salvius Aristo*, *ff. de*
legat. præstand.

Differentia autem est maxima inter laicos haben-
tes Regalia, & personas Ecclesiasticas, quæ ex di-
254 spensatione illa possident, ut in Germania con-
tingit, ubi Ecclesiastici, sivè Principes sint, sivè
alii Status Imperii, non patiuntur pœnam banni,
in quam incurrunt ex contumacia cæteri laici,
quæ similis est pœnæ forjudicationis, introductæ
per *Regni Constitutionem*, itaut impunè occidi
possint, & omnia bona, juraque etiam Regalia
amittunt, *Gayl.Minsyng. Rulant. Prubman*, &
alii, quos congerit *Regner. d. cap.*6. *num.* 56. Cle-
rici verò bannum non patiuntur, licèt ex eadem
causa, ex qua sæculares banni pœnam incurrant,
omnibus sui Regalibus, & privilegiis per senten-
tiam declaratoriam privari necesse est, atquè hone-
stiùs in forma condemnationis publicè plectuntur,
*Minsynger. cap.*90.*cent.*1.& *cap.*59. *num.*5. *cent.*5.
*Regener.d.cap.*6.*num.*59.& *seq.* ubi *num* 62. reddit
rationem, quòd Ecclesiastici ratione Regalium, &
beneficiorum sæcularium tantùm Principi subsunt;
ratione verò personæ, & ordinis, Pontifici sunt
subjecti.

SUMMARIUM.

255 *OFficia Magistri actorum, & Credenzeriæ*
Consentiæ feudalia sunt, qui membra sunt
Ducatus Calabriæ, & num. 270. *& quid si in*
concessione non adsint verba, investientes, n.272.
256 *Carolus Primus Rex hujus Regni fuit Comes, &*
Marchio Provintiæ.
257 *Alphonsus Primus Rex hujus Regni Ferdinan-*
dum filium in Ducem Calabriæ erexit.
258 *Ducatus Calabriæ fuit in feudum concessum ab*
antiquioribus Regni Regibus.
259 *Investitura facta novo possessoria censetur Jure*
feudi, ac secundùm naturam, qualitates, &
pacta, quæ apud primos possessores fuerunt.
260 *Feudale, quod habitum fuit per antecessores,*
eodem modo præsumitur pervenisse in successores.
261 *Primogenitos Regum hujus Regni semper fuisse*
creatos Duces Calabriæ, & ita futuros Reges de-
signatos, recensetur.
262 *Bona in feudum concessa, & ad Dominum rever-*
sa, & iterum concessa, an concessa præsuman-
tur sub eadem feudali natura.
263 *Dispositio de feudo cum assensu nihil differt ab al-*
lodio.
264 *Dominus directus novum gravamen feudatario*
imponere non potest, de feudo disponere, vel mo-
dum

dum adiicere, nisi cum consensu utilic, qui etiam cum assensu Domini potest etiam formam concessionis matore, & num. 265. ampliatur etiam in feudo ex pacto novo, num. 266.

267 Pater non habet usumfructum in bonis feudalibus filii, habet tamen fructuum commoditatem, & est legitimus administrator, si velit, & qui contrarium tenent, declarantur, num. 268.

269 Princeps Hispaniorum Regis primogenitus habet principatum in titulum, non in feudum, non ità habuerunt primogeniti Regum Regni Ducatum Calabriæ.

271 Concessio de officio actorum Magistri, & Credenzeriæ Consentiæ facta per Regem Ferdinandum Primum per mortem Antonelli Bonaccursi, fuerit nè prima originalis investitura, vel assensus?

273 Verbum, investientes, facit præsumere rem datam esse in feudum, etiam si non sit expressum, & distinguit concessionem in feudum ab aliis contractibus, num. 274. & 276. & contrarium tenentes declarantur, procedere si alia contraria verba adsint, num. 277. 279. & 281. vel si non adsint aliæ conjecturæ, num. 278. & quæ sint, num. 282. 283. 295. 306. 307. 309. 311. & 312.

274 Investitura necessaria est in feudi erectione.

275 Verbum, investio, prolatum ab alio, quàm à Principe transfert onus probandi in adversarium, non esse concessionem in feudum.

280 Concessio ampliatur ex qualitate concessionarii, & Regis concedentis.

283 Jurisdictio in dubio præsumitur in feudum concessa etiam si sit concesso Ecclesiæ, vel super territorio Castri, inallodium concessi, & num. 285. 288. & 290. quodomplia procedere fortius in Regno, num. 286. 291. & 292.

284 Castri concessio on præsumatur liberè, & in allodium facta, & si intra Regnum, aut Provinciam illud situm sit, & quid in concessione facta Ecclesiæ, num. 289.

287 Castrum omne in Regno est feudum quaternatum, licèt non omne feudum sit Castrum.

293 Regalia, vel officia Magistri actorum de per se, veluti feudo annexa, in feudum concesso censentur in Regno, idemquè in Germania, num. 294.

295 Juramentum est de substantia feudi, contractum feudi ab aliis sejungit, & ipsum fidelitatem includit, quæ remitti non potest, licèt actus juramenti sic, & num. 296.

297 Iuramentum fidelitatis inducit concessionem in feudum, & ubi non est præstandum arguitur concessio facta liberè, & num. 299. & 301. & contrarium tenentes declarantur, num. 300.

298 Officii concessio cum verbis, concedimus, committimus, commendamus, & investimus, & juramentum fidelitatis præstes, in feudum facto censetur.

302 Ius non omittitur per non usum, etiam per mille annos in juribus negotivis.

303 Superioritas contrà Principem quanto temporis spatio præscribatur.

304 Juramenti præstatio non præsumitur, nisi probetur, secus quando id præstandum erat ex promissione facto Principi, ex lege, vel regula feudi, vel alterius concessionis.

305 Solemnitas extrinseca licèt non præsumatur, juramentum tamen fidelitatis præstitum præsumitur.

306 Feudalis qualitas præsumitur per exemptionem ab oneribus, & collectis. Item ex observantia subsequenti etiam ex unico actu, & si diversimodè, quod frequentius evenit attenditur etiam absque temporis lapsu, num. 307. 308. & 310. Item, si Dominus semper ut feudalia bona ipsa distraxisset, num. 312.

309 Allodium an judicetur si longo temporis interstitio nulla fuerit obtenta confirmatio de iis, quæ à Principe tenentur.

313 Actus, qui ex causa necessaria, & voluntaria fieri poterat, ex necessitate factus præsumitur.

314 Assensus super feudo, ex necessitate, non voluntate obtentus præsumitur.

316 Testamentum esse factum, aliud est, quàm valere quoad solemnitatem, & in substantia.

317 Officia Magistri actorum, & Credenzeriæ Consentiæ uti feuda, vel Regalia S.C. habuisse recensetur.

318 Decisio D. de Franchis 627. loquens de cautione præstanda per heredem prætendenti fideicommissum, ponderatur, & parti adversæ eam non juvare, ostenditur.

319 Præsumptiones cumulantur quando casus conjecturalis est, & singula, quæ non prosunt, juncta juvant.

320 Jurisdictio, vel ei annexum & si non sit in feudum concessum, erit omninò Regale.

Parafrasis privilegiorum.

321 Extensio, & ampliatio fit eadem remanente natura, & substantia, & in quo differat à renovatione, num. 322. & 334.

323 Ampliationis tempus & si non opponatur, habetur, ac si esset oppositum à principio, & censetur idem cum primo.

325 Verbum, commendare, sui natura non importat titulum, sed tantùm custodiam, & administrationem, & ampliationi, seù prorogationi competit, num. 327.

326 Commenda vel temporalis, vel perpetua est cum potestate disponendi de fructibus, sicut Beneficiatus, cui Feudatarius comparatur, & quid sit commenda, num. 327. & quando æquiparetur titulo, num. 328.

330 Privilegium est contrà jus, & in finibus dispensationis remanet, & ideò strictè interpretandum, præsertim in diminutione Iurium Regis, & Cameræ.

331 Verbum, confirmamus, jus novum non tribuit, sed primæva attenditur natura, & verbo, damus, donamus, & de novo concedimus, nil operantur, & num. 332. & 333.

334 Officiorum concessio ex quibus arguitur facta in propriam officiorum naturam.

335 Officiorum administratio, & procuratio tantùm, non autem plenus titulus, quibus ex verbis concessa arguatur, & num. 336.

337 Rex Catholicus vocatus fuit ad Regnum uti successor Alphonsi I. non ex juribus Ferdinandi I. & successorum.

338 Rex Catholicus an ad confirmationem investiturarum, & privilegiorum Regis Ferdinandi I. & Federici de jure stricto cogi non poterat, & num. 353.

339 Confirmatio dicitur nova datio, quando actus, qui confirmatur est invalidus, & num. 341.

340 Clausula, si non valet, ut confirmatio, valeat, ut nova concessio, undè orta.

CAPUT NONUM.

Ad interpretationem concessionum, & investiturarum.

255 QUòd concessiones, & investituras attinet, in primis dicimus, ista officia fuisse membra Ducatus Calabriæ, quem esse verè, & propriè feudum Regis primogeniti, adversarius negare non potest, cùm id sit per manus traditum, & verissimum testatur *Isern.* in *cap. 1. num. 4. de feudo Marchiæ*, ubi dicit hæc verba: *Si verò in feudum detur Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, ut in Comite Proventiæ, qui est Dominus Comitatus, & Duce Calabriæ, qui est Dominus Calabriæ, est verè feudum, & effectum habet feudi, quia sunt ibi Terræ, & vasalli, quorum est Dominus, sicut feudatarius non solum ut gerat officium Comitis, Ducis, & Marchionis, & tunc ad haredem transmittitur feudum tale; non tamen potest dividi, sed major natu succedat;* *Idem* in *cap. 1. quis dicatur Dux*, ubi *num. 1.* volens explicare verba J.C. dicentis, *Qui à Principe de Ducatu aliquo investitus est Dux, solita more vocatur*, hæc subjicit verba *num. 1. Dicit ergò investitus à Principe, de Ducatu dicitur Dux, sicut est Dux Calabriæ, qui est Dominus Calabriæ, & habet eam in feudum, qui de Marchia dicitur Marchio, ut Comes Proventiæ, qui dicitur etiam
256 Marchio*, & meminit de Proventia, at advertit *Liparulus*, quia Carolus I. Rex hujus Regni fuit Comes, & Marchio Proventiæ, *Alvarot.* in *cap. 1. §. fin. in fine, de alien. feud.* dicit, Ducatus Calabriæ est verè feudum, sequutus *Andr.* meminit de Ducatu Calabriæ, dicens, illud esse verè feudum sicut alii Ducatus. Et de *Alvarot.* meminit *Lipa. alus ad Isern.* in *d. c. 1. in princ. lit. B. quis
257 dicatur Dux*, & de anno 1463. ad supplicationem Baronum, & Procerum Regni, Rex Alphonsus I. immortalis memoriæ; Ferdinandum filium in Ducem Calabriæ primum erigit, intitulat, & attollit, ipsumque investivit pro se, suisque hæredibus de legitimo corpore descendentibus, cum juribus, & pertinentiis omnibus.

In quo illud adverto, quòd tametsì ex prædictis verbis, & singulis quibusque clausulis, & præsertim simul junctis, clarissimè deprehendatur in feudum facta concessio, præsertim in Regno, ex infra latissimè dicendis in præsenti paraphrasi
258 investiturarum; attamen cùm Ducatus Calabriæ, *Iserniæ*, inter alios, testimonio fuerit, in feudum expressè concessum ab antiquioribus Regibus Regni, præsertim Francis, sub quibus constat, *Isern.* floruisse, & præsertim sub Carolo II. & erectum in feudum Ducatus, & ità à primogenitis priscorum regum, antè Alphonsum habitum, & possessum, nec enim constat alicujus, nec Historicorum testimonio, ab aliis antè Alphonsum Ducatum Calabriæ possessum, nisi à regum pri-
259 mogenitis, ex hoc consequitur pernecessè, & irrefragabiliter, ab Alphonso I. ex Aragonensibus, fuisse Ferdinandum filium investitum, eodem scilicèt jure, in feudum, prout soliti erant illud antea regum primogeniti obtinere, & possidere, & non sub altera, & diversa forma, quod solum sufficeret in dubio, alio non edocto, ut docuit *Afflict.* in *cap. 1. num. 79. vers. item præsumitur feudum, ex quibus caus. feud. amittat.* ac secundùm naturam, qualitates, & pacta, quæ fuerunt apud primos possessores, authoritatibus, quas coogessit *Anton. Sola* inter *consilia Randensis consil. 31. num. 13. & 14.* tum quia si priùs fuit feudalis, & nunc talis præsumitur, tum ex aliis, quæ affert *Menoch. d. lib. 3. de præsumpt. capit. 91. num. 69.* ubi hoc tradit, ut indubium: Ex quo
260 quia Antecessores regum primogenitii habuerunt eum, ut feudalem, & sic eodem jure præsumitur pervenisse ad eorum successorem, illos repræsentantem, idem *Menoch. d. cap. 91. in 10 præsumpt. num. 56.* & quia diù antiquitus possessus fuit, ut Ducatus feudalis, & in feudum, ut per *Menoch. d. cap. præsumpt. 9. num. 53.* tantò fortiùs, in casu nostro, ubi ex verbis *d. cap. Neap.* sumus in claris. In supplicatione etenim oblata Invictissimo Alphonso I. à Proceribus Regni dicitur expressè, *E da mò avanti intitularlo Duca di Calabria, come è solita sempre fare delli primogeniti heredi, e successori*; undè si Rex Alphonsus ad petitionem Baronum concessit Ducatum Calabriæ Ferdinando Filio, sicuti solitum erat antiquitùs observari in primogenitis priscorum regum, inevitabilitèr Ferdinandus tenuit Ducatum in feudum, quod nulla cavillatione tergiversari potest, nec est novum, quòd qui Rex est, possit esse feudatarius alterius Regis.

Nec quicquam contradicit, quòd eodem tempore fuerit juratus futurus Rex Regni, siquidem expressè in dictis Comitiis utrunque explicatur, investitur enim Ferdinandus primogenitus de Ducatu, ut prædecessores primogeniti illud obtinuerant in feudum, & designatur homagio præstito futurus Rex Regni, & sic ex diversitate temporis, & rei unum alteri non contradicit, vivente enim patre fuit verè Dux Calabriæ, & futurus

turus Rex Regni post mortem, quo casu concedo, Ducatum non esse amplius penès novum regem, ut feudum, sed incipit deferri sub primæva natura ab initio erecta novo Regis Ferdinandi primogenito.

261 Undè tametsi idem Alphonsus ut pater, & directus Dominus, & fortè ut legitimus administrator filii Ferdinandi commendaverit dictum officium Actuariatus, de eo disponendo tanquam de membro dicti Ducatus, dirigendo verba ergà dictum Ferdinandum tunc Ducem, & futurum Regem, qui ratione reverentiæ verisimiliter erat paternæ voluntati, imò nutibus obtemperaturus, nihil ex hoc inferri potest, non esse Ducatum prædictum cum juribus suis infeudatum, ut Sapientes Regni, & Historici concordi ore testantur, & in *Regestro Regiæ Siclæ signato* 1306. & 1307. *litera C. car.* 1. notatur, Robertus primogenitus Regis Caroli II. Dux Calabriæ, & Regni Vicarius Generalis, itemque Carolus filius primogenitus Roberti similiter Dux Calabriæ, & Regni Vicarius Generalis *de anno* 1318. *litt.B. car.*41. & Joanna I. creavit Ducem Calabriæ, eique concessit Ducatum, qui fuerat regum primogenitorum, Ludovico regi ejus viro cum hominibus, vassallis, castris, fructibus, & reditibus dicti Ducatus in *anno* 1438. *lit.A.fol.*89.

Nec enim dum officium prædictum commendavit Alphonsus I. Antonello Bonaccurso (vita ejus durante, quod habemus ex assertione Ferdinandi I. in *privilegio* sub data *anni* 1578. illud con-
262 cessit tanquam sibi devolutum, & ad ipsum regem reversum, ità ut objici possit, jus, sivè bona in feudum concessa ad Dominum semel reversa, & iterum concessa non præsumi de novo concessa in feudum, in quo licèt verior sit opinio, quod præsumatur iterum concessa sub eadem primæva natura feudali, ut prius erant, ut post *Afflict.* & *Menoch. d. lib.*3. *cap.*91. *præsumpt.*17. *num.*69. suprà probavi, sed simpliciter fuit concessum, sivè commendatum dictum officium tanquam jus dependens, & membrum Ducatus Calabriæ Ferdinandi filii Regis primogeniti.

Quod justè, & legitimè fieri potuisset nedum ab Alphonso patre rege, eodemque directo Domino, cum consensu præsertim filii, cui nuncupatim dirigitur paterna provisio, & qui ex post facto declaravit triplici privilegio, & nedum paternam provisionem approbavit, sed longè ampliavit in beneficium Bernardini, & Joannis *de anno* 1460. 1468. & 1478. quod est de jure indu-
263 bitum, cum satis notum sit, directum Dominum cum consensu utilis, & è contra liberè de feudo hæreditario disponere posse, siquidem dispositio feudalium cum assensu nihil differat ab allodialibus, ut ex *Isern.* in *cap.*1. *de natur.success. feudi*, tradit *Frecc.* in 3.*lib.* 3. *form. num.*3. *in fine*, *Domin. de Ponte de assens. reg. super dote*, *in princ. num.*23. *cart.*246. & *de refutat. feudor.* §.2. *num.*8. & 9. & licèt Dominus directus non possit
264 post infeudationem novum gravamen imponere feudatario, disponere de feudo, vel adjicere modum, ut per *Isern.* & *Affl.* in *Constitut. Honorem nostri*, fallit tamen si accedat consensus infeudati, ut in puncto docet *Regens de Ponte de assensu regio super dote*, *in princ. num.*11. *in fine.*
265 Quinimò nedum Dominus directus, verùm etiam utilis potest disponere, & ex post facto mutare formam concessionis feudi, alienare, & dismembrare feudum cum assensu directi Domini, ut ex *Isern.* & aliis latè probat *Petr. de Gregor.de concess. feud. par.*3. *quæst.*7. *per totam*, præsertim
266 *n.*37. 41. & 44. *cum seq.* & hoc procedere etiam in feudo ex pacto novo in primo acquirente, post *Isern.* in §.& *si libellum*, *Camer.* & alios probat *D. meus de Curte* in 1. *par. c.*15. *num.*12. *cart.*57. *à ter.*

Sed etiam absque filii consensu potuisset quilibet pater, etiam qui non esset idem pater, & directus Dominus de fructibus, & proventibus feudi proprii filii disponere, & feudi administra-
267 tionem concedere, ex recepta in Regno opinione, quòd licèt pater non habeat usumfructum in bonis feudalibus filii, qua ratione non erit necessarius administrator, erit tamen legitimus administrator, si velit, & habebit fructuum commoditatem, ut quicquid sit de jure communi controversum, in Regno receptissima est hæc distinctio, quam *Dominus meus Socer* in *apostil. sui libri ad decis.de Franch.*10. *num.*8. tribuit *Salyc.* in *auth.en.excipitur, C.de bon.quæ liber.* de quo dicit *Dom. de Franch.* non meminisse, qui *dec.*161. *in*
268 *fine*, dicit, juxtà hanc opinionem fuisse judicatum in Collaterali, contrà opinionem *Suarez*, & *Molinæ*, quam procedere, ubi pater repellitur ab usufructu ex dispositione hominis, secus ubi ex dispositione legis, sicuti est in feudis, docet *Reg. de Ponte cons.*19. *num.*29. & *consil.*31. *num.*3. 4. & 6. latè *Consil. de Anna consil.*51. *num.*8. ubi quòd ipsa commoditas percipiendi fructus potest per patrem alteri vendi, & cedi, *num.*10. & 11. & post *Loffred. consil.*10. *num.*19. tradit *Consil. Paschal. de virib. patr. potest. cap.*2. *n.*87. & *cap.*3. *num.*8. ubi citat *Mastrill. decis.*82. *num.*6. optimè *Castillus Hispan. controv. jur. to.*1. *de usufru. c.*3. *num.*64.

Et sic pariter nihil contradicit, quòd demum Ferdinandus I. Alphonsi filius effectus Rex assenserit cessioni factæ per Antonellum prædictum Bonaccursium de dicto officio Philippo Bernaudo, vita durante ipsius Antonelli sub expressa dicti assensus reservatione, verùm amplius idem officium, quod per mortem Antonelli erat devolvendum, concessit Bernardino, & Joanni de Bernaudo, Philippi filiis, ad ipsorum vitæ decursum, & exemplo concessionis factæ per Alphonsum patrem, quam sibi dirigendam curavit, uti Regis primogenito, & Duci Calabriæ, eam simili modo direxit Alphonso II. tunc ipsius Ferdinandi Regis pariter primogenito, Duci Calabriæ, & Vicario Generali paterno in hoc Regno; & Henrico secundogenito, & in dicto Ducatu Calabriæ Locumtenenti Generali.

Sub eadem enim forma, eademque ratione, de consensu scilicèt directi, & utilis Domini, vel vigore legitimæ administrationis, qua Alphonsus concessit Antonello, potuit Ferdinandus concedere ad vitam dictorum fratrum de Bernaudo, & præficere Locumtenentem Henricum secundogenitum in Ducatu filii primogeniti, nullo horum obstante, quin uterque ex primogenitia verus esset, & legitimus possessor Ducatus Calabriæ.

Nec tandem obstat quod pro simili traditur de Principe Hispaniarum, quem dicitur non habere Principatum in feudum, sed in titulum, ergò
269 & idem de Ducatu Calabriæ. Negatur etenim

hæc collectio, siquidem constat, illam designatio-
nem primogeniti, quam in Hispania Reges face-
re solent, nihil aliud primogenitis tribuere, quàm
illud, quod eis à jure competebat: in illis etenim
Regnis eo ipso, quòd primogenitus nascitur, hoc
primogenituræ jus absque alia declaratione eidem
defertur, *l.2. tit. 15. par. 2.* ubi latè *Greg.* & *DD.*
ea enim Principis designatio, quæ in his Regnis
fit, ob id tantum fieri consuevit, ut omnibus no-
tum sit, ne ulla lis, aut controversia super Re-
gni successione in futurum, moriente Rege, su-
peresse possit, non autem qui ex eo illi aliquod
jus vivente patre, quoad Regni administrationem
conferatur, & ut futura successio juramento fide-
litatis roboretur, undè Principes Iurati appellan-
tur; & ii primogeniti, non Principes, sed in-
fantes hæredes appellari soliti erant ab Henri-
co III. qui vivente ipsius patre Ioann. I. Princeps
nuncupatus est, & hic sola designatio futuri Re-
gis designatur in Hispania per titulum Principis,
ut perbellè probat exemplo Cæsarum apud Ro-
manos, *Molina de Hispan. primog. lib. 3. cap. 6.
num. 19. cum seqq.* cujus diversum contigisse in
Regno nostro, ubi primogenitos Regum fuisse
varè Duces, ex prædictis patet.
270 Necessariò ex his sequitur, hæc officia veluti,
membra esse ab ipso capite regulanda, ut si Duce-
tus Calabriæ fuerit feudum, officia actorum No-
tarii utriusque Provinciæ consequens est, ut pa-
riter in feudum fuerint concessa, *cap. cum non de-
ceat, de præscript. glos.* in *l. ex ea causa, ff. de postul.*
et in feudis *Isern.* in *cap. 1. de consuetud. recti feu-
di*, *Loffred. cons.* 39. *num.* 34. & 35. loquens in
Ducatu Ferrariæ post *Dec. consil. 389. num. 2.* et *Ca-
str. consil. 102. part. 2.* qui loquitur de Regno Hi-
spaniæ, et ejus membris, latè *Addent. ad Napod.* in
Consuet. Et si Testator, post *num. 8.* in *addit. magna*,
incip. *dicit Napod. lit. C. cart. 176.* & *car. 178.* in
seq. addit. optimè *Dominus meus de Curte de feud.
part. 1. cap. 15. §. nunc de altero*, *numer. 143. cum
seqq.*

Et proindè nihil etiam obstat, quod in dicto as-
sensu concesso per Regem Ferdinandum super ven-
ditione facta per Antonellum Bonaccursio, Philippo
de Bernaudo pro filiis Berardino, & Joanne, non
adsit verbum *Investientes*, Ex quo infert adversa-
rius, non esse concessionem factam in feudum,
idque colligi ex hac prima, quam ipse contendit
esse investituram, et ad ipsam recurrendum ex no-
tis decisionibus.

Siquidem ex prædictis, et ut cuique 271, rectè
271 legenti apertissimè patet, illa dici non potest pri-
ma investitura originalis; sed simplex assensus, in
quo Rex ipse Ferdinandus Primus, facta assertio-
ne tractatus præambuli, et venditionis factæ per
dictum Antonellum Philippo, super illa simplici-
ter assensum præstitit, eo tantùm addito, ut sicut
officium prædictum erat ad Regem ipsum devol-
vendum per mortem Antonelli, remaneret penès
dictos Bernardinum, et Joannem Philippi filios,
ad ipsorum vitæ decursum, ità ut inter eos super-
vivens alteri succederet, cum expressa tamen clau-
sula, *Si, & prout Antonellus ipse habuit, & te-
nuit, habebat, & possidebat, in omnibus, & per
omnia, antequam ipsum officium venderet*, verba
enim clarissima sunt, et sæpè repetita, et inculcata
assertæ venditionis, et assensus, et contentus Re-
gii super illa petiti, et concessi cum prorogatione,
et extensione dumtaxat temporis ad vitam filio-
rum Philippi, sub eadem lege, & forma, qua of-
ficium fuerat Antonello concessum, undè tantum
abest, ut ista non sit primordialis investitura, et
prima radix concessionis, ut illa necessariò suppo-
nat, primam investituram, et concessionem factam
Antonello præcessisse, fuisseque factam ab Alphon-
so patre ipsius Ferdinandi, et ab eodem Ferdinan-
do confirmatam, ad quam expressè se refert Rex
ipse in dicto assensu, et esset ab adversario exhi-
272 benda, dum in ipsa se fundat, et non mirum si
in assensu investituræ confirmatoriæ præcedentis
non legatur verbum, *investientes*, et alia, quæ
redolent indolem feudalem, quæ in primæva in-
vestitura, exprimi solent, non in confirmationi-
bus.

Idquè esse verissimum, apparet ex eo, quòd in
concessione tertiæ partis ejusdem officii postmo-
dum ad Reg. Curiam devoluti ob culpam, & defe-
ctum Raphaelis Gulli, & deindè de novo concessæ
per eundem Regem Ferdinandum Primum eisdem
fratribus de Bernaudo, tanquam in prima, & ori-
ginali investiture, non deficiunt verba, *investien-
tes vos*, & alia quoque, quæ clarè important con-
cessionem in feudum, veluti, *commendamus rece-
pto juramento fidelitatis*, & ibi, *quam investitu-
ram habere volumus vim veræ, & realis assecura-
tionis, &c.*
273 Verbum enim, *investientes*, operatur, ut
res in dubio præsumatur esse data in feudum, etiam
si non sit expressum in feudum aliquid concedi, ut
ex *Isern.* in *cap. 1. §. hujus autem generis, col. ult. ver.
per præmissa patet*, ex quibus *cons. feud. amitt.* &
aliis tradit *Dominus meus Capyc.* in *invest.* in *ver.
investientes. car. mihi* 133. Nam hæc verba, *inve-
stire, & disvestire*, pertinent propriè ad Dominos
feudum concedentes, & non ad alios, ut in *cap. 1.
quid sit investit.* in *tit. per quos fiat investitura*, &
in *cap. 1. de feudi cognitione*. Et hæc sunt verba
adinvente, ut sint signa, quibus feudum dignosci-
tur, & distinguitur ab aliis contractibus scilicet
à donationibus, & concessionibus liberis, *c. per
tuas, de don.* & quòd hæc verba, feudum fuisse
concessum, arguant, *Affl.* docuit in *rub. quib.*
274 *mod. feu. amitt. num. 17.* Idque probatur, quia cer-
tum est, in feudi constitutione necessariam esse
investituram, *cap. 1. quib. mod. feu. const. pot. Jas.* in
prælud. feud. num. 12. Affl. dec. 129. num. 3. Curt. Jun.
& *Zasius*, quos refert *Menoch.* in *cons. omnium
primo, in causa Montisferrati pro Serenissimo Duce*
275 *Sabaudiæ, num. 23. & de præsumpt. lib. 3. c. 91.
num. 40.* Inde *Intrigl. par. 1. de feudis, cap. 43. n. 67.*
dicit, verbum, *investimus*, etiam prolatum ab
alio, quàm a Principe, transferre saltem onus
probandi in adversarium, idemque, ex investitu-
ris probari feudum, latè *Thes. Jun. lib. 3. qq. forens.
c. 106. num. 17.* optimè, & melius omnibus *Rosent.
tom. 1. cap. 6. conclus. 27.* & *tom. 2. cap. 12. q. 14. n. 34.
in fin. & 35.* omninò legendus, per verba autem,
& signa dignoscitur unus actus vel contractus ab
altero, *l. non codicillum, C. de testam. §. adeò, Inst.
locati, Berous* in puncto in *eadem causa Marchiona-
tus Montisferrati, num. 3. in princ. Petr. de Greg. de
concess. feud. part. 2. q. 2. num. 6.*

Et quamvis non me lateat, quam controversa sit
hæc propositio, utrum ex verbo, *investimus*, pro-
276 betur concessio feudi, pluribus dicentibus, hanc
esse levem conjecturam, cum verbum, *investire*,
gene-

Digitized by Google

generale sit, & significet possessionem concedere,
sicut, *disvestire*, possessione privare, ut ex mul-
tis probat idem *Menoch. d.cons.* 1.*nu*,24. ubi *nu*.25.
idem de verbo, *investitura*, cum concord.per *Ro-
land.cons.*50. *num*.52. 56. *&* 57. in 3.*vol.*

Attamen ex communi ferè omnium declaratio-
ne verbum, *investio*, non concludit de necessitate
277 feudi concessionem in duobus casibus, Primò,
si adsint alia verba clara, & aperta, ex quibus pro-
betur, & inferatur necessariò libera, & omnimoda
donatio, utpotè si dicatur, *donamus*, *damus*, *&*
liberaliter elargimur, vel similia; ex quibus ap-
pareat, mentem concedentis fuisse bona concedere
in simplex, merum, & liberum allodium, cùm
enim præsumptio generalis, & legibus amica sit,
quod quælibet res præsumatur libera, *Menoch.* in-
frà citandos *cons.* 191.*num*.21. *in* 2. post *Jacob.ver.
de Castro*, *num*.16.& ità concessa immunis ab omni
onere, & nexu servitutis, quæ feudo inest, *Me-
noch.d.cons.*191.*num*.22. si simpliciter res conceda-
tur cum verbis prædictis *donamus*, *concedimus*, *&c.*
quæ de sui natura sunt clara, verba prædicta, ve-
luti conspicua, juncta cum juris præsumptione,
certè vincunt solam conjecturam, quæ ex verbo,
investimus, oriri potest, undè succedit regula,
in ambiguis, non autem in claris locum esse con-
jecturis, & quia una præsumptio fortior aliam vin-
cit, & eò magis plures unam vincunt, & quia si
actus est dubius, judicatur ab eo, quòd plus valet,
atque attenditur, quod est validius, & potentius,
vulgata *l.quæritur*, *ff.de statu hom. Affl.dec.*72.*n*.2.
*Menoch.d.cons.*191.*n*.27. *Rosent.d.tom.*2.*c*.12.*q*.14.
num.36.

Secundò, tunc verbum, *investio*, plenè non in-
278 fert concessionem in feudum, cum sola est, &
nuda hæc conjectura, secus verò si unita sit, &
coadjuvetur aliis præsumptionibus, & maximè si
non adsint aliæ urgentiores in contrarium.

279 Prima declaratio probatur evidenter ex famo-
so *cons. Oldradi* 159. loquentis de concessione facta
per Regem Carolum Secundum Principi Tarenti-
no de Principatu Achajæ, an fuerit feudum, vel
simplex donatio, quem sequitur *Alber.* in *rubr.
C.de donat.* licèt enim ibi fuisset facta mentio inve-
stituræ, & quod concessionarius, ejusque hære-
des nullum recognoscerent superiorem, nisi Re-
gem Carolum, aderant tamen illa verba, *damus*,
donamus, *tradimus*, *&* *ex causa donationis proprii
motus*, & ideò, cum illa dicatur vera donatio, quæ
mera, & pura est, non autem donatio ob causam,
cujusmodi est concessio in feudum, verba illa de-
buerunt intelligi propriè, & in potentiori signifi-
280 catu, & maximè ex persona donatarii, qui erat
magnus Princeps, quo casu ampliari concessionem
ex qualitate concessionarii, argumento *l. plenum*,
§. equitii, *ff.de usu*, *&* *habit.* latissimè in terminis
probaverunt *Pruckman. de regal. c.*5.*num*.74. *Re-
gner.eod.tract. lib.*1. *cap*.5.*num*.113. *&* 114. & do-
nantia Regis, qui etiam dixerat, donare quidquid
juris in eo Principatu habebat, & etiam directum
dominium, contra substantiam feudi, ut curiosè
omnia ponderat *Jacob.* in *sua invest. ver. investivi
talem*, post *num*.10. *vers. pro alia parte*, idem *Rol.*
281 *d. cons.*50. *num*.56. in 3. *&* *cons.*85. ex *num*.23.
cum seqq. in 4. ubi affirmat in casu *Oldrad.* omne
dominium, omnemque actionem fuisse translatam;
& ideò parum potuisse operari verbum, *investimus*,
contra apertissima verba, & substantialia feudi,
*Menoc.d.cons.*1.*num*.9. *&* 11. *cum seq.lib.*1. & ite-
rum *consil.* 191. *num*.12. *&* 13. *in fin.* *&* *num*.24.
& 25.*vol*.2. idem *Menoch.de præs.lib*.3.*c*.91.*nu*.30.
*Purp.cons.*357.*num*.20.*in princ.*& hoc idem ita de-
clarando *cons.Oldrad.* tradit *Dec.cons.*307.*num*.2.*in
fin.vers.postremo*, & iterùm *in cons.*413. ponderat,
in casu *Oldrad.* non fuisse reservatum juramentum
fidelitatis, nec Regem reservasse directum domi-
nium, sed omne dominium translatum pleno jure,
& *Idem* in *cons.*468. *num*.12. & *cons.*498. *num*.11.
& alii innumeri, quos congessit, *Rosenth.tom.*1.
*de feud.c.*6. *concl.*26. *num*.2. in 2. *addit. lit.B.*

Secunda declaratio in casu præsenti verificatur
282 ex pluribus, siquidèm Primo, concessio in feu-
dum insurgit ex natura, & qualitate rei concessæ,
sicuti dicitur de verbo, *concedo*, & similibus, quæ
ità demùm important dominii translationem, nisi
jungatur actui, vel rei, cujus natura repugnet,
Gla. Bal. Aug. Soci Felin. & alii apud *Gratian.
tom.*1.*discept.c.*838.*num*.2. & de verbo, *donamus*,
Rolan. cons. 50. *num*. 12. *vol*. 3. siquidèm sumus in
concessione jurisdictionis, sivè officii, quod vel
jurisdictionem ex se continet, vel saltim jurisdi-
ctioni adhæret, & annectitur, ut suprà plenius,
283 jurisdictio autem in dubio semper præsumitur
in feudum concessa, *Jacobi, investitura de Castro
rubei Montis*, ubi reddit rationem, quòd non
præsumatur haberi jurisdictio jure privato, sed po-
tius jure publico, quod consistit in Magistratibus
284 adeò quòd licèt jure communi concessio Castri
præsumatur liberè, & in allodium facta, non autem
in feudum, etiam si Castrum sit situm intrà Re-
gnum, seù Provinciam, *Menoch.* latè *d.cons.*191.
num. 21. *&* *de præs.lib.* 3. *cap*.91. *num*.6. *cum seq.*
quamvis hoc casu fortè posset sustineri opinio
contra communem, quæ fuit *Jacob. de Ardiz.*&
Jo.Fabri, quem esse longè veriorem post *Par. de
Put.* & *Paris.*defendit *Thesaur. jun.lib.*3.*qq.c.*105.
285 *num*.12. *&* 13. Attamen adhuc jurisdictio con-
cessa insimul super territorio Castri præsumitur
feudalis, & in feudum concessa, licèt Castrum sit
concessum in liberum allodium, adeò præpotens
est natura ipsius rei, ut concessa jurisdictio in ea-
dem concessione cum Castro, sub diversa natura
concessa censeatur, *D.Capyc.* post *Cast. Alex. Soc.*
& alios *in invest.ver.Castris*, in *vers.* *&* *Castra om-
286 nia*, ubi hoc longè fortius innuit procedere in
Regno, ubi facilius inducitur, & præsumitur fa-
cta concessio in feudum ex frequentia, & ferè gene-
rali usu concessionis in feudum, quod satis condu-
cit ad facilius præsumendum rem in feudum con-
cessam, *Menoch.d.cap.*91.*num*.62. *&* *num*. 72. ubi
ex consuetudine, & more Regionis id dicit pro-
287 bari, ex quo prodiit, ut omne Castrum in Re-
gno sit feudum quaternatum, licèt non omne feu-
dum sit Castrum, ut per *Andr.* in *cap.*1. *de Capit,
qui Curiam vendidit*, & in *Constit. Post mortem*,
idquè quia ità Castra in Regno concedi solent,
288 scilicet in feudum; & cum *Capyc*, convenit *Frec.
lib.*3.*cap.de differentiis inter feuda quatern.* *&* *pla-
na*, post *num*.34.*vers.jurisdictio etiam*, *D. Rovitus*,
qui addit *Pisanell.*& alios in *Prag.* 3. *de ordine ju-
289 diciorum*, *num*.20. adeò quòd licèt Castrum præ-
sumatur concessum in allodium, quando est penès
Ecclesiam, *Andr. in locis* congestis per *Reg. de Pon-
290 te cons.*30.*num*. 6. non procedit hoc respectu ju-
risdictionis, quoniam illa semper præsumitur feu-
dalis, & ità limitat doctrinam *Andr. D.Capyc.ver.*

feu-

Digitized by Google

*feudales appellationes,In fin.*ibi,*sed hoc videtur non*
habere locum quoad jurisdictionem , quia illa sem-
per in dubia præsumitur feudalis , latè *Consil. de*
*Anna d.conf.*12.*num.*17.*Rosent.tom.*2.*cap.*12. *concl.*
14.*num.*16. & pro clariori responsione ad *conf. Ol-*
291 *dra*.ultrà superius dicta,doctissimus Cons. *de An-*
*na conf.*129.*num.*22.*&* 23.referens *num.* 24.*Jas.* &
Curt. fortiter insurgit contra *Oldrad. & num.* 25.
292 addit, quod in Regno nostro opinio *Oldrad.*non
esset admittenda , quia ad præsumendam rem feu-
dalem , facilius in Regno nostro proceditur , quia
fortius , & strictius præsumitur in Regno conces-
siones factas in feudum , quàm extra Regnum , ex
pluribus per *ipsum* , qui addit *num.*29. *&* 30. *quod*
si strictius proceditur in Regno , in quo illud , quod
extra præsumitur allodiale , hic præsumitur feuda-
le , sequitur , quòd opinio *Oldrad.* qui ex ver. *do-*
namus putat , rem esse allodialem , non debet pro-
cedere in Regno nostro , in quo sufficit , rem esse
talem , quæ in feudum concedi soleat , ut de Ca-
293 stro, & de Gabellis dicitur , & Regalia omnia in
feudum concedi solita de per se , vel uti feudo an-
nexa , testatur *Frecc.d.*3.*lib.*in 2.*form. num.* 27. *in*
fin. & 28. ubi quòd hodiè sunt ad hæredes sangui-
nis transitoria , & de generali forma privilegiorum
veniunt uti concernentia utile dominium Baro-
nis , sicuti videmus de jure Baronum Regni,omnia
officia Magistri actorum, quæ si etiam de per se
concedantur , absque Castro , in feudum conces-
sa censeri , pluribus exemplis in actis exhibitis
comprobatum est , & præsertim judicatum est in
puncto in causa Sororum de Pistoja penès Actua-
rium Quinque,referente dignissimo Domino,non-
quam satis laudato nostro Marchione Montalvo
294 Locumtenente ; Idque etiam consuetudine Ger-
maniæ , Regalia in feudum concedi solita , & cen-
seri ususfrequenti comprobatum , *Regner. d. lib.* 1.
*cap.*5.*num.*29.*&* 85.*& cap.*6.*num.*67. *&* 68.

Secundò concurrit alia præsumptio, quia in eo-
dem privilegio ultrà verbum , *investicatur* , quod
non semel , sed iteratò reperitur illis verbis, *quam*
investituram habere volumus, *&c.* ex qua gemina-
295 tione aliquid insurgit, concurrit etiam juramen-
tum fidelitatis , quod ipsam fidelitatem includit
& comprehendit, quæ basis est,& substantia feudi,
& quæ contractum feudi, ab omnibus aliis sejun-
git , & distinguit, *cap.*1.*de nova forma fidelitatis*,
Menoc.conf.omnium prima num. 32. licèt enim ju-
296 ramenti actus remitti possit , non tamen ipsa fi-
delitas , quæ potest stare sine juramento, cùm ju-
ramentum non stet sine fidelitate , *Affl.decis.*129.
*num.*2.*Zasius de feudis,par.ultima, num.*34.*Camer*
in *l.Imperialem,car.*3,*col.*2.*lit.F.& cart.*35.*col.* 4.
*lit.S.cum seq & car.*36,*col.*1.*in fin. lit. D. & E.* &
sicuti ex eo , quod nullum juramentum fidelitatis
297 præstari conveniat, arguitur concessio facta libe-
rè , & non in feudum, *Corn.Grat.Paris.*& *Gazad.*
apud *Menoch.d.cons.*1.*num.*28. ita è contra prop-
ter illa verba, *præstito juramento fidelitatis*,induci-
tur concessio in feudum , & in puncto in concessio-
298 ne officii, quod ex verbis, *concedimus, committi-*
mus, commendamus, & investimus, & juramentum
fidelitatis præstet , officium censeatur in feudum
concessum,quia sola fidelitas,officium facit,& creat
feudum,ex *l.scrn.per quos fiat investit.nu.*17. tradit
*Franc.de Amic.*in *d.*1.*sub.§.natura officii est,in fid,*
*car.*63. & sic non obstante verbo, *concedimus*,quod
tanti ponderant sequaces , *Oldrad.* adhuc ex verb.
investimus , *& concedimus.* officium in feudum
convertitur,& sic decisio est individua in fortiori-
299 bus terminis, idemque de juramento fidelitatis
*Menoch.dict.lib.*3.*de præsumpt.cap.*91. *nu.* 46. cum
distinctione addita *num.*47.*&* 48.

300 Et quàmvis aliqui dicant , juramentum fideli-
tatis non inferre de necessitate concessionem feudi,
loquuntur tamen, quando ex aliis constat , conces-
sionem esse factam liberè per viam donationis , qui
contractus habet repugnantiam cum feudo , ut
propriè declarat *Roland.dicto conf.*50. *n.* 53. *&* 54.
*lib.*3.ubi post *Cravet.*& *Dec.d.conf.*413. dicit,quod
licet fidelitas, et homagium in dubio videantur de-
signare feudum , ab illa præsumptione receditur,
quando constat ex concessione, et libera donatione
per alia media,et iterum *conf.* 75. *num.* 56. *cum seq.*
& 59.61.*&* 62.*lib.*4.ubi ex *num* 53.*usque ad n.*55.
pluribus mediis probat,in eo casu concessionem es-
se factam in liberum allodium, et ità loquitur *Ro-*
*senthal.tom.*2.*cap.*12.*concl.*24.*num.*24. *&* 39.

In casu autem præsenti illud est ponderandum,
301 quod duplex injungitur juramentum , primum
simplex,ibi, *& recepto juramento fidelitatis* , quod
propriè præstatur respectu feudi,*Camer.d.car.*36.
alterum verò per copulam,*&*,quæ conjungit æquè
principaliter , dum additur, *& de officio ipso benè,*
& fideliter exercendo , & exerceri faciendo , quod
propriè est juramentũ, quod præstatur ab Officiali-
bus *in auth. Jus jur. quod præstatur ab his* , undè
cum non possit intelligi primum de juramento
præstando ratione officii , necessariò censeri debet
de juramento fidelitatis ratione feudi.

Nec obstat objectum Partis , quod juramentum
nunquam fuerit præstitum per successores in his of-
ficiis.

Ultrà enim quòd in facto contrarium fuit osten-
sum , fuisse , eveniente casu præstitum , & obla-
302 tum per successores , meminisse oportet adversa-
rium , quod in juribus negativis , quale est , non
deferre juramentum , etiam si Dominus stetisset
per mille annos , quod non requisivisset vasallum ,
vel ipse non præstitisset juramentum , non amisisset
jus suum , & est ratio , quia jura negativa , pro
ut est , *non deferre juramentum* , vel *non ire ad bel-*
lum , non præscribuntur ; nisi à die requisitionis ,
& in casu recusationis subditi , & quod Dominus
acquieverit , ex regula *l.qui luminibus , cum glos.*
ff.de servit.urban.prædiorum , *Bar.Bald. Angel.* &
alii apud *Rolandum* in terminis *conf.*48. *num.* 45.
lib. 4.

Sed & etiam esto quòd jus hoc præscribi posset ,
quod falsum est , adhuc tamen à tempore concessio-
nis factæ per Regem Federicum de anno 1501,cum
reservatione utriusque juramenti , ut suprà est di-
ctum , usque ad annum 1596. litis motæ in S.C.
& contestatæ ex termino concesso de anno 1597.
super validitate fideicommissi , & dispositionis ; ubi
in specie de qualitate istorum bonorum controver-
ti cœpit , an essent scilicet feudalia , vel Regalia ,
ita ut super eis fideicommissum , vel dispositio fie-
303 ri potuisset , non fuit elapsum tempus centum
annorum , necessarium ad præscribendum supe-
rioritatem contrà Principem, etiam attenta opinio-
ne illorum , qui id fieri posse concedunt , de
quo latissimè per *Regner. d. lib.*1. *cap.*5. *num.*145.

Insuper non ex eo , quod non appareat scriptu-
ra , quæ regulariter requiritur ad probationem ju-
ramenti præstiti , ex hoc creditur adversario dicen-
ti ,

ti, non fuisse præstitum juramentum, licèt enim
304 præstatio juramenti facti sit, & non præsumatur,
nisi probetur, non procedit hoc tamen in actu
conventionali, sicut quando quis adstringitur ex
promissione facta Principi, ex lege, vel regula
feudi, vel alterius concessionis, quia præsumitur
hoc casu juramentum præstitum ab ipso subdito,
Bal.in l.libertas, in principio, de statu hominum,
*Frec.lib.*2.in 4.*authorit. num.*21. ubi quòd Dominus
non gravatur onera probandi, Vasallum suum
sibi præstitisse juramentum, quis adstringitur ex
305 regula juris, & hoc casu limitari regulam, quod
solemnitas extrinseca non præsumitur, *Intrig. de*
*feud.par.*1.*q.*56. *num.*248. Dom. meus *de Curte* in
2.*par.de feud.cap.*1.*num.*64.*Knichen de vest.pactiov.*
*par.*3.*cap.*4.*num.*34.*de Ponte conf.*3.*num.*74.
306 Tertiò, suadetur concessio facta in feudum;
ex quo ista jura, eorumque proventus nunquam
fuerunt registrata, nec pro ejs onera aliqua soluta
juxtà morem Regionis, & secundùm etiam jura
communia, ex quorum dispositione vasallus pro
bonis feudalibus non tenetur ad collectas, ne duplici
onere gravetur.

Et quando ad contribuendum in impensa operis
pii, & necessarii fuerunt possessores vocati per
Universitatem Civitatis Consentiæ, opposuerunt
hac de causa, se exemptos, & à contributione petita
fuerunt conservati exempti, ex qua exemptione
eb oneribus, & collectis validissima insurgit præsumptio
qualitatis feudalis, ut ex *Isern.* & *Jacobi.*
in puncto probat *Natt.conf.*460.*num.*15. & 22. &
ex *Accurs. Isern.* & *Jacob.* probat velut in dubium
*Mascard. concl.*79. incip. *allodialis*, *n.*23.*Menoch.*
d. cap. 91. *num.*51. *Thesaur. Jun. lib.* 3. *qq. forens.*
*cap.*106.*num.*22.
307 Quartò, longa observantia, quomodò de hoc
officio fuerit inter successores contractum, alienando,
& hypotecando semper cum Regio assensu,
& quomodò fuerint dicta officia possessa, & super
illis inter ipsos successores dispositum, licèt inaudito
pœnitus, & non vocato Fisco, ut ex nota facti,
clarissimè ostenditur, in feudum fuisse officia
concessa, & plures facti actus, naturæ feudi congruentes,
Præpos.Alex. Jas. & alii apud *Menoch.*
*d.lib.*3.*cap.*91.*num.*41. 53. & 56. generaliter enim
observantia omnem dispositionem, & actum interpretatur,
& cujusque ambiguitatis interpres, &
potissimè investiturarum fidissima, fallique nescia,
ut ultrà tradita per *Iser.* & *alios* de feudo Franco,
& Longobardo in *l.imper.§.præterea ducatus generaliter*,
latè *Consil.de Anna conf.*40. *num.*7. & *conf.*
119.*num.*39. cum infinitis per *Andr. Knichen de*
*vest.pactiov.par.*1.*cap.*1.ex *num.*207.ubi *num.* 210.
308 hæc verba subiicit, *Porrò desumitur certa, &*
indubitata de qualitate rei in feudum concessa interpretatio
ex unico actu, qui postmodùm subsequentibus
formam, & observantiam perpetuò suggerit,
hæc ille, & *num.* 212. *cum seq.* ubi citat *Minad.*
*conf.*10. *num.* 14. & *num.*218. potissimè hoc procedere
asserit, ubi plures intercesserunt actus, quotiescumque
casus evenerit, qui *num.* 217. *in commentariis*
*de succutic non provoc.jure, cap.*3. *n.*337.
dicit, procedere etiam si diversimodè quid observatum
fuerit, quòd attendi debeat quod frequentius
evenit, & factum fuit, vel quod ultimò observatum
fuit, & in actuum varietate attenditur
quid sæpius, & pluries observatum, *Menoch.*
*conf.*845.*num.*32. *cum seq. lib.*9. Et adeò esse hanc
observantiam interpretativam efficacem, ut ad illam
inducendam non requiratur temporis lapsus,
sed aliquo tempore ità observatum sufficere, idem
*Knichen d.loco de vestit.pactiov.par.*3.*cap.*1. *n.*216.
in fin. & 217.
309 Et confirmationes successivè præcedentium
concessionum factæ ab invictissimis Regibus successoribus
post Ferdinandum Primum, & Regem
Catholicum à Carolo Cæsare, & Philippo II. immort.
mem. officia fuisse in feudum concessa, optimè
arguunt, sicuti in contrarium ad dignoscendum
allodium fortiter argumentatur *Menoch.* ex
quo longo temporis interstitio nulla fuerat obtenta
confirmatio *d.conf.*191.*num.*18.*vers.nonò*, *quod*
hoc, *lib.* 2.

Confirmatio etenim superioritatis symbolum
evidens est, & irrefragabile, *Bald.*in *l.fin.num.*2.
vers.ulterius nota C.de legib.
310 Et observantia etiam si sit longè brevioris temporis,
quàm ejus, quod in præscriptione requiritur,
sufficere ex *Castr. Alex.* utroque *Socin. Decio*,
Corn. Sylvan. Bursato, & aliis in terminis
*Regner. de regal. lib.*1.*cap.*5.*num.*105. idem *Menoch.d.lib.*3.*de*
*præsumpt. cap.*91. *num.*38. *Rosenth. d.*
*l.*2.*cap.*12.*quæst.*14.*num.*40.
311 Et ex aliquibus reservationibus factis in ipsa
concessione, ut si reservatum sit homagium, vel
resortum, quod est genus quodam servitutis, probetur
concessio facta in feudum, ex *Jodocho*,
Guid. Pyrro, & *Rebuff.* probat *Menoch. d. cap.*91.
*num.*76. *in fin.*
312 Et tandem potissimam esse conjecturam illam,
quam censuit *Senatus Pedemon.*referente *Thesaur.*
*Jun.d.lib.*3.*qq. forens. cap.*105.*in fin.quando reperitur*,
Dominum bonorum nunquam bona illa ut allodialia
vendidisse, aut alio titulo distraxisse, sed
semper ut feudalia, scilicèt cum assensu, quod in
casu occurrenti in facto testator plurimum ponderis
fuisse, ut bona feudalia judicarentur, prout
hic constat semper cum assensu fuisse distracta, &
hypothecata. Ità ut ex his cognosci possit, quàm
vanum sit obiicere, assensus prædictos præstari consuetos
ab anno 1460. & successivè interstitio annorum
centum sexaginta octo, fuisse adhibitos ad
majorem cautelam, & sic ex voluntate, non au-
313 tem ex necessitate, contrà regulam *tex.* in *l.bis,*
§.sed etsi fortè ff.de solut. ubi quod si actum gerens
potest moveri ex causa necessaria, & voluntaria,
præsumitur absquè dubio factus actus ex necessitate,
*Cravett.conf.*235. *num.*34. cum aliis à *Menoch.*
*de præsump.lib.*4.*cap.*70.*num.*4. præsertim ubi actus
convenit naturæ rei, & ipsius rei qualitati, quia
censetur adhibitus, & gestus secundùm naturam,
& qualitatem rei, super qua conficitur, ut ex eo
rei natura, & qualitatis demonstretur, *Menoch.*
314 *de præsumpt.lib.*6.*cap.*10.*num.*1. & 8. ubi *num.*6.
nuncupatim loquitur de assensu super feudo, etiam
ne quis sibi frustrà prospexisse dicatur, *Menoch.*
*eod.lib.*6.*cap.*4. *num.*25. Nec Regentes soliti sunt
præstare frustrà assensum super re allodiali, vel ubi
non est necessarius, præsertim cùm assensus moderni
fuerint præstiti ab illo insigni, & versatissimo
viro Regente Constantio, qui fuit Commissarius
hujus causæ in S. C. adhibita clausula, *naturaque*
officiorum in aliquo non mutata, & *non*
obstante, quod super officiis processum sit, sicuti in
antiquis assensibus super istis officiis præstitis observatum
fuit, & in specie in assensu concesso per
Caro-

Google

Carolum V. de anno 1532. super venditione facta per Consalunm Pirro, & Ferdinando.

315 Et ut feuda, vel Regalia fuerunt habita dicta officia per S. C. in litibus super successione inter ipsos successores de Bernaudo, ubi nec Fiscus adesrat, nec qui Fisci jura proponeret, vel saltim fideicommissi validitatem super illis non fuisse sic explicitam, quin requireret altiorem indaginem, & longiorem discussionem, quæ fuit reservata in judicio ordinario.

Etenim cùm de anno 1595. decessisset Jo:Jacobus de Bernando possessor certæ partis dicti officii, relictis filiabus Laudonia, & Portia, quas licèt instituerit hæredes universales, substituendo tamen ipsis Corneliam, earum matrem, & decedente Cornelia Jo:Mariam juniorem, & Ferdinandum posteà Ducem, attamen quòad officia ordinavit, *che circa l'officii s'osservi il vincolo fatto da Pirro de Bernaudo mio padre, che non succedano figlie femine*. Quamvis prædicti Jo:Maria, & Ferdinandus se ingessissent in possessionem dictæ partis, exigendo emolumenta, ut fatetur Joann. Maria, & hoc peracto, petiissent, manuteneri, & conservari in possessione ipsorum, asserendo officia prædicta ad eos devoluta vigore fideicommissorum factorum per antecessores de Bernaudo, confirmatorum per Joannem Jacobum patrem dictorum puellarum. Et produxissent dicta fideicommissa cum specifica fœminarum exclusione facta de anno 1529. inter tres fratres in vita. Nec non testamentum Pyrri cum eodem vinculo de anno 1539. Et tandem ultimam dispositionem dicti Joannis Jacobi, confirmando specificè Majorum suorum dispositiones, excludendo nominatim proprias filias, de anno 1595.

Quia tamen dictæ filiæ exclusæ à patre à dictis officiis propter masculos opposuerunt prædictis Jo:Mariæ, & Ferdinando exceptionem peremptoriam, carentiæ, & incompetentiæ actionis, ex his, cum non potuerint obiicere, fideicommissa non adesse, vel non fuisse facta, necessariò virtualiter censentur opposuisse, fideicommissa non obstare, quia invalida; constat enim, aliud esse
316 testamentum esse factum in veritate, alind verò esse, valere, quòad solemnitatem, vel in substantia, ut docet *Afflictus decision.25.* & *Surd. decision.53. ex num.13. & 18. cum seq.* Unde cùm ex prædicta oppositione S. C. juncta Aulis decreverit, quod immittantur in possessionem prædictæ partis officiorum dictæ filiæ pupillæ Joannis Jacobi, & datus terminus in causa in judicio ordinario 13. Maji 1587. non obstante intrusione in possessionem dicti Jo:Mariæ, & Ferdinandi substi-
317 tutorum. Necessariò fuit judicatum per S. C. saltim in possessorio fideicommissa prædicta fuisse, & esse nulla, vel saltim agnatos masculos vocatos non venire claro, & aperto jure, taliter quòd potuissent præferri proli, & descendentibus ultimi decedentis, quæ claro, & apertò jure ad officii successionem vocabantur, & sic certum, & absolutum est, non fuisse judicatum pro fideicommissis, sed contra ipsa, ut testatur in puncto fuisse decisum in dicta causa sub dicto die 13. Maji 1587. *D. Præs. de Franch. decis.627. in princ.* non obstante prætensione dictorum patruorum prætendentium, fuisse factum casum fideicommissi, per communem patrem facti de officio prædicto *in princ.* antè *num.1.* & *num.3. vers. & dicebatur*, qui etiam *num.5.* expressè dixit, fideicommissum allegatum non esse sic explicitum, in quo illud advertere libet, in relatione facti dictæ decisionis, ex errore nominari Corneliam de Bernaudo filiam Io:Iacobi, cùm fuisset uxor ipsius, & mater filiarum, quæ fuerunt immissæ. Sed minus tolerabilis est error adversarii, qui ex suo marte verbis decreti prædicti, quibus simpliciter immittuntur filiæ in possessionem, addit, *filias in testamento hæredes institutas*, cùm tamen licèt fuissent hæredes institutæ, attamen ab officiis fuerunt specialiter exclusæ, vocando masculos juxtà fideicommissa Majorum, contra quæ fuerunt admissæ.

318 Et sic nihil facit pro parte *d. decis. de Franch.* 627. ex eo, quod non tractaverit articulum validitatis fideicommissi, sed tantum cautionis præstandæ per hæredem prætendenti fideicommissum, ex regula *tit. ff. ut legat. vel fideic. nom. caveatur*, ad quam præstandam testatur, ea præcipua ratione S. C. inclinasse, quia per dictam cautionem nullum fit præjudicium hæredi, authoritate *Roffredi*, ut per *eum num.1. in fin.* quod & repetit pro potissima ratione *decis. in fin.* dicens, non esse hoc subtiliter inquirendum, cum hoc nihil noceat hæredi, tantò magis, quia tunc dicebant fideicommissarii hæredi, contentari, quod ex scripturis productis causa principalis expediretur, & quod objurgabant filias hæredes, quod, & ipsæ exadverso contentari debebant (hodiè constat, hodiè agatur) prout hodie asserto donatario, qui prætendit, officia esse libera allodialia, de quibus disponi potuisset non minus per fideicommissum, quàm per donationem, (quod patet esse falsissimum reverentia repetita) justius opponunt fiscus, & fratres de Caccio, quod expediatur causa petitorii, ut semel integra controversia finiatur ex notoria justitia causæ, quam Fiscus, cui incumbebat ordine S.M. patefecit.

319 Ex quibus omnibus, ut concludam cum *Natta d. cons.460. num.22.* quis istis inspectis poterit aliter opinari, quam, quod illhæc officia fuerint acquisita a progenitoribus horum Dominorum, nunc adversantium, jure feudi? omnia, ut inquit *Philosoph.* vero consonant, falso citò dissonant, & boni Judicis est veritatem amplecti, sejectis cavillationibus, quæ sanè veritas hic clarissimè elucescit, junctis saltim omnibus supradictis; nam cùm casus sit conjecturalis, præsumptiones cumulantur, ut una alteram adjuvet, ut habeat locum regula, *singula, quæ non prosunt, unita juvant*; hæc *Natta*, loquens extrà Regnum, sed quid iste insign. Doctor dixisset in Regno?

320 Et si jurisdictio, vel jurisdictioni annexum non erit in feudum, erit omninò regale, quod non alienatur sine assensu, & propterea creditor sine assensu non potest super jurisdictionem manus apponere, *Dominus Rovitus in dict. pragmat.3. de ordin. judic. num.20.* ut hic ab antiquissimo tempore usquè in hunc diem servatum fuit de stilo Cancellariæ, ubi sub alia verborum formula fuit solitum concedi super istorum officiorum hypotheca, ut ex hoc ostenderetur, in officiis strictius procedi, quàm in ipsis feudis.

Parafrasis privilegiorum.

IN Privilegio autem Federici sub data ultimo Iunii 1521. Illud in primis advesto, illud processisse

Digitized by Google

321 fiſſe non motu proprio Regis, ſed ad partis po-
ſtulationem, ut patet, ibi, *Sane expoſuerunt
M.N. Bernardinus de Bernando, & Joannes ejus
frater, qualiter tenuerunt, & tenent officia Ma-
giſtratus, & Credenzeriæ ex conceſſione Regum
Ferdinandi, Alphonſi Secundi, & ex confirma-
tione noſtra, prout in privilegiis exindè expeditis,
propterea ſupplicarunt M. N. ut dicta officia Ma-
giſtratus actorum, & Credenzeriæ Conſentinæ
præfatis exponentibus, & ſuis hæredibus, &
ſucceſſoribus in perpetuum ampliare, commenda-
re, & de novo concedere dignaremur, nos autem
dicta officia confirmamus, damus, donamus, & de
novo concedimus, hac tamen conditione, &c.* ex-
pendenda ſunt igitur verba, & primò illa, *in
perpetuum ampliare*, quod enim ampliatur, & ex-
tenditur, fit eadem remanente natura, & ſubſtan-
tia, quæ ab initio fuit inſita, *l. ſed & ſi manente,
ff. de precar.* & dicitur eadem diſpoſitio, quando
extenditur, vel prorogatur tempus, quod adhuc
322 durabat primæ conceſſionis, & hæc eſt differen-
tia inter protelare, & renovare, durante enim
adhuc primo tempore, non fit renovatio, nec in-
ducitur nova diſpoſitio, ſed agitur ex primæva,
quæ adhuc durat juxta doctrinam *Bar. Bald. Caſtr.
Alex.* & aliorum in *l. dices cautioni 4. ff. de damno
323 infecto*, adeò ut cùm conceditur à Rege officii
ampliatio, habetur, ac ſi tempus ampliationis
fuiſſet appoſitum à principio, & cenſetur idem
cum primo, *Berart conſ. 156. n. 1. lib. 3. de Ponte*
latiùs *loco citato de diverſ. proviſ. tit. de poteſt. ſub-
ſtitut. num. 6. & 7. cart. 482. Maſtrill. de magiſtr.
324 to. 1. lib. 1. cap. 28. num. 67. & 68.* ampliare enim,
& minuere, vel detrahere opponuntur, remanen-
te eadem rei ſubſtantia, *l. 1. C. arbitr. tutel. l. 3.
§. Divi, ff. de jure immunit. Barnab. Briſ. de verb.
ſignif. lib. 1. ver. Ampliare.*
325 Secundò, verbum, *commendare*, quod de ſui na-
tura non importat titulum, ſed tantùm concedere
in cuſtodiam, & adminiſtrationem, cujuſmodi eſt
propria, & regularis natura officii, ut ſuprà latè,
commendare, enim nihil aliud eſt, quàm deponere,
l. commendare 186. ubi *Alciat.* & cæteri, *ff. de verb.
ſignif. l. Lucius 24. ff. depoſit.* commenda autem una
326 eſt temporalis, altera verò perpetua, in utilitatem
ſcilicet Commendatarii, cum facultate diſponendi
de fructibus, ſicut verus Beneficiatus, *Puteus
deciſ. 24. n. 24. lib. 1.* latiſſimè de communi ſententia
Garzias de benefic. tom. 1. par. 4. cap. 4. n. 7. 20. & ſeq.
ſicuti eſt feudatarius, qui Beneficiato comparatur,
à feudo, ſive beneficio, quod poſſidet, ut ſupra,
& probat *Menoch.* ex reſervatione dominii directi
cenſeri rem conceſſam in feudum, *dict. cap. 91.
327 num. 67. lib. 3. de præſumpt.* Optimè autem con-
venit verbum, *commendamus*, prorogationi, &
ampliationi officii de ſui natura, & ab initio con-
ceſſi ad vitam, ut ad hæredes tranſeat, quia nihil
aliud eſt commenda, niſi quædam palliata diſpen-
ſatio, & vim diſpenſationis habet, ut poſt *Rebuff.
Probum ad Jo. Monach. Mandoſ. Sarnenſ.* & alios
Neothericos Romanæ Curiæ probat *Garzias d. c. 4.
num. 31. & 33. in fin.* adeò ut eo caſu non ſit pro-
328 priè commenda, immò cenſetur titulus, & habet
vim, & effectum veri tituli, & æquiparatur ti-
329 tulo, latè idem *Garzias num. 43. & 48.* nimirum,
quia officium in feudum conceſſum, relicta pro-
pria natura, in iis, in quibus à feudo diſcrepat,
aſſumit feudi qualitates, & in feudum, & verum
titulum beneficii transfunditur, ex *Prœc.* in *dict.
2. formula num. 27. & 28. lib. 3.* nec mirum ſi ap-
pellatur à Rege toties privilegium, quia verè ſtat
330 in terminis veri privilegii, quod propriè eſt, cùm
continet aliquid, quod juri communi deroget, &
in finibus diſpenſationis remanet, quæ ſtrictè de-
bet intelligi in caſu ſuo, velut contra jus, ut per
Annam in *repetit. rubricæ de vaſall. decrep. ætat.* in
rubr. num. 313. & in *Conſtitution. divæ memoriæ,
num. 292.* & præſertim ità eſt accipienda, ut non
tendat in diminutionem jurium Regis, & Came-
ræ, *Minſynger. cent. 1. cap. 15. Gayl. obſerv. 72.
num. 3. lib. 1.* Quod enim per diſpenſationem fit,
quia id ex accidenti, & gratia ſpeciali contingit,
attendi non debet, *l. apud Julianum, §. conſtat. ff.
de leg. prima, Peregr.* in terminis diſpenſationis
circa Regalia, citans *deciſ. Rot. 15. de reſtit. ſpol.
dict. conſ. 2. num. 10. in fin. verſ. nec mutat, lib. 1.*
331 Tertiò, adeſt verbum, *confirmamus*, quo caſu
ſemper attenditur primæva natura, cum jus no-
vum non tribuat, *cap. inter dilectos, §. porrò, de
fid. inſtrument.* & ejus natura eſt robur addere con-
firmato; non autem extendere ad id, quod in actu
non exprimitur, *Bal.* in *l. adverſus C. ſi adverſus
rem judic.* argumento *l. Aurelius 28. §. teſtamenta,
ff. de liberat. legat. Knichen de Saxon. non provoc.
jur. c. 1. num. 95.* Et ſic ſtante verbo, *confirmamus*,
332 nihil operantur verba ſequentia, *damus, dona-
mus, & de novo concedimus*, quia quoad natu-
ram, qualitatem, & modum conceſſionis, intel-
ligitur adhuc facta conceſſio, prout in antiquis
inveſtituris, ut authoritate *Iſern.* in *cap. 1.* ſub
num. 3. de vaſall. decrep. ætat. tradunt *Afflict.
Loffrad. Dom Capyc. Camerar.* & alii, quos ibid.
congerit *Lipar. litera K.* & ob id dicebat *Anna*
in *repetit. dict. capit. 1. num. 187. & 188.* quod
333 nunquàm in praxi fuit habita ratio iſtorum ver-
borum, *& de novo concedimus*, ſed ſemper fue-
runt habita pro confirmatione in forma communi,
*Thomas de Marinis de feud. lib. 1. tit. 2. num. 70.
verſ. Et ex his infertur*, alios cumulat *Intrigl. de
feud. tom. 1. q. 23. num. 40.*
Quartò additur clauſula, *hac tamen conditione,
quod teneantur, & debeant comparere coràm no-
bis, & noſtris ſucceſſoribus, & juramentum præ-
ſtare de officia ipſa benè, & legaliter exercendo,
ad honorem, & fidelitatem noſtram, hæredumque
noſtrorum, & dicta officia benè, & legaliter exer-
334 cere, & adminiſtrare*, quæ verba clariſſimè in-
nuunt, officia eſſe conceſſa in propria officiorum
natura, et reſervatum eſſe jus ſuperioritatis, et ſic
non eſſe liberam conceſſionem, ſed, ut in reliquis
conceſſionibus juriſdictionalium, cenſeri reſerva-
tam authoritatem concedentis, *Ozaſcus conſil. 3.
num. 7.* cum aliis, *Knichen de jure ſuperiorit. §. ter-
minatio, in fin. num. 387. in fin. & 321.* loquens in
ſpecie de confirmatione conceſſionis officiorum,
et Officialium.
Et tandem ultimò additur clauſula, *omnia, &
ſingula procurande, & adminiſtranda, quæ ad di-
cta officia ſpectant, & pertinent, prout ipſe, &
ſui Predeceſſores hactènus fecerunt, & admini-
ſtraverunt, & facere adminiſtrare conſueverunt,
& ſupradicta officia habuerunt, & poſſederunt
hactènus, ac in præſentiarum tenent, & poſſident,*
335 ex quibus verbis clariſſimè confirmatur, ſolam
officiorum adminiſtrationem, et procurationem
fuiſſe tranſlatam, non autem plenum omninò ti-

Digitized by Google

tulum, neque jus omne translatum, *Rosenthal. tom.2.cap.12.q.14.num.38.* Verùm jus superioritatis, et dominii fuisse reservatum, sicuti solere in officiis, suprà probatum est, et patet ex *Cuman. consil.162.* et ex latè traditis per *Knichen d. cap.3. de jure superior. incip. terminatio, num.319. & 320. & de vestitur.paction.por.3.cap.2.* ex *num.40.*
336 *cum seq.* nec non sub eadem forma voluisse extendere, et ampliare officia successoribus, prout ab initio fuerant primis concessionariis ad vitam concessa, ibi, *prout ipse, & sui prædecessores, &c.* et sic stat relativè, et relationem significat, *l.edita, C.de edendo, Menoch. consil.177. num.26.* et est significativa identitatis, et refert qualitates, et formas expressas, et in præteritum positas, *Barbosa de diction.cap.148.num.14.6.& 8.*

Sequitur privilegium Regis Catholici, cui sub die 4. Octobris 1503. priora privilegia ad supplicationem dictorum de Bernaudo confirmare, et quatenus opus est, de novo concedere placuit, certis verbis, et clausulis, ut infra.

337 In quo illud antè omnia expendendum duxi, quod cùm Rex ille Invictissimus ex sententia Sapientum Regni vocatus fuerit ad Regnum uti successor Alphonsi I. et sic proprio jure non autem ex juribus Ferdinandi I. et successorum, quorum postremus fuit Federicus, ut infrà latius, à quibus prædecessores de Bernaudo obtinuerant dictorum officiorum concessiones, primò ad vitam, et indè ampliatas ad hæredes, ut suprà; consequens est, ut cùm Regi ipsi Catholico placuerit, concessiones prædictas confirmare, præsertim cum clausula, *& quatenus opus est de novo concedimus*, dùm ad
338 ipsarum confirmationem jure stricto cogi non poterat, ut latè probat *Reg.Moles* in suis *decis.in cap.Pragmat.edita Tbori, artic.7.tit.an,& quan. do Rex Catb. licet, &c.* isto casu potiùs dicitur nova concessio, quam confirmatio. Confirmatio
339 enim et si nihil omninò tribuat, quando actus, qui confirmatur est validus, et efficax, tamen quando est invalidus, dicitur nova datio, *Bartol.* et *DD.in l.more majorum, ff.de jurisd.omn.jud.Angel. in l.adoptio, ff. de adoption. DD. Canonistæ in cap.1.& 2.de confir.utili.vel inutil.*cum concordan-
340 tibus per *Sardum decis.245. num.6.* et indè est orta practica, ut addatur prædicta clausula, ut si non valeat, ut confirmatio, valeat, ut nova concessio, *Joan.Andr. in capit.inter dilectos*, ubi *Panormit.in 4.opposit. de fid.instrum. Afflict. in cap.1. de vasal.decrept.ætat column.8. versic.ultima verba*, optimè in pu. facto *Dominus Consiliarius Georgius alleg.49.num.23.* Et hoc casu confirmans facit duos actus, primum confirmationis, et secundum novæ concessionis, et ità non valet ex defectu actus confirmandi invalidi, vel resoluti,
341 facit actum novæ dispositionis, et confirmatio actus antiqui à sciente jus suum importat actum novum, *Anna allegat.35.* et hoc operatur propriè dicta clausula, idem *Anna in repetition. cap.1. de vasal. decrep. ætat. num.188.* Indè dicebat *Baldus*, quod confirmatio est convalescentia, quædam, quæ non potest consistere in re perempta, & mortua, *Regent de Ponte consil.40.n.24.& consil.150. num.31. in secundo.*

Et quod verè fuerit facta nova concessio, ostendunt insuper illa verba, *quemadmodum si in præsenti confirmatione, & nova concessione de verbo ad verbum, &c.*

Verba autem, quæ ostendunt apertissimè, hanc novam concessionem fuisse factam in feudum, & sub feudi natura, vel saltim sub vera, & propria, et officiorum natura, quæ est de Regalibus, longè strictiori, sunt plura, et diversa.

342 Primò namque ultrà alias dicta, jure expendi possunt illa verba, *vobis, vestrisque in eisdem hæredibus, & successoribus in perpetuum officia Magistri Actorum, &c.* quibus apertè dignoscitur, voluisse Regem concedentem designare, qui essent futuri hæredes in dicta officiorum administratione, scilicèt qui alias ex juris dispositione, in eisdem scilicèt officiis venirent, & succedere possunt, & sic descendentes tantùm, ut suprà, cùm enim verba illa, *in eisdem*, ex justa verborum interpretatione sensu, & connexione sequentium cum præcedentibus, necessariò sunt accipienda de successoribus in eisdem officiis, & ex hoc patet voluisse restringere, & declarare, non omnes hæredes invitasse, sed eos tantùm, qui habiles essent, & solent admitti in eisdem officiis, sivè rebus, quæ jure Regalium, sivè feudalium censentur, & sub Regis, & directi Domini superioritate, & directo dominio consistunt, & cùm suprà de duobus fratribus utrinque conjunctis concessionariis, ad quorum petitionem officia erant concessa ad vitam priùs,& indè ad suc-
343 cessores ampliata successio, mox dictio, *eisdem*, est demonstrativa, & relativa ad supranominatos, & non ad alios, ultra fratres, & descendentes, ex doctrina *Bald.consil.340.lib.5.* ubi reddit rationem, quia dictio, *eisdem*, est relativa, & ad oculum demonstrativa, & personalis, & restringit dispositionem ad nomina eos, extollit *Jasin l.divi*, & cordi tenendum tanquàm mirabile, *Gemin.Ripa*, & alii apud *Sard.decis.145.num.1.* idemque adjecto quo-
344 libet; ronomine, ut est, *hic, hæc, hoc*, & quod tunc dispositio referenda sit solum ad eos, qui corporeis oculis legi possunt, ac si vocati proprio nomine fuerint expressi, & sic personalis reputatur, *Sardus ibid.* latè; undè ad dissimiles successores, et ad eos, qui in hujusmodi officiorum, et Regalium successionem non vocantur, nullatènus extendenda successio concordantia sunt apud *Moder. Barbosa de diction.cap.84.*

345 Secundò, adducuntur verba, *investientes vos Berardinum, Joannem, &c.vestrosque in his hæredes successores de prædictis, ut meritò est*, indè paulò post, *quam investituram vim, robur, & efficaciam. &c.* idemque de novo repetitur, *itaque vos Berardinum, & Joannem, successoresque vestri, & in prædictis tenentis, & possideatis*, et sic ultrà verbum, *investientes*, repetitum in illis verbis, *quam investituram, &c.* ex quibus rem in feudum concessam deprehendi suprà latè deduximus, præ-
346 sertim, ut hoc nunc addam, expendendo verba illa, *ut est moris*, qui duplex concurrit in casu nostro ex natura ipsius rei,ex *Fracc.in 2.form.n.27.* et more Regionis, quod ex *Bruno* expendit *Menoch.de præsumpt.lib.3.cap.91.num.72.* ut in Regno experientia docet frequentari potiùs, quàm extrà Regnum feudorum concessiones, ex *Anna filio d. consil.129. num.25.*

347 Et repetuntur verba restrictiva, et personalia pluribus additis dictionibus, eandem naturam, et vim habentibus, sicuti sunt illa, *vestrosque in his hæredes*, et iterum tertiò, *successores vestri in præ-*
348 *dictis*, quæ dictiones; *in his*, et in *prædictis*, eandem vim habere, patet ex eodem *Sardo d.decis.*et iterum *consil.394.num.4.& 5.Barbosa de diction. cap.232.*

Digitized by Google

cap.232. Et quarto loco iterum repetitur, *& vestro-*
349 *rum in his hæredum*, undè toties geminata ver-
ba, diversa etiam, sed ejusdem efficaciæ, plus ope-
rari debeot, argumento *l.balista, ad Trebell.* cum
concord. per *Everard. cap. de virtute gemin.*
350 Tertiò, adest reservatio dominii, & superiori-
tatis cum clausula illa, *nullumque alium præter nos,
atque successores nostros recognoscatit in Dominum,
& superiorem*, & infrà, *nostris tamen, & Curiæ
nostræ semper salvis, & expressè reservatis*, ex qui-
bus rem in feudum concessam deprehendi, ex *Oldr.
d.cons.*159. *num.*6. & *Afft.* io *cap.* 1.*num.*73. ex *qui-
bus caus.feud.amitt.* sub dubius tamen probat *Me-
noch. d.lib.3. cap.*91. *num.*67. qui tameo saltim non
negat operari, ut concessio non sit libera, sicut
351 etiam de claosula, *juribus Curiæ semper salvis*,
quod multùm operetur, & quòd soleat apponi in
omnibus feudorom concessionibus, post *Annam
singul.*123. *Petr.de Gregor.* latè *de concess.feudi part.*
8. *quæst.*14. post *Dominum meum Capyc.* in *invest.
vers. juribusque nostris*, *car.*136.
352 Frustrà autem adversarius expendit clausulam,
ut privilegium interpretari debeat in ejus favorem,
tùm quia clausula prædicta interponitur post reser-
vationem directi dominii, & proximè antè reser-
vationem jurium Curiæ, & sic ooo operatur quoad
expressa, juxtà commonem theoricam *Iscrn.* in *cap.*
1. *qui success. tenean.* & in §. *sed nec alia justior*,
quam refert *Reg. de Ponte consil.* 57. *num.*23. tùm
etiam, qoia sui natura vaga est, & incertas & quia
in medio ejusdem clausulæ est repetita dictio *in
his hæredum*, & sic supra suodatis oihil officere po-
test.
Undè ex prædictis colligimus, quod aut prima
concessio Ferdinandi Primi, & ampliatio Federici
ad hæredes sunt sub natura feudali, vel propria
officiorum de Regalibus, & res est expedita, quia
eo ipso indubiè sub eadem forma, & natura, acci-
pienda est confirmatio, sivè potiùs oova concessio
Regis Catholici, qoæ sub fortioribus, & arctio-
cibus clausulis, & dictionibus, strictam naturam
feudornm, & Regalium importat, præsertim quoad
certos successores, ut suprà.
Aot verò priores Ferdinandi Primi, & Federici
suot in formam puri, & simplicis allodii, & talis
allodii, ut ooo attenta natura officinrum, de qui-
bus etiam io allodium concessis, adhuc disponi noo
posse sine Regis assensu ioter vivos, nec in ultima
voluntate supra est fundatum, sed mutata in hoc,
& alterata natura, quod nouquam fundabit Ad-
versarius. Et hoc dato, & admisso, citrà eviden-
tis veritatis præjudicium, adhuc ex novissimè fun-
353 datis noo erit amplius attendenda primæva oatu-
ra data in primis concessionibus, otpotè illarum
vigore, & virtote extincta per acquisitionem Re-
gni factam à Rege Catholico proprio jure, velut
successore Alphonsi, qui confirmando concessio-
nes extinctas, de novo expressè dedit, & concessit,
& sic concessio Catholici Regis est attendenda, ut
clarè colligitur ex dictis per *Fracc.lib.*2. *quæst.*27.
*num.*5. latè *Reg.Molet* in *tit.de except. Reg. Prag-
mat.art.*7. in *tit.an*, & *quando Rex Catholicus te-
neretur ad promissa per Federicum*, de cujus con-
cessionis natura ex mente, & verbis constat tan-
tum abesse in simplex allodium, ut contrarium
evidentissimè appareat, io vera, & propria natura
& ut feudalia fuisse officia coocessa.
Undè planè ridiculum est, objicere Adversarios,
ista nova concessione Regis Catholici opus non
esse, nec illa onquàm usos fuisse, nec uti, proùt
354 repetitis scriptis attestati sunt pluries. Contra-
rium qoidem primò evidentèr paiat ex ipsomet
privilegio, seù rectius investitura ipsius Regis Ca-
tholici, ubi in pluribus locis attestatur, conces-
siooem illam fecisse ad instantiam, & supplicatio-
nem ipsorum Bernardini, & Ioannis, qui fuerunt
primi concessionarii Philippi filii, quorum con-
templatione Rex Ferdinandus Primus prorogavit
officium ad eorum vitam, & Federicus extendit
ad hæredes, ut legitur in dicta iovestitura Regis
Catholici, ibi, *sanè pro parte Berardini, & Joannis
accepimus*, & ibi, *fuit Majestati nostræ humili-
ter supplicatum, ut prædicta omnia, &c.* qui po-
tuerunt oovam legem de consensu Regis adjicere,
alterare, & mutare, ad libitum, ax suprà tra-
ditis.
355 Item & secundò, successores de Beroaudo di-
cta iovestitora Regis Catholici in primis usi sunt,
ipsamque Jo: Maria, & Dux Ferdinandos de Ber-
naudo præsentaverunt io judicio adversus Fratres
de Ciaccio, hæredes quood. Aniiæ de Bernaudo,
Ipsamque investituram describi curarunt solemni-
ter in libro, ubi pro ipsorum cautela omoia privi-
legia retrò Regum coocessionum, & confirmatio-
num exarata conservaront, in quo etiam fueruot
repertæ registratæ literæ Regiæ anni 1609. quod
Præses Provinciæ uteretur Magistro actorum in
omnibus negotiis Tribunalis pro iotaresse patri-
monii Regis, quem librum exhibuit D. Didaeus
adversarius peoès acta, à quo fuit instante Fisco
integra copia descripta, & cum processibus paria
356 consentiente unita, adeò ut non possit oegari
scientia, acceptatio, & usus eorum, quæ in libro
contioentur, argumento *l.si filiusfamil.*18. *ff. ad
Maced.*
357 Et tandem, quomodo potuerunt non uti suc-
cessores de Bernaudo investitura Catholici Regis,
si certum ast, Invictiss. Carolum non omnes con-
cessiones factas istis de Bernaudo confirmasse, sed
solam Regis Catholici, & posse Regem nostrum,
uti successorem Regis Catholici ex persona Al-
phonsi, non observare etiam legitimas concessio-
nes Federici, non irritatas per *pragm.* 1. *de revocat.
gratiar.* Quod si adversarius ipse consultò deliba-
rasset renunciare, & declarare, solemniter nolle
uti investitura prædicta Regis Catholici, quisnam
scit, si Fiscus, etiam ex defectu tituli jamdiù extin-
cti, obtinere posset?
358 Nec quicquam obstat, quod non potuerit mu-
tari, nec alterari furma primarum concessionum in
præjudicium successorum, ex *Bald.cons.*215. in 2.
cum concord. per *D.Rovit.cons.*79. *num.*8. junctis
*num.*11. & 12.
Hoc coim est sibimetipsi contradicere, confun-
dendo terminos, si enim contendit adversarius,
priores concessiones esse in liberum allodium, cur
non potueruot concessionarii sibi, & sequentibus
præjudicare, obtinendo à Rege concedente, & re-
cognoscendo quæ prius fuerant coocessa io allo-
dium, nunc ut feuda, vel ut officia io propria na-
tura Regalium? certè non video.
Præsertim, cùm illhæc tertia coocessio Regis
Catholici fuerit facta eisdem Bernardino, & Joan-
ni Philippo Mariæ, qui ultimus Joanoes, unus
tantum fuit, triplicis tamen oominis, & sic eis-
dem duobus fratribus, qoibus primo loco fuerat

Digitized by Google

facta concessio à Ferdinando I. de anno 1478. & ampliata per Federicum, quidem notissima est ju-
359 ris dispositio, etiam in feudo ex pacto, primum
concessionarium posse sequentibus omnibus præjudicare, ex eo, quòd feudum ex pacto habeat vim hæreditarii in primo acquirente, ut post *Isern.* in §. *& si libellum*, *Camerar.* & alios, tradit *Dominus meus Reg. de Curte* in 1. *par. de feud. c.* 15. incip. *nunc de altera, num.* 12. Sed istis opus non est, quia si dubitamus, concessionarios non potuisse præjudicare sequentibus illicò, concedimus primas concessiones factas in forma stricta, scilicèt sub natura feudalium, vel Regalium, & sic concordant primæ cum ultima, & novissima Regis Catholici, & sic potius uniformis natura est præsumenda, quàm varia, & diversa forma consonans juribus diversis, & Regni moribus.

Quod autem à Rege Catholico tenuerint hæc officia successores, & illius munificentia, qui id concessit, quod irritum declarare poterat, & extinctum, observantia apertissima à posteriori demonstrat, cùm confirmatio subsequens Caroli V. Cæsaris, immort. memor. non omnes investituras, et concessiones præcedentes confirmaverit, sed solùm unam illam, nempè quæ valida erat, et vigebat Catholici Regis, idquè ex eo, quòd confirmatio ad validas tantùm refertur, non ad invalidas, ex proximè fundatis.

Et replicare, ut dicit Adversarius, quòd Fratres de Bernaudo non sunt usi, nec utuntur dicta nova concessione, alii diudicent, si hoc admitti potest, et dignum est, ut in Principis Consistorio audiri possit prætensus successor, qui petat admitti ad succedendum in officio, repudiatis privilegiis obtentis, et impetratis ab antecessoribus, et ab ipsis in judicio non semel productis, et in libro privilegiorum magna solemnitate redactis, et ab ipsomet adversario penès acta ordine Regiæ Cameræ exhibito ad exempla in actis redigenda, ipsique roganti restituto,

S V M M A R I V M.

360 *POssessorium adipiscendæ, retinendæ, vel etiam recuperandæ quoad Regalia, & jurisdictionalia, etiam sito in territorio alicujus Domini, requirit ostensionem veri tituli, nec actus possessorii probatio sufficit,* & num. 361. 363. 369. 370. 428. 429. & 431. *etiam quoòd officium*, num. 365. *& jura, quæ non nisi ex concessione Principis possideri possunt*, num. 430. *& etiam respectu Clerici, & Monaci*, num. 364. et 365, *& qua ratione*, num. 366.

362 *Spoliatus ante omnia in quibus non est restituendus*, & num. 392.

367 *Possessorium remedium denegatur, quando per regestra, vel privilegia constat de non jure spoliati.*

368 *Possessionis commodo Fiscus fruitur, quando vasallus cum ipso de feudo litigat, vel inhabilem vasallum convenit, etiam si doceret vasallus de assensu, si contrà illum in promptu nonnulla allegarentur*, & num. 381.

371 *Possessorium obtinet, qui potiora jura in petitorio habet.*

372 *Exceptio proprietatis incontinenti probata facit remedium* l. fin. C. de edict. div. Hadr. *cessare, etiam si opponens non possideat.*

373 *Exceptio de jure tertii exclusiva juris agentis opponi potest.*

374 *Jus agentis magis dubium, & intricatum redditur ex concursu plurium.*

375 *Actus duo unico contextu facti, reputantur unus, nec dicitur perfectus primus absquè secundo, etiam non eadem die facti, sed infrà paucos dies Judicis arbitrio.*

377 *Possessio etiam plurium annorum rerum feudalium, aut Regalium non prodest possessori, nisi doceat de justitia tituli, & ita practicari in Regno ex* cap. dudum num. 379. & num. 395.

378 *Possessionem non habere, vel habere ex titulo invalido sine assensu rerum feudalium, paria sunt.*

CAPUT DECIMUM.

Ad intellectum cap. Dudum, *aliàs* Et præsumptuosè.

NOvissimè non sine ratione constitui ultimo loco ostendere, Fisco competere immissionem petitam, nedùm jure municipali, ex regula *cap. dudum*, aliàs, *ex præsumptuosè*, sed ex regula clarissima, & juris communis dispositione, prout utroque jure in specie libellum immissionis proposuit Fiscus 2. Martii 627. his verbis, *Et quoniam Reg. Fiscus habet tam jure communi, quàm municipali Regni intentionem fundatam ex notissimis decisionibus super observatis, etiam in feudis, nedùm in officiis, in quibus strictius proceditur, & potissimè in isto, in quo ex processibus constat de clara, & aperto jure ipsius Fisci, instat propterea mandari, quòd capiatur possessio pro Fisco, &c.* & obtinuit decretum eadem die à Regia Camera, quòd supersedeatur per mensem, tam in consignanda possessione, quàm in confectione præambuli, qui ordo sequestri fuit prorogatus de speciali mandato, cum subscriptione manus propriæ Excell. Ducis Albæ nostri Proregis, justitiæ summi cultoris sub die 10. Aprilis 627. confirmato deinde pluries facta relatione in Collaterali Consilio coràm ipso Principe, non obstante conquæstu, & toties repetita reclamatione, & oppositione adversarii adversus dictum sequestrum.

Ità enim juris ordo necessario expostulabat, ut
priùs de justitia tituli, & de notorio jure Invictiss.
Regis nostri, ejusque Fisci ageretur, à quo depen-
360 dent remedia possessoria, cùm ex eo, quod in
jurisdictionalibus, & Regalibus omnibus, non
solùm in possessorio adipiscendæ, sed & retinendæ, & quidem etiam recuperandæ, requiritur, ut cum possessione verus etiam titulus doceatur, nec sufficere, etiam si actus possessorii, nedùm allegentur, sed probentur, *cap. ad decimas*, quod est ult. *de restit. spoliat.* in 6. cujus *decret.* dispositionem procedere etiam in spoliato, qui vult restitui ad jurisdictionalia sita infra fines Territorii alicujus Domini, quod non restituatur, nisi doceat de titulo, ex doctrina *Fabri* in §. *retinendæ*, post *num.* 1. *&* 5. latè *Dom. meus Capyc. decis.* 77. *per totam*, qui in specie loquitur in possessorio rein-
361 tegrandæ possessionis respectu officii tradens plu-
362 res limitationes ad regulam, quòd spoliatus ante omnia debet restitui, putà si jus commune resistat agenti, vel per facti notorietatem appareat Iudici, possessionem non debere restitui, putà quia in promptu ex adverso ostendatur privile-
gium,

Digitized by Google

gium, ex quo secundùm *Felin.* resultat evidentis-
sima probatio, & constare dicitur notoriè, & evi-
denter de dominio spoliantia, vel & tertio ubicun-
que sumus in his, quæ non possunt possideri sine
privilegio, nàm possessio in his non relevat con-
363 trà jus commune, & contrà istos est facta *decre-
talis* in *cap.cùm personæ, de privil.* in 6. ut propriè
exemplificat *Dominus Capyc.num.*7.8.& 9. in om-
nibus jurisdictionalibus, & Regalibus, quod nisi
ostendatur privilegium legitimum, cujus vigore
364 justè possidere valeat, cogendus erit illa dimitte-
re, & loquitur etiam si defectus esset ratione per-
sonæ, ut in Clerico, & Monacho respectu feudi,
365 et *num.*12. dicit, hæc fortius procedere in offi-
ciis, sequitur alter Dominus meus Socer *Camil.
de Medic.consf.omnium* 1.*num.*27.& 28. ubi reddit
366 rationem, quia possessorium jurisdictionis dici-
tur mixtum cum proprietate, & non sufficit exer-
citium aliquorum actuum, sed juris desiderat ad-
minicula, ex *Bald.* et aliis, subiiciens exempla de
Clerico, et Monacho *num.* 36. et *num.* 37. & 38.
quod quando per regestra, vel privilegia constat
367 de non jure spoliati, quod ei denegatur reme-
dium possessorium, et ex *Affl.* in §. *quid ergo*, re-
fert ità determinatum in Regno per Ser. Regem
Robertum contra Iacobum Sanseverinum spolia-
tum Comitatu Marsici à Duca Calabriæ, juxtà
Consil. Oldrad. factum in dicta causa 224. quod et
repetit idem *Affl.* in *Constit. Pacis cultum*, *n.* 13.
368 *vers. & pro hoc*, et ità hoc casu succedit Fisci
privilegium, ut ipse fruatur commodo possessio-
nis, dùm vasallus cum ipso litigat, dùm sine vitio,
et legitimè spoliavit, vel optimè procedit, quan-
do Fiscus agit, et inhabilis convenitur, ut ex
Isern.in §.illud, ubi *Lipar.num.*70.*lit.V.* antè *Lipar.*
probat distinguendo *Dom.meus Capyc.* in *invest.tit.
feudatar.exceptiones, col.*1.*vers. Domini exceptio,
car.*185. et in *d.consf.*1.*Dom.meus Socer* ex *num.*41.
probat in casu suo pro Camera Ser. Ducis Parmæ
inhabilitatem Pallavicini vasalli ex ulteriori gradu,
369 et aliis, ut propriè contigit in casu præsenti, et
generaliter quòd possessio non posit in jurisdictio-
nalibus, et Regalibus, nisi de titulo habili doca-
tur in illis, quæ à Principe solent concedi, sivè
sint jurisdictionalia, vel Regalia, latissimà *Bossius
de Principe*, ex *num.*234. *Menoch.de recuper.pos-
sess.remed.*15.*quæst.*36. *num.* 469. idque procedere
370 in omni possessorio, et præcisè in interdicto adi-
piscendæ, et nuncupatim in Regalibus, *Reguer.
Sixtinus de regalibus lib.*1.*cap.*7. optimè *Iac. Ant.
Maurus alleg.*80.*num.*12.& 13. ubi de spoliato à
magno Prætore etiam absque causæ cognitione, et
ordine judiciario quod non restituatur, quando
data est possessio, cui dari debebatur, ut in causa
præsenti.
371 Et generale enim est, ut in possessorio etiam in
re dubia (cum tamen casus noster sit clarissimus)
vincere soleat, qui potiora jura in petitorio obti-
net, *l.*1.*C.de edicto divi, &c. Menoch.* in 3. *remed.
retinendæ, num.*733. cum aliis per *Præsid.Amatum*
372 *consf.*100. *in princ.* constat etenim etiam reme-
dium *l.fin.de edicto divi*, alioquin innumeris mu-
nitum privilegiis, cessare etiam adversus hæredem
scriptum, si incontinenti exceptio proprietatis ex
adverso probetur, etiam si opponens non possideat,
& locum sibi vindicat illa regula, hodie constat,
hodie agatur, *l.si is, si quo* 3. *ff. ut in possess. legator.*
ut ex *Iser.* probat idem *Amatus consf.* 1.*num.*3.& 4.
ubi ex *Alciat.resp.*350. *num.*3. fundat, incontinen-
ti probari, quando articulus iuris tantùm discep-
tatur, nec probatio aliqua extrinsecùs desideratur.

Undè in casu præsenti non posset adversario opi-
tulari, etiam si esset in possessione, cùm tituli ju-
stitia sibi obstet, ex incapacitate, ratione ulterio-
ris gradus, ratione inhabilitatis propriæ personæ,
quia Sacerdos, ex defectu assensus, quem non
ostendit super donatione, & ex repetita revocatio-
ne ejusdem donationis toties facta, & tandèm te-
stamento condito per Jo:Mariam instituendo Jose-
phum filium, qui in promptu ostendit præambu-
373 lum, & petit immissionem, ex cujus persona,
tametsi non minus inhabili, nihilominùs justè Fi-
scus opponere potest, quòad te liberas ædes habeo,
vulgata *l.loci corpus* §. *competit ff. si servit. vendic.*
cum concord. per *Tesaur. decis.*4.*Vivius decis.*291.
374 *num.* 8. & redditur saltim ex concursu plurium
magis dubium, & intricatum jus D. Didaci ex his,
quæ scribit in puncto *Cons. Georg. in repet. feud.
cap.*52.*num.* 26. Tantò igitur fortiùs cùm ipse D.
Didacus nullo modo possideat, & ex possessione
quidem habita post mortem, absolutissimè, cùm il-
licò instante Fisco fuerit sequestrata decreto Regiæ
Cameræ, cujus tempus licèt restrictum ad men-
sem, fuit ordine S. E. prorogatum sine temporis
præfinitione, & decretis Collater. confirmatum.

Nec etiam antè mortem vigore prætensæ, nullæ,
& invalidæ donationis, possessionem cœpit ullo
modo, ut ex facto liquet, detecta præsertim frau-
de, & collusione, dum dolosè effinxit percepisse
fructus, quos nunquàm exigit, nec percipere po-
tuit, obstante sibi eadem donationis forma, juncta
cum retrocessione eodem momento facta.

Eadem enim die 17. Aprilis 625. qua Dux D.
Franciscus de Bernaudo pro se, & D. Didaco pa-
tre extorsit donationem officii à Joanne Maria, ea-
dem die manu ejusdem Notarii, & coràm eisdem
testibus idem D. Franciscus donatarius pro se, &
D. Didaco fratre, & cum consensu patris pro ob-
servantia promissionis, ut asseruit, factæ eidem
Joanni Mariæ donanti, & ut impleret conditionem,
sub qua dictam donationem fecerat, & non alitèr,
ut prædictus donans vivere posset in ejus senili
ætate donavit, & retrocessit omnes fructus, introi-
tus, & emolumenta ejusdem officii, & quod vale-
ret ipse donans locare ad sui libitum, fructus per-
cipere, & conductores in sui donantis faciem obli-
gare, & debitores ad solutionem cogere, constituen-
do eum procuratorem generalem irrevocabilem,
etiam in rem propriam.
375 Ex qua specie contractus illud oritur, ut isti
duo actus simul, & unico contextu facti reputen-
tur ex individuo voluntatis unus, & idem con-
tractus, nec dicatur primus perfectus absque se-
cundo, præsertim cum ipse donatarius fateatur, do-
nantem non donasse, nisi sub certa spe retroces-
sionis, & hoc casu dicuntur correspectivi, ac unus
inest alteri, etiam si non una die, sed infra paucos
dies arbitrio Judicis fuerint celebrati, ut ex nota-
tis in *l.petens C.de pactis*, ex infinitis probat *Giurba
decis.*85.*num.*18.19.& 20. & unus dicitur pars al-
terius contractus correspectivi, & posito, vel sub-
lato uno, tollitur alterum: *Idem* post *num.*20. &
simulatus censetur contractus donationis, cùm illi-
cò retroceditur; & ideò nullus, vel saltim ineffi-
cax, idem *Giurba num.* 27. & *seq.* Undè nihil do-
natarius acquisivit, nec ullo modo potuit posses-
sionem,

Digitized by Google

sionem, & perceptionem fructuum prætendere,
quam in eodem contractu retrocessit, etiam si non
esset simulatus, prout verè fuit, & consequenter
nullus. Præsertim cum ex constitutione procura-
totis in rem propriam omne jus transferri constet
in ipsum cessionarium, & cùm in officiis nullum
transferatur dominium in concessionarium, cum il-
lud remaneat penès Regem, & sola administratio
cum fructuum perceptione transfertur, ut supra
latè, hæc eadem hic, quæ erat per donationem
transferenda, remanet per retrocessionem eodem
momento factam donanti reservata, & sic nullum
jus in donatarium fuit translatum, etiam si dona-
tio non argueretur simulata, prout ipsa nulla ex
prædictis arguitur.

Et tandèm sit verum, citrà veri præjuditium,
potuisse ex dicto titulo fructuum perceptionem,
& possessionem transferri ex duobus ipsa prætensa
possessio sibi prodesse ullo modo potest.

Primò, quia certum est, quòd si quis donet, vel
transferat feudum, vel aliud quippiam de Rega-
libus, quod sine Regis assensu transferri non po-
376 test (inter hæc enim scilicet feuda, & Regalia, &
in specie officia nullum posse constitui discrimen,
credo satis ex supradictis apparere, & nunc addo
*Dom. Georg. in repet.feud. cap.*53.*num.* 21. & *cap.*)
54.*n.*51. ultra D. meum *Sacerum cons.* 197.*n.* 13.
377 etiam si donatarius possideat per plures annos
antè mortem, possessio prædicta sibi non prodest,
ut fuisse decisum per *DD.*Regiæ Cameræ, & aliquos
378 S.C. refert *Affl.decis.*147. qui affirmat, paria esse
non habere penitùs possessionem, vel illam obti-
nuisse ex titulo invalido sine assensu, sequitur, & in
379 dubio ità practicari in Regno vigore dicti *cap.*
dudum, alias *ex præsumptuosè*, *Regens de Ponte de*
Regalibus imposit. §.6.*num.*40.*&* 43.*car.*205. idem
Niger in d. cap. dudum 225. *in fin. num.* 23. & re-
quiri nedùm titulum in vita, sed illum fuisse Re-
gio assensu vallatum, in puncto advertit *Regens*
*Reverter.tom.*4.*decis.in causa successionis Illustris*
Ducissæ Ferrandinæ, in princip.

S V M M A R I V M.

380 A*ssensum allegare, quem producere sperat, est*
replicatio Judæorum.
382 *Assensus lite pendente impetratus nullus est, &*
Lanar. *contrarium dicens quadrupliciter decla-*
ratur, num.383.384.385.& 386.

De Assensu impetrato lite pendente.

§. I.

380 ET dicere, quòd habet assensum, quem spe-
rat producere, est acceptare concessionem
factam in feudum, vel in propria natura Regalium,
& similiter est replicatio Judæorum, qui adhuc fru-
strà sperant adventum, quia ex regestris Cancella-
riæ esset exemplum sumendum, ut suprà, & cùm
etiam tempore donationis esset in sacris, & fortè
etiam Sacerdos, ut hodiè; certum est ex stylo
Cancellariæ notorio, non potuisse concedi assen-
sum donationi factæ in clericum notoriè incapa-
381 cem, undè si etiam adversarius exhiberet assen-
sum, quia tamen contrà assensum ad ipsum inva-
lidandum in promptu multa allegarentur, hujus-
modi assensus sibi prodesse non posset propter
ipsius validitatis dubietatem, juxtà opinionem
Ant.de Alexi relatam per *Afflict. decis.* 195. & in
puncto probat *D.Georg.d.c.*52.*nu.* 41. quantò for-
tius locus erit decisioni *cap.dudum*, nullo penitùs
existente assensu, qui concessus non fuit, cùm
nec concedi potuerit, etiam in præjudicium litis
pendentiæ motæ per hæredes Antiæ de Bernau-
do, ad quorum instantiam de anno 1600. & sic per
annos 25. anteà erat processus compilatus contrà
Ducem Ferdinandum, & Jo:Mariam de Bernaudo
super relaxatione tertiæ partis officiorum unà cum
fructibus, & jam de ordine speciali S. M. de anno
620. fuerat causa remissa ad Reg.Cam. pro interes-
382 se Fisci. Et ideò assensus lite pendente impetra-
tus fuisset nullus. *Bran.cons.*87.post *nu.*13.*lib.*1.
D.de Franch. decis. 620. antè *num.*1.*Reg. de Ponte*
383 *cons.* 136. *num.* 164. Quibus non obest *Lanar.*
*cons.*17.*&* *idem de Ponte cons.*30. ex *num.* 16. *eod.*
*lib.*2. qui loquuntur expressè de assensu superve-
niente super contractu de præterito, jam in esse de-
ducto antè litem, non autem quando ipse contra-
384 ctus est gestus post litem motam, & sequitur as-
sensus, item non procedit *consilium Lanar.* quan-
do impetratio assensus est dolosa, fraudulenta, vel
in præjudicium litis, vel quando est opposita ex-
ceptio carentiæ actionis antè assensum, ut per *eum*
385 *num.*8.*&* 9. vel quando agitur de præjudicio ter-
386 tii, ut per *eum num.* 10. Et generaliter loquitur
Lanar. in simplici assensu super hypotheca, & in eo
assensu, ad quem Rex tenetur, undè cùm in præ-
senti, ubi agitur de translatione dominii, qui ca-
sus habet maximam diversitatem, et ex pluribus
nedùm non tenebatur, sed præstari nullo modo
deberi, ex jam dictis clarè patet, cessat in præsenti
casu fundamentum præcipuum *Lanarii*, et cessat
quoque aliud ejusdem motivum, dum *num.*6. dicit
quòd licèt assensus sit gratia, non tamen est gratia,
quandò Dominus tenetur assentire, siquidem in
casu præsenti non tenebatur, immò non debebat,
si de litibus prædictis notitiam habuisset.

S V M M A R I V M.

387 CAp.ex præsumptuosè *procedit in feudis quo*
ternotis, secus in plano, & de tabula, &
qua ratione, nu.380. *estque speciale privilegium*
Fisci, num.388. *& undè introductum*, num.389.
& an dicti cap. *verba comprehendant Regalia,*
etiam ex identitate rationis, n.397. *&* 420. *& an*
in officiis, & aliis procedat, n. 403. 416. *&* 417.
391 *Sequestrum prohibitum est in principio litis post*
apprehensum possessionem inter privatos tantùm,
secus quoàd Principem, ejusque Fiscum, etiam de
consuetudine, num.396.
393 *Fiscales cùm de Juribus Fisci agitur, possessionem*
bonorum apprehendere debent.
394 *Turbatæ possessionis accusatio cessat contra Re-*
gem.
398 *Bonorum, & rerum appellatione jura quæcunque*
comprehendantur.
399 Rub. cap. ex præsumptuosè *non est authentica,*
nec concordat cum Nigro, *quod generale est, cui*
standum est, num.401.
400 Cap.ex præsumptuosè *an cesset decedente aliquo,*
relicto agnato non comprehenso in gradibus enu-
meratis in Constitutione Regni, *& in novissimis*
gratiis, & num. 402. 407.415. *&* 417. *& quid si*
superest soror, vel neptis, num. 409. 410. 418.
& 418. *& quid si dubium sit, si decessit relicta*
prole

prole legitema, num.436.

404 *Jus clarum & apertum dicitur, de quo est casus legit, qui per aperturam librorum patere potest.*

405 *Obscurum, & incertum dicitur quod disceptationem, & opinionum varietatem recipit.*

406 *Dubium Juris æquiparatur quæstioni facti.*

408 Affl.decis.195. *ubi agitur, an locus sit dispositioni* cap.dudum, *cum defuncto superexistit filius legitimatus, declaratur.*

411 *Prolis nomen comprehendit utrunque sexum in linea descendenti, & idem significat, ac nomen posteritatis, stirpis, & progeniei.*

413 Cap. ex præsumptuosè *quatenus faciat mentionem de agnato, declaratur*, & num.414.

421 *Innovare nil dicitur qui antiqua possessione utitur.*

422 *Sequestrum faciendum pro Fisco vigore* cap. ex præsumptuosè *non requiris Judicis decretum*, & num.423.424.& 426.

Cap. ex præsumptuosè *an procedat tantùm in feudis* §. II.

NEc obstat, dispositionem *cap. ex præsumptuosè*
non procedere nisi in feudis, quod enim adver-
sarius longo apparatu conare probatur, non habere
387 locum nisi in feudis; id tantùm *DD.* dicunt, ut
includant feuda quaternata, & excludant feuda
plana; sivè Baronum subfeuda, quod non nega-
mus: verùm id fieri dicimus ea ratione, quæ Partis
388 motivum convincit, factum est enim illud *cap.*
in favorem Regia ratione directi, vel superioris
dominii, & ideò illud speciale esse privilegium Fi-
sci inter alia multa privilegia Fisco Principis à jure
tributa probant iisdem *DD.* quos adversarius affer-
re potest, & in specie *Niger in finalibus verb.*post
*num.*23 *Reg. Moles q.* 17. *vers. in Regno habemus*
cap.ex præsumptuosè, quod dicit sentire *Lucam de*
Penna, & clarissimè probatur in *tex. d. cap. in fin.*
ibi, *& Fisci nostri privilegium temperato modera-*
389 *mine conservamus*, undè si hoc in singulare pri-
vilegium Fisci est introductum, sivè ex juris com-
munis principiis, scilicet ex *l. apud Julianum ff.*
de jure Fisci, ut dixit *Affl.decis.*196, & in *l.imper.*
§.illud, num. 136. *de probib. feud. alien.* vel ex *l.*
ultim. C.ad leg. Jul. Majestat. ut indubius scripsit
idem *Moles*, sivè ex potestate Regnantis, cui ita
visum fuit commodis Fisci consulere, in quo justa
ratione processisse, & motum fuisse illum Juris Mo-
narcham *Bartholomæum de Capua*, ipsius *cap.* con-
ditorem, concedunt omnes nostri Regnicolæ, in-
ter quos idem *Moles in vers.quicquid igitur*, & D.
meus Avunculus, & Magister *Reg. de Corte* in
3. *par. tract. manuscript. feud. cap.* 3. *num.* 101. *&*
390 *seq.* non mirum igitur si id non extendatur ad
beneficium Baronum respectu subfeudatariorum,
cùm in privilegia strictissima sit facienda interpre-
tatio, nec militent rationes, quas subtiliter colli-
gi D. meus *de Corte* ex verbis dicti *cap.* Nempè
maximè reverentiæ, quæ debetur directo Domi-
no, ut in casu dubio fiat apud ipsum sequestratio,
& nè, qui fuit utilis dominus, bona præoccupet,
eorumque possessioni per tempus incumbat, ante-
quam delicti mora ad Fisci notitiam deveniat,
& interim possessionis commodo, quod maximum
391 est, fruatur. Indè quanquàm in primis post ap-
prehensam possessionem sequestratio videatur inhi-
bita, *Bald.in l.fin.sub num.*10. *C.de edictis divi*, atta-
men inter principale culmen; & privatam fortu-
nam multum interest, inquit *tex.* in *l.benè à Ze-*
none C.de quatrien.præscrip. & post *Bald.* & *Præ-*
*positum Brun.d.cons.*19.*num.*5. ità nuncupatim *Pe-*
*regr.d.cons.*2.*num.* 21. *lib.* 1. qui amplius subjicit
hæc verba formalia, *& in Curiis jam receptum est,*
quòd ad instantiam Procuratoris Fiscalis præten-
dentis, in Fiscum bona ex aliqua causa devoluta,
amoto detentore, sequestratur possessio cum fructi-
bus, & jura Fisci, & prætendentium jus in illis
pro more causarum Fiscalium summatim, de plano,
sola facti veritate inspecta expediuntur, *Alc.cons.*
54.*ad fin.lib.*5. *& sic sæpè servatum vidimus, & in*
Prætoriis Hispaniarum, & *Galliarum servari di-*
xerunt Boer.in Consuet. Bitur.tit. de feudis, §. 13.
*col.*2.*Rebuff.in tract.de mater.possess. art.*2. *glos.* 2.
*num.*26.*Didac.*in *practic.d.cap.*17.*fol.ult.vers. Pri-*
mum, ubi, & in aliis Italiæ Statibus sic servari per
plura exempla in processu deducta plenè docuerunt
Cameræ Consultores, Hæc *Peregr.* qui *num.* 22.
resolvit, in illa causa de proprietate agendum es-
se, non obstante, quod per duos annos cum dimi-
dio Pallavicini fuissent in possessione, quia excep-
tiones Cameræ Ducalis non exigebant probatio-
392 nem facti extrinseci, quo casu cessat regula, quòd
spoliatus sit restituendus, & quia ex natura cau-
sæ, & constitutionum Ducalium procedendum
erat, sola facti veritate inspecta, cujus sanè clau-
sulæ virtus est, ut Iudex manu Regia procedere
possit remotis regulis Iuris civilis.
393 Undè non merentur reprehendi Fiscales, qui
sequuti eorum consilium, qui de Fisci juribus
agunt, satagunt possessionem bonorum apprehen-
dere, ut Fiscales instruit *Peregr.lib.*6.*tit.*6. *n.* 37.
in fin. de jure Fisci, idem Octavius Zobolus inter
*Consilia ejusdem Pereg.cons.*3.*num.*110. *lib.* 1. ubi
citat *Henricum Mansum*, qui recensendo vetera,
& nova exempla, ità semper servatum fuisse testa-
tur, sequuti *Rebuff.de materia possess.art.*2.*glos.*2.
*num.*26.& 28, ubi in Regno Franciæ tutum esse
Regem nusquam litigare, *Covar.pract.qq.cap.* 17.
*num.*6.*vers. Primum ubi, & varior. lib.* 1. *cap.* 16.
*num.*11.*Menoch.remed.*3.*de retinend.poss.q.* 23. *nu.*
394 152. & ideò contrà Regem cessare accusationem
turbatæ possessionis ex dispositione statutorum
Italiæ, & iterum *cons.*1002.*nu.*15.& 22. *cum seq.*
*tom.*11. Ubi ex sola præsumptione juris, quæ pro
Principe stet, possessionem subdito non prodesse,
395 & spoliato non competere interdictum in Rega-
libus; nisi quasi suæ possessionis justum titulum
ostendat, *Gutier.pract.qq.lib.*3.*cap.*19 *nu.* 17. Nec
dissentit *Guid.Pap.decis.* 366. non existente legiti-
mo contradictore, justum titulum exhibeat, & sal-
396 tim instante Fisco concedendum esse sequestrum
penès tertium, decisum testatur *Franc. Marcus*
*dec.*38.*par.*1. & de consuetudine ità servari testa-
tur etiam *Sacco cons.*1.*n.*30. & *cons.*5.*num.* 105.la-
tissimè *Pereg.d.cons.*2.& 3.*lib.*1. Et sic sequestrum
legitimè processit in casu præsenti de jure, de con-
suetudine, & jure Regni, quod statutis Italiæ, teste
Peregr.& aliis comprobatur.

Undè tametsi dispositio *d.cap.* non procedat di-
cta ratione in subfeudis Baronum, quia lex ista
de ipsis non loquitur in nigro, nec in rubeo.
Non tamen propterea non debet comprehendere
jura regalia, quæ apertè comprehendi ex verbis
expressis *d. l.* & ratione, quæ longè major est in
regalibus, quàm in feudalibus, ex prædictis.

497 Ver-

Digitized by Google

397 Verba quidàm *d. cap.* comprehendunt apertissi-
me etiam regalia, quia noo loquuntur de feudis,
sed de bonis, ibi, *in bonis defuncti*, & ibi, *aut
aliàs in bonis ejusdem*, & iterum, *& quod ipsi ea-
dem bona*, & paulò post, *ut dum posteà de bonorum
jure contenditur*, & inferiùs loquitur de rebus,
ibi, *rem ipsam fiscus donare nequeat*, & iterum,
& de proprietate rei per legitimos tramitet. Unde
clarè patet, de bonis, & rebus loqui *d. cap.* quo-
398 rum scilicet bonorum, & rerum appellationem
esse latissimam, ut & jura quæcunque comprehen-
dantur, nemo ignorat ex *l. bonorum* 49. & 208.
& *l. rei appellatio* 5. *ff. de verbor. signific.* & non de
boois simpliciter, sed de his bonis, in quibus jus
Fisco competit, ut in initio, ibi, *plerunque præ-
tendentes in bonis defuncti jus fisco nostro compete-
re*, certum est autem, super regalibus majus jus
fisco competere, quàm in feudalibus, maximè,
cum de facili ad Regem devolvantur, ut verificen-
tur verba, quæ sequuntur in *d. tex.* ibi, *eadem bo-
na tanquam vacantia*, facilius enim ad Regem de-
volvuntur regalia simpliciter concessa, & efficiun-
tur vacantia, quàm feudalia, cùm regalia etiam
hodiè fiot annalia, vel ad vitam, & non nisi ex
dispensatione perpetua, secus in feudis, vel io
regalibus in feudum coocessis, ut suprà latius, &
sic longè clarior est justitia fisci in regalibus sim-
pliciter io sua natura, & non in feudum concces-
sis.

399 Nec obstat motivum Partis, quod *rub. d. cap.*
sit ita inscripta, *quod feudatario decedente absque
legitima prole, possessio feudi usque ad anni circu-
lum in modum sequestri stet penès fiscum*, quia ut
advertit *additio Marci Ant. Pulver.* in *ult. addit.*
io *fin. d. rubr.* non est authentica, dum dubitao-
do; utrum dispositio dicti *text.* locum habeat io
bonis, nèdum feudalibus; sed etiam burgensati-
cis vacantibus, dicit hæc verba, *licèt verba ru-
bricæ videantur restringi ad feudalia tantum, ad-
vertè quod hæc rubrica non habetur in omnibus li-
bris antiquis, quia aliqui non habent, alii ha-
bent alterius tenoris*, ut est io *lib. d. Jacobi de Gel-
la*, idem *Reg. Moles*, qui disputando, utrum de-
cisio *d. cap.* loquens de aliquo decedente sine prole
legitima (io quo illud obitèr ooto) quòd loquitor
de aliquo, scilicet quocunque homine, oec se re-
stringit ad feodatarium, verba enim *sine prole*,
essent intelligenda de filiis, & descendentibus,
400 resolvit tamen *Moles* contrarium, cessare dispo-
sitionem illius *text.* aliquo decedente, relictis
etiam agnatis, qui ipsi decedenti in feudis claro,
& aperto jure succedere possent, idest infra gra-
dus pe missos per Regni *Constitutionem*, quæ opi-
nio tribuitur *Lucæ de Penna*, teste *Afflict.* in *l. Im-
perialem*, *§. illud*, *num.* 37. *vers. & quoniam hic
feci*, *de probib. feud. alien. per Feder.* qui tamen
non ausus fuit loqui, nisi de fratre carnali in feu-
do antiquo, cujus opioionem tenet, & ampliat
Dom. meus de Curte in *d. cap.* 3. *num.* 102. his verbis,
*Nam tunc potest fieri sequestrum, quando quis non
est de personis contentis in Const. Regni, vel com-
prehendatur in gradibus enumeratis in illa Consti-
tutione, sed in omnibus aliis ampliatis per cap. se-
quentia, & novissimas gratias, & ità judicatum
in causa Pedemontis inter Dominos de Gaetano*,
401 *& Moles* reddit rationem, quod licèt *rubrica*,
loquatur de prole; *text.* lo *d. cap.* loquitur posteà
de agnato defuncti, & ipsum videtur comprehen-
dere sub prole legitima, & sic nigrum illius *capi-
tuli* est generalius rubro, quo casu standum esse
nigro, tradit *Jas. Instit. de action. num.* 17. & 18.
de quo quidem articulo, si appellatione prolis
veniat agnatus, latiùs infra dicemus in *vers. quæ
omnia*; tantò magis hic, cum rubrica illa non sit
authentica; nam & in libris quibusdam antiquio-
ribus non adest, & in aliis reperitur alterius for-
402 mæ, & ideò subdit ipse, indistinctè tenuimus,
quod *dict. capit.* procedat, quando quis decedat
sine prole legitima, idest sine agnatis, & in feu-
dis claro, & aperto jure succedere de jure valen-
tibus, citat *Afflict. Capyc.* & ità decisum fuisse in
dicta causa Pedemontis, & sæpe sæpiùs in aliis
causis, & sic habemus ex testimonio tantorum vi-
rorum, *d. cap.* dispositionem non esse restringen-
403 dam solùm ad feuda, quod etiam confirmatur
ex *glos.* 1. *Bart. de Capua*, cui velut authori illius
cap. præceteris credi oportet, qui nullo modo lo-
quitur de feudis, sed bonis in genere, quod qui-
dem ipse scivisset exprimere, si voluisset ad feuda
se restringere ejusque *cap.* dispositionem locum si-
bi vendicare in omni casu, ubi possessor decedens
non relinquit agnatum in gradu de jure Regni
successibili, & admisso, adeò quòd nisi succedere
volens vocetur claro, & aperto jure, fiscus om-
ninò obtinere debet, quod explicat *Reverter.* in
causa successionis Ducissæ Ferrandinæ *lib.* 4. *dec.* 8.
his verbis: *Fuit votatum in Collaterali Consilio,
quod caperetur possessio vigore dicti cap. quia hæc
erat præeminentia Regiæ Cameræ, ut statim quòd
moritur Baro, seù Feudatarius sine hærede, qui
succedat claro, & aperto jure, capiatur possessio
per Curiam, penès quam maneat loco sequestri,
404 donec aliter addito Partibus fiat justitia*, cla-
rum etenim, & apertum jus solùm dicitur, de quo
est casus legis, qui per aperturam librorum pate-
re potest, & conjecturis locum non relinquit,
Cravett. Rui. n. & *Blanch.* quos citat *Sacca* in ter-
405 minis *d. cap. cons.* 5. *num.* 70 ubi addit, illud ob-
scurum, vel incertum esse, quod disceptationem,
& varietatem opinionum recipit, *l. in ambiguo, de
reb. dub.* vel jus perplexum, intricatum, aut du-
bium, authoritate *Domini mei Capyc. decis.* 10.
num. 18. *Menoch. de arb. lib.* 1. *cap* 53. ubi *num.* 7.
406 tradit, quæstionem juris dubii, & perplexi
æquiparari quæstioni facti, subjiciens plura exem-
pla: quia licèt jus ipsum in se semper certum sit;
attamen quòad intellectum hominum, incertum,
obscurum, dubium, & perplexum rectè nuncu-
patur; idem *Sacca num.* 63. qui *num* 75. in mate-
ria *d. cap.* non tam respiciendum esse voluit si pro-
407 les legitima superstit, vel oe, quàm utrum su-
persit, qui de claro, & aperto jure succedat, ut
etiam extante prole legitima, quæ taliter non suc-
cedat sequestrationi locus sit, ex *Nigro* in *d. cap.
dudum*, *n.* 16. *Biss. de princip. num.* 302. Et quòd
fiscus fundatam habeat intentionem, cùm nullus
appareat hæres legitimus, probat, & decisum te-
statur *Cons. Minad. decis.* 35. & *Loffred.* in *para-
phrasi ad cap.* 1. *Imperator Lotharius*, *col.* 26. *vers.
hoc etiam ex Isern.* in *§. illud*, intelligit, succede-
re volentem claro, & aperto jure debere intelligi
de jure scripto, & quando liquidò succedit, alio-
408 quin fiscus capit possessionem nomine sequestri.
Ex quibus optimè confirmatur opinio *Anton. de
Alex.* & verior apparet, quàm opinio *Afflict.* in
casu *decis.* 195. ut locus sit dispositioni *d. c. dudum*,
etiam

Digitized by Google

etiam ubi defuncto supereffet filius legitimatus ad
feuda, nisi ipsa legitimatio esset adeò certa, & cla-
ra, quòd nullum haberet dubium, ut refert in
d.decis.195. post num.1. Nec Afflict.cum Collegis
relatis, post num.6. verè aliter sentiit, sed in
casu suo nixus est fundare, legitimationem fuif-
se adeò claram, ut nulla oppositione tergiversari
potuerit, & ita procedere opinionem Afflict. ibi
advertit Vrsill.num.1. dum limitat, quando adver-
sus instrumentum aliquid opponi potest, & in
puncto illam Afflict. opinionem optimè, & latè
declarat D.Georg. d.cap.52. post num.38. & 39. in
fin. procedere tantùm, quando ex legitimatione
nullum remanet dubium, nullaquè posset per fi-
scum objici exceptio, sed si remanet aliquod du-
bium, vel decidendum, omninò debet fieri se-
questrum, quia cùm cessent verba text. cessat di-
spositio, non enim habent jus apertum, quando
sub Iudice lis est, dubius namque est litis even-
tus, ut per eum, & in fine applicat ad materiam
d.c.dudum, decisionem factam in causa successio-
nis Status Bisiniani, ubi fuit immissa D.Iulia ne-
ptis, firmo remanente sequestro. Quæ omnia
409 fortius procederent, si attenderemus opinionem,
quam adversus Affl. enixè tuetur Dom. Consiliar.
Georg. in sæpè cit. cap.52. in repet. num.30. quod
generaliter sit locus sequestro in beneficium fisci,
ubi non supersit filius, vel descendens, & quod
superexistentia agnati, etiam si sit frater, vel so-
ror, nullo modo impediat, quominùs fiscus ob-
tineat sequestrum, licèt posteà compilato proces-
su, ubi fuerit demonstratum jus clarum agnati, sit
faciendum dissequestrum; nec contrarium probat
dixisse Lucam, prout malè Afflict. pro sua opi-
nione citat, ipsumque loqui contra text. apertum
d. cap. & contrà plures decisiones S. C. etiam ipso
Affl. referente latas, scilicèt 196.& 197.latiùs sub-
410 jicit idem Georg. d.cap.52. n.31. & 32. idemque
decisum in casibus relatis per Annam allegat.1.&
144. nec ab ista opinione dicit dissentire Pisan. ut
per eum num.33.34.& 35. ubi subiicit hæc verba,
Undè habemus nedum textum, sed stylum judican-
di per Suprema Tribunalia, ut fiat sequestrum,
quando quis decedit sine prole legitima, etiam quan-
do superest soror, vel nepos ex fratre, & addit
num.36. non sine ratione per Authorem, d.capit.
& decisiones Tribunalium fuisse factum discrimen
inter casum, ubi quis decedit relictis descenden-
tibus, & casum, ubi superest solùm transversa-
lis, tametsi sit frater, vel soror, quia linea de-
scendens indubitantèr succedit de jure communi
feudorum, quando est masculini sexus, & fœmi-
411 nina etiam admissa de jure Constitutionis Re-
gni: ideò lex nova loquitur de prole, quæ com-
prehendit utrunquè sexum, in linea tamen de-
scendenti, ut oltrà Georgium probant Bald. Sa-
lycet. Ancbar. Decius, quos citat Peregrin. de fi-
deicommiss.art.22.num.22. ubi quòd nomen prolis
idem significat, quod nomen posteritatis, stirpis,
& progeniei, & n.23. sed in agnatis inquit Georg.
dubia est successio, cùm Regni Constitutio vocet
certos gradus, vel certas personas, ut ibi decla-
rat Isern.quæ & incertæ sunt, & magis incertum,
si unus, vel omnes succedunt, jure Francorum
scilicèt, aut Longobardo; & incertissima est agna-
torum successio secundùm gratias, si descendant
per lineam masculinam, vel nè, & ideò text. pro-
412 lem tantùm admisit, & cum prædicta opinione
D.Georg. concordat additio Pulverini, in ver. sine
prole legitima car.370.col.2. in princ. cui opinioni
413 nihil obstat, quod in text. d. cap. fiat mentio de
agnato, quod enim subjicitur in text. ibi; *non-*
nunquam autem agnatus defuncti, propinquus, aut
alius bona praeoccupat, &c. non fuit expressum,
ut prolis legitimæ appellatione contra legalem,
& germanum sensum, agnatus, propinquus, vel
alius comprehenderetur, sed narrando tantùm facti
contingentiam, caleris, & indiscreti concursus ad
possessionem præoccupandam inter conjunctos de-
functi, & Officiales Fisci, quæ occasionem tribuit
provisioni inductæ per illud cap.non tamen ut no-
va illius legis provisio de sequestro inducendo in
beneficium fisci cessaret, existente agnato, sicut
414 existente prole legitima, cùm inter ipsos casus ex
suprà ponderatis, longa sit diversitatis ratio inter
lineam descendentem, & collateralem, quia, ut
supra dixi num.126. ex Frecc. lib.3. form.2. n.7.
lex feudalis lineæ collaterali non favet, deficiente
pacto speciali, & etiam cùm agnato non conve-
niant illa verba, *quæ claro, & aperto jure voce-*
tur, sicut descendentibus, & quòd hoc sit verum,
patet, quia si aliter intelligeremus, nedùm agna-
tus, sed quivis alius in bonis ejusdem jus se habe-
re prætendens, & sic quovis modo, vel colore
impediret provisionem sequestri, cùm is agnato
in eo text. compareturr, quod tamen concedere ef-
415 set absurdum, undè proles tantùm, & sic de-
scendens, & non omnis, sed quæ claro, et aper-
to jure vocetur sequestrum fisci impedire potest,
et non quivis agnatus, sed filius, sivè descen-
dens, qui proximus est agnatus, ut ex text. in l.fi-
lius 12. ff. de suis, & legit. sæpè tradit Isern. in
cap.1. antè num.1. de natur.success.feud. & quæ sit
prima causa benefic.amitt. num.49. Sed nè deficiat
decisio individualis in utroquè puncto pro fisco,
416 affero alteram decis.Reverter.sub num.365. simi-
liter in 4.volum. incipiente, *In causa Magnifici Ja-*
cobi Mocciæ, ubi refert, & supponit, velut in-
dubitatum fuisse decisum, et habitum pro absolu-
to, in officiis esse locum dispositioni, d. cap. du-
dum, & ita practicatum sine ulla dubitatione. Et
ampliùs facta simili concessione officii Magistri
Portulani hujus Civitatis per Serenissimum Re-
gem Ferdinandum I. Petro Mocciæ, hujus nomi-
nis Primo pro se ipso, & hæredibus suis masculis,
cui cùm successisset Petrus junior nepos ex filio
Moccia de Moccia prædefuncto, mortuo demùm
dicto Petro hujus nominis Secundo sine filiis ma-
sculis, tametsi remanserit sibi superstes Iacobus
Moccia ejus frater carnalis, qui etiam erat hæres
Petri senioris avi per intermediam personam Petri
junioris, novissimè defuncti, & quamvis agere-
tur de officio, non de feudo, cum qualitatis feu-
dalis ibi nulla penitùs sit facta mentio, nec allega-
ta appareat in discursu totius decisionis, et post
mortem Petri ultimi decedentis, superstes fuerit
Iacobus frater carnalis ipsius, et nepos, et hæres
Petri senioris ex Moccia de Moccia filio, et sic
comprehensus, et vocatus in privilegio conces-
sionis officii, concesso Petro, et hæredibus suis
masculis. His non obstantibus Revert. initio de-
cisionis amplissimè testatur, fuisse factum seque-
strum pro parte Regii Fisci, quinimò captam pos-
sessionem, vel quasi dicti officii pro Regia Curia.
Et sic inevitabilitèr probatur, Primò fuisse pra-
cticatum nedùm in feudis, sed in officiis locum

417 esse dispositioni *d. cap. ex præsumptuosè*. Et secundò, superexistentiam fratris carnalis ultimi decedentis non potuisse impedire, quominus fiscus, vigore *d. cap.* caperet possessionem; quàmvis potuisset dicere frater, defunctum fratrem non decessisse sine prole legitima, quæ ad successionem ejus de aperto jure, claroque vocetur. Benè verum, quod facto sequestro profuit hæc allegatio Iacobo fratri, dùm possessione existente penès fiscum loco sequestri, fuit coactus proponere ejus jura, & docere de titulo, et bono jure proprietatis ad recuperandam possessionem, ut patet ex verbis *Revert.* dùm referendo judicium propositum per Iacobum facto sequestro, utitur his verbis, *dictus Jacobus dicebat, ego sum frater carnalis d. Petri, & officium fuit concessum Petro Mocciæ seniori pro se, & hæredibus suis masculis, Petrus senior fuit avus meus, cujus ego sum hæres per intermediam personam Petri junioris, & Mocciæ de Moccia patris mei, sum descendens ex Petro seniore, sum masculus, & hæres, quia hæres hæredis, &c. ergò dicit Jacobus, ego tanquam legitimus successor in officio debeo consequi, & recuperare hoc officium, & ejus possessionem, seù quasi*, hæc ille; ex qua conclusione apparet intentatum judicium proprietatis, et discussum de integro, et totali justitia tituli, ut patet ex di-
418 ctu<ins>l</ins>o *decisionis* ad recuperandum officium, et sic concordat ista *decisio* ad unguem cum multis aliis relatis per *Dom. de Georg.* in *repet. d. cap.* 52. *num.* 33. & 34. ubi etiam in officiis, non relicta prole, idest descendentibus, etiam relicto fratre, vel sorore probat, semper, et pluries fuisse practicatum sequestrum, tametsi posteà proposito judicio proprietatis, et discussa justitia, vel validitate tituli per agnatum, fuerit interdum restitutum officium ipsi fratri, vel alteri collaterali proximo in gradu successibili, ut testatur idem *Georg. ubi sup. num.* 35.

Prout in casu dictæ decisionis Iacobi Mocciæ, Discussis articolis propositis per fiscum. Quod officium sui natura sit personale, etiam si sit conces-
419 sum in perpetuum. Item quòd in materia sui natura non transmissibili, appellatione hæredis intelligitur de primo hærede tantum, ex *l. antiquitas, C. de usufruct.* ex quo officium æquiparatus ususfructui, ut in persona hæredis novum dicatur officium, sicut novus ususfructus, in concreto tamen, non in abstracto fuit decisum in favorem fratris, non solùm illa ratione, quod appellatione hæredum etiam in re non transmissibili venit nedùm primus, sed sequentes, scilicèt habiles; verùm quia in privilegio prædicto Regis Ferdinandi concesso Petro seniori aderat expressa clausula, *ità quod unus post obitum alterius succedat alteri*, & sic ut benè ponderat idem *Revert.* in *d. decis. car. pen.* videtur, Regem intellexisse, nedùm de primo, sed etiam de hæredibus ulterioribus, quia illo tempore Petrus Moccia unicum solum habebat filium, & sic unus erat, ideò illa verba privilegii, *unus post obitum alterius, succedat alteri*, intelliguntur necessariò de pluribus hæredibus, et non de primo tantùm, ut in simili dicitur in *l. in conditionibus primum locum, §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* ubi ex mente testatoris, quod est transmissibile efficitur non transmissibile, & è contra potest testator facere, quod non transmissibile transmittatur, ut latius, & doctè prosequitur *Revert.* ut non mirum sit; si fuerit judicatum contra fiscum in favorem fratris carnalis, ejusdemque nepotis ex filio Petri senioris primi concessionarii; tantò magis, prout idem subdit in *fin. decision.* quia mortuo Moccia de Moccia filio dict. Petri primi; cùm fuisset idem oppositum per Fiscum, quod Petrus junior non erat primus hæres respectu Petri senioris; nihilominùs fuerat contrarium judicatum per Regiam Cameram in Collaterali Consilio in favorem dicti Petri junioris. Undè non mirum si idem iteratò judicari debuerit in favorem Iacobi Mocciæ per mortem dicti Petri junioris, in quo illud ampliùs adverto, quòd non obstante primo decreto in favorem dicti Petri junioris, quo idem articolus erat decisus, adhuc per mortem dicti Petri fuit factum sequestrum, vigore dicti *cap. ex præsumptuosè*, contrà Iacobum fratrem.

Ex quibus omnibus, sivè de agnato sub appellatione legitimæ prolis intelligatur *d. text.* sivè nullo modo agnatus superstes impediat sequestrum, sed tantùm filius agnatus, dijudicent Supremi Senatores, si adversarius habeat jus adeò clarum, apertum, & liquidum, prout requiritur, ut cesset dispositio *d. cap. ex præsumptuosè*, dùm non est frater, nec de proximis agnatis, sed in sexto gradu, præter alios multos defectus.

420 Sed & si authoritates, & decisiones deficerent, ratio ipsa eadem, imò longè major, quæ militat in Regalibus, meritò ipsa Regalia comprehenderet, per viam veræ comprehentionis, tanquam genus suas species complectitur, etiam si esset dispositio exorbitans, pœnalis, & correctoria, *l. nominis, & rei, § verbum ex legibus, ff. de verbor. signific. Glos.* notabilis in *cap.* 1. in *ver. Italiæ, de tempor. ordin.* cum infinitis per *Tiraquell. de cessante causa, par.* 1. *ex num.* 133. & 237. *cum seq.* & per *Everard. loco à ratione legis ampla, seù generali*, cùm tamen *dict. cap.* optima ratione fundetur, & ex principiis juris communis Sapientes Regni emanatum probent, & sic in illo nihil ex prædictis odiosis qualitatibus concurrat.

Secundò, ad quid prodest Adversario hæc commentitia, et vana prætensio, quòd in vita donantis possessionem apprehenderit, si ipse fatetur, se fuisse à Fisco possessione spoliatum ex sequestro facto decreto Regiæ Cameræ, prorogato deindè speciali ordine S.E. confirmato pluriès in Collaterali, dùm non obstante conquæstu, et clamoribus adversarii instantis, attè omnia revocari sequestrum, veluti attentatum, auditis meritis causæ, et odore notoriæ justitiæ ipsius Fisci fuit pluriès exclusus, et jussum procedi ad expeditionem causæ.

Post enim decretum Reg. Cameræ latum 2. Martii 1627. legitur ordo subscriptus propria manu Excellentiæ Domini Ducis Albæ, sub die 10. Aprilis 1627. in quo illud est notandum, ordinem nihil aliud continere, nisi mandatum Regiæ Audientiæ, quod nihil innovetur, nec innovari permittat in præjudicium Fisci, quousquè Regia Camera auditis partibus de justitia provideret, quòd si D. Didacus verè possedisset, nihil sibi ex prædicto ordine præjudicari potuisset, clarum est enim, ni-
421 hil innovare, quia antiqua possessione utitur, juxtà *Glos.* in *clem. ultima, ver. innovari, ut lite pendente*. Verùm quia nunquàm verè possederat, nec possidere potuerat, non mirùm si de facili con-

cessus

Digitized by Google

fessus fuit in precibus Principi oblatis, et Fisco notificatis sub die 22. Januarii 1628. pluries confessionem spolii repetendo, *ehe con detto ordine venne il Fisco à spogliarlo di fatto di quanta tenea, & finendo hormai l'anno, ehe li tiene impedite le sue intrate*, cùm tamen semper fructus dictorum officiorum fuissent sub sequestro etiam in vita Jo: Mariæ donantis, et ante donationem ad instantiam creditorum dict. Jo: Mariæ. Idquè totum legitimè processit, quia cùm notorium esset, Joannem Mariam decessisse absquè legitima prole, scilicèt descendentibus etiam agnatis in gradu successibili, qui ex dispositione *Constitution. Regni*, & *Gratiarum* potuissent ad feudi successionem aspirare, ut multò minus ad officia, et sic Regalia, ut omnes Regni Sapientes probant in terminis *d. cap. ex præ-*

422 *sumptuosè*, & potissimè *Regentes Moles*, et *de Curte*. Non fuisset neque necessarium Judicis decretum, nec Proregis jussus, ut possessio penès Fiscum esset sub sequestri nomine, sequuto enim casu obitus Jo: Mariæ sine prole legitima, de quo dubitari non potest, sequestrum Fiscus habuit authoritate Regis, et legis, qui illud sibi concessit in *dict. cap.* ponderando, Regem ipsum narrare, quid usquè ad ea tempora erat abusus in hac materia, tàm in damnum Privatorum, quàm Fisci; siquidèm decedente aliquo sine prole legitima, quæ claro, et aperto jure vocetur, Officiales Regii plerumquè prætendentes, in bonis defuncti jus Fisco competere, illa quadam sollicita præventione capiebant, et pro ipsius Fisci parte procurabant; non nunquam autem idem faciebant agnati, jus se habere prætendentes, illam præoccupando, & eorum possessioni per tempus incumbendo, ut plurimum antequàm defuncti mors Fisco innotesceret, quo fiebat, ut dum posteà de bonorum jure, scilicèt in judicio contendebatur, ex altera parte possessionis indè detentio rationabilis allegabatur; Nè igitur præventionis propterè solertia cupida commodum haberet, vel justè jurgantibus damnum afferret, prudens Princeps non minus subditorum,

423 quàm Fisci commodis consulens, statuit, possessionem hujusmodi, infrà annum computandum ab obitu defuncti, nec Fisco, nec Privatis proficere, ut ex ipsa industria propterè præventionis in apprehendenda possessione interdictum aliquod possessorium neutri competat, *sed possessione præfata penès Fiscum cujusdam sequestri specie in dubio existente, de jure summariè, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, libelli oblatione solemni, & contestatione litis apud competentem Judicem quæstio terminetur*, hoc adjecto, ut interim lite pendente rem ipsam alienare, nec in alterum transferre valeret; sic enim subditorum tediis, & laboribus prudenter occursum fuit, & Fisci privilegium temperato moderamine conservatum.

424 Pondero igitur primò, quòd sicut eveniente casu, uterque tàm agnati scilicèt, & alii prætendentes jus in bonis quàm interdum Officiales Fisci sollicita præventione possessionem occupare procurabant extrajudicialiter, ut deindè in judicio, ubi erant litigaturi, interdicto possessorio ad possessionis commodum parandum fruerentur, ità Rex ipse voluit, hac sollicita præventione submota, quæ interdum privatis nocebat propter Fisci potentiam, interdum verò Fisco propter nimiam agnatorum diligentiam, ad quos longè prius pervenire solebat notitia mortis agnatorum, quàm ipsi Fisco, possessio rei defuncti, qui agnatos in gradu successibili non reliquerat, penès ipsum Fiscum cujusdam sequestri specie in dubio existeret, ut deindè summariè, & de plano quæstio litigantium terminetur, undè sicuti præoccupatio litigantium contigebat extrajudicialiter de facto antè litem motam, & judicium cœptum, ut deindè in judicio interdicto possessorio fruerentur, sic etiam penès Fiscum rei possessio illius *cap.* vigore, & Regis, legem illam condentis, authoritate penès Fiscum cujusdam sequestri nomine, antequàm lis apud competentem Judicem summariè inchoetur, & tractetur existere debeat, undè dato, quòd successor non existat, non est opus Judicis provisione, quia ex dispositione legis possessio transit in Fiscum sequestri nomine, ex Regis, & legis Authoritate, & sic ex

425 abundanti decretum Cameræ, & Principis jussus accessit, receptum est enim, ex dispositione legis, vel statuti posse induci, quòd in aliquo casu transeat, & acquiratur possessio ipso jure, sine aliquo exteriori actu apprehensionis, ut est notissima *l. 45. Touri*, ubi latè *Gomes. ex num. 151. Paz de tenuto, tom. 2. cap. 48.* & in Statu Franciæ latissimè *Tiraquell. tract. mortis*, ità ut non detur momentum temporis inter mortem defuncti ultimi possessoris, & translationem possessionis, ut ex *Bal. Benedict. Cassan. Tiraquell. Molina*, & aliis probat idem *Paz dict. loca*, *num. 5.*

426 Nec enim opus esse Fisci diligentia, nec Judicis decreto, ut eveniente casu mortis defuncti sine legitimo hærede, possessio prædicta in Fiscum transeat sub sequestri nomine, ex eo etiam demonstratur, quia alioquin prædictum remedium minimè sufficiens fuisset, nec plenè, & opportunè providisset ipse Rex contra id, quod ipse testatur in *vers. per hæc enim subditorum nostrorum, &c.* præcipuus enim legis finis fuit occurrere nimiæ Privatorum diligentiæ, & Fiscalium potentiæ, vel desidiæ mederi, quibus non occurrisset, si adhùc pro faciendo sequestro Judicis decretum, cum Fisci prævia instantia fuisset necessaria.

SUMMARIUM.

427 *Confessia in precibus Principi oblatis est irrevocabilis, & plenè probat, etiam absente Parte.*

432 *Spoliatus ut obtineat in jurisdictionalibus, & officiis an sufficiat docere de titulo colorato, & an hoc procedat in terminis* cap. ex præsumptuosè, num. 436.

433 *Titulus habitus ab eo, qui de re sine Principis assensu disponere non potest, discoloratus est, & discolorata est similiter possessio, & quæ requirantur, ut colorata dicatur*, num. 434. & 435.

437 *Interdictum recuperandæ, vel reintegrandæ possessionis captæ vigore* cap. ex præsumptuosè, *cessat, sed post annum de proprietate solùm erit agendum, & ità per S. C. decisum*, num. 438. & 440.

439 Cap. ex præsumptuosè *habet literam mendosam, ibiquè*, de non jure Fisci, *debet legi absquè dictione*, non.

441 *Princeps potest derogare regulæ jubenti, quod priùs de possessione, quàm de proprietate agatur.*

Quid probandum in materia spolii, & an sufficiat titulus coloratus.

§. III.

EX quibus dicimus, quòd aut D. Didacus nun-
quam habuit possessionem, quod jam ex supra-
dictis in facto liquido probavimus, & res est expe-
dita, aut verò fuit spoliatus, ut ipse nedùm fate-
427 tur in precibus Principi oblatis, ubi confessio
est irrevocabilis, & plenè probat etiam absente Par-
te, *l. cum precum*, ubi *glos. C. de liber. causa*, *cap.
fin. de jurejur.* in 6. cum aliis per *Mascard. de proba-
tion. concl.* 347. *num.* 16. & 348. *num.* 48. sed hoc
esse verissimum, ut ipse contendit, & hoc casu,
ut obtineat in judicio spolii tenetur plenè probare
dominium, & justitiam tituli, ubicunque agitur
de possessorio feudalium, jurisdictionalium, vel
regalium, ut ultrà *Fabrum*, *Ancharan. Capyc.
Regner.* & alios supra citatos, addo nunc *Alciat.
cons.* 408. *num.* 7. quem ad hoc citat *Surd. cons.* 166.
in fin. cons. num. 32. *Afflict.* latè *decis.* 324. *n.* 3. & 4.
ubi *num.* 7. non competere interdictum recuperan-
dæ pro feudo Ecclesiæ, nisi ostensa possessione tri-
ginta annorum cum præstatione servitii, & alle-
gatione tituli, vel possessione immemorabili, me-
lius idem *Afflict. decis.* 392. post *num.* 19. *vers. sic
328 etiam dicimus*, ubi quod quando concessio est
notoria sine consensu Domini, Dominus propria
authoritate spoliat vasallum, & ista non minus
procedere in regalibus, quàm in jurisdictionalibus,
& feudalibus, in quibus pari modo tenetur quis
ostendere titulum suæ possessionis, ipsumque legi-
timè justificare, ex quo de jure communi Rex ha-
bet intentionem fundatam, cum Regalia nullus
possidere possit, & nisi privatus ostenderit jus suum
sufficiens per privilegium, statim debeat Regali-
bus privari, ex *Afflict.* in *cap. Imperialem*, *§. illud*,
num. 32. & *Luc. de Penn.* in *l. quicunquè*, *col.* 2. *C.
429 de fund. limitroph. lib.* 11. & quòd non sufficit do-
cere de titulo, vel privilegio, nisi illud sit legiti-
mum, & sufficiens, alioquin cogendi sint etiam
possessores Regalia dimittere, cum jure communi
a possessione talium rerum privati sint repellendi,
quia hæc eis interdicta esse noscuntur, non minus,
quàm in beneficiis Ecclesiasticis, ad quæ non da-
tur restitutio, nisi probetur, quòd legitimè supe-
rioris authoritate, ad quem ex officio pertinebat,
habuit possessionem, vel institutionem, item quod
regula, quod actor, & sic Dominus debet docere
de jure suo, & interim non debet inquietari pos-
sessor, limitetur non procedere in feudalibus, ju-
risdictionalibus, & regalibus, in quibus non po-
test prætendi proprietas per privatum, sed solum
titulus in re aliena, quæ est Principis, & ob id
cogitur ostendere titulum coràm ipso Rege directo
Domino, qui in his est legitimus Judex, etiam si
Ecclesia possideat, latissimè *Roland. cons.* 89. *ex n.* 20.
ad 29. *in* 3. aliqua *Gram. dec.* 59. *num.* 15. Imò hoc
adeò verum est, ut si quis habeat possessionem hu-
jusmodi regalium, aut jurisdictionalium, titulum
autem non exhibeat, illa possessio nihil sibi prode-
rit tàm in judicio petitorii, quàm possessorii, &
propterea non sufficiet possessio sine titulo, & hoc
430 habeat locum generaliter in omnibus Juribus,
quæ non nisi ex concessione Principis possideri pos-
sunt, nam possessio non consideratur sejuncta à cau-
sa proprietatis, nec potest esse à Prætore, & à jure
defensa, nisi cum titulo habito à Principe, ut in
fine congestis in specie ex *Bellamer decis.* 17. pro-
bat *Reg. Revit. cons.* 58. *num.* 6. & 7. & novissimè
Franciscus Nigrus controvers. 178. *nu.* 13. *cum seq.
tom.* 1. optimè *Peregr. cons.* 2. *num.* 2. & 8. fundat
431 in regalibus, & jurisdictionalibus Principem ju-
re communi habere fundatam intentionem, & non
sufficere coloratam possessionem, & ideò spoliatum
non esse restituendum, & *num.* 10. & 12. latiùs
probat, non esse spoliatum restituendum ad Rega-
lia, nisi doceat verum, & sufficientem titulum suî
privilegii, vel legitimam præscriptionem, quia
habet jus commune contra se, & ideò Princeps
spoliator excipiens de defectu dominii ad impe-
diendam restitutionem, audiri debet, quia talia
per privatos possideri non possunt absque Superio-
ris consensu, ideòque privati citrà privilegii titu-
lum sunt incapaces, & quòd non datur restitutio
ad possessionem, ubi jus commune fundat spoliato-
rem, & resistit, ac rejicit spoliatum, quia in eo de-
ficit fundamentum possessionis, ubi infert *num.* 13.
Principem quòd jurisdictionalia, & regalia infrà
fines sui Principatus fundatam habere juris assisten-
tiam, alterum verò, qui his uti vult, juris habere
resistentiam, & præsumptionem in contrarium, &
proindè Principem habere jus fundatum, & clarum,
ubi citat infinitos.

432 Nec oportet disputare, si sufficiat titulus colo-
ratus ad obtinendum in remedio spolii jurisdi-
ctionalium, in quo in affirmativam multis rela-
tis videtur inclinare doctissimus *Reg. Tap. decis.* 23.
num. 9.

Primò, quia *Dominus meus Capyc.* per ipsum
citatus, contrarium videtur affirmare in puncto in
officiis in sæpè citata *decis.* 77. *num.* 12. dicens, non
esse in hac parte ducendum argumentum de feudis
ad officia, cum illa non sint adeò strictè possideri
prohibita.

Secundò, quia non potest dici, nec cogitari, quod
sit colorata possessio vigore tituli donationis officii
& sic Regalium ab eo, qui illud donare, nec trans-
ferre poterat, obstante prohibitione juris commu-
433 nis, & municipalis *Regni Constitutionis*, quia
si colorata est possessio, si titulus exhibeatur ab eo,
qui conferre potest, in sui extrinseca figura vali-
dus, nec auditur spoliator de defectibus extrinse-
cis, ergò discoloratus est titulus habitus ab eo, qui
de re sine Principis assensu disponere non potest,
etiam ex observantia ante habita in hujus officii
commutatione, ubi semper cum assensu fuit con-
tractum, *Jo: Andr. Butr. Castr. Guid. Pap. D. Capyc.*
& alii, quos citat ad hoc *Peregrin. de fideic. art.* 52.
num. 143.

434 Cùm etiam eodem *Peregrin.* teste coloratur ti-
tulus, vel tituli possessio, si fuerit is in possessio-
nem immissus à Superiore, non quidem à Judice,
sed ab eo Superiore, qui superioritatis administra-
tionem habuit, vel si de scientia Superioris, scili-
cèt ipsius Domini, ad quem pertinebat concedere
cum exercitio actuum possedisset, vel si Dominus
ipsum admisisset ad reverentialia, & recognitiones,
quæ hujusmodi feudatarii exhibere solent de per-
sona, vel cum pecunia, vel etiam si longo tempo-
re, puta decem annorum possedisset, quæ sunt
omnia *Peregr.* exempla ad colorandum titulum,
vel ipsius possessionem sub *d. num.* 143. cum quo in
effectu concordare videtur *Menoch. consil.* 1011.
num. 32. & 33. *lib.* 11. quæ omnia concurrunt per
con-

contrarium in casu nostro, ubi nulla Proregis, sivè Regis vicem obtinentis adfuit scientia, nulla notitia, sed omnia clàm, occultè, vafrè, & callidissimè gesta, & omitteodo Tribunal Cameræ, ubi erant processus cum titulis, ubi de validitate dispositionum agebatur, ad Magnam Curiam convolavit adversarius, & dolo, simulatione, & maxima machinatione fuit atteotata, fructuum collusiva cum debitore exactio, jam, ut Deo placuit, patefacti, & sic nihil concurrit horum, quæ potuissent bujusmodi violentam intrusionem colorare.

435 Et ex supra traditis, in specie in *decis. Afflict. 197.* quam sequuntur omnes Regoicolæ, jam est decisum, donationem feudalium, vel Regalium sine assensu nedùm inhiberi, sed verè esse titulum nullum, & invalidum, ut ex eo possessio in vita habita nihil penitùs prosit, undè nuu potest prætendi titulus coloratus.

Ex quo sequitur, quòd licèt adversarius possessionem amisisset, idquè verum esset, illa executum fuisse, quod negamus, ex eo, quòd illam nuoquàm habuit; attamen non potest dici spoliatus, ut interdictum possessorium aliquid sibi competat cum authoritate Regis, & legis, ex *d. cap.* dispositione, fuerit justissima ratione illa privatus, & in Fiscum jure sequestri translata, quo casu cessat spolium, & remedia omnia, sivè interdicta possessoria à jure pro possessionis reintegratione prodita.

Tertiò, quia in terminis *d. cap. ex præsumptuosè,*
436 cessat disputatio tituli colorati, quia ex apertis verbis illius *text.* deficiente prole legitima, quæ aperto, claroque jure vocatur, possessio est apud Fiscum addicenda jure sequestri, non solùm si successoris exclusio esset adeò patens, & manifesta, ut in casu nostro clarissimam supponimus, verùm, si haberet aliquam dubitationem; & etiam io casu dubio locum esse dispositioni *Caroli II.* verba ipsius *cap.* apertissimè docent, ibi, *sed possessione præfata penès ipsum Fiscum ejusdem sequestri specie in dubio existente*, & sic voluit ipse Rex, nè dispositio ipsius *cap.* esset in beneficium Fisci elusoria, & ex qualibet Partium oppositione, ex qua dubietas oriretur, provisio illius legis cessaret, hoc in specie providere, ut etiam in casu dubio sequestrum penès ipsum Fiscum firmum remaneret, & ità in specie docuit *Lucas de Penna* in *l. defensionis facultas 7. col. 3. vers. in Regno autem, C. de jure Fisci, lib. 10. Afflict.* in *Constit. Pacis cultum, num. 13. vers. item pro hoc*, & in *§. illud*, post *num. 36. vers. modo hodiè in Regno*, & in *decis. 196. & 197. Losfred. in paraphrasi tit. Imperator Lotharius, col. 16. vers. hoc etiam clarè ostenditur*, & sic etiam si essemus in casu dubio, jura Fisci sunt in tuto.

Quartò, & tandem, quia si locus est in istis officiis tanquàm Regalibus, ut probavimus, dispo-
437 sitioni *d. cap. ex præsumptuosè*, cessat omninò, nedùm interdictum recuperandæ, vel reintegrandæ possessionis occasione spolii, sed omninò post annum jam elapsum de mense Martii 627. ut idem ipse adversarius fatetur in quodam memoriali, non possunt amplius intentari ullum remedium possessorium, sed solum de proprietate erit agendum, ut sunt clara verba *d. cap.* in quo rogo ponderari, quod postquam in *vers. sed possessione*, statuit ipse legis Conditor, rem ipsam penes Fiscum cujusdam sequestri specie existere debere, ita tamen, ut Fiscus donare, aut in alium quocunque transferre titulo vel aliter statum possessionis, nullo modo inno vare posset, subjicit immediatè, *post anni verò spatium possessor bujusmodi sine aliquo immutatione possideat*, & sic apertissimè Rex intellexit, & habuit Fiscum post anni decursum pro vero possessore, ut clara sunt verba, & insuper illud amplius providit, *& de proprietate rei per legitimos judicii tramites recto juris ordine terminetur*, de quo io specie cùm incidisset dubium in S. C. & de hoc controverteretur, utrum post anni spatium decursum posset agnatus agere remedio possessorio, opponente Fisco, quòd non poterat de possessorio
438 tractari, sed solum de juribus proprietatis, fuit per S. C. decisum, quod post annum non posset agere agnatus possessorio recuperandæ, sed solum agere de proprietate, idque authoritate trium Regni Luminum, scilicèt *Bartholomæi de Capua, Andreæ de Isernia*, & *Lucæ de Penna*, his verbis decisum testatur, *Afflict. dec. 196.* & concordi sententia receptum, optimè, & clarissimè idem *Afflict.* in *l. Imperialem, §. illud*, post *num. 36. de probib. feud. alien. per Frider.* cujus verba rogo omnino legi, in *vers. modò hodiè in Regno*, ubi Primò docet, quòd etiam si non notoriè constet de jure Fisci, qui spoliavit illum, cui aperto jure non competebat successio feudi, non fit sibi restitutio, donec non probaverit de sua proprietate, ut in *capit.*
439 *Regis Caroli, &c.* in quo illud adverto, esse literam mendosam, ubi legitur, *de non jure Fisci*, debet enim legi sine illa dictiooe negativa, *non*, ut proximè fideliter verba illius retuli, nam alioquin esset sensus planè erroneus. Et hoc idem paulò post
440 confirmat clariùs, & Secundò, dùm reassumendo dicit, *& sic spoliatus non potest agere spolio facto sequestro infra onnum à dic mortis Baronis, sed post annum non facto sequestro, non potest spoliari, sed debet priùs causa videri de proprietate*; & Tertiò, idem repetit exponendo sensum verborum *Isernia* his verbis, *ubi dicit Isern. quod quando sequestratur possessio infra annum, quia non constat, quod successor aperto jure succedat, non habet remedium possessorium, sed tantum potest agere de proprietate*, & sic facto sequestro per Fiscum post annum, nullo casu admittitur spoliatus agere de possessione, sed de proprietate tantum, sequitur latiùs explicando *D. Georg. d. cap. 52. num. 29. in fine*.

441 Quod fomentum recipit à jure ex eo, quod ordo ille, ut prius de possessione quàm de proprietate agatur, & spoliatus antè om nia restituatur, *l. ordinarii, C. de reivend.* & *l. 2. C. si per vim, vel alio modo*, juris civilis inventum esse, cui Principem pro libito suo derogare posse, consentiunt omnes, ut his verbis benè probat *Perez. d. cons. 2. post n. 16, in princ.* ubi ex *Alex. Bran. Ruin. Capyc.* & *Cravett.* reddit ratiooem, quod id fit modici præjudicii, quoniam non aufertur Parti in meritis defensio, potest autem Princeps in modico jus tertii lædere, ex *Innoc. Bald. Card. Alex. Campeg.* & aliis.

SUMMARIUM.

442 *Feudi successio feudatario sine legitimo bærede defuncto ad Dominum revertitur, qui naturalem possessionem finito tempore feudi incipit habere cum civili consolidatam*, & num. 443. & *& tunc hæredi interdictum recuperandæ possessionis*

sionis non competit, num.445. & 446.

444 *Fiscus feudi possessionem capit propria authoritate, absque processu, & Parte non citata, & si Dominus vadit ad Judicem, non perdit civilem possessionem, quod procedit in omnibus, quorum tempus concessionis est finitum*, & nu.446.

447 *Possessor civilis, & legalis potest intentare interdictum adipiscendæ, ut efficiatur etiam naturalis.*

448 *Dominium, & possessio etiam naturalis revertitur ad concedentem finito tempore concessionis.*

449 *Investitura ut expediatur, non debet institui judicium petitorium, neque possessorium, nisi aliquis tertius contradictor appareat, vel Fiscus contendat, petentem non esse legitimum successorem, etiam si sit filius, qui eo casu quid demonstrare debet*, num.450. & 451. *vel nisi superfit agnatus, sed non filius*, & num.453. & *fortiùs si plures agnati*, num.454. *quod amplio fortiùs procedere in Regalibus, & jurisdictionalibus*, num.455. & *contrà omnes personas, & pro omnibus rebus, quorum jus tempore certo ab initio, vel incerto, & verificato extinguitur*, num.460, & 461.

453 *Feudatario defuncto si non superest filius, sed agnatus, debet dari terminus in causa possessorii pro feudo, & fortiùs si supererficent plures agnati*, num.454. *quod ampliatur fortiùs procedere in Regalibus, & jurisdictionalibus*, num.455.

456 *Regalia à voce Regis descendunt, & jura Regia nuncupantur, & quomodò definiantur*, n.457.

458 *Rex concedendo feudum, directum dominium retinet in concessione Regalium, superior potestas reservata intelligitur, plus autem juris transfert in concessionarium in feudo, quàm afficit*, & num.459.

462 Constitutio, Scire volumus, *condita ratione publicæ utilitatis, ut conserventur jura Regalia.*

463 *Magistratus præsertim Supremi invigilare debent, ut conservent eorum Regem.*

CAPUT UNDECIMUM.

De remediis possessoriis circà Feudalia, & Regalia, competentibus directo Domino de jure communi.

NOvissimè, & tandem esto, quòd in casu præsenti cessaret remedium *d.cap.præsumptuosè*, omnis-
442 que provisio juris municipalis deficeret, non nè
Fisco succurritur beneficio juris communis, ex
dispositione *cap.1.§.si enim Titii*, ibi, *Titio sine
legitimo hærede masculo defuncto, ejus feudi succes-
sio ad Dominum revertitur*, de successione fratrum,
vel de gradibus succedentium in feudo, idem in
cap.1.versic.si aliquis, ibi, *si aliquis suum benefi-
cium, sive totum, sive partem alienaverit, & ipse,
vel hæres ejus sine hærede decesserit, beneficium se-
nioribus aperitur, totum quod fecit, revocari de-
bet, apud quem, vel quos*, inde *Bald.in cap. quæ
in Ecclesiarum, num.31.* aliàs 62. *de constit.* & in
consil. 301. *num.4. lib.* 1. & alibi sæpè dixit, Do-
443 minum directum ratione civilis possessionis,
quam semper retinuit finito tempore feudi natura-
lem quoque incipere habere cùm civili consolida-
tam, ex qua detentorem ipsum tanquam suum
turbatorem expellere potest, & ità de consuetudi-
ne observari, & *Bald.* ad hoc citat *Affl. decis.*392.
*num.*18. post *Isern.in cap.sancimus, num.* 11. *quo
tempore miles*, ubi docet, hoc importare feudum
aperiri Domino, ut utile scilicet reconsolidetur di-
recto, & in Dominum retraoseat ipso jure, ad-
dens, quod quando agitur de perdendo dominio
pleno, dicitur, *amittat*, quod exponitur per
sententiam, quando verò de perdendo utili tan-
tum, dicitur, *cadat*; scilicet ipso jure, ad instar
emphyteuticarii, *l.fin.in fine*, ubi *glos. super ver.
cadat*, *C. de jure emphyt.* & in fine subiicit, utile
dominium reconsolidari, & reddi suæ pristinæ for-
444 mæ, hinc dicebat *Paris de reintegr. feud.*in *§.in-
finito tempore concessionis*, *car.*mihi 76. ex *Bal.* in
tit.de content. inter dominum, & vasallum, Fiscum
capere possessionem feudi propria authoritate abs-
que processu, & Parte non citat, & si vasallus
claudit ostium, Dominus poterit aperire, quia
habet civilem possessionem; & hoc dicit procedere
Paris non solum in feudo, sed in omol eo, cujus
tempus concessionis est finitum & quod si vadit
Dominus ad Judicem, quia non audet propria au-
thoritate expellere, non perdit civilem, *Boss.* no-
tabilitèr *de Principe*, post *num.*296.ubi citat *Isern.
Bald.Præpos.* & alios, *Petr. de Gregor. de concess.*
445 *feud.part.1.quæst.4. num.*14.qui subiicit hæc ver-
ba, *etsi Fiscus eo casu caperet possessionem feudi,
non competeret hæredi interdictum recuperandæ
possessionis, ita quod dicti hæredi nullum jus, aut
remedium competit ad agendum contra Regem*,
*Alex.Præposit.Barbat. Cart.jun.Brun. Silvan. Ga-
br.Rom.Zasius*, & alii, quos citat *Ludov. Sacco
in resp. pro Sereniss.Duce Parmæ, num.*83. *in cau-
sa Fiscalium Sereniss.Margharitæ ab Austria*, ver-
tente in Regia Camera, ubi longo tempore pro
Sereniss. Duce Ranucio ejus nepote patrocinando
onus substinui, *Natta consil.* 563. præsertim ex
446 *num.*36. ubi dicit, feudum reverti ad Dominum
ipso jure, nec requiri retraditionem possessionis,
nec sententiam virtute directi dominii, quæ semper
est in actu permanens ex vi attractiva; & proin-
dè non dicitur novum dominium, sed consolida-
tio, & dicit procedere, ubicunque jus tempore fi-
nitur, ut in emphyteusi, usufructu, & cùm dos
revertitur ad mulierem soluto matrimonio, ex *l.
in rebus C.de jur. dot.Bergnin. decis. Fivizan.* 36.
num. 136. *cum seq. part.2. Mata in cap.* 23. *Regni
Sicil.*post *num.24. tom.1.* Et ratione civilis posses-
447 sionis possessor civilis, & legalis, potest inten-
tare interdictum adipiscendæ, ut efficiatur etiam
possessor naturalis, & actualis, ut ex *Bald.in ru-
br.de caus.poss. & propriet. num.* 13. tradit *Molin.*
aliis relatis *de primog. lib.3. cap.13. num. 2. in fin.*
448 & amplius dicebat idem *Bal.*in *l. 2, q. 46. de rer.
divis.* finito tempore concessionis, ad conceden-
tem reverti dominium, & possessionem etiam na-
turalem, quam illicò legis ministerio attrahi, &
uniri cum ipsa civili, quod signavit *Marcell. de
Mauro alleg.1.num.*20. Et licèt ubi agitur de expe-
449 dienda investitura confirmatoria per mortem in-
vestiti non sit judicium petitorium, neque posses-
sorium, nec ullam habeat formam judicii, id de-
claratur procedere, quando notorium est, nec
disputatur, quin ille, qui investituram petit, sit
legitimus successor, nec contradictor aliquis ap-
parèt, *Isern.Bal.* & alii in *d.l.Imperialem*, *§.insu-*
450 *per si filius*, si etenim adversus petentem investi-
turam aliquis tertius oppositor compareat, qui

con

contendat, ipsum esse legitimum successorem, & ob id justum contradictorem, vel etiam ipse Dominus directus, vel Fiscus in Regno, qui vellet in continenti docere de juribus suis ad excludendum succedere volentem, & in promptu de jure suo constaret, in utroque casu esset procedendum in judicio formato, nec erit tunc judicium summarium, sed ordinarium, licèt non per regulas petitorii, nec possessorii, sed ad explicandum concernentia expeditionem investituræ, & hoc casu
451 onus est petentis investituram, vel possessionem demonstrare, esse verum, & legitimum successorem, etiam si sit filius, scilicet se esse filium, & solum hæredem, & hæc sunt capitula, quæ dixit *Isern.* esse inquirenda in *cap. facinus num.* 10. ubi *Affl. quo tempore miles*, & quòd debet probare se talem qualem, quod debeat admitti ad successionem, ut perpensis pluribus locis *Isern.* & *Afflict.* de communi omnium Feudistarum, & Sapientum Regni relatis *D. Capyc. Loffredo*, *Frecc.* & aliis, ac pluribus decisionibus Sacri, & Collater. Consil. appositissimè probat *Reg. de Ponte consf.* 61. à *num.* 12. 14. 15. *cum seq.* & *num.* 23. & 24. & de Fisco, & directo Domino, *num.* 28. & 29. ubi *in fin. consf.* ita testatur judicatum in illa causa Comitis Triventi per S.C. facta relatione in Collaterali.
452 Et quòd directus Dominus, vel ipsius Fiscus possit etiam filio feudatarii petenti investituram se opponere, & adversus illum probare quæ sibi incumbunt ad denegandam investituram, & immissionem in possessionem, ex *Isern. in cap. 1. quo tempore miles*, in §. *nulla*, *per quos fiat investit.* & in *cap. unic. quid praecedere debeat*, *investit. vel fidel.* benè probat *Dom. Consf. Georg.* in *repet. feud. c.* 52. *num.* 10. & 14.
453 Sed in casu ubi non superest filius, sed agnatus, qui prætendat se successorem ex lege feudi, eo casu subjicit idem *Georg. num.* 17. *cum seq.* quod cùm jus agnati sit magis incertum, quàm jus filii, tunc necessariò, inquit *Georg.* debet dari terminus in causa possessorii, in quo qui succubuerit, aget petitorio, quod dicit clarissimè probari in *cap. 1. de natura success. feud.* juncto commento *Isern.* quem expendit in pluribus locis, & iodè *num.* 22. & 23. reassumit, de jure communi feudorum non debere investiri agnatum, etiam si solus contenderit, sed omninò esse concedendum terminum in causa, & per consequens Fiscum, qui habet civilem, debere habere naturalem lite pendente; nec sine ratione, nam hæc prætensa immissio habet aliquam originem à Iure Romano, quo abintestato datur interdictum, quorum bonorum, in quo quidem interdicto requiritur terminus, in quo termino implorans dictum remedium debet se probare talem qualem, & quod sapit naturam petitorii, & eum maxima ratione admittitur exceptio dolo facis petere, quando est liquida, quod latius ipse probat, & probasse dicit supra *cap.* 47. iterum subjiciens hæc verba: *Unde concludo cum Andrea, quod de jure feudorum mortuo vasallo sine filio, si agnatus petit immitti in possessionem, & investiri, debet dari terminus in causa, Dominus debet possidere vigore civilis possessionis, & in termino potest excipiendo probare, seudum ad vasallum non pertinere feudum, sed quando effeceat alii proximiores, vel coæquales in gradu in feudo dividua, excipere in totum, vel in partem, & sic de jure communi feudorum sine tali, quali cognitione facti, non posset obtinere immissionem, & investituram; tanto minus agnatus, cujus jus est incertum, & illiquidum.*
454 *Idque tantò fortius*, subdit, *procedere quando non est unus agnatus, sed plures agnati concurrunt, ut propriè contingit in casu præsenti; tunc enim optimè, ipse dicit, quod jus uniuscujusque redditur magis incertum, & illiquidum, & tantò minus aliquis eorum debet investiri, donec plenè de jure potiori cognoscatur, quo fit, ut Dominus non debeat interim privari juribus dominicalibus.* Hæc ille.
455 Et hæc omnia procedere, non solùm in feudalibus, sed longè fortius in Regalibus, & jurisdictionalibus, probat in terminis, & in puncto *Peregrin.* in cit. *consf.* 2. ubi respondens pro Serenissi. Duce Parmæ contra Palavicinos in eadem causa, in qua consuluit meus *Socer.* in *dict. consf.* 1. postquàm in themate proposuit agi de interdicto recuperandæ de Castris, de Regalibus, & de fortellitiis, *num.* 1. & latè comprobavit *num.* 18. dictam doctrinam *Bald.* subjicit hæc verba, *multò magis autem Baldi decisio accipienda est in Regalibus, & jurisdictionalibus*, idem *Peregr.* latissimè *consf.* 3. *in princ. & per totum*, omninò legendus *eod. lib.* 1. loquens in feudalibus, jurisdictionalibus, & Regalibus; & ratio est evidens, quia magis ossibus Principis sunt affixa, & dependent ab ipsius superioritate, & nutu Regalia, quàm feudalia; & quia si hoc permittitur cuilibet privato concedenti emphyteusim, vel feudum ex personis, quibus jure communi est hoc permissum, longè fortius Regi, vel supremo Principi, à quo Regalia dependent, habenti supremum jus in suo Regno, & omnem authoritatem, ut in specie *Præpos.* post *Bal.* in *c.* 1. *in fin. de feud. sine culpa non amitt.* facit quod scribit *Bald.* in *cap.* 1. *in fin. de allod. Brun. consf.* 59. *num.* 15. *Ludovic. Sacca* in puncto *d. consf. num.* 93. *Peregrin. d. consf.* 2. *num.* 20. & 21. Regalia
456 enim à voce Regis descendunt, & jura Regia nuncupantur, *Regner. Sixtin. de regal. lib.* 1. *c.* 1. in
457 *princ.* ubi *num.* 15. Regalia hoc modo definivis *esse jura ea, qui Superiorem non recognoscit competentia, ad salutem, & decus Reipublicæ tuendam*, idemque *dict. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. & si in conces-
458 sione feudi, vel emphyteusis directum dominium retinetur, in concessione Regalium, quocunque modo fiat Superior, potestas ipsi concedenti supremo Principi censetur reservata, & retenta, *cap. dudum*, §. *hoc igitur*, *de praeb.* in 6. *Afflict.* in *c.* 1. §. *ad hæc*, *num.* 15. *de pace juram. firm. Peregrin. de jure Fisci*, *lib.* 1. *tit. ultimo*, *num.* 33. *Vasq. de success. creat. lib.* 2. §. 17. *num.* 58. *Roland. consil.* 1. *num.* 135. *lib.* 2. *Surd. consf.* 267. *num.* 7. & *seq. lib.* 2. *Rand. respons.* 1. *num.* 263. & 435. *lib.* 2. *Minsyager. observ.* 99. *num.* 2. *cent.* 6. *Menoch. consil.* 604. *n.* 56. *lib.* 5. *Natta consf.* 487. *num.* 24. & 30. *PrucKm. de regal.* §. *soluta potestas*, *cap.* 4. *membr.* 2. *effect.* 7. *n.* 56. etiam si juramentum concessioni accedat, *Capyc.*
459 *decis.* 121. *num.* 1. ubi *num.* 5. probat, plus juris transferre Regem in concessionarium in feudo, quàm in concessione officii, *Roland. à Valle consf.* 1. *num.* 109. *lib.* 2. latissimè *Regner. Sixtin. de regal. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 3. *cum seq.* & procedere contrà omnes
460 personas, & pro omnibus rebus, quorum jus tempore extinguitur, authoritate *Bald.* in *c.* 1. in 6. *notab. de contentione inter Dominum, & fidelem*, qui reddit rationem, quia omnis terminus terminatur

per

Digitized by Google

461 per suas extremitates, & quod procedat tàm in
tempore certo concessionis finito, quàm in tempo-
re ab initio incerto, & post verificato, quod ex
aliquo contingenti sit factum certom, nam puri,
& purificati ex eventu par est conditio, tradit *Sac-*
ca d.cons.num.85. Peregrin.dict.cons.2.num.18.in
fine.

Quæ cùm ita fiot, supremæ ipsius Curiæ Sena-
tores obsecro, atque obtestor, ut perpendant pro
decisione hujus causæ verba *Afflict.* in sæpè citata
Constit. Scire volumus, de juribus regalium re-
rum, post *num.8. vers.nec credendum*, qui ità lo-
462 quitur, *nec credendum est, quòd ista lex sit fa-*
cta ob avaritiam, sed ratione publicæ utilitatis, ut
conserventur jura Regalia, ad quæ conservanda
etiam subditi debent vigilare; quia sic favendo con-
servant eorum Regem, quia Rex non cogitabit po-
nere manus ad iniquitates propter necessitatem, cùm
Rex debeat cavere ab omni re illicita, plusquàm
alii, ut dixit *Bald. in l.penult. ff. de hæred. instit.*
463 Hæc *Affl.* qoi si hoc dixit de subditis, longè
majori ratione hoc erit officium supremorum Ma-
gistratuum, præsertim Regiæ Cameræ, & su-
premi Collateralis, ubi hæc causa erit decidenda.

Longior, si cui visus fortasse sum; is, quæso, perpendat argumenti novitatem, quæstionis difficultatem, rei, de qua agitur gravitatem, excusationem sanè meretur quisquis in perlustranda Regione nullius antè notata vestigiis, diotiùs immoratur, quisquis paulò longiore oavigatione vestigat vellus aureum veritatis, quanquam, ut ingenuè fatear, non eam brevitatem seqoor in scribendo, in qua multa desideres, sed eam, in qua nihil redundet, nihil sit supervacaneum, & leve, qua ratione non imperitè *Plinius* breves esse autumat *Virgilium*, & *Homerum*, sed ne sim in commendanda brevitate longior. Dixi. Lege, æstima Lector, & vale.

APOLOGIA PRO DOM. FABIO CAPYCIO GALEOTA

Patritio Neapol. Jurisconsultorum celeberrimo, maximo, & nostra tempestate facilè Principe, olim Invictiss. Regis nostri Philippi IV. Sacri Concistorii Senatore dignissimo, ejusdemque Regalis Aulæ Præsid. meritissimo.

Nunc in Supremo Italia Senatu inter Regentes plausu universali cooptato.

AUCTORE LEONARDO MAXIMO DE PHILIPPIS J. C. NEAP.

AD LECTOREM.

COMPERTUM satis, omnibusque re ipsa exploratum arbitror, hominibus sciendi desiderium naturaliter ioesse; quæ sanè cupiditas, & si cunctis universaliter sit ingeoita, illam tameo ipse exuberantem experior: fortassis ita Divino illi rerum omnium Opifici, cujus admirabilis providentia nil omnino claudum derelinqui patitur, ejus, quæ mihi desuper contingit Minervæ imbecillitatem, ea animi propensione, compeolare visum fuit. Hæc autem cupiditas, quippè quæ solum varia, assiduaque Sapientum lectione expletur, fortè quemdam Kaleodis præteritis meas in manus pertulit Libellum aspectu recentem, mole non exiguum, titulo magnificum . . . . ni regale præseferret argumentum, atque introspecturus, qua rerum gravitate, & doctrina, tam gravis materiæ argumentum ejus Auctor enuclearet, avidè in eum, ut quæque nova visuntur, oculos, animumque intendi; & forti legenda commissa pagella, oculis primum inopinato occurrit quædam ah nimium iovida! alieni operis, de Regalibus disquirentis officiis consutatio: ubi quamvis ille, illius operis Authoris nomen suppresserit: ausis fortasse perhorrescens gloriosi nominis jubar; nihilominus ipse, ut legi, confestim Celeberrimum Virum illum, Jurisprudentiæ lumen, omoique ævo commemorandum, FABIUM CAPYCIUM GALEOTAM, illic agui deprehendi. Mirabile dictu! casus talit manus ad librum, & quod se legendum obtulit, jure mihi debebatur: quippè qui uni s tanti viri sapientiæ peculiari modo super omnes ex voto referor adscriptitius. Legi, & si libet vera fateri, ut usque legerem vix patiens se mihi præbuit animus, cujus nunc impetum in eum Authorem coh bere non valeo; & profectò esset hic silentium omoi loquacitate detestabilius: quin nunc si tacerem, haud immeritò perpetuo silentio plectendus essem: Potuit ille, cum in Patrem Cresum hostem irruentem vidit, eo casu motus, quamvis mutus, pro Creso Patre loqui! & ipse publico populorum patre, Sacrosancti juris vindice, Iustitiæque oraculo incessito; quamodrem fieri poterit, ut adversus infensum calamum non exacuem, verbaque non vibrem! efferor! et quando eum hominem repulsurus, onerimpar accedam, eo tamen muneri, quod mihi tom publica, tum privata ratione debetur, ut satisfaciam, me non tacuisse sufficiet; et saltim ut cætera desint, in cum quique sunt, quique futuri erunt Sapien-

Digitized by Google

pientum calamos, et animos excitabo? quid hic plura? effervescit animus? Lector hic tecum amplius impatienter moror? vindex me vocat oratio? nè tamen abeas; sed mecum te precor ut venias? quod ut velle valeas, Vale. è Museo nostro 8. Kal. Julii Ann. à partu Virginis clɔ. Iɔ. c x x x x.

ARGUMENTUM.

Defenditur Dominus Regens Fabius Capycius Galeota à quodam ex modernis Scriptoribus in verissima doctrina, quam in celeberrima præcedenti Regalium, & præsertim officiorum disceptatione de stricta officiorum interpretatione in successionibus, prohibitoque eorundem commercio in commutationibus, sivè in alienationibus, sine Principis assensu tradidit. Hinc officiorum personalissima ratione, denuò pluribus demostrata, ad sensum nostri Auctoris contra potissimam Adversarii oppositionem concluditur, nimirum alteratis illis ad omnes generaliter hæredes, hæredes ibi descendentes esse interpretandos, & quæ insuper si fuerint pro hærede concessa, intelligendam esse concessionem de primo domtaxat hærede, exemplo ususfructus. Quamobrem declaratur juxta verum sensum contra Adversarii interpretationem *tex.* in *l. antiquitas C. de usufr.* ejusdemque ad comprobationem expenditur *text.* in *l. antiquitatem*, & in *l. corruptionem C. de usufr.* Explicatur itidem *Bald. in cons.* 159. *num.* 5. *lib.* 3. illumque ibi loqui ostenditur in officio feudo admixto, & sic in diverso casu ejus, ad quem intulit Adversarius. Diluitur propterea ea distinctio, quam juxta suum sensum Adversarius de officio mero, & mixto, ex eodem *Bald.* protulit. Ex quibus firmatur, officia quamvis ad hæredes transitoria, speciali pacto concedantur, adhuc personalia esse recensenda, atque officium, eo casu penès successorem, velut novum recipi; ad quod in terminis militiarum (sumptis *militiis*, pro ipsis officiis) perpenditur *text. l. fin. C. de pignor.* ubi est casus militiæ concessæ, ad hæredes transmissibilis, & cum facultate illam vendendi, ibique ad ejus *text.* intelligentiam exponitur, quæ nam sit illa summa, quæ post militantis mortem ex militantium placito, vel principali beneficio dari constituta erat. Respondetur deindè Adversarii argumento, quod ex *text.* in *l. in annolibus C. de legat.* juncta dispositione *l. si in singulos ff. de ann. leg.* pro officiorum transmissibilitate, ad instar annui legati prætendit, ubi plura, an legatum annuum, ad *text.* in *d. l. si in singulos*, dicatur ad hæredes non transitorium, vel natura ipsius legati, vel ratione conditionis in collegato superintellectæ. Tum ostenditur quod officia, quamvis feudis plutibus assimileotur, non tamen propterea inter ea, utcumque inferri posse, sed certo modo in quibusdam dumtaxat casibus: Hinc declaratur intellectus, qui nostro Authori fuit in doctrina *Marini Freccia* in casu fratris admissi ad feudum, in hac materia ab illo adducta. Respondetur similiter *textui* *legit un. C. si liber. Imper. lib.* 10. unde transmissibilitatem ad extraneos hæredes in officiis hæredibus concessis argueret Adversarius. Et simul contra eundem declaratur theorica magistralis *Bar.* in *l. Gallus, §. etiam si parente ff. de liber. & posthu.* Post hæc explicato *Bald.* in *l. fin. C. de pignor.* Respondetur ad id, quod ex ea parte contra nostrum Authorem deduxit Adversarius. Sic pariter Adversarii intellectus ex *text.* in *d. l. fin.* & *l. omnimodo*, & *l. imputari C. de inoffic. testam.* quod idem sit concedere officium pro hæredibus, ac cum potestate vendendi pro effectu transmissionis illius ad extraneos, improbatur. Et postremo ejusdem inductio ex *l. final. ff. de constitution. Princip.* sicut & alia qualibet ex generalibus juris regulis ad materiam officiorum accomodata rejicitur.

INDEX.

via extinguatur ex ejus intrinseca ratione independenter ab illa universali habet, cum ejus substantia consistat in utendo fruendo, & num. 29. & 30.

27 *Ratio immediata, & absoluta Decisionis* Iustiniani in l.antiquitas C.de usufructu.

28 *Adversarius est sibi contrarius.*

32 *Reprobatur Adversarius in eo, quod asserit, quod in casu* text.l.antiquitas *ususfructus in persona haeredis ibi sit novus.*

33 *Officium, non aliter, ac ususfructus in facto consistit, ac ut ille, in utendo, fruendo, hoc in exercendo, & administrando consistit, & sic quoad extinctionem moriente persona, cui inhaereat ad paria dijudicari debent*, & num.49. *Sic illud ab efficienda, & congruum personae actum dictum fuisse ostenditur*, num.59. & 60.

34 *Adversarii Achilles contra nostrum Auctorem.*

35 *Explicatur* Bal.*in* consl.159. n.5. lib.3. *Ab Adversario adductus, contra nostrum Auctorem, & demonstratur* Bald. *loqui in diverso casu, item convincitur Adversarii sensus ad dictum* consil. *ex doctrina ejusdem Adversarii*, num.38.

36 *Officium feuda antenum ad instar feudi dijudicatur.*

37 *Militiarum quaedam species fuerant apud Romanos, quae tamen erant quaedam Castra, seu praedia militibus à Principe concessa.*

39 *Ratio proventus in officiis, extrinsecè se habet ad ipsam rationem officiorum, ac ideò Adversarii distinctionem, qua ea ratione asseritur aliud officium merum, aliud mixtum, & quod in mera tempus sit de substantialibus, in mixta de naturalibus, tutam non esse respondetur; probatur etiam exempla militiarum* num. 43. *proinde doctrinam Adversarii periculosam esse deducitur* nu.44.

40 *Officium quando verè mixtum dici possit.*

41 *Quae hodie officia nuncupantur apud Romanos, antiquitus militiae dicta fuere.*

42 *Militias apud Romanos habuisse, etiam emolumenta demonstratur.*

45 *Expeditur in materia officiorum* Bald. consl. 275. vol.2.

46 *Regalia universaliter negaa concedi debere, maturitate, & personae electa industria, fide, & gravitate, & maximè in officii concessione, & quare, demonstratur* num.107.

47 *Argumentum Adversarii, quo contendit officia esse transitoria, & tempus in illis esse de naturalibus, quia ipse vidit ita passim illa concedi, improbatur.*

48 *Officia quamvis ex voluntate concedentis speciali pacto, nedum pro uno haerede, sed pro pluribus, etiam haeredibus concedi possint, non tamen ea concessione desinunt officia esse personalia, atque cum persona extingui, & si plures ad illa sunt vocati apud quemlibet ex vocatis exempla ususfructus, velut nova recipiuntur, comprobatur idem authoritate juris communis in militiis ad haeredes transmissibilibus concessis* num.50.

51 Text. *in* l. final. C. de pignoribus, *ponderatur ad indicandam, personalissimam officiorum rationem immutatam etiam remanere in concessioni facta pro haeredibus, vel cum facultate vendendi in terminis militiarum, quae officia referunt* num. 54. & num.59. *Idem probatur contra distinguenda illa ab annua legata*, & num.55. *& praesertim à* num. 58. *ad* 62.

52 *Cur militia in concessione pro haeredibus facta, vel cum facultate vendendi, vivente militante jure hypothecae persequi possunt, illa verò mortuo, non ita, sed exigitur, eo casu, quod pro militantium placita, vel Principis beneficia praestatur*, & n.55.

53 *Declaratur, quae sit summa illa, quae in* text.l.fin.C. de pignor. *praestari dicitur post mortem militantis militantium placito, vel principali sanctione.*

54 *Demonstratur non rectè Adversarium, ex textu in* l.in annalibus C.de legatis, *juncta dispositione* l. si in singulos ff. de ann. legat. *inferre, rationem transmissibilitatis ad officia*, & num. 56. 58. & seq.

55 *Legatum annuum, ad* text.l.si in singulos ff.de ann. legat. *ad haeredes non transit, non ex natura rei legatae, sed ratione conditionis ibi à lege ex conjecturata mente testatoris superintellecta, & sic si illud sit relictum etiam haeredibus, ad haeredes transit non per alterationem naturae annui legati, sed quia conditionem, quae ad casum* text. *in* d.l.si in singulos *subintelligebatur per contrariam testatoris voluntatem appares rejectam fuisse*, & num.56.61. & 91.

63 *Officia quamvis in aliquibus feudis assimilentur, non tamen ideo illo, utcumque inferri valet, & quare*, num 68.72. & seq.

64 *Feuda primum precaria, indè annalia, postea verò ad vitam, tandem lege nova ad filios, & deinceps producta fuere.*

65 *In feudis ratione ipsius rei intrinsecè benè realitas sit compatibilis, ita ut feuda, lege nova effici potuerint transitoria ad filios, & deinceps, non ita in officiis*, & num.72. & seq.

66 *Quatenus pacta valeat aliquando à feudis ad officia inferre*, & num.68. & 74. *& quomodo hac illatio sit intelligenda contra Adversarium*, num.88.

67 *Defenditur Auctor noster in doctrina* Marini Freccia *de linea collaterali, non succedente ad feudum, in quo frater fuerat admissus, exempli causa ab illa ad praesentem materiam adducta.*

69 *Investiturae legi, qua ad feudum fuit frater admissus satisfactum videtur, si feudum soli fratri, & non lineae collaterali fuerit delatum.*

70 *Haeredis nomen quandoque etiam benè primum tantum haeredem connotare potest, quamvis secus sit regulariter*, & num. 71.

73 *Diversa est ratio radicalis, qua devolui expedit feudum ad Dominum, ab illa, qua officium.*

75 *Legatum annuum quoniam pacta potest dici ususfructui simile, & quomodo inter illa valeat inferri*, & num.76.

77 *Adversarius non rectè* ex l. sicut §. si debitori ff. quib. mod. pign. vel hypot. *ad officia trahit argumentum.*

78 *In Regalium materia strictissimè proceditur, ita ut quamvis illa transmissibilia ad haeredes concedantur; non sint ea tamen cum caeteris comparanda, sed semper quoad fieri possit strictior ea illis recipiendus intellectus.*

79 *Feuda in non alteratis remanent immutata.*

80 *Improbatur doctrina Adversarii, qua asserit, officia alterata ad haeredes, velut materia indifferens, omnes indistinctè, haeredes comprehendere, exemplo donationis factae à Principe, ad* text.in l. unica C.si libet.Imper.lib.10.et nu. 83. *vel quod si ad descendentes tantum deferri debeant si deficiat descendens ultimi morientis admittantur etiam collaterales*, num.86.

In-

81 *Intellectus ad tex. in* l. unic. C. si liberalit. Imper. lib. 10.

82 Text. *in* l. unic. C. si liber. Imper. lib. 10. *non vindicat sibi locum in materia feudali, ex quo à fortiori idem includitur in officiis.*

84 *Personæ industria in officiis exacta, devolutionem eorum offectat insuper & ipsa ratio officii intrinseca*, num. 109.

85 *In officiorum recto regimine Reipublicæ bonum, subjectorum pax, Coronæ stabilitas continetur.*

87 *Regulæ juris generales cessant in materia officiorum.*

89 *Concessis officiis hæredibus, ibi* hæredes *filii sunt interpretandi, ex theorica magistrali* Bart.

90 *Explicatur theorica* Bart. *in* l. Gallus, §. etiam si parente, ff. de lib. & posth. *ad sensum nostri Auctoris, &* num. 91. usque ad 95.

92 *Adversarius non rectè* Bart. *addidit, &* num. 93.

94 *In dispositione* pro hæredibus, *filii sunt interpretandi, juxta sensum* Bart. *in* d. §. etiam si parente, *tàm si res simpliciter non sit transitoria ad hæredes, quàm si non sit transitoria, nisi ad filios, ut in feudo; quod à fortiori debet recipi in officiis, &* num. 95.

96 *Declaratur* Bald. *in* text. l. fin. C. de pignor. *in materia militiarum ab Adversaria adductus, contra eundem Adversarium.*

97 *Militia ex* Baldo *sumitur aliquando pro quibusdam introitibus publica authoritate constitutis.*

98 *Militia in Romanis legibus importat idem ac officium, sed cum militia pro ipso officio, & administratione sumitur, non cum pro emolumentis, & redditibus, &* num. 99. & 100.

99 *Militia ex* Bald. *est quodam exercitium, ex quo sumitur lucrum, comparatur officio, sive beneficio, nec potest alienari, neque in commercio esse, &* num. 100. & seq.

102 *Militia de qua in* text. l. final. C. de pignorib. *quia nedum transmissibilis ad hæredes conceditur, sed cum facultate vendendi, proindè non malè latior intellectus posset in eo casu defendi.*

103 *Improbatur intellectus Adversarii sentientis, idem esse concedere militiam, cum facultate vendendi, ac ad hæredes transmissibilem, quoad effectum transferendi dictam militiam ad extraneos, ad* text. *in* d. l. final. C. de pignor. *&* l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. testamento.

105 *Respondetur Adversarii argumento deducto à* l. final. ff. de constitution. Princip. *quo* text. *quia latè sunt interpetranda beneficia Principis, defendit, ut concessis officiis hæredibus, nedum hæredes ibi filii, sed etjam extranei vocari intelligantur, &* num. 105.

106 *Regalia concedere est existimandum privilegium, non beneficium.*

107 *In alteratione Regalium officiorum, nedum Principis solius incommodum, sed totius Reipublicæ detrimentum versatur, &* num. 108.

110 *Respondetur Adversario asserenti, nil differri officia exerceri per Coji descendentes, vel etiam per alios.*

111 *Officia quamvis ex concessione alterentur ad hæredes, non tamen intelligi debet in eis in suis casibus derogatum Regio assensui.*

JESUS, MARIA, JOSEPH.

QUanta juris subtilitate, rerum doctrina, dicendi felicitate insignis Auctor noster Regens Galeota in præcedenti Responso, Regalium officiorum materiam digesserit, eodem Responso satis
apertè demonstratur: ut proindè non immeritò,
cum primò illud in lucem prodiit, velut præsagiens,
fuerit qui dixerit, æquè simul edi sapientibus,
& invidia! ò verum, certumque præsa-
1 gium, argumento, haud fallibili desumptum!
eam enim fortunam, communi quodam fato, præclariora
quoque virtutis facinora sortiuntur: scilicet
non carpit livor, quod honor non extollit, hujus
autem quid in causa sit cuique planum est.

2 Instituturus igitur quidam ex recentioribus Regalium
officiorum tractatum prænoscens hanc nostri
Auctoris, in ea materia, celeberrimam disceptationem,
ut in eam irriperet, facilè fuit, quia
velut ibi, ejus laboris omne punctum consisteret,
tanta insurrexit aviditate, ut non erubuerit, si
modo noster inficiaretur Auctor, in materia tam
stricta, ex generalibus juris regulis argumenta
prætendere.

3 Etenim cum Auctor noster disertè in præcedenti
officiorum disceptatione, naturam, & quidditatem
illorum radicitus perpendens firmasset, illa esse
personalissima, & velut ossibus Principis inhærentia,
illorum in concessionarium non transferri,
nisi dumtaxat exercitium, sivè quendam titulum
ad finem administrandi, & exercendi; ea pro-
4 pter illa omninò morte concessionarii finiri; ideoque
etsi pro hærede fuerit concessa, primum hæredem
non egredi, & non secus, ac in usufructu,
quo cum simillimam naturam habet officium, de
primo hærede dumtaxat intelligi, ad *text.* in *l. antiquitas*,
C. de usufruct. idque rationibus, & auctoritatibus
validissimè comprobasset; insurrexit
5 hic ille, & juris regulis innixus, inquit, hæredis
nomine, omnes hæredis hærédes comprehendi,
ad *text.* expressos in *l. sciendum*, & *l. hæredis*, *ff.
de verbor. signific.* ac propterea concesso officio
etiam pro hærede; in eo vocari hæredis omnes hæredes,
nil refragante *text.* in *d. l. antiquitas*, *C. de
usufruct.* quoniam subdit ille, decisionem dictæ
legis speciali de causa in usufructu, in casu dicti
text. processisse; ac proinde illam non esse trahendam
ad consequentias: At an rectè, eo Responso
Auctorem nostrum effugerit, judicem habebit
Iustinianum, eumdem, quem interpretatus est,
cujus alioquin etiam judicio, omnis jurium inter-
6 pretatio ex lege subjicitur, *l. tanta*, *C. de veter.
jur. enucl.* Et sanè, & principaliter, quoad ipsum
usumfructum, attenta illius natura, ibi specialitatem
perperam prætendi, eadem verba Iustiniani
satis apertè protestantur. Inquit ibi Iustinianus
in eo casu, in quo testator cuidam fundum
reliquerat, quatenus usufructus apud hæredem
remaneret, dubitasse veteres, num legatum substineretur;
quippè cum ex vi illius verbi *hæredis*,
quo omnes hæredis hæredes comprehendi videbantur,
videbatur usufructus ad suam proprietatem
numquam fore reversurus, ac proindè proprietatis
legatum inutile remanere: Hæc rationabantur
veteres, cum quibus, & hactènus noster Adversarius
ratiocinatur: at Iustinianus quæstionem
diffiniens, nedùm illi dubitationi de usufructu
non redeunte ad proprietatem, qua nimium torquebantur
antiqui, nil prorsus tribuit; sed eam
prorsus improbavit, atque irrisit; quin ipsa usufructus
primordia expendens, eam irrationabilem
declaravit, atque ex generalibus usufructus prin-

cipiis embiguitatem illam amputavit, & rem facili negotio decidit: & ex iis legatum firmum esse, & telem usumfructum unà cum hærede finiri, & illo moriente, vel eliis legitimis modis illum emittente, expirare sancivit; quapropter nil ibi specialiter decidi, aut singulariter decerni, ex verbis ipsis Iustinieni in promptu est. At inquiet hiu Adversarius, quod ex hoc ipso fit specialis ibi decisio; quia ex regulis, in subjecto casu *legis antiquitas*, ususfructus ad suam proprietatem nunquam reverti debuisset: sed & huc ipsum, stante natura ususfructus, ex regulis illis parum retionabiliter dubitari, *d.legis in fine* respondit Iustinianus; quin adeò verum est, ibi Iustinianum ratione ejus casus, nil speciale in terminis ususfructus in *d.lege* decidisse, ut potius damnet antiquiorum sententiam, conantium ab universali nature ususfructus eam casus speciem excipere; ita ut, velut exclamans *in fine* dixerit: *Quare enim iste usufructus sibi tale vindicet privilegium, ut à generali interpretatione ususfructus ipse solus excipietur!* explicans his verbis admirativè prolatis, ut legitur in *Pandectis Florentinis*, se mirari, cur aliqui ex veteribus, eo prætextu, à generali natura ususfructus, eum peculiarem casum eximere tentaverit; itaùt à generali extinctione ususfructus, quæ morte usufructuarii, vel aliis modie accidit, hic ususfructus expirare non debuisset!
7 his ita enucleatis, sanè desiissent veteres amplius dubitare; verumtamen arbitror, faciliùs illos, etiam Iustiniano non audito, ab eorum dubitatione recessuros fuisse, quèm ut nunc Adversarius noster ab ejus interpretatione discedat; quandoquidem, assertam specialitatem in ea decisione, rationc ejus casus, adeò vehementer imaginatione concepit, ut nedum eam tenere sibi visum fuit, sed vi illius, legit in *text.* quod nunquam in eo legebatur, nempè *ex ea non esse inferendum ad aliud*: & quod magis miror, est, quod illud præcipi subdit in iisdem proximè relatis verbis, ibi, *quare enim iste usufructus, &c.* quibus verbis, tantum ebest Iustinianum illud dixisse, ut potius iis verbis specialitatem illem de casu *d. text.* à veteribus prætensam exprobaverit: quin
8 etiam adversarius ibidem, ut nobis ad oculum specialitatem illam velut digito demonstraret, jussit ponderari verbum *solus* in *textu* positum, quasi quod eo verbo specialitas ibi connotaretur: sanè hic fateor, quid ea connotatione Adversarius intellexerit, me non intelligere; nam, aut ille connotatione intellexit, quod ille ususfructus solus à generali interemptione ususfructus in casu *dicti textus* excipiebetur, & hic sensus est contra *text.* ubi deciditur, eum usumfructum in proposito casu una cum dicto hærede finire, & illo moriente, vel eliis legitimis modis illum emittente expirare, Aut intellexit, quod ille ususfructus solus excipietur in casu *d. text.* è generali interemptione, idest comprehensione, quam fert nomen hæredis; & hoc neque consonat, & quie repugnet litere; & quia is sensus nunquam in iis verbis Iustiniano fuit, ut esse non poterat: quin irrideretur eb *Ambrosio Calepino* eo modo interemptionem explicando. restat igitur, ut sub iis verbis intelligatur, quod is ususfructus solus, eo prætextu non debet excipi à generali interemptione, idest extinctione ususfructus, & hie sensus, ut esset Justiniani, sic contra Adversarium in ejus asserta specialitate concluderet. Aut inquiet Adversarius, specialitatem ibi consistere in ipsa specifica testatoris dispositione, ut ex verbis, quæ Adversarius subdit, intelligi potest ibi sub *num.6. Specialitas autem illius text. fundata est super specifica dispositione testatoris legantis uni fundum, hæredi verò usumfructum: & sic utrique volebat testator prospicere hoc fieri non potuisset, nisi restringeretur verbum* (hæres) *à sua generali significatio-
9 ne, &c.* in quo præmisso primo, & ipsum Adversarium non rectè ipsam *textus* paraphrasim adduxisse; cum sit, legantis uni fundum, hæredi
10 verò usumfructum: namque ita ibi hæredi à semetipso legaretur, cui à semetipso legari, qua utimur, Romana Jurisprudentia non patitur, de qua *Julianus* in *l. & quidem* 18. *Florentinus l. legatum* 119. *ff. de legat.1.* ut hinc Iustinianus noster ejus non immemor, in dictæ legis contextu, eum explicans casum, dixerit, *Si quis fundum, vel aliam rem cuidam testamento reliquerit, quatenus ususfructus apud hæredem maneret.* Quod quidem e Justiniano cautè, non casu dictum, idem diligenter animadversum in *§.1. Instit. de usufructu, l.ususfructus 6. ff.de usufructu, & quemadm. l.fundus 4. ff. si ususfructus petatur*, & similibus apertè demonstrat: & redeundo, unde digressi sumus; dicimus, quod vel intelligit Adversarius *in supra* dictis ejus citatis verbis, specialitatem esse in ipsa casus specie, ibi proposite; nimirum,
11 vel primo in eo, ut proprietas maneat apud unum, & ususfructus sit alterius; & debeat pariter utrique consuli, & tunc dicere, hoc in usufructu esse speciale, tutum non esset: quippe cum ea duntaxat separationis ratio, & non alia usumfructum efficiat: ut disertè significatur in *§.1. Instit. de usufruct.* itaut hac sublata, proprietatiquè usufructu consolidato, verà omnis ratio ususfructus evane-
12 scat, ut eleganter admonemur ex *Ulpiano* in *l.ususfr. fui, ff. si ususfructus pet.* sic illa ratio prospicien-
13 di duobus in usufructu est universalis. Vel dicet, specialitatem in *text.* consistere in illo verbo *apud hæredem*, videlicet ut ibi ly verbum (*hæres*) ratione subjectæ dispositionis usufructuariæ contra suam regularem significationem primum tantum hæredem connotet, & tunc primo, quamvis hic non malè defenderetur, etiam quoad nomen hæredis nil ibi speciale constitui, quamvis primus tantum ex subjecta dispositione interpretetur, Ete-
14 nim ibi verbum (*hæres*) nedum primum, sed ulteriores comprehendere valeret, quando ususfructus ibi apud hæredem retentus, nomen ipsum hæredis, & non hæredis personam sequeretur, verum cum contra sit, ea propter, eadem ratione conveniens erit, ut ususfructus ibi ab eo nomine non protrahatur, cum eo nomine non transeat; sed à persona, cui inhæret, limitetur, & cum ea extinguatur, & ex his penitus intelligi poterit, quamobrem facta dispositione pro hærede in re de sui nature non transitoria ad hæredes, primus hæres in ea interpretetur, & quidem personam duntaxat sequi usumfructum, ipsiquè cohærere, ejusque interitu extingui in jure non embigitur aper-
15 tè cum primis illud edocuit *Papin.* in *l.ususfru-
16 ctus de stipulat.serv.* quippè cum in facto fruentis consistat, *l.unica, ff.quando dies ususfr.leg.cedat.* eaque ratione ad hæredes non transeat, *l.non solum, §.quie tale, ff.de liberat.legate, l.usus aquæ, ff.de usu, & habit.* & disertè, quidem de eo edocemur

tam

Digitized by Google

tum ex *d. l. usufructus*, *ff. de stipulat. serv.* quam
17 ex *l. hereditas*, *ff. de acquir. rer. dom.* ex quibus si
servus hæreditarius usumfructum stipularetur,
quia necessa erat, illum hæreditati acquiri, ipsique
inhærere, & cum ea deinde ad Dominum transferri,
decernitur in eo casu servum inutiliter sti-
18 pulari; cum alioquin servum hæreditarium in
aliis, & utiliter stipulari, & hæreditati acquirere
habeamus, *l. servus 35. ff. de stipul. servor.* hinc mi-
rum non est, si horum edoctus Iustinianus in *di-
cta l. antiquitas*, illam dubitationem ratione illius
nominis *hæredis*, exortam parvifecerit, atque
usumfructum in eo casu ut universaliter in cæteris
respondisset, extingui statuerit. Secundo sit ibi
specialitas respectu ejus nominis *hæredis*; quia
verbum illud, *hæres* in *d. l. antiquitas*, ratione
subjecti casus contra suam regularem significatio-
nem primum tantum hæredem importat; & hoc
quidem non discrepabit ab Auctoris nostri senten-
tia, qua dicitur, quod in dispositione pro hærede
in re sui natura ad hæredes nun transitoria, ut est
usufructus, expressio illa hæredis primum hære-
dem non egreditur.
19 Vel demum inquiet Adversarius, specialitatem
consistere in ea casus specie ibi proposita; nempe
in ipsa facti contingentia, in qua in usufructuaria
dispositione hæres adsciscebatur, cum illic duobus
pariter consuli oporteret: quod ut fieret, debebat
nomen hæredis ad primum hæredem restringi, ac
propterea ex eo casu usufructur non esse inferen-
dum ad officium; in cujus concessione non adest
hæc ratio prospiciendi duobus; cum non constet
de intentione Regis, quando officium concedit,
an voluerit illud aliquo casu, vel tempore rehabe-
re, & adhuc in eadem navi est, idamque fermè
prætendit argumentum, quoniam quod ita in eo
casu dictæ *legis antiquitas*, decidi contingat, vel
propter eum casum usufructus, ratione illius re-
spectus consulendi duobus; ut inquit Adversarius,
vel quomodocunque explicetur illa decisio, id so-
lum semper concluderetur, ut in rebus alterius
generis, illum non habentibus respectum consu-
lendi duobus (quando tamen verum esset ea ratio-
ne, illam processisse decisionem) idem non sit ob-
servandum, non autem ut ibi aliquid speciale in
materia usufructus quoad ipsum usumfructum,
& signanter ratione illius respectu decidatur in
specie dicti casus *legis antiquitas*, ut supra satis
demostravimus. Et sic Primo desinat Adversarius
asserere in specie dicti casus *legis antiquitas*, spe-
cialem esse decisionem. Secundo, quod ratio de-
cisionis illius *text.* fundatur ibi super ea ratione re-
spectus consulendi duobus, quod illi, aut litera
text. aut naturæ usufructus haud rectè perpensa
20 comparavit. Planè Nos non negamus, omnem
usumfructum ratione rei gestæ, & universali juris
destinatione, nè proprietates inutiles, semper abscе-
dente usufructu; remaneant, non pati perpetuum
fieri; sed ut aliquando ad hoc, ut utrique, & pro-
prietario, & usufructuario consultum sit, ad suam
proprietatem reverti debeat, *§. 1. Inst. de usufr. l. 5. ff.
de usufr. & quemadmod.*: Benè verum est, quod præ-
ter jus, huic etiam universali destinationi, ipsa eadem
ratio usufructus suapte natura nimium accomo-
datur, cum usufructus neque in persona consti-
tutus, neque in constitutione ipsa servitutis quid-
quam est, quo sit perpetuus; cum usufructus
21 consistat in uti frui, atque in illo facto personæ
utentis in rè aliena *l. 1. in princ. ff. quemadm. usufr.*
22 *leg. ced.* Sic ut natura sua pereat usufructus, aut
subducta persona utentis, aut re fructuaria subla-
ta, aut usufructu cum proprietate conjuncto; &
præcipuè persona utentis subducta per mortem,
illum estingui, nullam recipit dubitationem: cum
23 jus fruendi velut personæ cohærens morte extin-
guatur, *d. l. 3. §. fin. ff. quib. mod. usufr. amitt.* Sicut
24 omnia, quæ personæ cohærent morte extingui
probavimus ex *d. l. non solum*, *§. tale*, *ff. de liberat.
legata*: hinc *Justinian.* in *l. ambiguitatem*, *C. de usu-
fructu* verbis quidem aureis hujusce doctrinæ ve-
ritatem testatus est: ibi *Nisi ipse cui usufructus
legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus: tunc
enim ad posteritatem ejus usumfructum transmitti
non est penitus possibile, cum morte usumfructum
extingui juris indubitati sit*; & pulchrius illud ex-
pressit in *l. corruptionem*, *§. sed neque*, *C. ead.* ibi, *tunc
usumfructum desinere, cum usufructuarius; vel
res pereat, & tantummodo eum, cum anima, vel
rei substantia expirare*, atque ita, etsi omnia
26 usufructus, ratione rei gestæ, ex universali de-
stinatione exigat aliquando ad proprietatem redi-
re, nè illæ inutiles remaneant: attamen, ut mor-
te, & interemptione rei, vel personæ utentis usus-
fructus finiatur, hoc usufructus ex propria ejus
natura independenter ab illa universali ratione
habet.
Hoc posito; dico igitur, quod in casu dictæ
legis antiquitas, & si illa ratio universalis extin-
ctionis ususfructus nè remaneant proprietates inu-
27 tiles, contemnenda non sit: tamen ratio ibi in ef-
fectu extinctionis immediata, immò, & absolu-
ta, & quæ Justinianum movit ad illam decisionem,
fuit sola mors usufructuarii, quæ ibi independen-
ter ab illa universali ratione usumfructum extin-
guere valebat, ut ex contextu dictæ *legis antiqui-
tas*, apertè videri potest. Etenim existimantibus
veteribus in specie dicti casus *legis antiquitas*, lega-
tum proprietatis inutile esse, quippe qui credebant
ratione dicti verbi *hæredis*, nunquam usumfructum
ad proprietatem posse reverti: itemque illam uni-
versalem exigentiam reversionis usufructus ad
proprietatem, non posse ea ratione in dicto casu
committi, respondit Justinianus, illorum opinio-
nem ea ratione innixa, nulla rationabili sententia
fundari: cum moriante ibi usufructuario, vel aliis
legitimis modis illum amittente re ipsa expiret usus-
fructus, Atque ita Justinianus non ut illi rationi
universali reversionis usufructus ad proprietatem
occurreret; quasi quod illa alioquin nunquam in
eo casu fuisset habiturus locum, diffinit usumfructum
extingui, ut credidit Adversarius (quia tunc, &
tribuisset veterum dubitationi, & simul, ut illi oc-
curreret singulare jus, ut voluit Adversarius, con-
stituisset, ac per consequens veteres illi rationa-
biliter dubitassent) sed simpliciter expensa per ip-
sum sola usufructus quidditate, quæ cum perso-
næ utentis inhæreret, morte proinde usufructua-
rii suapte natura, præcisa etiam ea ratione respectus
consulendi duobus, extingui oportebat, usum-
fructum extingui sancivit; & eapropter ob ratio-
nem dicti verbi *hæredis* dubitare, an usufructus
videretur intelligi non reversurus ad proprietatem
irrationabile declaravit cum morte illius usufru-
ctus ejus personæ cohærens, ipso jure, nulla ra-
tione resistente extingui debebat; ac proinde in
eos veteres exclamans, inquit ille; *Quare enim*

iste

iste usufructus sibi tale vindicet privilegium; ut à generali interemptione usufructus ipse solus excipiatur?

28 Demumque ut irrefragabiliter pro hac veritate concludatur, adducemus contra Adversarium ipsum
Adversarium in eadem *pagina* sub *num.6.* in quo
loco si verba non fallunt, veritas non poterat ore
meliori proferri: inquit ille; *Plus dico, non esse
validum argumentum de usufructu ad officium;
quamvis utrumque sit ad tempus certum; scilicet
ad vitam concessionarii: attamen in usufructu tempus est de substantialibus, quia sic à lege reperitur
dispositum* in *l.ambiguitatem, C.de usufructu*, ibi,
*non est penitus possibile: quia substantia ipsius consistit in utendo fruendo, quod est personalissimum,
& sic inalterabilis, & idea in illo casu speciali legis antiquitas usufructus in persona hæredis est
novus secundum Glos.* in *l.repeti, ff.quib.mod usufruct.amitt. At in officiis tempus est de naturalibus.
& sic alterabile*: hæc Adversarius. Quid apertius, & efficacius pro confirmatione præcedentium: concluditur per Adversarium ex his verbis,
quod facta dispositione pro hærede, eapropter tunc
officium alterari posse, & ad illud vocari post primum secundum, quia tempus in iis est de naturalibus, & non de substantialibus, atque è contra,
cum in usufructu tempus sit de sobstantialibus,
& proinde sit usufructus in ea parte inalterabilis,
ut ita non sit penitus possibile, ut transeat ad hæredes: quia substantia ipsius consistit in utendo
fruendo, quod est personalissimum, non posse
proinde usumfructum eo modo alterari, his positis
29 ex adversario, cur nunc in *l. antiquitas* usufructus ille, usumfructuario hærede moriente, extinguatur, ratio in promptu est, quia, cum sobstantia usufructus consistat in utendo fruendo, quod
est prorsus personalissimum, non est penitus pos-
30 sibile, ut transeat ad hæredes, ergò non est verum,
quod ibi dixerat Adversarius, decisionem dictæ
legis antiquitas specialitatem fundare super mera
illa ratione, ut proprietario etiam esset consultum
ex supradicta illa ratione universali debitæ reversionis usufructus, qui alias ad proprietarium non
fuisset reversurus, cum ea etiam præcisa, nullaque de prædictis habita ratione, stante tali formalitate usufructus, non esset penitus possibile, ut
ad hæredes transiret: & sic ejusmodi posita formalitate usufructus, perperam ab Adversario prætenditur, quid specialiter in terminis usufructus
in casu dictæ *legis antiquitas*, fuisse decisum, & specialitatem illam exortam fuisse, ut inquit, ex spe-
31 cialitate decisionis, ob casus speciem ibi propositam, quandoquidem: non ob causa speciem; sed
suapte natura, usufructuario moriente usumfructum ibi extingui oportebat. Ex quibus intelligi
poterit Adversarium fortassis prioribus abjuratis
32 veritati applicuisse, sed verè quam laudem ab hac
ejus pœnitentia promereri poterat, eripuit illi, quod
temerè in supra citatis verbis pro ratione intermiscuit, videlicet ibi, *& idea in illo casu speciali
dictæ legis antiquitas usufructus in persona hæredis est novus secundum Glos.* in *l.repeti, ff. quib.
mod. usufr. amitt.* In quibus sanè verbis, & si fortius contrà se ipsum nostram confirmavit sententiam, attamen re vera non novum usumfructum
in *d.l.antiquitas*, sed hoc potius novum in Adversario excogitatum arbitror esse: etenim hæc sententia supponit in *d.l.antiquitas*, duos usufructus,
unum penès immediatum usufructuarium, alium
successivè penès ejus hæredem, quod ex illo textu,
& si per mille annos immaniter torqueatur, nunquam profectò elici poterit, & *Glos. legis repeti*
ab ea *lege* ad casum *legis antiquitas* impertinenter
adducitur.

Atque ita ex prædictis cum Authore nostro benè concludi poterit, & si in officio illa ratio propensionis revertendi ad Regem non adesset, ut
33 adest, & validior: attamen cum non minus officium quam usufructus in facto consistat, nimirum
ille in utendo fruendo, hoc in exercendo, et administrando, quod est æque personalissimum, ut sicut
usufructum omninò morte usufructuarii, quamvis
pro hærede relictum, extingui probavimus, idem
de officio dicendum sit, ad *text.* in *l.non possunt, cum
34 seq. ff. de legib.* Obstant huic conclusioni proximè
citata verba Adversarii *d.num.6.* in quibus & si ore
ipsius Adversarii terminata appareat lis super intellectu *legis antiquitas*; Attamen in eorum sententia, ex ratione saltim distincta officiorum ab usufructu, in hanc nostram conclusionem suum Achillem Adversarius principaliter reposuisse videtur.

Deduxit ibi Adversarius, non benè inferri de
usufructu ad officium; cum in usufructu tempus
sit de substantialibus, at in officiis de naturalibus,
pro cujus distinctionis fundamento adduxerat *n.5.*
Bald. in ajur *cons.159. num.5.lib.3.* ac propterea in
officiis, quia tempus est de naturalibus, benè posse illa alterari, & ex conventione fieri transitoria
ad hæredes, quod idem *dict. num.5.* comprobavit
exemplo annui legati, quod quamvis ex ejus natura non transeat ad hæredes, *l.si in singulos, ff.de
ann.legat.* tamen ratione verbi, *hæredibus*, in legato adjecti fit transitorium ad hæredes, ad *text.*
35 in *l.in annalibus, C. de legat.* Profectò si hujus distinctionis apparatus *Bald.* haberet Auctorem, non
vilem Adversarius præferret auctoritatem, verum
Bald. penitus considerato, & secundum subjectum
casum ejus *consilii*, & non per saltum, dicimus,
illam doctrinam juxta Adversarii sensum ab illo
nullatenus elici: etenim primo ibi casus *Bald.* est
in officio, quod erat feodo annexum, & realiter
36 ab habente potestatem concessum, quo posito non
mirum, ut juxta naturam feudi dijudicetur, ad
ea, quæ Author noster deduxit supra *num.139.*
& *num.151.* ut dijudicasse *Bald.* ostendunt apertè
jura feudalia per *Bald.* ad illius assumpti comprobationem citata *d.num.5.* de feudis loquentia; videlicet *c.1. §.ult. qui feudo dare poss.* cum alioquin
illa non rectè à feudis ad officia intrinsecè ab illis
diversa, & maximè ad illationem realitatis adducerentur; sicuti insuper non benè casum suum
Bald. ibid. *num.6.* ad feudales terminos expendisset,
ibi, *tertia ratio est, quia natura feudorum hæc est,
quod quandocunque feudum amittitur, &c.* Præterea quod in eo casu fuerit loquutus *Bald.* scilicet
in officio annexo feudo realiter concesso, nobis non
conjecturè; sed eadem verba *Baldi* illud apertè
probabunt; & clarè in *principio dicti consilii*, ibi,
*An teneatur illustris præsens Dominus Rex, qui jure hæreditario supradicto Regi, & hæredibus in
Regno in feudo non succedit, sed solum ex populi
electione est in Regem assumptus, dictum officium
cum fuit emolumentis, & feudo dimittere, seù de
necessitate successoribus dicti Emanuelis concedere,
vel contractum approbare juxta formam in dicto contractu expressam de jure teneatur, nec ne*: & sic officium

ficium erat feudo annexum, & concessio realis,
quod etiam subjungi debet supra in casus proposi-
tione, ibi, *Utrum virtute contractus habiti in-
ter D.Dionisium nomine suo, & suorum successorum,
& D. Marcellum Puzanum suo etiam nomine, &
suorum successorum super officiis Almirantatus, &
ejus jurisdictione, & aliis emolumentis, & etiam
FEUDO, conferendo ratione dicti officii D. Ema-
nueli, & successoribus concesso*, & clarius infra
num.6. ibi *superest ergo; ut videamus secundum,
scilicet an iste contractus sit obsonus, & feudum sit
extinctum propter feloniam commissam propter Rem-
publicam Regni hostiliter expugnatam per Zozzela-
tum successorem in feudo antedicto*. Sed apertissimè
in eod.*num.5.* ubi nedum *Bald.* concessionem illam
tam ratione finalis causæ, quam materialis, respe-
ctu ejus, quod concedebatur, realem esse propo-
suit, sed eo respectu post paucos versus, ab eis,
quos legit Adversarius, omnem subjecti casus con-
cessionem simpliciter feudum denominavit, ibi,
*item est realis ex parte finalis causæ; quia in tali
feudo permissum est servire per hæredem proprii
corporis, &c.*

Et in his terminis intellexit *Bald.* officium illud
Almirantatus cum feudo concessum, cum vocavit
mixtum, idest feudo immixtum, & incorporatum:
& hæc est utilitas, & commodum, de quo *Bald.*
ibi; *sed istud est officium mixtum cum commodo, &*
37 *utilitate*, uti etiam apud Romanos quasdam fuisse
militiarum species, legimus, quæ cum militiæ
nuncuparentur, erant tamen quædam Castra, sivè
prædia à Principe militibus concessa; quarum exem-
pla extant in *l.Lucius ff.de evict.* & *l.ita verbera-
tum §.1. ff de rei vendic. & tot. tit.* præsertim *l. fin.
C.de fundis limitroph.* quod tangit etiam *Bald.* in
præsenti ejus *consil.*

Igitur si officium in casu *Bold.* erat feudo ad-
mixtum, cum eo concessum reali facta concessio-
38 ne, quomodo ex his inferet Adversarius; immò
ex his *Bald.d.num.5.* dixit, realitatem esse de natu-
ra ejus contractus, quid hoc ultimo contra Adver-
sarium efficacius, quando illud ipsum officium
mixtum per Adversarium ex *Bal.* assertum ex eod.
Adversario *d.num.5. fol. 167. vers. Utrunque offi-
cium* per totam *columnam* ex xè probatur, non es-
se reale, sed personale, ejusque proinde concessio-
nem, ut & meri officii personalissimam esse, &
ad hæredes de sui natura non transitoriam: igitur
Adversarius, ne majoribus se devincat difficulta-
tibus, si non voluerit fateri, vel se non rectè,
mixtum illud officium, de natura sui personale
dixisse, vel è contra, non benè *Bald.* illud ibi de
sui natura reale proposuisse, concedat *Bald.* casum
longè differre ab ea ratione mixti officii, sub qua
Adversarius loquutus fuit. Et propterea prædi-
ctæ juxtà ejus sensum distinctionis, sivè potius
inventionis apparatum, ubi ejus opinionis in Au-
ctorem nostrum potissimum fundamentum proje-
cerat; sicut etiam consequentias ex ea deductas,
corruere, & evanescere patiatur; quandoquidem,
ut benè verba *Bald.* congruunt in ejus casus hypo-
thesi, tam male ex illis inferretur ad officia ista,
ab Adversario ratione alicujus proventus, qui in
39 iis percipiatur, mixta vocata: cum ratio illa pro-
ventus, qui ex causa officii solvitur, extrinsecè
se habet ad ipsam quidditatem officiorum, & acci-
dens in illis consideretur, & dicere officium me-
rum, vel mixtum, quia pro eo præstantur proven-
tus, vel non, & quod ea ratione extrinseca con-
currente, vel non, in uno, tempus sit de natu-
ralibus, in alio secus, tuta quidem non erit om-
niò doctrina; & sicut à *Bal.* in casu suo, offi-
40 cium illud Almirantatus, ratione feudi, cui erat
admixtum, & incorporatum; mixtum dici po-
tuit, sic non benè in casu Adversarii, ratione il-
lius proventus extrinsecè ad officium se habentis,
mixtum denominabitur. Et profectò in Romanis
41 legibus, in quibus sub nomine militiarum hujus-
42 modi officia designantur, quamvis ibi illa emolu-
menta, & commoda habere deprehendatur ad *tex.*
in *l. Lucius Titius 22. ff. de legat.2.* nusquam ta-
men eas militias propterea mixtas dici debuisse, aut
dictas fuisse legimus.

44 Demum ex hac distinctione Adversarii, illud pe-
nè admirationi relinquitur, scilicet, quod istud
officium mixtum ab Adversario taliter assertum,
substantialiter, sivè in ratione formali differret à
mero officio, à quo alioquin non contradistin-
gueretur, his positis, nisi per illam rationem ex-
trinsecam, & accidentalem proventus, Officiali
in emolumentum ipsius officii designati, & quæ
45 ab ipso officio facilè esse, & abesse posset. Porrò
in hujusmodi doctrinæ pericula magnus ille *Bald.*
nequaquam offendere potuisset; cujus testimo-
46 nium, & quæ senserit ille in hac materia Rega-
lium, non levi argumento perhibet ejusdem *con-
sil. 275. vol.2. num.3.* de quo suprà etiam Auctor
noster, in quo *Bald.* non dicam officia ipsa, sed
ipsa feuda, quoad Regalia, magna concedi matu-
ritate, & personæ electa industria, fide, & gravi-
tate oportere firmavit; illaque proinde non esse
sui natura transmissibilia, & cum in illis secus reci-
pitur, illud, potius usurpatione, quam juxtà
propriam naturam Regalium contingere, quæ ne-
dum faciunt ad comprobationem ejus, quod su-
pra diximus ad intellectum *d. cons. 159.* sed ex iis
quid in officiis ipsis longè strictioribus, quin in-
trinsecè personalissimis dici debeat, cuilibet satis
apertè indicatur.

47 Replicabit hic Adversarius, omnes nostras ra-
tiocinationes experientia improbari: quoniam, ut
inquit *d.num.5.* ipse vidit officium, nedum ad vi-
tam concessionarii concedi, sed etiam ad hæredes
transitorium, ac cùm ità sit, in illis proindà in ef-
fectu probari tempus esse de naturalibus; hinc ille
velut ex testimonio de visu, in hac doctrina fidem
irrefragabiliter promereri conatur: Sanè si videre
aliquid fieri, & quomodo illud fiat idem est, Ad-
versarius omnium ferè sub Sole quæ viderit, quo-
modo ea quæque fiant, expeditam habebit ratio-
48 nem. Hic quidem nos non negamus, ut Auctor
noster nunquam negavit, officia voluntate conce-
dentia, & ex speciali pacto posse concedi pro uno,
pluribusque etiam hæredibus, sed si tamen illud
fuerit expressum; verum ex iis non refragabitur
sententiæ nostri Authoris, qua officia personalis-
sima esse, & morte finiri disertissime demonstravit;
etenim, quod officium concedatur Titio, ejusque
hæredibus, & hæredes ad illud admittantur; non
ideò desinet officium esse personalissimum, & mor-
te non finiri; ac proinde in quolibet ex vocatis es-
se nuvum, exemplo ususfructus, ad *glo.* magi-
stralem in *l. repeti ff.quib.mod.ususfr.omitt.* in ver-
49 bo *hæredibus*. Etenim cum officium, ut dictum
est, consistat in mero exercitio concessionarii,
quamvis ex Principis facultate, speciali pacto pos-
sit

Digitized by Google

fit concedi, ut ad hæredes extendatur, non tamen ideò fit ur morte nniuscujulque non desinat officium, veluti extincto subjecto cujus in exercitio inhærebat, ut optimè etiam ex gravissimis auctoritatibus deduxit Auctor noster in præcedenti responso.

50 Verùm si Romanam repetat Adversarins jurisprudentiam, hanc eandem veritatem in officiis ipsis, ibi sub nomine militiarum designatis, disertè
51 diffiniri deprehendet, & missis aliis, est, *tex.* in *l. fin.C.de pignorib.* in quo *tex.* præscribens *Justinian.* legem de hypothecis dandis creditoribus argenti distractorum, vel metaxariorum super militiis a dictis negotiatioribus emptis, ejus filiis, sivè cognatis ; inquit, omnibus hujusmodi creditoribus, qui ante militiam emptam crediderunt (eam tamen militiam, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti potest) licere etiam non probantibus ex pecuniis eorundem negatiatorum liberos, vel cognatos militasse (si tamen contrarium non probetur) creditum ab his, qui militarint exigere, vel tanti efflagitare, quanti vendi militia potest, ac generaliter licere dictis creditoribua, & adhuc viventium debitorum, jure hypothecæ vindicare militias, nisi sibi satisfiat, & post mortem eorum exigere, quod pro iisdem militiis pro tenore communis militantium placiti, vel divinæ sanctionis, tale præstantis beneficium, dari solet. Hic sanè apertè est casus, ut etiam concedit Adveriarius, militiæ, sivè officii concessi etiam hæredibua; immò concessit etiam cum facultate vendendi: & si penitus expendetur sententia hujus *tex.* ex eo clarè habebitur. etiam taliter concessam militiam morte militantis
52 finiri. Inquit enim ibi *Justinianus*, posse creditores, viventibus eorum debitoribus, militantibus hujusmodi militias, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti possunt, illas jure hypothecæ persequi; at post mortem eorum exigere quod pro iisdem militiis, communi militantium placito, vel divinæ sanctionis beneficio præstari solet; licebit igitur vivis debitoribus, adversus ipsas militias hypothecis uti: mortuis nequaquam? cur ita? porrò, quæ ratio hic certa dari poterit, si illa ab Auctoris nostri doctrina aberret; at verò, nobis illa si fuerit Ariadna, in promptu est; etenim, quæ reliqua esse poterat hypotheca in eam militiam, etiam taliter concessam, post mortem militantis; utpote illius morte extincta militia, cui inhærebat hypotheca, & nova, cum transmitti debeat ad successorem, est: Alioquin si eandem militiam post mortem militantis perdurare diximus: quare *Justinianus* hypothecam, quoad vixerint militantes, creditoribus concessit? quæque juris ratio, mortuo militante, eademque manente militia, hypothecam resolvi compellit. Præterea, & quidem præsertim, hæc veritas desumitur ex iis verbis dictæ *legis*, ibi, *& post mortem eorum exigere, quod pro iisdem militiis pro tenore communis militantium placiti, vel divinæ sanctionis tale præstantis beneficium, dari solet*; quibus verbis illud deciditur, creditoribus, quibus viventibus debitoribus, pro eorum crediti satisfactione vindicare militias licebat, mortuis non idem licere, sed solùm exigere, quod ex communi commilitantium placito, vel principali sanctione dari solet. At
53 hæc summa, quæ hic dari solere dicitur, erat certa quantitas, quam à successore in ea militia præstari provisum erat, & hæc ex communi placito, aliorum commilitantium, sivè principali sanctione, quæ illam determinavit, hæredibus defuncti militantis in suffragium amissæ militiæ dabatur, de qua Imperatores in *l.7.& 11. C. de proximis sacror. scrin.* & eapropter, quia prædictas quantitates in solamen extinctæ militiæ, ob mortem militantis præstari, statutum erat, Imperator *Anastasius* illas solatium, & suffragium, & in solatium præstari dixit *d.l.11.* & *Justin.* ea quoque ratione, cum illa suffragia ex militiæ extinctione pervenirent, simpliciter ea emolumenta, ex casu appellavit in *novella 53. de exibendis reis, §. optimam*, hinc suffragium illud, quod *tex.* in *d.l. fin. C.de pignor.* dixit *commune militantium placitum*, *Glos. in apostilla*, *casum militiæ* appellavit, velut commoda, & præstationes, quæ propter casum militiæ præstabantur; id est ex eo, quod propter militantis mortem, militia caduca facta est.

54 Ex quibus irrefragabiliter potest intelligi, militiam pro hæredibus concessam: quinimmò vendibilem morte militantia extingui. Atque hinc creditori, mortuo militante, non licere sancitur, totam militiæ æstimationem à successore persequi: Quoniam vetus militia, & super qua stabat hypotheca, morte militanti esse desiit, & in successore
55 est nova Verùm quia illud, quod pro casu hujus militiæ præstatur suffraginm, quodammodo antiquæ militiæ reliquum esse videtur, hinc rectè, mortuo etiam militante, ad veterem hypothecam spectare, & à creditore persequi posse, à *Justiniano* definitur.

56 Atque ex his personalissimam officiorum rationem, satis ostendisse credimus Adversario; qui vix in jure, personalem illorum naturam habitam fuisse credidit; Item, & æquè simul, quod ex *Bald.* ille protulit, assumpto satisfactum; ut ea propter illi, quam ex *lege in annalibus*, adjecit, inductioni, respondere non sit necesse; cum utcumque prætendatur argumentum ex asserta natura annui legati, ea positis ratione officii, inutiliter arguetur. Verùm nequaquam possumus non admirari, quomodo Adveriarius ex rebus tam diversis, ejusque intentioni prorsus incongruis, ità securus inferre potuerit; etenim quod in *d.l.si in singulos*, legatum annum ad hæredes non transeat, sed cum morte legatarii extinguatur, illud non ex aliqua certa hujuscemodi legati, seù rei relictæ natura est; sed quia legatum illud, conditionem continet, qua datur ad vitam dumtaxat legatarii, & non ultrà; minore hæc non elicitur; sed legitur in eadem *lege si in singulos*, inquit ibi *Paulus*, *si in singulos annos aliquid alicui sit legatum, Sabinus (cujus sententia vera est) plura legata esse, ait primum anni purum sequentium conditionale: videri enim hanc inesse conditionem, si vivat; & ideò mortuo eo, legatum ad hæredes non transire*, hæc *Paulus* igitur si in hujuscemodi legato intelligitur adjecta conditio, *si vivat*, quod idem refert, ac si fuisset dictum, lego Titio centum annnos, si vivat, vel donec vivat, & non ultrà, cur nunc legatum annuum non transeat, sed moriente legatario terminetur, causa in promptu est, quia vi illius conditionis in legato à jure adjectæ, ex interpretata mente testatoris, non est relictum, nisi dumtaxat vivo legatario, & non ultrà; ergo quare non transeat, quid hic Adversarii philosophia de natura hujusce legati? Atque his veris positis, quæ nunc item reliqua illi
57 ratiocinatio ex *tex.l.in annalibus*; etenim cur ibi le-

Digitized by Google

legatum transeat ad hæredes, res ipsa, idem lega-
tum explicat; quia non soli legatario, sed hæredi-
bus etiam fuit relictum; si quidem si ratio, quare
legatum annuum in *tex.* in *l.in singulis*, non tran-
seat ad hæredes, non est ex ipsius legati, seu rei re-
lictæ natura; sed ex conditione à lege ibi, ex con-
jectura'a mente testatoris intellecta, qua legatum
explicatur factum tantùm quoad vivit legatarius,
& non ultra; jus erit per consequens, ut si à lege
injiciatur conditio ex mente testatoris conjectura-
ta, ut si diversum suadeant conjecturæ, illa respua-
tur, & proindè ad hæredes legatum transmittatur,
ut animadvertere possumus ex *Marciano* in *l.si cum
præfinitione*, & disertè ex *Vlp.* in *l.nec semel*, *§.sed
si*, *ff.quando dies legati cedat*, ibi, *nisi fortè evidens
sit voluntas testatoris*, *&c.* ergo conjecturæ con-
trariæ possunt resolvere eam conditionem ibi su-
perintellectam, quæ transmissionem impedit, quan-
tò fortiùs idem erit, si expressa verba, contrarium
testatorem voluisse referatur, & sic Titio, & ejus
etiam hæredibus in singulos annos relinquat, ex
aperta tunc voluntate testatoris ad hæredes lega-
tum transmittetur, ut in terminis præ cæteris,
hanc theoricam de annuo legato, juxtà predicta
reassumpsit *Bartol.* in *l.gallus*, *§.etiam si parente*,
vers.sed dices, *ff.de lib. & posthum.*

58 His ita explicatis, quid istinc ad officia, quæ
non ratione alicujus conditionis in dispositione in-
perintellectæ, qua ad hæredes transire non dicantur,
sed ex propria ipsorum intrinseca ratione ad hære-
des non transmittuntur, quippe quæ, ut pluries
diximus, velut consistentia in ministerio, & exer-
citio personali, personæque proinde cohærentia,
59 cum persona finire coguntur, & quidem ultrà ea,
quæ suprà nobis disertè hoc probant, si nomen
ipsum officii spectetur, ab *efficiendo* dictum retulit
60 *Calvinus*, & pulchrè apud *Cicer.* in *lib.1. Offic.* ut
hæc designatetur personalitas, generaliter officium,
61 congruum personæ actum esse dicitur. Ex quibus
benè poterit juxtà veros terminos, illud hæredis no-
men in legato annuo adjectum, rationem illam ex-
trinsecam conditionis, ex interpretata mente testa-
toris ibi intellectam, veluti ex alio contrario intel-
lectu diluere, non tamen in officiis personalem il-
lorum intrinsecam rationem immutare. Atq; ideo
rectè legatum illud annuum; sublato per appella-
tionem hæredis, obstaculo conditionis, quo per-
sonale fiebat, mortuo proinde legatario non extin-
guetur, sed idem immutatum erit penès ejus hære-
62 dem: At officium quia per appellationem hæredis
ea ratio personalitatis in eo adhuc invariata rema-
net, cum persona propterea concessionarii finire
necesse erit, & si cum ejus hærede vigore inve-
stituræ, & privilegii esse cogitur, velut ex ite-
rata in eo concessione, quasi novum apud hære-
dem est.

63 Atque hujusmodi demonstrantis officiis, desinat
nunc pariter Adversarius illa cum feudis dijudica-
re; & à feudorum, alteratione, ad illa utcumque
ducere consequentias: etenim quamvis utraque
à Principe fluant, & Principem respectent, & ad
Principem refluere appetant: ejusque dumtaxat
consensu in commercio sint; tamen intrinsecè,
longè unum distat ab alio: siquidem, etsi feudum
ratione superioritatis, directi dominii, & pro co-
rona, à Principe perpetuò divelli quodammodo
64 non patiatur; ità ut feuda in eorum incunabulis
præcaria essent, & Dominus directus ad sui libitum
illa auferre posset; quæ mox annalia fieri cœperunt,
65 & deindè ad vitam producta fuere: attamen ipsi
feudo ex parte rei, benè realitas intrinsece sit com-
patibilis; ità ut potuerit lege nova realiter conce-
di, & fieri transitorium ad filios, & deinceps, *cap. 1.
§. & quia vidimus, de iis, qui feud. dare possunt
cap. 1. de successione fratr. vel grad. succed. in feud.*
non ità pariter in officio, quippè quam ratione
sui ipsius intrinseca, non est nisi quid personalissi-
66 mum, & hæredi concessum non desinit esse perso-
nale: quapropter nunc inter illa utcumque infer-
re, præsertim in ea parte, temerè non debemus,
hinc quemadmodum inter hæc inferri liceat pru-
denter edocuit Auctor noster supra in *princ. cap.5.*
67 alioquin non nisi periculosa erit illatio; Ut illa Ad-
versarii, qui quod exempli causa à *Marino Frecc.
lib.2.de subfeud.q.56 num.4.* ab Auctore nostro re-
lato *sub num.* 126. ex casu fratris ad feudum admissi
deducebatur, velut retorquens; inquit, *feudum*,
ibi, *non transire ultrà fratrem ad collateralem*, quo-
niam nomen illud *fratris*, non est plurium perso-
narum comprehensivum: ideò secus esse in con-
cessione officii facta pro hærede, cum illud, *hæredis*,
nomen, sit plurium personarum comprehensivum.
Porrò (quidquid de feudo in eo casu respondi de-
68 beat) si ratio officii, & feudi intrinseca converti
posset, sicut in aliquo casu de feudo ad officium
inferri potest, suaderet Adversarius, quapropter
scitè, ut diximus, animadvertit Auctor noster,
inter illa non quoquo modo ductam illationem
esse recipiendam, ut est hæc præsens. Quod, ut
in subjecto casu demonstremus, & simul hujus rei
veritas à priori innotescat, dicimus, quod quan-
do ab Autore nostro in eo casu à feudis ad officia
illatio aliqua conciperetur (cum ibi verè per tran-
situm referendo doctrinam *Frecc.* loquatur) ea af-
firmativè, & à fortiori pro devolutione adduce-
retur, & sisteret signanter in similitudinaria illa
casuum proportione; non autem per eam confer-
rentur rationes radicales illius effectus utriusque
casus: nimirum ità; Feudum, in eo casu ultrà
69 fratrem non progreditur, sed devolvitur, quo-
niam concessioni, in qua pro fratre, & non pro
linea collaterali fuit expressum, satisfactum esse
videtur, quamvis frater lineæ collateralis esset;
ergo fortiùs devolvetur officium facta concessione
70 pro hærede, immediato hærede moriente: quia
benè etiam investituræ legi videtur impletum; cum
hæredis nomen primum tantùm hæredem benè
significare possit, quod, quamvis ex stricto ejus
significatu, aptè tamen hic pro strictissima ma-
71 teria officiorum: quandoquidem novum non
est in jure hæredis nomen, quamvis regulariter
hæredes deinceps hæredes comprehendat; at-
tamen, ratione subjectarum rerum, pri-
mum tantùm hæredem significare, ut in usu-
fructu legimus, & satis præterea hoc Adversa-
rio probabit idem *tex.* ab ipso adductus in *l.scien-
72 dum, ff.de reg.jur.* Atque ità quamvis hic dicti duo
casus conferantur pro ea ratione propensionis de-
73 volvendi, non tamen in illis causæ ipsæ, & ratio-
nes radicales ipsius devolutionis eædem affirman-
tur, quæ quidem verè diversæ sunt in utrisque.
Etenim studet devolvere ibi in feudo, natura ip-
sius feudi; illi à lege prærordinata; at in officiis
illorum principaliter intrinseca ratio personalissi-
74 ma. Atque ex his sequitur, ut quam rectè pro-
cedat illatio ea affirmativa, videlicet devolvitur hoc

Digitized by Google

casu feodum ; ergo à fortiori officium , tam sit pe-
riculosa è contra , non devolvitur feudum eo casu;
75 ergo nec officium . Sic quamvis legatum annuum
ad *tex. l. si in singulis* possit videri aliquo pacto
usufructui simile in casu extinctionis, persona mo-
76 riente ; ut inde in iis terminis valeat à legato an-
nuo ad usumfructum pro affirmanda extinctione
inferre , non bene tamen è contra negativè valebit
ducere argumentum , videlicet legatum annuum
ad hæredem protelatum non extinguitur; ergo
neque usufructus : quoniam hic ab illo intrinse-
cè valdè differt;atque in hujus illationis inversione
77 stat Adversarii fallacia . Cæterum hic non minus
incautè ad materias tam strictas, & præcipuas offi-
ciorum a jure communi , rebusque communibus
v3. ex *tex.* in *l. sicut §. si debitori, ff. quib mod. pign.
vel hypoth. solv.* ducitur argumentum .
78 Hinc etiam dissonum esse nequaquam intellige-
tur , si universaliter ad hæredes transmissibilia con-
cedantur , non tamen esse officia cum cæteris com-
paranda ; sed semper , quoad possit , strictiorem
in illis esse recipiendum intellectum , etiam in al-
79 teratis , quandoquidem , ut in non alteratis rema-
neant immutata , hoc & ipsis etiam feudis , ab eo-
rum primæva natura , hodie lege nova alteratis ad
omnes descendentes , recipi non dubitatur , *cap. 1.
de feud. non hab. propr. nat.* Atque ita ut concessis
officiis hæredibus , descendentes , hæredes ibi in-
telligantur , & summum quidem fit , si ad feudo-
rum normam , quibus strictiora sunt , producta
interpretatione , hæredes ibi , descendentes inter-
80 pretentur. Offendit in hoc Adversarius autumans,
officia hæredibus concessa , cum simus in materia
indifferenti , quoscunque hæredes indistinctè ad-
mittere, & non aliter ac de donatione facta à Prin-
cipe apud Romanas leges perscribitur ad *tex.* in *l.
unica C. si liberalit. Imperial. lib. 10.* ad hæredes ex-
traneos transferri posse .
81 In quo quidem (salvo tamen vero intellectu di-
cti *tex.* de quo etiam doctissime Auctor noster
à *num. 107. ad 113.*) satis ex prædictis demonstra-
tum fuisse , credimus , quid sint officia ; ex quibus
benè deprehendi poterit, an hujusmodi principalis,
& rigorosa materia inter indifferentes referri possit,
in quibus dumtaxat locum habere *tex.* in *d. l. unica*,
opiniones concilians, censuit Doct. st. *Reg. Constan-
tius l. 1. & 2. C. de filiis offic. lib. 12.* ab Authore no-
82 stro relatus *num. 112.* Quod adeo verum est , ut
sententia *d. l. unicæ* non vindicaverit sibi locum in
materia feudali, *cap. 1. §. sin autem unus, de his, qui
feud. dar. poss.* et *c. 1. de fratr. de nov. benef.* quod in
prædictis juribus animadverterit eruditissimus *Go-
tofr.* in *d. l. unica* . Et hanc quidem reor. Adversa-
rium inter indifferentes materias reposuisse officia.
83 Etenim , cum ex hac limitatione in feudis videre-
tur à fortiori ad idem inferendum in officiis aditus
demonstrari, & maximè, Adversario,qui passim in-
ter hæc inferre alias non timuit, prænoscens proin-
de quam rationabiliter illinc contrà seipsum infer-
ri posset , inquit , regalium officiorum materiam
esse indifferentem , & uti talem non esse à feudis
regulandam . Sanè regalia officia efferri inter ma-
terias indifferentes, & cum cæteris aliis rebus indi-
stinctè recenseri ? & quod magis est , quod debeat,
feudis alteratis ad hæredes , hæres ibi ratione ipsius
feudi , filius interpretari , regalibus autem ita al-
teratis officiis , nequaquam , ut persuadeat Adver-
sarius sicut illud dixit, hoc opus ? Nam, non quod
officia regalia non sint feuda , vel ad instar eorum
concessa; cujus apprehensio detorsit Adversarium,
erunt proinde indistinctè cum aliis adnumeranda :
quoniam si feuda non sunt , erunt regalia , ac pro-
indè altioris ordinis , & strictioris , quam feuda ,
& quoad dependentiam à Principe , & respicien-
tiam, & devolutionem ad eundem,ut proinde non
temerè cum ceteris indifferentia ; sed potius (&
maximè ab Adversario, qui in ea materia authorem
84 se protulit) à cæteris differentia dici debebunt ; ac
ita si in feudo dictæ legis præceptum non præva-
luit , fortius ex prædictis in regalibus nequaquam
85 sibi locum vindicabit . Accedat in iis maximè per-
sonæ industriam exigi , quæ devolutionem affectat
quippè cum ex illius individuali electione in offi-
ciis subjectorum pax , coronæ stabilitas , omneque
Reip. bonum exoriatur , ut propterea illorum ex-
86 tendi successionem ad extraneos ab Adversario ,
vel si ad descendentes sit restringenda, ad collatera-
les etiam ultimi morientis , si deficiat descendens
ab illo, ampliari debere generalibus regulis innixo,
87 rursum non existimamus ; hinc *Reg. de Ponte cons.
136. num. 5.* inquit , generales illas regulas , velut
tex. in *l. pactum, C. de pact.* & similes in officiis ces-
sare .
88 Verum non prætermittam, quod, non quia pro-
bavimus , valere argumentum de feudis ad officia
affirmativè , quoad devolutionem , ut supra , in-
telligere ea propter debet Adversarius , ut jam ex
ejus dictis animadverti potest , quod tunc possit di-
ci devolvi officium , quando in eo casu posset affir-
mari , quod devolveretur feudum ; itaut, officio-
rum devolutio debeat semper produci ad devolu-
tionem feudorum , ut sensisse videtur Adversarius
in his verbis , ibi, *quo fit , ut Fiscus vix prætendere
possit , regalium successionem regulari à successio-
ne feudalium , &c.* quia hoc esset cum feudis offi-
cia confundere ; sed quod taliter concessis officiis,
indubio , an sit producenda successio , ubi nec ex
ratione peculiari officii illud in eo casu decidi con-
tingat , tunc ad summum successio in iis trascende-
re non debet limites successionis feudorum ; itaut
si valuerit dici; hoc casu devolveretur feudum; dici
quoque valeat ergo hic à fortiori devolveretur offi-
cium, non autem è contra tantum erit argumen-
tari , non devolveretur hic feudum ; sed progredi-
retur ad ulteriores , ergo nec devolveretur offi-
cium .
89 Præterea Auctori nostro , hanc doctrinam , ut
concessis officiis hæredibus,hæredes in eo casu filii,
90 & descendentes interpretentur , præ aliis districtè
probavit solemnis *Bart.* theorica in *l. gallus, §. etiam
si parente, ff. de lib. & posth.* verum inquit hic Adver-
sarius , *Bartolum* doctrinam illam protulisse super
re certa , & quæ de sui natura non transibat ad fi-
lios , ut in feudo ; & sic interpretationem apud
eum , ut in verbo , *hæredibus* ; filii intelligantur
desumi ex natura certa , & determinata à lege rei
deductæ in concessione , ut est feudum . In qua
quidem parte, quamvis utcumque intellectus *Bar-
tolus* , illud saltem argumento non levi desumere-
tur , dicimus tamen verè cum nostro Auctore
Bartolum sensisse , illamque doctrinam simplici-
ter in re non transitoria ad hæredes firmasse ; ut ex
ejus verbis penitus introspectis clarè demonstrabi-
mus . & quidem illam fuisse *Bartoli* in *d. loco sen-
tentiam* , præceteris irrefragabiliter colligi poterit
ex verbis , quæ idem *Bart.* ad examinandam di-
ctam

Digitized by Google

ctam ejus doctrinam pro argumento proposuit. Distinxerat *Bart.* casus, in quibus hæredes, filii interpretari debebant, ex qualitate rerum, præsertim non passim transmissibilium, circa quæ, verba illa *suis hæredibus* proferebantur: indè arguens
91 subdit; *sed dices, quod lex in annalibus est contra hanc distinctionem; nam ibi loquitur in legato annuo, quod de sui natura non transit ad hæredem, ergo debet intelligi de hæredibus, idest de filiis*, cui argumento respondens *Bart.* inquit. *Respondeo verba mea dicunt, aut illa verba proferuntur super re de sui natura transmissibili ad hæredes, vel non, in l.in annalibus, res quæ legatur, vel quantitas de sui natura erat transmissibilis ad hæredes; sed transmissionem impediebat conditio, quæ est in legato annuo, non natura rei legatæ, verè ergo profertur super re de sui natura transmissibili ad hæredes*, hæc *Bart.* quid pro haustu hujus veritatis apertius? ergo. si, ut conditione, verè de ejus natura legatum annuum non transiret ad hæredes, obstaret *Bart.* argumentum ex *lege in annalibus*, & per consequens in ea casus hypothesi, videlicet; quod legatum annuum non sit de sui natura ad hæredes transitorium, nulla ibi etiam lege eam casus speciem *legis in annal.* ad filios prædeterminante, hæredes in ea filii interpretandi essent, alioquin, si quamvis legatum annuum de sui natura non esset transitorium ad hæredes, nihilominus, quoniam illud nulla certa lege prædeterminaretur ad filios, non essent hæredes in eo filii interpretandi: Perperam *Bart.* contra se ipsum ex illa hypothesi, quod legatum annuum non esset transitorium ad hæredes argumentaretur, & frustra item consequenter solvaret argumentum, quod legatum annuum de sui natura esset transitorium ad hæredes; cum etiam illud ad hæredes non transitorium; non essent tamen in eo hæredes, filii intelligendi, cum nulla certa lege determinaretur ad filios.

Ex quibus, ni fallimur, irrefragabiliter nostri Auctoris in *Bartol.* intellectum probari existima-
92 mus; nec Adversario suffragabitur, quam hac in parte excogitavit responsionem, sivè additionem ad *Bart.* videlicet, quod post ea verba *Bartoli* ibi; *verba mea dicunt, aut verba illa proferuntur super re de sui natura transmissibili ad hæredes, aut non*, esse supplendum, *aut non transmissibili ad hæredes, nisi ad filios, ut in feudo*; quæ verba, inquit ille, fuisse ibi brevitatis causa omissa; cum finis *Bart.* fuerit solvendo argumentum de *lege in annalibus* distinguere, num legatum annuum ex natura rei legatæ sit transmissibile, vel ne; an vero ex natura dispositionis, puta conditionalis. Sanè hæc mendicata responsio ad eum locum apertum *Bart.* ut ex *Bart.* extorqueretur, sic multifariam ab eo loco rejicitur. Primo ex ratione ipsorum verborum contextus, nam cum dixisset ibi *Bart. verba mea dicunt, aut illa verba proferuntur super re de sui natura transmissibili ad hæredes, vel non*: hæc certè verba ex natura recti sermonis continent sub se ea tantum verba, scilicet *transmissibili ad hæredes vel non, idest vel non transmissibili ad hæredes*, quæ sane verba, ut ibi tantum intelligi debere, ratio ipsa sermonis vehementer cogit, sic post verba *vel non* impropriè adduntur ea verba, *transmissibili ad hæredes; nisi ad filios, ut in feudo*, idest, *vel non transmissibili ad hæredes, nisi*
93 *ad filios, ut in feudo*, & ratio est; quis cum dictio, *vel non* stet ibi dumtaxat repetitiva præcedentium negativè, atque ita si præcedens membrum distinctionis erat res transmissibilis ad hæredes, quidquid addatur post dictionem, *vel non*, præterquam repetere præcedentia negativè, extra rem vaniat; quamobrem si quid aliud specificè, quamvis repetitionis præcedentium negativè fecte posset, ibi intelligi deberat, exprimi à *Bart.* oportuisset; & sic expressè dicere, *aut illa verba proferuntur super re de sui natura transmissibili ad hæredes, vel non transmissibili, nisi ad filios, ut in feudo*.

Insuper, si juxta intellectum Adversarii, ratio, & fundamentum conclusionis *Bart.* in ejus doctrina, fuisset non ipsa intransmissibilitas ad hæredes simpliciter, sed ipsa non transmissibilitas nisi ad filios, ut in feudo: incautè nimis ille reticuisset ibi ea verba; *nisi ad filios, ut in feudo*; cum in iis ratio totalis ejus doctrinæ consisteret, cum alioquin iis verbis demptis essemus in alio casu, & brevitas quidem his valdè vitiosa fuisset.

Demum responsio Adversarii apertè improbatur ex eodem *Bartoli* argumento, & ex iis verbis, quæ ad suum argumentum ipse respondet, nam si conclusio *Bart.* in quam argumentabatur, affirmabat, ejus dumtaxat theoricam in re non transmissibili, nisi ad filios, ut in feudo? quorsum illud argumentum ex *l.in annalibus*? quorsum respondere, ut suam conclusionem ab illo argumento defenderet, quod annuum legatum natura sua non erat intransmissibile? & si non ad rem, cur quæstio de *l.in annalibus* proponebatur, an, ut haberemus fortassis notitiam, quia legatum annuum, non de sui natura; sed ex vi conditionis ad hæredes non esset transitorium; ut putat Adversarius; certe, ut vera esset hæc doctrina, de qua nos supra ita hic ferè impertinenter explicaretur.

Re igitur sic enucleata, qui deinceps hanc veritatem tergiversandi locus; quis amplius nostri Auctoris doctrinam, quamvis invidus in *Bartolo* dubitabit, igitur si non voluerit Adversarios affirmare, *Bartolum* in prædictis, casu, & præter rem ratiocinari, quod de *Bartolo* illi dicere non licebit, ei quamvis invito confiteri necessa erit, cum nostro Auctore, *Bartolum* intellexisse; & per consequens à suo opere demere, quod in præcedentibus *Bartolo* addidit.

94 Nec quicquam prædictis refragatur, quod *Bartolus* in principio suæ *theoricæ*, primum membrum suæ distinctionis proposuit iis verbis, scilicet, *Et tunc quando illa verba proferuntur circa illud, quod de sui natura non transit nisi ad filios, ut in feudo*, quod potissimum adversæ interpretationi, ejusmodi *Bartolum* intelligendo, præbuit argumentum; etenim, sicut ex iis, quæ supra demonstravimus, indubitabilis factus est sensus *Bart.* juxtà intellectum Auctoris nostri, sic contra *Bart.* hic nequaquam intellexisse; aut intelligere valuisse necessario ex eis fateri cogamur; quibus non esse derogatum, ut intelligi posset, sit esset ibi, idem de eo casu simpliciter non transeuntis ad hæredes, non rejici, & profectò eo modo ibi se explicavit *Bart.* non quia eadem interpretatio apud eum non reciperetur, tam si res de sui natura non transiret nisi ad filios, quam si simpliciter non esset transitoria ad hæredes, sed ratione feudi tunc *Bartol.* objecti, quod ex genere non

 tran-

transeuntium illic in exemplum subjiciendum
95 arst. Insuper ex iisdem verbis virtualiter, & à fortiori illud comprehenditur; cum & si officia non sint prædeterminata ad filios; tamen illa ratione, qua ea strictè interpretatio fuit recepta in feudis, major, & circa eadem, inest in officiis.

Cæterum hunc casum rei simpliciter non transeuntis ad hæredes *Bart.* comprehendisse in dicta ejus doctrina; fat etiam efficaciter ex eo argui poterit; cum alioqnin nimis in ea parte *Bartol.* defectivus fuisset, si cum eam quæstionem, quando videlicet appellatione hæredum, filii essent interpretandi, exactè, & de more explicare vellet, illamque propterea ex naturæ rerum distinctione diffinire, illum casum, rei non transeuntis ad hæredes gratis prætermisisset, & præsertim cum is casus in ea materia præcipuus, & fortassis non indubius relinquebatur, quandoquidem si ex una parte casus ille non prædeterminatus apparebat, in quo stetit argumentum Adversarii, ex alia ad instar feudorum determinari poterat, & fortius, cum & in ipsis etiam rebus ad hæredes omnes transmissibilibus, aliquando ex *eod.Bart.* illic ad filios ex causis, dispositionem restringi habeamus.

At quid plura ad hunc *Bart.* intellectum; sanè viro candido, ut is cum sensum in *Bart.* non dubitaret; sat fuisset, in citatis verbis *idem Bart.* ubi se ipsum explicans, velut huic dubitationi respondere, inquit, *Respondeo verba mea dicunt; autem illa verba proferuntur super re de sui natura transmissibili ad hæredes*, *vel non*, *&c.*

Atque ita sententia *Bartol.* frustra nunc pro *Bart.* intellectu, ad sensum Adversarii, testarentur, quos ille adduxit, *Castr.Jason*, *Alex.* & *Socc.* ultra quod *prædicti DD.*etsi cum *Bartol.* juxtà casum ab eo propositum in primo membro distinctionis, concesserint, quod nos ultrò concedimus, ut in re de sui natura non transitoria; nisi ad filios, hæredes ibi filii interpretentur: Attamen, *Bart.* idem in sua *theorica* non admisisse in re simplicitur ad hæredes non transeunte, in quo nobis cum Adversario lis est, ut verum non erat, sic ibi nequaquam dixerunt; quinimmò *Aquilinus* hanc *theoricam Bart.* penitus progrediens in *l.2. §.item si in facto*, *quæst.3. ff.de verb. oblig.* illam signanter reassumpsit in casu rei simplicitei ad hæredes non transeuntis.

96 Demum his non prætermittemus, Adversarium præterea, ut præfatæ ejus explicationi ad *theoricam Bart.*auctoritatem in terminis officii accomodaret, adduxisse *Bald.* in *l. fin. C. de pignoribus*, apud quem in terminis credidit ille decidi, mili-
97 tiam ad extraneos hæredes transferri posse, sumpta militia pro officio: verba *Bald.* sunt, *Militia ponitur hic pro quibusdam introitibus publicæ auctoritate constitutis, vel beneficia Principis concessa, qui redditus emi, & vendi poterant, & ad extraneos transferri, & vocabantur militiæ, seù prebendæ*: hinc ita arguit Adversarius, militiæ, quæ in *d.l.fin.* simpliciter ad hæredes transferri dicitur, *Bald.* ad extraneos transire posse dixit; ergo ad militiam, quamvis ad hæredes simpliciter transitoria proponatur, benè hæredes extranei venire possunt. Hic autem, quidquid sit de intellectu *Baldi*, nihilominus quomodo ex eo loco *Baldi* Adversarii opinio fulciri possit, non videmus; etenim primo, sit, ut inquit *Bald.* militiam pro ut sumitur pro quibusdam introitibus publica auctoritate constitutis, posse emi, & vendi, & ad extraneos transferri, quid hoc ad ipsum officium?
98 Siquidem, ultro concedimus, officium idem esse cum militia, sed quando militia, non pro amolumentis, & redditibus; sed pro ipsa administratione accipitur, cum primo casu differt militia ab ipsis redditibus, quantum differt officium ab emolumentis officii, ut contradistingui animadvertere possumus ex *l.Luciae Titiae*, *ff. de legat.2.* & aliis juribus, & idem *Bald.* ex *d.text.* in *d.l.Luciae*, hos terminos distinxit in *l.omnimodo*, *§.imputari*, *in princ. C.de inoffic.test.* in quo *text.* inquit *Bald.* agi propriè de militia, eamque definit,
99 quod sit quoddam exercitium, ex quo sumitur lucrum, illamque *num.2.* comparavit officio, seù
100 beneficio: itemque non posse vendi, nec alienari, quod non sit in commercio, in quibus nondum locis, sed & in ipsa etiam *l.fin.* rectè *Bald.* de ipsis proprie militiis, sive officiis sensisse aptè videri potest, & præsertim ex iis verbis, quæ in *d.l.fin.* quæ paulò post subdit, ibi, *Et in multis aliis locis erant aliæ militiæ, quæ non poterant transferri, quia personales, ut militiæ Comitum, Carsorum, &c.* hinc cautè in summa *d.cit. l.fin.* dicitur; quod militia ponitur interdum pro introitibus auctoritate publica constitutis,ut pro-
101 inde Adversarium ex his ab æquivoco duxisse argumentum negari non possit, & quidem hic, ille, velut illusus ab æquivoco excusari mereretur, sed ipsum rationem æquivoci cognovisse, ejusque utramque acceptionem diversam retulisse; videlicet ibi, *Militia ponitur hic pro quibusdam introitibus*, *&c.* & ibi paulò post, *quod autem militia sit officium hoc reale probavit Fiscus lautissimè*, & tamen ex una militia intulisse ad aliam, facilè non meretur excusari.
102 Præterea, etsi *Bald.* ad casum *d.l.fin.*illud expresse in ipsis officiis sive militiis, acceptis pro ipsimet muneribus, & administrationibus, dixisset, nec etiam quicquam ex eo Adversario suffragari, aut Auctoris nostri sententiæ refragari poterit; etenim militia, de qua sermo in *d.l.fin.* erat talis, quæ non dum poterat ad hæredes transmitti, sed etiam vendibilis erat, ac proindè concessa facultate vendendi, & alienandi militiam ab habente potestatem; ferè non malè etiam à *Bald.*diceretur, militiam illam per consequens velut ex ea facultate ad extraneos transmissibilem concessam, ad extraneos posse transire, atque vocatis extraneis in militiis,voluntate concedentis expressa, bene illam ad extraneos transire posse, defendetur, quod & nostra sententia alienum non est; etenim illa non vindicat sibi locum in expressè alteratis; & ubi nullus interpretationi locus.
103 Replicabit Adversarius, idem referre, concedere militiam pro hæredibus; ac concedere militiam cum potestate alienandi; ac per consequens etiam concessa militia pro hæredibus, idem esse dicendum, ajusque propositionis assumptum probavit Adversarius ex *d. l.omnimodo*, *§.imputari*, *C.de inoffic.test.* ubi de militiæ agitur imputatione, & ex *d. l. fin. C. de pignor.* ubi de ejus hypotheca tractatur, & illud ex eo, quia in dictis juribus pariter deciditur, posse imputari, & hypothecari militiam, tam si fuerit concessa pro hæredibus, quàm si fuerit concessa cum potestate vendendi; hic sane urgeret argumentum Adversarii si à recta ratione disserendi non aberraret, nam quod eadem mo-

modo potest imputari, & hypothecari militia, si fuerit concessa pro hæredibus, quàm si fuerit concessa; ut possit vendi: & quòd uterque casus comprehendatur sub una dispositione: ideò inferre, utrumque militiæ casum esse eundem, vel æquiparari, nosque non consulit Adversarius, non edocuit Philosophus. Et certè illud à *Bald.* non habuit Adversarius, quin *Bald.* cujus auctoritate expressa verbis firmari inquit, militiam de qua in *d. l fin.* posse transire ad extraneos, si benè ibi advertatur, deprehendetur, quod quamvis utrumque casum lex comprehenderet, tam militiæ pro hæredibus datæ, quàm cum facultate vendendi concessæ: nihilominus in sua ibi subjecta explicatione, cum militiam illam ad extraneos posse transferri inquit, illud tantum postquam proposuit, militiam, *d.l.fin.* vendibilem, subjunxit, atque ita in iis terminis probavit, videlicet *Militia ponitur hic pro quibusdam introitibus publica authoritate constitutis, vel beneficia Principis concessis; qui redditus emi, & vendi poterant, & ad extraneos transferri.*
104 Inquiet demum Adversarius, latè esse interpretandum in officii concessione ibi verbum, *hæredibus*, ut non descendentes soli, sed etiam extranei intelligantur; ex quo beneficia Principis plenissimè sunt interpretanda, ad *text.* in *l.fic. ff.*
105 *de constit. Princip.* Hic profectò, ut verum fateamur, à generalibus juris regulis, quibus hic undique, non aliter ac Messanenses privilegiis, inhæret noster Adversarius, ad hanc regalium officiorum gravissimam, strictissimam materiam argumentari, nedum non totum, sed planè incivi-
106 le existimamus: quandoquidem concedere regalia, non beneficium, sed privilegium censendum erit, ut aliis omissis supra disertè probavit Auctor
107 noster. Et maximè in concessione regalium officiorum, ex quorum alteratione nedum solius Principis, ut censuit Adversarius, vertitur detrimentum; sed quoniam per ea in Republica ad subjectorum commodum cuncta providentur, exequuntur, & ordinantur; eapropter relaxatis in iis concedendis habenis, omnium rerum regulam confundi necesse erit; ut hinc non immeritò cum primis personæ industriam semper in officiis exactam fuisse intelligere poterimus; quippè, quæ neglecta, rerumque proinde officiis, casu, & fortuna personis plurimum ineptis, criminosis, onerique imparibus delatis, omne per consequens populorum bonum Reipublicæ regimen eorum inhabilitate, inscitia, & rapacitatem corruptum, in exitium verti, necessariò oportebit. Quæ officiorum conditio quare Adversario nostro fuerit invisa, vix comprehendere valemus: credidit ille, in concessione officii solius Regis concedentis versari incommodum; atque eo supposito plura pro sua opinione deduxit passim in dicto ejus tractatu, quæ omnia velut huic vano fundamento innixa
108 corruere patiatur; nec in officiorum concessione quidem tertius solùm læditur, ut ferè ad *text.* in *l. immunitates generaliter, ff. de jure immunit.* sed ipsa tota Respublica læditur, quæ veritas præterea ultra quod non argumentis, sed sensu à quocumque intelligi po est, multis etiam erudità à nostro Auctore, ad quem Adversarium remittimus, demonstrata fuit.
109 Ex quibus tum ob rationem personalissimam officiorum, tum ob personæ industriam in ejus munere requisitam quanta propensione officium ad Dominum reverti exigat, clarè percipitur. Hinc
110 simul intelliget Adversarius; quàm referat illud, qui asserit, nil differre, officium exercari per Caji descendentes, vel etiam per alios. Hinc etiam intelliget, quomodo nedum legi ad *text.* in *cap. 1. de feud. non hab. propr. nat.* sed & publico bono conveniat in officiis etiam alteratis, non tamen videri Regio assensui in suis casibus derogatum, nec posse per consequens officia hujusmodi in alios sine Principis assensu transferri: & quidem præter ea, quæ eleganter in hac parte scripsit Auctor noster, pulchrè illud concipitur ex *Novella Justiniani de adjutoribus Quæstoris*, juxtà compilationem *Gotofredi* 35. ubi quamvis militia ibi vendibilis proponatur; attamen illi, qui per eam facultatem in militia subrogatur, ad illam non neglecta personæ industria accedere conceditur, sed prævia *Quæstoris* electione, ibi, *Habeant igitur jus vendendi militiam suam; sed non ultrà centum solidos, dum, & is, qui subrogatur, electione Quæstoris fiat*, & infrà, *illa videlicet observando; ut si quis ex viginti sex adjutoribus defunctus fuerit, ab hærede ejus centum solidi dentur, & electione Quæstoris militat*; ut hinc intelligamus, quod quamvis à jure militia vendibilis concedatur, non tamen, tanta est industria personæ in ea requisita, censendum erit, ibi ex ea concessione, aut sperni, aut excludi debere inquisitionem circa personæ industriam, quam per assensum Dominum cognovisse, & comprobasse intelligitur. Hactenus: plura quidem dixissem, nisi à prælo Me Typographus acciret.

ARGUMENTUM.

Bona bello capta, sivè mobilia ea sint, sivè immobilia quando nam capientium fiant? Quo jure? Quo bello? justo nè tantùm? an etiam injusto? An tantùm si cum Infidelibus bellum geratur? An etiam si inter Christianos? qua mora? an statim? en posteaquàm in Ducis conspectum venerint? & pro quibus partibus? Item si ex hostium potestate, vi atque armis ea bona vindicentur, quibusnam acquirantur? Variæ super ea re *Doctorum* opiniones principio examinantur, deindè verò cum *Angeli*, aliorumque communiori sententia aptè conciliantur. Quando nam præda dicatur incontinenti, vel ex intervallo recepta, quando intra hostium præsidia reducta, atque in tuto collocata, dilucidè, noviterque explicatur. De Postliminio, ipsius origine, virtute, effectu; Quibus personis; quibus rebus competat; An etiam ipsis interdùm navigiis in vim privilegii. Denique de navium classibus, earumque antiquo, ac vario usu.

SUMMARIUM.

1 *Capta in bello, sive propter bellum mobilia omnia, sivè se moventia jure gentium capientis fiunt, & pro personarum qualitatibus dividuntur*, & num. 3. 4. & 9. & *ita pluries decisum*, num. 14.

2 *Postliminium de jure gentium inventum, & quid sit*, num. 8. & *de duabus ejus speciebus*, n. 35.

5 *Aurum ad Barbaros deferri, non solùm prohibitum, sed subtili ingenio auferendum præcipitur.*

6 *Verbi, invenire, natura quæ sit.*

7 *Bona mobilia, quæ nostra fuerant ab hostibus capta,*

Digitized by Google

pta, & recuperata, prioribus Dominis de jure gentium non restituenda, imò authoritate Sacrarum Scripturarum, num. 14. *Jure civili*, & num. 16. 17. 19. & 22. *ubi respondetur ad contraria, ubi etiam in foro conscientiæ, & de rationibus*, num. 162. & 167. *ex legibus Hispan.* num. 124. & 164. *consuetudine præscriptæ rerum judicatarum*, num. 126. 179. 181. & 231.

10 *Bona, quæ ante, vel post conflictum campestris belli capiuntur propriè capientis fiunt, quæ verò in conflictu dividuntur, per Ducem belli juxta unam sententiam.*

11 *Equitum Divi Stephani militiæ validissimis, ac penè alatis triremibus maria discurrentibus laudes*, & num. 227.

12 *Prædæ acquisitio, & divisio variè olim ex temporum diversitate observata, & qualiter ex legibus Hispan.*

13 *Duci hostium capta redimendi facultas concedenda, si pacis perturbatio non timetur.*

15 *Jus civile gentes non subditas de facto Imperio non ligat, nec nocet.*

20 *Doctor plures referens opiniones pro posteriori sententia stare judicandus, nisi pro ea non reddat efficacem rationem*, num. 41.

21 *Opinio aliqua quòd sit in puncto juris vera, intelligitur de rigore, maximè quando aliter judicatum, & de consuetudine servari testatur.*

22 *Postliminium habet locum in servis etiam transfugis, qui recuperati ad Dominum redduntur, ad explicationem* l. ab hostibus 2. ff. de captiv. *secus in mobilibus seseque moventibus*, & n. 23. 24. & 229. *quia diversa est ratio*, num. 230.

25 L. si captivus, §. expulsis, ff. de captiv. *loquitur in bonis immobilibus, quæ ab hostibus recuperata ad priorem Dominum jure postliminiì revertuntur, sed mobilia generaliter in præda sunt*; & num. 26.

27 L. Pomponius, ff. de acquir. rer. dom. *loquitur de animalibus à feris bestiis à nobis ereptis, quæ tandiù, quandiù non sunt consumpta, nostra manent*, & num. 228.

28 *Capta à Civibus in civilibus dissensionibus contrà eosdem cives, vel à civitate contrà aliam, & recuperata, prioribus Dominis non restituenda.*

29 L. si quid bello 28. ff. de captiv. *loquitur de bonis mobilibus ab hostibus recuperatis, quod non sint prioribus Dominis restituenda, nisi ab initio jure belli capta sint, ad hostes revertantur, deindè recuperentur*; & num. 30. 32. 33. 40. & 117.

31 *Bona sua probitate quæsita plus æstimanda, quàm aliunde obventa.*

34 Cabedus, Covar. *reprehendens ad intellectum* d. l. si quid bello, *latè confutatur*, & num. 36. 37. 38. & 39.

42 Donellus *in* comment. l. 4. cap. 1. *explicatur.*

43 Wesembec. *in* Paratlit. ad 50. lib. digestor. tit. 15. ff. de captiv. *declaratur*, & num. seq.

44 *Doctoris dictum intelligendum secundùm leges, quas citat, & extra ei non creditur.*

45 *Indefinita locutio Doctoris non æquipollet universali in materia probationis, nec ipsius dictum interpretatur ut lex.*

46 *Doctor perfunctoriè loquens, non facit numerum, & qui non disputat, quamvis aliquid supponat, non facit authoritatem, etiamsi verba ejus decidant casum.*

47 Opinio Doctorum *distinguentium in dubio prævalet.*

49 *Præda à manibus hostium à nostris militibus ex intervallo recuperata, lucro recuperantium cedit, nisi sint mobilia, quæ fruuntur postliminio*, & num. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 65. 66. 67. 72. 73. 74. 81. 83. *etiam in foro poli*, n. 79. *etiamsi sint spolia empta, vel vi erepta à Piratis*, n. 80. & *in quibus bonis habet locum postliminium*, & *quando dicatur præda incontinenti recuperata, remissivè*, num. 51. *ubi ampliatur, etiam si præda per se aufugiat, & reintret præsidia.*

57 Hercul. *in* l. 2. ff. de acquir. poss. *ponderatur*, & *confutatur*, & num. 58.

60 Ripa *in* d. l. 1. *distinguens, an præda à militibus stipendiatis, vel non, recuperetur, communiter improbatur, illudque procedere quoad militem respectu Ducis, non autem ut præda prioribus Dominis restituatur*, & n. 61. 62. & 64.

63 *Milites stipendiis debent esse contenti, & de captis ab hostibus debent habere Ducis concessionem.*

68 Joann. Bolognet. *in* d. l. 1. *explanatur.*

69 *Postliminium verè est ut privilegium aliquibus rebus concessum.*

70 Soc. jun. *in* d. l. 1. *post* num. 65. *declaratur.*

71 *Bona immobilia capta in bello, & recuperata, prioribus Dominis restituenda, mobilia verò dummodo traducta sint in loco tuto, recuperanti conceduntur*, & num. 76. & 81.

75 *Præda antequam sit reducta in præsidia hostium, recuperata, vel per milites insequentes etiam intra præsidia, & prioribus Dominis restituenda, secus si ex intervallo, & in loco hostibus secura*, & num. 77. & 85.

78 Opinio Cabedi Ripam *sequuti, ut etiam ex intervallo præda recuperata sit prioribus Dominis restituenda, licèt communiter reprobata, limitatur in militibus stipendia non habentibus.*

82 *Romani etiam secum justo hoste bella gesserint, sæpè ex eorum benignitate prædam illis restitui jubebant.*

84 *Bona recuperata ab hostibus, scilicet infidelibus, qui injustè nobiscum bella gerunt, prioribus Dominis non restituuntur, & quarè.*

RESPONS. XIII.

TUrcicarum Navium classe ad Christianorum damna Siculum mare discurrente, capitur principio ab hostibus navis, cui à Gigante Golia nomen eset ad Arcem Agrigenti in Sicilia; Tum altera frumento onusta propè Sardiniam, cui nomen à S. Bartholomæus. Præerat illi Bartholomæus item Belga ex iis unus, qui ab Invictissimo nostro Rege in Belgio jolim descivenant. Frumentum ea navi advehebatur Horatii Cottæ mercatoris Januensis nomine. Additis ergo captivis navibus hostium classi, iisque Turcarum militum præsidio benè monitis plurium dierum, ex quo in hostium potestatem venerant, intervallo, omni spe libertatis, ac recuperationis omissa, Christianæ triremes sexdecim, Neapolitanæ novem, Pontificiæ tres, Ethruscæ quatuor sociali fœdere, Magno Duce D. Didaco Pimentello universæ classis Præfecto supervenere. Pugnatum strenuè cruento prælio, in quo summo Christianæ Reipublicæ detrimento Dux ipse Pimentellus desideratus est. Prætoria hostium victoriæ desperatione ipsorummet opera conflagravit; Reliquæ

liquæ in nostrorum potestatem cum universa præ-
da vcotre.
Mercatori ergo Ianuensi, qui Navem, cui S. Bar-
tholomæi nomen, ad frumentum convehendum
conduxerat, cæterisque navium Dominis recupe-
ratam prædam cum Navibus ipsis pristini jure do-
minie repetentibus, Fisci Catholici Regis nostri;
ac militiæ Serenissimi Magni Ducis Ethruriæ no-
mine iostisimè opponitur, prædam etsi minimam,
maximo tum comparatam laboris pretio ad præcla-
rissimæ virtutis argumentum capientium juris
omninò effectam.
Idque jure gentium, imò & authoritate Sacrarum
Scripturarum, jure civili Romanorum, sivè Cæsa-
reo, nec non & Longobardo confirmato, & amplia-
to à Catholicis Regibus, & Christianis Principi-
bus, tam jure Regio Hispanico, quàm ex Consti-
tutionibus Italicis: Itidemque generali consuetudi-
ne militari à priscis temporibus usque in hunc diem
moribus gentium universaliter, & uniformiter
comprobate. Adeò ut lex Belli, & Maris indè di-
cta sit. Et nedum ex immemoriali tempore præ-
scripta, sed authoritate rerum in toto Christiano
Orbe judicatarum roborata, & observata.
Jure siquidèm gentium, quo jure introducta sunt
bella, captivitates, servitutes, dominie distincta, *l.
manumissiones l. ex hoc jure 4. & 5. ff. de just. & jur.*
1 eodem jure gentium ea, quæ ex hostibus capimus,
mobilia tamen, sive semoventia statim nostra fiunt,
*l. naturalem, § fin. ff. de acquir. rer. dom. § item ea, quæ
ex hostibus, Instit. de rer. divis. Hugo Grot.* novissi-
mè visus *de jur. bell. ac pac. lib. 3. cap. 6. nu. 2.* eodem-
que jure prædæ pro personarum qualitatibus, & la-
boribus justa divisio, ac Principis portio, *cap. jus
militare in fin. cum glo. eod. 1. dist.* Undà jurisgen-
tium est inventum; non simplex juris civilis pro-
visio, quod *Labeo* adnotavit *l. si quid bello 28. ff. de
captiv.* ubi generaliter statuit, ut si quid bello cap-
tum est, in præde sit, nec postliminio redeat: cum
2 & postliminia juris gentium esse remedia pateat in
d. cap. jus gentium, & *l. non dubito 7.* & *l. postlimi-
nium 19. ff. de captivis, Fortun.* in *l. manumissiones,
num. 14. ff. de just. & jure*, & dum *Labeo* dixit, *si
quid*, idem est ac si dixisset, *si aliquid*, vel *quidquid*
in bello capitur, vel *etiam*, quia, & in quolibet
minimo, vel in ipsorum parte aliqua verificatur, *l.
2. § hoc interdictum ff. nè quid in loc. publ.* & sic om-
nia, & quæcumque etiam minima in præda sunt,
ut latissimè harum dictionum universalem effectum
probat *Gomes.* in *§. pœnales, n. 3. & 4. Instit. de action.*
de quo & lex Dei extat *Deuter. cap.* 20. ibi *omnem
prædam exercitui divides, & comedes de spoliis ho-
stium tuorum, quæ Dominus dederit tibi.*
4 Indè jura prædicta exponuntur, ut quæcunque
bona, sivè in bello, sivè propter bellum etiam ex-
erè actem belli ab hostibus capta, nostra efficiantur,
ut *Glos.* textponit notabiliter in *l. in bello* 22. ibi,
in bello, idest propter bellum; & addit, *vel iis, qui
recuperantur in bello ff. de captivis*, & *l. 1. versic. &
meliùs ff. de incend. ruin. & naufr.* ibi *propter incen-
dium*, idest propter tumultum, vel trepidationem
incendii, quemadmodum solemus dicere in bello
amissum, quod propter causam belli amittitur,
pulcherrimus *text.* in *l. postliminium 19. in princip.*
ibi, *quod bello amiserant, aut circa bellum ff. eod. tit.*
de quo latiùs per *Gratian. decis.* 71. & latissimè per
Regent. de Ponte, qui ità communiter practicari,
& multies decisum testatur *in tract. de potest. Proreg.*
5 *sub tit. de triremibus* ex *num. 8. &* 10. et antè ipsum
Reg. Lanar. cons. 84. post *nu. 6. vers. nec differt*; et ob
id non sine mysterio *Imper.* in *l. 2. C. de commerc.
& mercat.* nedum prohibuit aurum ad Barbaros
deferri; sed etiam si apud eos inventum fuerit, non
solum vi bellica, sed subtili ingenio euferendum
justè præcipit, et sic quovis modo auferantur, de-
prædantium fiunt, sufficitque apud hostes quid es-
6 se inventum, ut capienti concedatur, hæc est enim
propria verbi, *invenire*, natura, ut comprehendat
ea, quæ quovis modo etiam fortuito, et inopinatè
inibi advecta, vel reposita reperiantur; argumen-
to *l. 1. C. de thesaur. lib.* 10. et *l. si Barsatorem C. de
fidejuss.* cum simil., latè *Castillus* infra citanda *dec.*
107. ex *nu.* 19, 20. *lib.* 2. ubi quomodo cumque, ubi-
cunque, & qualitercunque bona capta in præda
sunt.
Quinimò quasi parum dixisset *Labeo*, licèt usus
dictionibus universalibus, quæ omnia comprehen-
debant, ut nihil omninò remaneret dubii, in *d. l.
si quid bello 28.* exprimere id voluit specialiter, et
nominatim illis verbis: *Si quid bello captum est, in
præda est*, et amplius addit: *Non postliminio redit*,
7 quæ non aliud important, nisi ut bona, scilicèt mo-
bilia, ut *Gloss. 1. ibi* exponit, citans jura, quæ no-
stra prius fuerunt, et ab hostibus capta, et tandem
recuperata, reddi nullo modo debeant prioribus
Dominis, jure scilicèt postliminii, quod est reme-
8 dium amissæ rei recipiendæ ab hoste, et in statum
pristinum restituendæ inter Cives Romanos, eo-
rumque socios, subditos, et hostes, usu populo-
rum in toto Mundo, naturali æquitate, quæ jus
gentium induxit, adinventum, *d. l. postliminium
19. in princ.* juncta *Gloss. ff. eod.* at sic habemus ca-
sum legis expressum, ut bona recuperata ab hosti-
bus non sint prioribus Dominis restituenda, fun-
datum in præcepto juris gentium, quem *text.* ita
communiter intelligi ab omnibus, nec inficiari ab
adversantibus: tametsi paucis, infra fundabimus.
Licèt jure civili ex principiis tamen juris gen-
tium sit modus aptatus dividendi prædam inter mi-
lites juxtà uniuscujusque virtutem, nè strenui
milites pugnæ intenti à segnibus, qui libenter
cum mortuis pugnant, portiona debita defrau-
9 dentur, undè tametsi bona bello capta protinùs,
idest statim capientium fiant, ut dicitur in *l. 1. ff.
de acquir. poss.* ubi hoc notat in specie *Aret. num. 6.
in 3. notab.* exponitur tamen, *capientium*, scilicèt
merentium juxtà distributionem arbitrio Ducis
belli faciendam, ut ibi advertit *Rip. notab. ult. n. 7.*
vel *capientium*, idest eorum, quorum authoritate
bellum geritur, sub quorum nomine militatur, ut
latè glossat *Joan. Bologn.* ex *num. 37. ad 42.* vel juxtà
10 alteram sententiam verè, et propriè capientium
fiunt ea, quæ antè, vel post conflictum campestris
belli capiuntur in discursu Territorii inimicorum,
vulgò dictum, *la scorreria*, secus verò in bonis mo-
bilibus, quæ capiuntur in ipso conflictu, sivè acie
belli inter partes ordinata, quæ propriè dicuntur
hostium spolia, vulgò nuncupatur, *il bottino*, de
quibus in *l. pen. C. de donat.* ut placuit *Salyc.* in *l. ab
hostibus 2. num. 6. C. de capti.* cujus opinionem se-
qui videtur *D. Præs. de Franch. dec. 268. n. 2. & 3.*
quam post *Paris. Bereng. Franc. Arrias, Petrus,
Bellug. Hotoman. Tob. Non.* et alios, latè defendit
Rim. jun. in repet. §. 1. Inst. de don. ex *num.* 1077. *usq;
ad nu.* 1096. ubi diversitatis rationem inter utrum-
que casum accomodat, et cum iste etiam resident

Boer.

*Boer.dec.*178.*Gram.decif.*71. *num.* 18.*Fresc.in tit. quis dicatur Dux n.*31.*Reg.de Pont.conf.* 93. *n.* 14. & *Lauer.confil.*84.post *n.* 1.novissimè *Hugo Grot.de jur.belli, ac pacis, lib.*3.*cap.* 6. *num.* 12. ubi allegat *Gram. d. decif.*71.ut etiam post Antiquos, scilicèt *Petr. Persic. Cyn.*& alios in *l.si quis pro redemptione,penult.C.de donat.Alber.*in *l.si captivus, §.expulsis ff.hoc.eod.tit.Alciat* in *l.*1.*num.*10.*ff.de acquirenda possessione*,ex Theologis post *D.Thom. Alphons. à Castr.Major.Adrian.Cajet. Gabr. Sylvestr.* & alios *Canonist*, etiam pluribus relatis tradit *Petr.Navar de restitut.lib.*2.*cap.*3.*num.*287.latè *Mastrill. decis.* 180.*per tot.*præsertim *num.*3.14.& 15. ubi itidem de præda gloriosè facta à Triremibus Serenissimi
11 Magni Ducis agit, & pro ipsis jus esse resolvit: De cujus florentissima militia Equitum Divi Stephani, validissimis, ac penè alatis Triremibus maria assiduè magna cum gloria, ac Christianæ Reip. tutela discurrentibus, plenè *Cavalc. de Brachio Regio,in fragm.cap.*25.*num.*7. & de casu *Mastril.* meminit etiam fuit meritissimus Consiliarius *Paschalis: tract.de virib.patr.potest.par.*3.*cap.*3.*num.*42.latissimè *Castill.decis.*107.*lib.*2,ex *num.*17.*ad* 33. & 58. 59.& 60.ubi *num.*43.declarat, qui propriè sint hostes, & *num.*1.*vers. ex inde refertur decis.* & *n.* 32. referuntur instructiones datæ Generali Triremium relativæ ad instructiones prius datas ab invictissimo Philippo II. Sereniss. D. Joanni ab Austria, uti maris generali Præfecto, quarum exemplum penès me habeo.

12 Et olim juxtà diversitatem temporum variè fuisse servatum circà acquisitionem, & divisionem prædæ, ex *Polibio*, *Greg. Turon. Ammonio*, *Justino*, *Dionys.Halicarnas.Tullio,Sigonio*, *Flore* ad *Livium*, *Diodoro Siculo*, & aliis concinnè tradit *Pet.Greg.per.*3.*syntag.cap.*4.ex *num.*6.*ad fin.* quod concisis verbis adeò ut quid velit ignoretur, tradit *Hieron. Treutler.select. dis. vol.*2. *cap.*20. *in princ.* ubi tamen in puncto quæstionis nostræ principalis nihil aperit, ut rectè legenti patebit, nec etiam citat *d.l.si quis bello* 28. ità ut pro neutra opinione citari valeat, sed curiosè, doctè, & plenè temporum, & jurium diversitates ex Sacra Pagina, Historiis, & jure civili circa acquisitionem, & distributionem prædæ, tradit *Hispan. Ayala* olim florentiss. exercitus Regis nostri Invictiss. apud Belgas sub Maximo Alexandro Farnesio Duce, Alexandro Magno comparando, *in tract.de jur.& offic.bellicis*, & *disciplina militari*, *cap.*5.*in princip. lib.*1.ubi sub *num.*3. tradit lege Regia Hispaniæ, Naves bellicas Regi acquiri, & *num.*9.quod etiam præda militibus concessa, Regi nihilominus sua portio debetur, quam ex legibus Hispan. interdum esse quintam, quandoque tertiam, quandoque dimidiam, & Duci quoque Exercitus deberi etiam septimam, quandoque decimam, ubi *n.*27. tradit hodie, captivos, ut cætera mobilia concedi capientibus, nisi fortè pretium excedat summam decem millium coronatorum puta si captus sit Dux, Comes, vel Baro, vel quispiam magni no-
13 minis, cujus redemptionis pretium est Regis, non tamen illi redimendi facultas adimitur, quæ etiam Duci hostium capto concedi debet; si in eo pacis perturbatio non timetur, vel periculum instaurandi belli esse possit, *cap. noli* 23.*q.*1.ut id totum lege Hispan.cavetur *l.* 1.& 8.*tit.* 26. *p.* 2. latius ex *Aug.Cicer.*& *Legistis Ajala dict.cap.*5.*num.*27.

Jure etiam divino, sive authoritate Sacræ Paginæ prædicta confirmantur, ut ex *Angel.*in *l.ab hostib.* in 2. *C. de postlim. reverf.* authoritate *David*, qui prædam recuperatam divisit inter Milites, nec restituit prioribus Dominis, refert *Bologn.* infra cit. in *l.*1.*ff.de acquir.poss.num.*46. *in fin.* & generaliter tàm in liberis hominibus, quàm in bonis, & spoliis inimicorum plures locos veteris Testamenti recenset *Alphons. Alvarez* olim Regiæ Cameræ Præsid. in *Specul.Christian.relig.cap.*47.*num.*2.& 3.& qualiter divideretur præda ex lege Mosayca addit *Pet.Bellin.de re milit.par.*2.*tit.*18.*num.*6.& 7. late etiam doctissimus *Reg. Molet in suis decis. aureis manuscriptis*, *quæst.* 15. sub *tit. an bona capta in*
14 *Regno*, qui refert decisionem plurium selectorum Magistratuum Regni, cum interventu Theologorum pro exequutione dispositionis Excellentiss. Ducis de Alcalà Proregis, indelebilis memoriæ, qui in suo testamento mandavit conscientiæ stimulo diffiniri articulum; Utrum Turcæ capti in Regno spectarent ad Proregem, vel ad Fiscum, in quo fuit decisum, ad neutrum spectare; sed ad capientes, quod iterum alia solemni decisione fuit confirmatum per septem vota conformia tempore Ill.Cardin.de Granvela, ut idem *Molet* refert.

Si etenim captivitates, servitutes, bellorum prædæ, & postliminia non essent juris gentium: sed juris civilis, non ligarent gentes non subditas etiam de facto Imperio; nec apud omnes genera-
15 liter servarentur utpotè quibus jus civile non prosit, non noceat, nec liget; ut ex *Alber. Bart. Rom.Castrens.Marsil.* & aliis probat in pulchro casu *Peregr.conf.*101.*num.*5.& 6.*lib.*4. ubi quod leges Imperatorum non referuntur ad Reges, & Populos de facto non subditos, nec sibi obedientes.

16 Jure autem Civili, sive Cæsareo; licèt fortè inter primos, qui hanc quæstionem in puncto firmaverit referatur à nostris *Jo.Andr.*in *addit.*ad *Specul.lib.*4. *partic.*4.*tit.de raptor.*in 1.*addit.vers.item sciendum*, verè tamen *Jo.Andr.*fuit simplex relator quæstionis formatæ per *Gui de Suzar.*in *l.ab hostibus* 2. *C. de postlim. reverf.* Utrum præda capta ab hostibus, & post tempus à militibus gentis deprædatæ bellica virtute recuperata, sit prioribus Dominis restituenda; & licèt primò argoat pro prioribus Dominis; quòd sit restituenda, & primò ex *tex.*in *d.l.ab hostib.*2. ubi deciduntur duo casus.

Primus quidem: ut liberi homines ab hostibus capti, & non commercio redempti; sed virtute militari liberati: illicò statutum, quem captivitatis casu amiseeant, recipiunt: ubi *glos.* citat concordantes in *§.si ab hostibus*, *in fin. vers. sed & qui captus*, *Instit. quib.mod.jus patr. pot. solvitur*, ubi generaliter dicitur, *quod si captus victis hostibus recuperatur*, *postliminio redisse existimatur*. Secunda decisio ejusdem *tex.* est, ut servi nostri capti ab hostibus, eodemque modò à nostris militibus recuperati, Dominis suis restituantur, & subjicitur ratio, *receptum enim est*, *non captos judicare debemus*, & *militem nostrum defensorem eorum decet esse*, *non dominum*, in quibus verbis consistit Achilles adversantium, utpotè quòd nihil magis colorare pro eorum opinione afferri possit, quam verba prædicta Imperatoris, quæ infrà non obstare, immò nostram favere opinionem, probabimus.

17 Secundò, *Jo.Andr.* in quæstione *Suzar.*pro prima opinione, quæ favet Dominis dicit facere *tex.* in *l. si captivus* 20. §. *expulsis ff.de capt.*ubi expul-

fis

ſis hoſtibus ex agris, quos cæperant, agrorum dominia ad priores dominos revertuntur.

18 Et tertiò, dicit facere *text.* in *l. Pomponius* 44. *ff. de acquir. rer. dom.* à ſimili, ut ſicuti porci mei à lupo erepti, & à robuſtis canibus coloni vicinæ villæ recuperati, mihi priori Domino reſtituendi ſunt; ità pariter & præda.

19 In contrarium refert *Jo: Andr.* indoci pro poſteriori ſententia, ut ſua ſit præda militum, qui ſua probitate acquiſiverunt ex *tex.* in *l. 2. C. de alluvion. & palud.* ubi ei accreſcit emolumentum, cui accreſcit & onus, & è contra.

Addit, quando ſi milites recuperantes perdidiſſent equos, & arma Domini, non reſtituiſſent, ergò petere non debent, cujus contrarium petituri non eſſent, *l. penu. C. de ſolut.*

Subdit *Io: Andr.* hæc verba, *dicit de jure primam partem veram; ſed conſuetudo Italiæ tenet contrarium; & tunc ſic fuit judicatum*, quando ait procedere, quando non incontinenti fuerunt recuperata animalia, quia tunc ſecus, ut in *dict. l. Pomponius*.

Ex his igitur patet primò, *Io. Andr.* nihil ex ſua opinione proferre; ſed dumtaxàt referre quæſtionem propoſitam à *Guid. de Suzar.* ut clarè ex illius verbis patet, & præcipuè ibi, *in contrarium*
20 *inducit*, quinimò cum poſteriori loco refacat opinionem pro militibus deprædantibus, quam tuemur: clarè patet, *Io. Andr.* pro noſtra ſtare ſententia, juxtà *gloſ.* in *l. qui filium*, *§. Sabinus ff. ad Treb.* cum concord. a *Surd. deciſ.* 264. *num.* 17.

Secundò, quidquid ſit de opinione *Guid.* ſufficit nobis ex teſtimonio *Io. Andr.* atteſtantis de conſuetudine Italiæ; ex ſuo tempore pro noſtra opinione viguiſſe conſuetudinem Italiæ, & quod plus eſt, ità juxtà hanc conſuetudinem fuiſſe judicatum: ſiquidem notiſſimum eſt, Doctori Illuſtri de conſuetudine atteſtanti credendum eſſe, & maximam eſſe antiquiſſimæ conſuetudinis, præſertim rerum judicatarum authoritate comprobatæ obſervantiam.

21 Nec non ubicunquè Noſtri dicunt, aliquam opinionem eſſe veram de jure, vel in puncto juris, intelligi jure ſubtili, ideſt de rigore, ut in terminis aſt *tex.* in *l. in bello, §. ſed captivi uxor.* cum *gloſ. verb. ſubtili ff. eod. de capt.* & præſertim ſi aliter ſervari, ſivè eſſe de conſuetudine dicant, eoque caſu cenſeri potiùs ſecundam, quàm primam approbare, & maximè cum pro ſecunda teſtantur judicatum.

Nec quidquam obſtant *tex.* in contrarium citati, ex quibus *Io. Andr.* refert pro prima opinione inclinaſſe *Guid.*

Siquidem *tex.* in *d. l. ab hoſtib.* 2. in poſteriori dicto, dum loquitur de ſervis, id contingit ex eo,
22 quia ſicut liberis hominibus captis ab hoſtibus, & victis hoſtibus, libertatis, jure poſtliminii priſtinus ſtatus reſtituitur, *d. §. ſed & qui captus*, ſic ſervi domino, *l. ſicut liberis* 10. *C. eod. tit.* ſicut etiam contingit in filio, tam ſi parens quàm ſi filius, vel nepos ab hoſtibus capti ſint; in quibus propter jus poſtliminii jus poteſtatis in ſuſpenſo eſſe dicitur juris fictione, ſaltim inſpecto ſtatu futuro liberationis, *§. ſi ab hoſtibus cum gloſſ. vèr. pendet, Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt ſol. l. bona* 22. *§. quòd ſi filius ff. de capt.* ſic etiam in Dominis, ad quorum beneficium inductum eſt, ut jure poſtliminii ſervi recuperati ipſis reddantur, *d. l. ſicut liberis*, *Odoffr.* in *d. l. ab hoſtibus*, *Salyc.* ibid. poſt *num.* 3. *verſ. aut militer*, poſt *Azonem in ſum. num.* 6. & 10. *in fin.* & declarat *Cabal. inf. cit. caſu* 140. *num.* 14. & *part.* 3. *caſu* 120. *num.* 33. adeò ut licet transfuga poſtliminio careat, quia qui malo conſilio, & proditoris animo patriam reliquit, hoſtium numero eſt habendus, *l.*
23 *poſtliminium §. transfugæ, hoc titul.* aliud tamen eſt in ſervo transfuga, in quo Dominus habet poſtliminium, nè contrarium jus non tam ſit ſervo injurioſum, quàm Domino damnoſum, *d. §. transfuga*, *Ayala de jure, & offic. belli, cap.* 5. *num.* 22. cujus libellus ad manus pervenit poſt hæc ſcripta, verùm ejus dicta addenda cenſui; is enim ex hoc reaſſumit, omnibus hominibus eſſe poſtliminium, cujuſcunque ſexus, ætatis, vel conditionis ſint, ex *l. poſtliminium in fin.* & ob id in hominibus dumtaxat redemptis procedere, ratione *d. l. ad hoſtibus*, dixit *Cotereus de jure milit. lib.* 2. *cap.* 25. Secus verò in in rebus mobilibus, in his ſcilicèt, in quibus ceſſat poſtliminium, prout ceſſare in caſu præſenti in iſtis, de quibus agimus, clariſſimè probabimus.

24 Et ſic verba *d. text.* in *d. l. ab hoſtibus, in fin.* ibi, *receptos enim eos, &c.* veluti reſtricta ad ſervos, in quibus in *lege antecedenti* erat expreſſum, habere locum jus poſtliminii ad beneficium dominorum; prorſus ceſſant in aliis bonis mobilibus; vel ſe moventibus, in quibus jus poſtliminii ceſſat, veluti maxima exiſtente diverſitatis ratione, quinimò à ceſſante ratione, ſivè ex regula contrariorum retorqueri poſſunt, ut hoc advertit in ſpecie *Petrus Bellinus de re militari, par.* 3. *tit.* 1. *num.* 12. & noviſſimè *Bened. Ægid.* poſteà viſus ad *l. ex hoc jure*, *ſub num.* 15. *ante fin. ff. de juſt. & jur.* & alia quoque ratione retorqueri poſſe *tex.* in *d. l. ob hoſtibus*, *la* 2. probant plerique infra citandi, ponderando dictionem, *illicò*, ſi enim redempti virtute militum liberati, illicò ſtatum recipiunt, ergò ſecus ex intervallo, ut inter alios hoc in ſpecie ponderat *Hermannot. Dctus* in *l.* 1. *n.* 5. *verſ. limita niſi, & Joann. Bolog. num.* 46. *in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Non obſtat *text.* in *d. l. ſi captivus* 20. *§. expulſis*, cum enim ille *text.* loquatur in diverſiſſimo caſu, in quo nedum diverſa, ſed adverſa ratio militat, ſci-
25 licèt in immobilibus, in quibus *DD.* omnes communiter dixerunt, aliud jus ex diverſitate rationis ſtatutum eſſe, quàm ſit in bonis mobilibus, ſequuti *Gloſſ.* in *d. §. expulſis*, *ver. ager.* & in *l.* 2. *verb. navibus ff. eod.* & in *l. divus* 31. *verſ. captivorum ff. de jur. Fiſc.* ex hoc manifeſtè patet, *Guid.* potiùs pro ratione dubitandi citare voluiſſe prædicta jura pro prima opinione, ad favorem priorum Dominorum, ut communiter fieri ſolet, quàm ut crediderit, quæſtionem noſtram decidi poſſe ex *d. text.* qui in caſu adverſo loquitur: ſequitur diſtinguendo *Petr. Navarr. de reſtit. lib.* 2. *q.* 3. *num.* 287. Quod autem de jure diverſum ſtatutum ſit inter mobilia, & immobilia; licèt ſit indubium, & notorium: probat tamen ſatis in puncto *Oldr. conſ.* 17. *num.* 3. ubi non ſolùm id cum communi omnium ſententia affirmat; ſed in ſpecie reſolvit, in hoc conſiſtere diſcrimen, ut immobilia, quæ fuerunt prius noſtra, ab hoſtibus capta, & recuperata, jure poſtliminii ad priorem Dominum revertantur, citans vulg. *tex.* in *l. ſi captivus* 20. *§. expulſis*, bona verò mobilia minimè revertantur; ſed de jure præoccupantium fiant, citans *text.* in *l. ſi quid bello* 28. *eod. tit.* & ſic intelligi dictum *text.* juxtà verum ſenſum, quem infrà com-

probabimus, preot de revisione, & consolidatione domioii agit Oldr.toto illo consilio, & eandem distinctionem antè Oldrad.in puncto fecit Glos.verb. hostiles, in l. transfugam 51. ff. de acquir. rer. dom & melior Gloss.1.in fin.in l.2.ff.eod. ibi, sed certè & immobilia dicuntur recipi jure postliminii, ut infià ead.l.si captivus.§. expulsis, qui id optimè probas in illis verbis, constitit dominia eorum agrorum ad priores Dominos redire, & sic jure postliminii, non alio, juxtà rub. sub quo ille §. situs est, & quia hic non alius effectus est postliminii, l. postliminii 19. ff.eod. & tandem ex ultimis verbis, in quibus Pompon.dicit, agros, qui aliàs nostri fuerunt, non publicari, idest io Fiscum transferri, ut in d.l.divus 31.
26 cum Glos.ff.de jur.Fisc. nec prædæ loco cedere latis apertè ostendit, in illis postliminio locum esse, dum discrimen expressum constitnit inter unum & alterum casum, adeò ut manifestà pateat, errare illos, qui credunt, agros ad priores Dominos redire alio jure quàm postliminii, cui in immobilibus tantum locus est, siquidèm mobilia generaliter in præda sunt, d.l.si quid bello. Et distinctionem hanc inter mobilia, & immobilia, ut receptissimam infinitis probat Reg.Lanar.d.cons.84.post nu. 1. vers. quarto opinio, in fin. post Frecc. titul. quis dicatur Dux, nu.31.& 32. idemque expressè Claudius Cotereus de jurè, & privil. milit. lib. 2. cap. 14. circa med. vers. est prætereà, & in puncto posteà visi Ayola d.par.1.cap.5.num.33. Bened. Ægid. ad l. ex hoc jure, cap.1.num.15.in fin.ff.de just.& jur.
27 Nec obstat tandem, & tertiò text.in l.Pomponius, siquidem similiter ex maxima diversitate casus, quæ est inter animalia domestica nobis arepta à feris bestiis, quorum facto constat, nobis dominium nullo jure adimi posse, sicut nec ipsis acquiri, quorum nullus est animus, ut tradit in puncto Molin. de justi.tr.2.disp. 18. tamdiù, quamdiù recuperari possint, idest non fuerunt consumpta; nostra manent, juribus citatis à Gloss.d.l.Pomponius, vers. recuperari, & in l.Pomponius 8.in fin.ff.famil. ercis. & casus ubi mobilia ab hostibus capta sunt, à quibus dominium nobis auferei jure posse constat ut infrà latiùs, & diversitatem inter unum, & alterum casum considerat Mastrill.d.dec. 180. n. 19. ex hoc itidem patet, text. prædictos cum præcedenti magis pro dubitandi ratione, quàm pro quæstionis decisione afferri potuisse.

Albericus in d. l. ab hostibus, inducit illam l. ad quæstionem, quam dicit habuisse de facto existente guarra inter Bergomenses, inter partem civium intrinsecam, & extrinsecam in factiones divisos: de-
28 cidit, restituandam esse prædam recuperatam, ex eo præcipuè; quia in talibus dissentionibus res non efficiuntur capientis; cum non sint hostes; sed latronculi, ex l.si quis ingenuam.§. in civilibus dissensionibus, juncto §.sequenti, ibi, qui in alterutras partes discedunt vice hostium non sunt eorum, inter quos jura captivitatum, aut postliminiorum fuerint, & ideò supervacuò placuit repetere à Principe ingenuitatem, quam nulla captivitate amiserunt, ubi glos.ver.discedunt cum seq. dicit. locum habere, ubi cives contra eosdem cives, vel una Civitas contrà aliam de facto bella gerunt, & citat l. postliminium 19.§.à piratis, & l. hostes 24. eod.tit. ff. Et sic apertè Alberi. ità demum assentitur opinioni Guid. cum non ab hostibus, sed à latrunculis bona recuperantur, licèt hodie de consuetudine in utroque casu opinio contra Guid.sit excepta, ut inferiùs patebit.

Idem Albericus in d.l.si quid bello 28. refert glos. Jacob.de Arena, Dynum, & Oldr. intelligere illum
29 text. loqui de rebus mobilibus, quæ antè erant nostræ alieno jure, idest ex aliis titulis, quam jure acquisitionis ex causa belli, & hoc casu si ab hostibus capiantur; posteà verò à nostris militibus recuperantur, non sint prioribus Dominis restituanda jure postliminii; sed acquirantur militibus recuperantibus, veluti ipsorum præda, & tunc optimè procedat dictum Labeonis; aut verò erant factæ no-
30 stræ ab initio jure belli, & tunc si revertuntur ad hostes, deindè recuperentur per Nostros, debent restitui primo capienti jure postliminii, in præmium primævæ acquisitionis virtute bellica ab initio factæ, & hunc esse sensum Glos. quam dicit Alber. ità mirabiliter intelligere illam legem, ut patet post num.3.vers.advertatis, quia glos. & ità dicit in principio idem Alber. intelligere illum text.
31 Jac.de Are.& Dyn. dum notant, plus diliganda esse ea bona, quæ quis sua probitate quæsivit, quàm aliunde obventa, post num.2.summat. & latiùs figurat casum ipsius l. juxtà prædictam distinctionem, & subjicit, hoc intendere illam legem secundùm Oldrad. & licèt in fin. videatur Alber. dubitare de hoc intellectu, non tamen recedit cum affectu ab illo, sed tantùm differit, utrum Paulus justè reprehenderit Labeonem, nec nè, siquidàm cum per distinctionem potuerit salvari dictum Labeonis, videtur injustè reprehensus à Paulo, & ità pro nobis Alber. in specie sentire intelligit Petr.Greg.Tholos. inf.cit. lib.20.par.3.num.5.in syntag.juris, sed quidquid Alber. senserit in hoc, quod ipse clarè non aparit, sufficit nobis, Alber. testimonio, hunc sensum probari à glo.Jac.de Aren. Dyn. & Oldrad. nec jura citata ab Alber. in vers. sed mihi, quidquam obstant, siquidem omnia loquuntur in servis, in quibus absolutum est, esse locum postliminio, ut supra ostendimus. nos autem loquimur in reliquis bonis, in quibus cessat postliminium, ità ut illæ leges non possint allagari ad decisionem casus nostri, prout errasse Ripam, dum citare voluit ea jura, non animadvertens, illis juribus fieri restitutionem propter jus postliminii, in puncto dixit Petr.Bellin. de re milit.3.part.tit.1.post num. 12. vers. & etiam Ripo, Caball. optimè d.cas.140.nu. 9. undè oportet necessariò dicere, Alber. non recessisse in effectu à contrario sensu d. l.

Bar. in d. l. si quid bello 28. ubi est apertissimus casus pro nobis, qui targiversari non potest, clarissi-
32 mè sequutus gloss. & communem intellectum, notat ex eo text, num.1. quod illud, quod capitur bello efficitur capientis, nec revertitur ad priorem Dominum jure postliminii, nisi priores Domini acquisivissent ex virtute suæ propriæ occupationis, quia firmius retinet quis quod habet ex acquisitione propria, quàm alterius, & ut dicit glo. ibi magis est meum, quod per meam probitatem quæro, quàm ab antecessoribus mihi obventum, undè cum assumptum Bart. decidat in puncto casum nostrum, & non versamur in casu limitationis, siquidèm constat, hujusmodi bona à faucibus hostium recuperata à nostris militibus, non fuisse à prioribus Dominis acquisita, ut hostium præda, limitatio confirmat regulam, & assumptum generale pro nobis, quod iterum Bart. aureis verbis repetit in fine illius l. dum opponendo de l. 2. ff. eod. resolvit, hanc l. secundum illius distinctionem glossandam esse.

Et licèt verba Bart. satis clara, & perspicua sint, ta-

tamen ita *Bart.* firmare in pauc̃to ultrà *DD.* feriem,
qui eum fequuntur,& probaut,quos infrà referam,
ità ipfum intelligunt iuter alios lubfcripti,qui licèt
prima froute videautur à *Bart.*& communi opinio-
ne recedere, verè tamen ab ea in effectu nou difce-
dere, infrà probabimus.

Et hi funt *Covar.* in *relec.reg.peccatum c. par. §.*
1 t. poft *num. 7. verf. contrarium aliit videtur ve-*
rius, ubi dicit, *Bart.* hanc, quam tuemur opiuio-
nem deducere ex *d. l. fi quid bello* 28.& *Molin. de*
juft.& jur.tom. 1.*tract.*2.*difp.*118.*col.*3. *lit. D. verf.*
hic ita explicatis,cum feq.& in *verf.ex dictis facilè,*
33 ubi optimè explicat verum fenfum *d.l. fi quid bel-*
lo,ut non reftituantur boua mobilia recuperata ab
hoftibua prioriboa Dominie, exceptis iis, quibus
poftliminii privilegiom eft conceffum,ut *Bar.ibid.*
exponit,& coofentiunt cæteri: hæc *Molin.* probans
ex his eum *Bart.* effe commuoem.

Ità ut mirum fit de *Cabedo* alioquiu fatis docto,
dum *dec.*88.*nu.* 1 *6.* nixos dare novum intellectom
ad d.l.fi quid bello, conatur probare J. C. in prima
parte *d.l.* non id velle, ad quod pro oobis citatur,
reprehendens *Covar.* dum illum *text.* ad hoc iudu-
cit; nec fatis(ut ille ait) *Covar.* perpeodat.

34 Confunditur enim fenfus *Cabedi*, quem tacito
authore furripuit ab *Hercul.* in *l.*1.*num.*7.*ff. de ac-*
quirend. poffeff. non lolum quia eft coutrà commu-
nem intellectum *Glof.* & *Bart.* quibus oon folùm
adhæret *Covarr.* led confentiunt cæteri, ut teftatur
Molin. ubi fupra; fed ot merè divinativus,& con-
tra expreffa verba *text.* fupplet enim *Cabedus*, ut
J.C. iuitio *dicti text.in primo dicto*, loquatur in re,
quæ nunquam ooftra fuerit; fed hoftium: hæc enim
curfo a per hoftea fit recuperata, & à me rurfus ca-
piator, nou redit ad illum, qui prius illum ex hofta
cæpit; fed ad me, qui illam ultimò cæpi, & ideò
dicitur nou redire jure poftlimioii, fed effa in præ-
da; & fic nedum *Cabed.* ex fuo marte fupplet fa-
ctum imaginarium; fed verba I.C. non patiuntur,
fiquidèm poftliminium eft jus amiffæ rei recipien-
dæ ab extraoeo, ideft hofte, ut exponit *gloff.* in citata
l.poftliminium 19.*nam quod bello amifimus* (ot fub-
dit *text.*) *hoc fi rurfus recipiamus, dicimus poftlimi-*
nio recipere &c. Undè cum I.C. tam in *l.* 2. quàm
iu *d. l. fi quid bello* 28. diftinguat res, & bona, in
quibus locum habet, vel ceffat poftliminium, fem-
per fopponeudum eft, loqui retentis terminis habi-
libus, fcilicèt in cafibus, in quibus poffit effe locus
juri poftliminii, cui cum locua effe poffit,& de poft-
liminio tractari tam in rebus, vel hominibus ab ini-
tio noftris, qui ab hoftibos capiuntor, & ab hofti-
bus deducuntur *l.cot* 4.*ff.eod.* cum duæ tantùm fiut
35 fpecies poftliminii, ot aut nos revertamur, aut
aliquid, quod noftrum fuerit, recipiamus, *l.cum duæ*
14.*cod. titul.* aut verò iu rebua, quæ primò ex ho-
ftibua cæpimus, deindè amiffæ, poftmodum fint ab
hoftibus iterum recuperatæ; non video, quomodo
fuppletio, & reftrictio *Cabedi* lubftineri poffit, ut
quod I.C. univerlaliter ftatoit, ut fi quid, ideft omne
totum,& quidquid, ut fuprà probavimus, in bello
captum eft, in præda fit, nec poftliminio redeat, re-
ftringi debeat ad ea, quæ noftra principio minimè
fuerunt, fed hoftinm, cum I. C. in toto illo tract.
poftliminii, femper de rebus noftris ab hoftibus
captis, & redemptis egerit.

Nec aliquid adjuvat fenfum *Cabedi*, quod I.C. in
36 fecundo cafo in *verf.imò fi in bello*, egerit de fer-
vo in bello capto fcilicet à nobis, & à noftris mili-
tibus, fcilicet ab hoftibus, & fic de re, quæ noftra
non fuerit ab initio, fed hoftium, *qui fi pace facta*
domum rediit, & fic rediit ad fuos, *deindè renovato*
bello capitur; fcilicet iterum à noftris, *poftliminio re-*
dit ad eum, à quo priori bello captus erat, fi modo
non convenerit in pace, fcilicet facta de primo bel-
lo antè fecundom, ut explicat *glo. ut captivi red-*
derentur. Primò, quia ex dictione, *Immò*, qua hic
fecundus cafus priori coniungitur, quæ eft adver-
fativa, & fic additur diverfus cafus à priori, *l. Sti-*
chus ff.de manumiff.teftam. Alciat. in puncto *confil.*
75.*num.*5.*lib.*8. magis deftruitur lenfus *Cabedi*.
37 Secuodò, minus benè dicit *Cabed.* I. C. loqui
in re, quæ noftra non fit, fcilicèt ab iuitio, fed ho-
ftium, quia is, qui ex hoftibus a noftris capitor, non
dicitor res hoftium; cum inter hoftes liber fuerit,
& ex captivitate fervus effectus, tunc res uoftra ef-
fici cæpit, cùm ejus dominium nacti fumus, com
prius ut liber homo nullius fuerit, undè uollom
poteft coofiderari difcrimen iuter res, quæ ab iuitio
noftra fuerout,& captas à uobis ex hoftibus.
38 Tertiò, *Gloff.* et *Bart.* communiter probari di-
cunt, id contingere fpeciali ratione; *Gloff.* eoim *verb.*
erat, dicit, id contingere, nè fervus femel, atqoe ite-
rum captus fit præda duorum, et in præmium ejus
qui primò cæpit fervum; et ideò dicit *Bart.* I.C. pri-
mò pooere dictum, fcilicèt generale, fecundò limi-
tationem, qoam certum eft lufficere effa de regula,
et fub terminis regulæ univerfalia comprehendi
poffe.

Quartò, fi prædicta omnia deficerent, et decifio
fecuodæ partis *dicti text.* uon effet fundata iu fa-
39 vore, et privilegio primo loco capientia, fubftine-
retur tamen, quia in fervis abfolutum eft, effe lo-
cum juri poftliminii, *d.l.ficut liberis C.eodem*, quia
regulare eft, ut quilibet revertens, fivè liber fit, fi-
vè fervus, poftliminio potiatur, *Azo in fumm. C*
*eod.num.*6. et melius *num.*7.*in fin. verf. nam fervus*
at poft *num.* 10.*verf.fi fervus*, et *num.* 11. Et proin-
dè juftè dixit *Glof.* in *verb. rediit*, quam inutilitar
ponderat *Cabed.* pro contraria opiniona, faciens
magnum feftum, fervum iterum captum redire ad
eum, à qoo priori bello captus fuit (nifi prius ali-
cujus noftrum fuerit) quia fcilicèt in fervis jus poft-
liminii vigore abfolutum eft, *Caball.cafu* 140. *n.*9.
& 14.

Undè meritò I.C. ftatuit primò regulam, in bo-
nis captis ceffare jus poftliminii, fecundò verò, li-
mitationem iu fervis juxtà diftinctionem illius *le-*
gis, ut *Bart.* formalitèr adnotavit, et advertit *Co-*
*var.d.num.*7.*verf. contrarium aliit*.
40 Et hunc fenfum ad *d. l. fi quid bello* 28. vifus eft
probare *Ifern.* in *cap.unico, num.*3.*verf. & magis eft*
meum, An mutus, vel aliter imperfectus, dum illum
textum juxtà intellectum *glo.* quem deiudè proba-
vit *Bart.* iutelligit, ut magis fit meum, quod per
meam probitatem acquiro, quàm id, quod aliundè
confequor, ubi *Liparul.lit. Q. verf. glof.* citat *Ale-*
xand. Afflict. Tiraquell. Baer. et alios ad ornatum
dictæ glo. et optimè diftinguit etiam iuter primum,
et fecundum cafum *d.l.fi quid bello Joan. Faber.* tam
lu *§.item ea, quæ ab hoftibus, de rerum divif.* qoam
in *d. l. ab hoftibus C. eod.* dum dicit, quod aut ca-
piuntur res, quæ non fuerunt, nec funt uoftræ, et
tunc mobiles efficiuntur capientium, immobiles
publicantur, ideft Fifco applicantur, cum onere
diftribuendi, aut recuperantur res, quæ prius fue-
runt noftræ, et tunc immobiles redduntur priori-

bus Dominis; mobiles verò efficiuntur Incrantium seù capientium, citans in puncto *d.l.si quid bello*, & subdit, *nisi fuissent acquisitæ ab initio cum armis, ut ibi not. & in illo casu potest intelligi decisio d. l.ab hostibus*, & sic *Joan. Faber* optimè distinguit intelligendo *d.l.si quid bello* juxtà intellectum *Glosæ, & communem*.

Nec dicatur, quòd is à prædicta opinione recedat, dùm subdit, *vel fortè posset dici, quod etiam mobilia deberent reddi per d.l.53.ab hostibus*, & ni-
41 hil ulterius de hoc dicit: siquidem ultrà quòd dubitando loquitur per dictionem, *fortè*, non censetur approbare ultimam opinionem *Doctorum*, qui pro ultima non reddit efficacem rationem; & ita limitari dictum *Glos.in l.qui filium §.Sabinus, ff.ad Trebel.* advertit post *Crotum Surd. decis.167.n.5.* & maximè cùm ipse *Joan.Faber.* distinctionem à se relatam pluribus juribus plenè superiùs comprobaverit, in quolibet distinctionis membro.

Et hac eadem ratione pro nobis etiam stat *Pyrrus Angleber.* post *Consuetud. Aurel. in quæstion.* incip.in *l.apud hostes, ff.de leg.1.* ubi relata distinctione *Angeli*, tam defendit ab objectionibus *Alex.* dicens *text.* citatos per eum retorquari contra ipsum *Alexand.* & amplius dicit, distinctionem *Angel.* esse egregiam. Et licèt deindè dicat, aliter posse solvi illud contrarium, & distingui inter prædam recuperatam à nobis virtute bellica, vel pretio, non tamen videtur recedere a distinctione *Angel.* quam dixit egregiam, sed potiùs illud disputando addidit, & maximè dum distinctionem non fundavit aliter quàm in *d. l.ab hostibus*, & in *l. si captivus §. expulsis*, quorum *text.* notum est primum loqui in hominibus; alterum in rebus immobilibus, in quibus postliminio locus est, & sic in diversis terminis, ut suprà; undè *Pyrr.* non
42 recessit à communi distinctione, quam dixit egregiam, *Donellus* etiam in *comment.l.4.cap.21.vers. nisi prius*, nihil omninò loquitur de bonis mobilibus, sed expressè verba facit, & se restringit ad immobilia, loquitur enim de locis sacris, & religiosis, quos certum est in præda non esse, ut latiùs per *Ayal.d.c.5. num.15.* addit *Donel.* res etiam privatæ receptæ ad priores Dominos redeunt, citat *l.1.§.expulsis*, & *l.28.* unde vel intellexit solùm de immobilibus, juxtà *d.§.expulsis*, vel etiam de mobilibus, juxtà distinctionem *d.l.si quid bello 28.* dum nihil aliud aperit, in quo illud adverto, quòd licet *Additio ad Donell.* citet in contrarium *Duaren.* is nullo modo nobis contradicit, quinimmò nostræ opinioni adhærere videtur, dum discrimen constituit inter immobilia, & mobilia citans dicta jura, ut diversa, vel contrariæ decisionis, ut videre est apud ipsum *Duar.in l.1.ff.de acqu.poss.in 3.cap.* sivè modo acquirendi dominium per captivitatem
43 *Wesenbec.in Paratitlis ad 50.lib.ff.tit.15.de capit.* nihil quoque, nec explicitè affirmat pro contraria opinione, quia licet indefinitè loqui videatur, personas, & res gaudere postliminio, non tamen id concedit eodem modo, quia quòad personas dicit, illas postliminio gaudere generaliter, cujuscunque sint conditionis, aut sexus, quò verò ad res dicit, illas gaudere, quæ non turpiter amissæ sunt, & inter res, quæ postliminio fruuntur describit agrum ab hostibus captum, & denuò recuperatum, & sic apertè sentit cum *Glos.in l.2.ff.eod.Oldrad.* & aliis, immobilia jure postliminii redire, ut suprà fundavimus.

Nec aliter expressè affirmat, omnes res mobiles,
44 postliminio frui, quinimmò dum citat *d.§.expulsis*, & *d.l.2. ff.eod.* juxtà dictar.ll. distinctionem, & communem intellectum, id ipsum definire censetur *Surd.* loquens in specie in dicto Doctor. *decis.69. num.7.* ubi quòd perindè censeri debet, ac si nihil citaret, quo casu ei non crederetur, ibi *num.9.*

45 Nec enim indefinita loquutio unius Doctoris dum dicit, *res eodem modo habent postliminium*, æquipollet universali, quia in materia probationis indefinita non æquipollet universali, quod generale est in testibus, qui intendunt aliquid probare, latissimè *Surd. decis.263. num.10.* & in specie in dicto Doctoris, quod non est interpretandum ut lex, *Berous cons.63.num.5.lib.1.Surd.decis.119. num.16. & 17.*

46 Nec de Doctoribus perfunctoriè loquentibus, & qui præsertim obiter aliquid dicunt, nec clarè eorum mentem aperiunt, est curandum; nec faciunt numerum, *Surd.decis.238. num.9. & 322. num.82.* Et Doctor, qui non disputat, quamvis aliquid præsupponat, etiam si verba ejus decidant casum, non facit authoritatem, *Gannet. in cap.volentes, §.sed opere pretium num.18.* & in *§.at non erit, num.55.*

Undè dùm pro nostra opinione habemus tot legum vertices, numero, & authoritate majores, disputantes, & resolventes pro nostra opinione, non sunt attendendi perpauci, qui obiter, generaliter, & indistinctè succisis, ut plurimum, ver-
47 bis, loquuntur, quia etiam si essemus in dubio, prout sumus in claris, opinio *DD.* distinguentium prævalere debet, *Surd.dec.126.num.12.*

*Bald.*in *cap.1.de vassallo, qui contumax est, n.8.*
48 firmat, id, quod capitur deprædando, non deberi restitui priori Domino, & reddit rationem, quia jure legitimi belli factum est deprædatoris, citat *d.l. si quid bello*, & alia, quod ampliat procedere etiam in foro conscientiæ, authoritate *S.Raymundi*, de quo inf.latiùs.

49 Idem *Bald.* in *d. l.ab hostibus, num.12.* dum in *principio* dixisset, *quòd si gens inimica abstulit bestias, & milites hujus Civitatis recuperaverint eas, quod bestiæ sunt restituendæ prioribus Dominis:* subdit deindè. *Intellige hoc si incontinenti est præda recuperata; tunc enim fingitur nunquam capta propter subitam recuperationem, secus autem si ex intervallo*, quod latius ipse confirmat, & ponit eadem verba, quibus utitur *Angel.* ejus frater, quem mox referam, sequitur ibi *Andr.Barbosia in additione.*

50 *Angel.* in *d. l.ab hostibus 2.* quæ est 12. optimè firmat, quod præda capta ab hostibus, & à nostris non in continenti, sed ex intervallo recuperata, cedere debet lucro militum recuperantium, ità ut distribui debeat inter actu pugnantes, & eos etiam, qui aliter victoriæ participes fuerunt: fortè qui ad insidias, vel vigiles fuerant parati, juxtà aurea verba *Cyni in l. si quis pro redemptione, in fin.C.de donat.* & exemplo ejus, quod refert fecisse *David Regem 1.Reg.cap.30. ad fin.* de quo dicit esse casum in *d.l.si quid bello 28.* prout verè esse ibi casum ex prædictis patet. Declarat autem in *fine Angel.* quando dicatur præda ex intervallo recuperata, de quo inferius.

Idem *Angelus* in sua famosa disputatione inter Dominos Paduæ de Carraria, & *DD.* Veronæ de

la

Digitized by Google

la Scala, incipiente, *Renovata guerra*, *col.2.* latè, & mirabiliter ex more in caſu ex facto tunc
51 peodeoti conſultos, firmat hanc conclusionem, ut veram, & indobitatam, quod præda recuperata ex intervallo eſt recuperantiom, & ſubdit, hoc verum eſſe in omoi præda mobiliom; in qua locus non eſt poſtliminio: quia tunc quidquid bello capitur, licèt anteà fuerit noſtrum, in præda eſt, ut *d. l.ſi quid bello*, & ſic *Angel.* in ſpecie explicat *d.l.ſi quid*, ot idem ſit, ac ſi J.C.dixerit, *ſi quid*, ideſt quidquid: Explicat deinde plenè *Angel.* quæ ſint bona, in quibus locus eſt poſtliminio, & pleniſſimè qoando dicatur præda incontinenti, vel ex intervallo recuperata idque tàm de jure, quàm de conſuetodine militari, idemque ampliat procedere *Angel.*etiam ſi præda capta per ſe ipſam auſugit, & reintravit præſidia; undè ducta fuit, ot nec etiam revertatur ad priora dominia, ex *text.* in *l.transfuga*, *ff. de acquir. rer.dom.* quod dicit procedere in equis, animalibus, & mobilibus, in quibus ceſſat poſtliminium, ut per *eum col.4. verſ.quid ſit præda*, & diffusè proſequitur prædicta per duas columnas *verſ. venio igitur ad ſecundum*, eujus dicta veluti aorea, & ſucco plena omninò legenda ſunt, quia videntur noſtræ cauſæ patrocinium ſuſcepiſſe.

52 *Salyceus* in *ead.l.ob hoſtibus* eandem cum *Angel.* diſtinctionem facit, ex *num.1.* in *verſ. ſed dubitari*, uſqoè ad *num.7.*eandem opinionem confirmat, & declarat, & in ſpecie *num.3.in fin.*in *verſ. ſi erant*, tradit ſummam præcipoæ diſtinctionis: dicens, *jura ita diſtinguera, quod aut ſunt bona, in quibus eſt locus poſtliminio, & Dominis fit reſtitutio, aut in ejus non eſt locus poſtliminio, & tunc Dominis non fit reſtitutio; ſed occupanti, ſivè recuperanti conceduntur, & eſt ratio: quia regula eſt, quòd quidquid in bello capitur, in præda eſt, d.l.ſi quid bello, ff.eod.* Hæc ille; proſequitur autem ulterius *Salyc.* ſua magiſtrali doctrina declarationes dictæ diſtinctionis, de quibus infra, verùm illud notare libet, *Salyceu.*pro regula conſtituiſſe, quòd ſtatuit J. C. in prima parte *d. l.ſi quid bello*, undè cum adhæreamus regulæ, niſi adverſarius probet, nos verſari in caſu limitationum, judicandum omninò erit pro nobis; pro qua regula optimè urget *text.S.Ambroſii,lib.1.de Patriar.c.3.* relatus in *cap. dicat aliquis 23.quæſt.5.* ubi præda omnis in poteſtate victoris eſſe debet de jure gentium, & ibi *Gloſ.*explicat, quod de præda inter Abraham, & Regem Sodomorum victum eveniſſe legitur.

*Franciſcus Aret.*in *l.1.ff.de acquir.poſſeſſ.num.3. 6. notab.* poſtquàm explicavit bona capta ab hoſtibus, ſcilicet mobilia protinus, ideſt ſtatim acquiri
53 occupantibus, cum diſtinctione, de qua ſuprà, ſe in reliquis remittit, & probat omninò, quæ diſcurrit *Aug.* in *d. ſua diſputatione*, incip. *Renovata guerra*, & eum ejus doctrina pertranſit.

Jaſon in *d.l.1.* ex *n.10.& 11.* relatis his, quæ dixit *Joa.Andr.* quem dicit ſimpliciter ſequi *Alexandrum ibi*, licèt ipſum malè referat, & corroborata diſtinctione prædæ incontinenti, vel ex intervallo
54 recuperatæ, addit ipſe poſt *num.12.* quòd licèt *Joa.Andr.*teneat, quòd de jure præda ex intervallo recuperata debeat reſtitui prioribus Dominis; ſed de conſuetudine Italiæ ſervatur contrarium: nihilominus ipſe *Jaſon* firmat, quod etiam de jure præda omninò acquiritur militibus, qui eam ex intervallo recuperarunt ex *Bart.*in *d.l.ſi quid bello*, *Angel.* in *d.l.ab hoſtibus*, & aliis, & ſic *Jaſon* expreſsè firmat noſtram opinionem tam de conſuetudine, quàm in puncto juris, licèt minùs bene dicat, *Jas.Andr.* tenere opinionem cootrariam io puncto juris: cum ex ſuprà relatis pateat, *Joan.Andr.*ſimpliciter referre *Guid.* verba.

55 Nec diverſum, ſed cum eadem opinione pertranſit idem *Jaſ.*ſeù quiſquis ille ſit, in *addit.* ad *Port.*in *§.ſi ab hoſtibus, Inſtit.quib.mod. jus patriæ poteſt.ſolvitur*, & idem *Portius*, ſive *Poreus* in *§.item ea, quæ, de rer. diviſ.* quia loqountur expreſsè in rebus mobilibus, quæ gaudent jure poſtliminii, de qoibus in *l.2.& 3. ff.eod.* ſecus verò in reliquis, quibus poſtliminium non competit.

Et in his terminis expreſsè etiam loqoitur *Joan.*
56 *de Plat.*in *d.§.item ea, quæ, de rer.diviſ.*ubi quoad res mobiles reſtituendas prioribus Dominis, reſtringit ſe quòad mobilia, io quibus locus eſt poſtliminio, ut clariſſimè ſe ipſum declarat in *§.ſed ſi ab hoſtibus, Inſtit. quib.mod. jus patr.poteſt. ſolvi in fin. num.25.* ubi apertiùs hoc explicat.

*Vincentius Hercul.*in *d.l.1.*ex *num.5.verſ.an au-*
57 *tem*, licèt defendat opinionem *Guid.*contrà *Bart. Aug.* & communem, nihilominus movetur authoritate *Bold.*in *d.l.ob hoſtibus*, *in princ.* proùt ſuprà *Bald.* retuli, & ipſius authoritate credit *Hercul.* poſſe reſolvi rationes, quas *Joa.And.* refert pro opinione, quam defendimus, ut apud *Hercul.* legitur *num.6.*ſed mirum eſt de tanto Viro, quod *Bald.* contextum piguit uſque in finem percurrere; ſiquidèm *Bald.* ſe ipſum declarat, & limitat, ut quod ſupra dixit, intelligeodum ſit, ſi incontinenti præda recuperatur; non autem ſi ex intervallo, ut ſuprà dixi; undè cum *Hercul.*fundetur ſuper authoritate *Bald.* qui dicit contrarium, ooo poteſt connumerari pro contraria ſententia.

Cum neque *text.*in *l.ſi quid bello 28.*patiatur intellectum, quem ipſe conatur accomodare *num.7.* qui idem vidatur cum ſeoſu, quem ut novum ſibi adſcripſit *Cabed.* quem ſuprà confutavimus.

Et tandèm *Hercul.num.8.* relato *Joa.Andr.*dicente, prædam de conſuetudine noo eſſe reſtitueodam,
58 & quòd ità fuit judicatum, eandem conſuetudinem approbat, ipſamque uſque ad ſua tempora vigere ſuppouit, tametſi dicat, illam reſtringendam falsò credens, illam eſſe contrà jus commune, cum ex prædictis pateat, ipſam ex jure gentium, & Cæſareo prodiiſſe, optimèque ſuper utroque fundari, quod & fateri cogitur, licèt invitus *Hercul.* dum in eo reſtringendam eſſe cenſuit, ut non ſit facienda reſtitutio prædæ ex intervallo recuperatæ, ſed benè incontinenti, ſubjiciens rationem, *in quo videtur minus inconveniens reſultare; quia propter lapſum temporis Domini quodammodo amiſiſſe ſpem, & habuiſſe bona pro derelictis, & videntur obliti de illis rebus ob lapſum temporis*, *argumento l.peragrè, ff.illa titul. de acquir.poſſeſſ. quod non eſt ubi de recenti fit recuperatio ipſarum, facit l.Pomponius ſuprà de acquir. rer.dom.* undè cum reſtrictio *Hercul.* ſit potius verbalis, quàm realis, & reincidat in eandem diſtinctionem *Angeli*, qui nihil plus voluit, & tandem *Hercul.* de jure quoque ex prædictis *ll.* corroboravit, ex hoc ſequitur, *Hercul.* etiam de jure, nedum de conſuetudine cum communi diſtinctiooe concurrere.

Alciatus in *d.l.1.num.11.verſ.addunt alii*, relata diſtinctione commuoi, ſi incontioenti, ſcilicet,

vel

vel ex intervallo, restringit opinionem dicentium,
prædam etiam ex intervallo restituendam esse prio-
ribus Dominis; dummodò res sit, in qua jus post-
59 liminii sit, ut servus, aliàs in præda computabun-
tur, fientque vel publicæ, vel capientium, citat
d.l.si quid bello, in princ. Bar.Angel.Salyc. in *d.l.*
ab hostibus, & *Jas.*in *d.l.* 1. & subdit hæc verba, *vi-*
deturque hæc receptior opinio jure nostro, quo sola
authoritas Principum, non justitia causæ attendi-
tur, & sic *Alciat.* testatur, nedum de communi,
sed de receptiori sententia, & ita cum *Bart.Angel.*
Salyc. cæteros residere; undè licèt aliquantulum
deindè dubitet *Alciat.* inter Christianos, ubi po-
tissimè ad causæ justitiam est respiciendum: attamen
sufficit nobis testimonium communis, receptæque
sententiæ, cum ex aliis infrà probabimus, solam
authoritatem bellum indicentis sufficere quoàd ef-
fectum acquisitionis dominii ex receptiori, & vera
sententia *Rip.*in *d.l.* 1. postquam, *num.*4. in 3.*notab.*
docuit, quomodò capta in bello efficiantur occu-
pantium, scilicèt, cùm fuerint reducta intrà præ-
sidia, vel cum bona capta, apud hostes pernocta-
verint; de quo infrà dicemus, citat, & compro-
bat dicta *Angel.*in *dicta sua disput. Renovata guer-*
ra, & licèt post *num.*5. in puncto, de quo agimus,
60 nixus sit distinguere: utrum bona ex hostibus recu-
perata sint à militibus stipendiatis, vel non stipen-
diatis, & hoc ultimo casu iterum censuerit distin-
guendum, an fuerint bona reducta intra præsidia,
vel nè. Ipsius distinctio in primo capite, si vera
esset, nobis non officeret, utqui defendimus por-
tiones prædæ competentes Principibus fœderis;
quorum milites minimè sunt stipendiati Regis In-
victissimi nostri Catholici, sub cujus districtu in
mari præda facta est, & sic non officit *Rip.* con-
sideratio quoàd Principes socialis fœderis, qui
spontè nullo jure cogente suas triremes militibus
armatas miserunt.

Verùm quia communiter *DD.* improbant *Rip.*
distinctionem in ea parte, qua discrimen consti-
tuit inter milites stipendiarios à voluntariis, ut quæ
jure non probatur, & errare in hoc *Rip.* advertit
in puncto, *Petr.Bellin.de re mil.part.*3.*tit.*1. post
*num.*12.*vers.& etiam Ripa.Bened.Ægid.*posteà vi-
sus, ut infra ad *l.ex hoc jure, cap.*1.post *nu.*14.*vers.*
quo Ripæ distinctione rejecta.

61 Et patet evidenti ratione, quia ipsius considera-
tio procedit tantùm quoàd milites respectu ipso-
rum Ducis, sivè Principis, sub cujus militant sti-
pendiis, ut contenti esse debeant eorum stipen-
diis, quæ ab eorum Duce recipiunt; non autem
ut præda non acquiratur ipsi Duci, sub cujus ve-
xillo, & expensis militant. Nostra autem quæstio,
dum agimus, utrum præda recuperata acquiratur,
nec ne militibus, in eo versatur, ut quamvis præda
efficiatur capientium: cum tamen milites de publi-
co salaris habeant, supponitur, ipsos teneri hæc
spolia ad Ducem suum referre, qui prædam in pu-
62 blicum, seù in suum ærarium redigat, & si velint,
possint militibus donationis causa largiri, & eorum
operam remunerari, *d. cap. jus militare, in fin.* 1.
*dict.l.si quis pro redemptione,§.simili,C.de donat.*ubi
hoc adnotant in specie *Pet.Belloper.Cyn.* & cæteri,
C. de don. & advertit post alios *Alc.* in *d. l.* 1. *vers.*
*etiam bello capta, num.*10.*ff.de acquir.poss.* & ultrà
superiùs citatos tradit latissime *Regens Moles decis.*
15. sub *titul. an bona hostium*, & quod Principi,
cujus expensis bellum gestum est, præda quæratur,
quamvis eo casu Princeps, sive Dux belli strenuis
militibus militaris dona largiri soleat, ex *Alex. ab*
*Alexan.dier. Gen.lib.*4.*cap.*18. probat *Picbar.* in *§.*
*item ea, quæ ex hostibus, num.*2. *Instit.de rer.*
divis. citans etiam *Vacon.Connan.Ambr.de Morales*
in *sua histor.* & alios, & proindè appositissimè *Reg.*
*Lanar. d. cons.*84. refert hanc *Ripæ* distinctionem
pro quarta opinione in ea quæstione, Utrùm bona
mobilia in bello capta statim efficiantur occupan-
tium, vel prius sint præsentanda Duci belli, ut per
63 *eum col.*4.*vers.*4.*opinio*, & hoc spectat, quod mili-
tes debent esse contenti stipendiis, *Luc.* 3. quia
etiam quæ ex hostibus militibus quæruntur, debent
habere concessionem Ducis, vel Populi in militi-
bus stipendiariis, ut benè probat eruditissimus
*Tholosan.*in *d.part.*3.*cap.*4. *in fin. sintagm.* & sic sti-
pendia ponderantur quoàd Ducem, cujus expensis
militatur, non ad favorem prioris domini prædæ,
Cavolc. in puncto *d.cap.*25. in *frag.num.*64. Undè
64 quòd milites sint stipendiati, nihil inferri potest
ex hoc, ut præda sit, vel non sit restituenda priori-
bus Dominis, dum præda, quæ in ipso bello ca-
pitur, Duci militum quæritur mediante ipsorum
facto, sub cujus expensis militant, ut probat in
puncto *Castill. dec.*107. *num.*59. *part.*2. Sed longè
meliùs hoc deducitur ex legibus Hispan., quibus
cavetur, quòd si fortè bello navali Rex suppeditet
navas cum armamentis, & præbeat annonam, &
stipendia militibus, ac nautis, præda omnis Re-
gis est, nec quicquam acquiritur Duci, vel mili-
tibus, *Ayala dicta cap.*5.post *num.*9.

65 Et cum opinione *Angel.* reprobata nuncupatim
Ripæ distinctione, refert *D.de Franch.*infra citan-
da *decis.*268. pertransire *Morcell. Beringar.* ipsius
Præcept. & *Socin.jun.* in 3.*limit.*in *repet. dict. l.* 1.
*num.*63.& propriè *num.*65.*vers. sed si ex intervallo*,
ubi fatetur, *Socin. jun.* pro hac nostra opinione
stare, *Bar.Angel.* & *Jas.* & *decis.D.de Franch.*am-
plissime probat *Caball.* infrà citando *casu* 140.
*num.*20.*&* 21.

66 *Hormannotus Detus* in *d.l.* 1. *num.* 5. *vers. tertio*
declaratis, prævia longa, & eruditissima disputa-
tione ad partes, ubi primo loco refert argumenta,
& jura contrariæ partis; posteà verò fundamentum
distinctionis *Ang.*, tandem nedum distinctionem
Ang. firmissimè amplectitur; sed illam dicit esse
communem, ibi, *& pro ista communi opinione,*
&c. pro qua expendit *d. l. si quid bello*, & ex eo-
dem *Ang.* dicit hanc esse veritatem.

67 Et communem etiam hanc esse opinionem cum
*Ang.*testis est *Io.Bolognet.* in *d.l.* 1. ex *num.* 44. ubi
*num.*46.*in fin.* relata *Angel.* afferente authoritatem
*David.*1.*Reg.cap.*30. suprà relatam, dicit indistin-
ctè, prædæ locum esse, si per integram noctem
retenta fuerit ab inimicis, & hanc esse communem
opinionem, & quamvis ipse more Repetentium
pluries in utramque partem argumentando, dispu-
tationis, & ingenii exercendi gratia fluctuare vi-
deatur. tamen manifestè apparet, solidiores ratio-
nes, & fundamenta pro opinione *Ang.* quam ipse
communem fatetur, afferre, & præcisè dum *n.*49.
post relata omnia argumenta adversariæ partis in
vers.propterea tertia, dicit ipse, *tertiam posse reas-*
*sumi opinionem ex doctrina Bar.*in *d. l. si quid bel-*
lo, ut distinguatur inter bona, in quibus locum
habet jus postliminii, & ea recuperata restituantur
prioribus dominis, & reliqua, in quibus postlimi-
nium cessat; & ideò concedantur capientibus,
cum

Digitized by Google

cum ſint res hoſtium, & ſubdit, ex hac diſtin-
ctione videri datum reſponſum omnibus adductis
in contrarium: ſiquidem loquantur de hominibus,
ſivè liberis, ſivè ſervis; in quibus locus eſt poſtli-
minio, & idem in rebus immobilibus, in quibus
prædicta, & aliis etiam rationibus prioribus Do-
minis ſunt reſtituenda, *d.l.ſi.captivus* 20. *§.expul-
ſis ff.eod.* in aliis verò rebus mobilibus, in quibus
generaliter ceſſat poſtliminium; cum illis fuerint
priores Domini privati, ſequitur, ut recuperata
capta cenſeantur, tanquam hoſtium bona, non
autem res amicorum, & propterea inquit *Bolo-
gnet.*, *deciſionem* relatam à *Io. Andr.* remanere fir-
mam, nedum de conſuetudine, ſed etiam de jure.
68 Et licèt *num.*50.*& ſeq.* iterum dubitet *Bolognet.*
motus leviſſima quippè ratione; quia ſcità (ut is
expreſsè ſub dubio loquitur) juri poſtliminii locus
eſt generaliter in omnibus bonis, præter quàm in
exceptis; cum hæc ratio nedum levis, ſed erronea
pateat, & contrà *text.* tam in *d.l. ſi quid*, quando
interpretatur, idest, *quidquid*, quæ eſt dictio
univerſalis, ut ſuprà diximus, quàm etiam in *l.* 2.
ff.eod. ubi J. C. nominatim recenſere voluit ea bo-
na mobilia, in quibus eſſet locus poſtliminio, qua-
ſi in cæteris illibata generaliter remaneat regula *d.
l.ſi quid*, ſicuti DD. omnes jam citati communi
69 ore fatentur, & probant, poſtliminium jure ci-
vili verè eſſe, ut privilegium aliquibus rebus con-
ceſſum, prout benè probat *Petr.Greg.* in *ſyntag.
cap.*5.*num.*10. *Ayala d.tract.cap.*5.*num.*34. ubi idem
affirmare probat *Ciceronem* in *Topic.* & reaſſumit
ex mente omnium inter alios *Molin.* licèt contra-
riæ opinionis aſſertor *inf.cit.c.*118. *col. penul. verſ.
ſanè*, *in fin.* iterum ſub *verſ.obſervatum in fin.* *Ca-
bal.* optimè *d.caſ.* 140. *num.* 10. undè *Bologn.* vel
noſtræ opinioni adhæret, vel ſaltim pro nobis fa-
tetur, noſtram eſſe communem.
Undè licèt *Socin.jun.*in *d.l.*1. poſt *num.*65. *verſ.
ſed contrà iſtos*, adhuc videatur non ex toto rece-
70 dere cum noſtra opinione, dum iterum arguit,
non ex hoc tamen credendum eſt ab ea opinione
receſſiſſet, ut dixit *gloſ.* in *l. ſi nuo* 17.*§. item cum
quidem*, *gloſ.magna*, *verſ. item contrà videtur ff.
loco* ubi *Bar.num.*5. *in fin.* præſertim cum *Socini*
notiſſimus ſit mos diſputationis, & exercendi in-
genii gratia pluries in utramque partem argumen-
ta referat, ut vix diſcerni poſſit, in quo reſideat,
cum nuſquam ex ingenii ubertate videatur eius
animus quieſcere, ut notiſſimum eſt ipſius repeti-
tiones legentibus. Sed ſufficere nobis debet ex te-
ſtimonio *D.de Franch.Socin.* noſtræ eſſe opinionis.
Et quia argumentum in contrarium à *Socin.* rela-
tum reincidit in idem cum argumento *Bolog.* quod
generaliter in omnibus rebus locus ſit poſtliminio,
quod patet eſſe falſum etiam juxtà opinionem *DD.*
qui nobis adverſantur. Et dum ſubdit, videri
non minus prædam recuperatam ex intervallo reſti-
tuendam prioribus Dominis, quam incontinenti,
quia ex intervallo opus eſt poſtliminio, non incon-
tinenti *l.poſtliminii in princ.ff. eod.* fallax eſt argu-
mentum dum negatur, quod in argumento ſuppo-
nitur, in omnibus rebus locum eſſe poſtliminio,
ſiquidem in illis rebus, in quibus de jure, vel de
jure, vel de conſuetudine non eſt locus poſtlimi-
nio, fruſtrà jura, & rationes poſtliminii applican-
tur, *Ayala d.cap.*5. *num.*35.*&* 36. Sicut etiam va-
na eſt conſideratio, quod ſi opinio *Angel.* & com-
munis admitteretur, milites conſultò non recupe-
rarent prædam incontinenti, ſed ex intervallo,
non eſt enim hoc veriſimile, nec credibile in præ-
da, quæ ex temporis dilatione de facili poteſt non
ſolùm differri, ſed auferri, vix enim hoc malum
ſuſpicari poſſet in re, quæ non poſſet à manibus ca-
pientium effugere; quis enim ſanus capitis crede-
re poterit, milites, qui poſſint incontinenti præ-
dam recuperare ſua ſponte, velle expectare, id diſ-
ferre in tempus, quo interim præda efficiatur ex
toto irrecuperabilis, cum multa interim accidere
poſſint, ut ipſam non capiant, ut probatur in ſæ-
pè *cit.l.naturale* 5.*§.*1 *in fin. ff.de acquir.rer.dom.*&
§.illud, *in fi.* ubi *glo.*& *Aret.Inſt.de rer.diviſ.*
Communem quoque, & communiter receptam
eſſe diſtinctionem, quòd immobilia ſolùm ſint re-
71 ſtituenda; ſed mobilia concedantur occupanti-
bus; dummodò traducta fuerint in loco tuto, poſt
Innoc.Bart. Bald. Angel. in ſpecie ſæpiùs cit. *diſput.*
*Butr.Joan.de Anan.Panorm.Ioan.de Lign.Domin.de
S. Gemi.* & alios refert, & probat *Felin.*in *cap.ex-
communicamus*, *num.*2. *verſ.nota ex §. Catholicæ*,
& *num.*3. *extr. de heret.*
Hanc eandem opinionem veriſſimam eſſe jure
Cæſareo, & communiter à *Doctoribus* receptam fa-
tentur *Covarru.* in *dicta regula peccatum part.* 2. *§.*
11. & *Molin.Ieſuita d.tom.*1.*tract.*2.*c.*118. quamvis
Molina, & fortè etiam *Covar.* juxtà adverſantium
opinionem taliter ex eorum nova diſtinctione hanc
opinionem reſtringant, ut fortè potius nobis offi-
cere, quàm prodeſſe contendant, cujus contra-
rium mox probabimus.
Et in foro in cauſarum deciſionibus optimè *Ang.*
& communem, quam tuemur ſententiam probant,
& ſequuntur ut receptam, & veram *Gama* optimè
*dec.*335.*num.*2.*&*.3. & melius *dec.*384.*num.*2.*in fi.
&* 3. ubi in *verſ.cum igitur* in ſpecie decidit caſum
72 noſtrum, ut cùm Navis onuſta mercibus ab ho-
ſtibus capta, apud hoſtes pernoctaverit, ergò erat
jam plenè recuperantium effecta, ubi *Blaſ. Flor.
Diaz de Mena* in *addit.*ad *d.dec.*335. aliàs *dec.* 338.
infinitos Iureconſ. & Theologos ad id citat, quos
conſultò prætereo, & ita *Gama d. dec.* 384. *in fin.*
teſtatur ab illo ſupremo Senatu judicatum.
Navarr. mirabiliter *lib.* 5. *tit.* 36. *de injur. &
damn.dato*, *conſ.*2.*per tot.* præſertim *num.* 5. *in fin.*
73 Idemque optimè *Petr. Aug. Morla Valentinus in
ſuo emporio jur.par.*1.*tit.*12.*quæſt.*6. *num.*7. ubi re-
latis opinione affirmativa nobis contraria, & ne-
gativa contra priores Dominos pro militibus, quam
dicit defendere *Bart.* & opinionem diſtinguens, in
verſ. ſed in hac, inter prædam recuperatam incon-
tinenti, & ex intervallo, quam dicit tenere *Ang.*
& *Salyc.* & ſequuntur, ut is ajt, Interpretes com-
muniter, ut dicit teſtari *Jaſ. Rip. Land.* & *Covar.*
hanc opinionem expreſsè comprobat, & limitat,
non procedere in rebus, in quibus locus eſt poſtli-
minio.
Et ex noſtris *Grammat.* in vulgata *dec.* 71. præ-
ſertim *num.*11. ubi in puncto ſequutus *Ang.*in ſua
74 ſæpè cit. *diſput.num.*12. ita demum mobilia, ſivè
animalia reſtituenda prioribus Dominis cenſuit, ſi
recuperata ſit præda antequàm pernoctaſſet, non
aliter.
D.de Franch. itidem in notiſſima *deciſ.* 268. ubi
poſt *num.*4. relatis omnibus compendioſè teſtatur,
75 varias *DD.* diſtinctiones in hoc reſidere, & ad hoc
reduci, quod aut præda recuperatur antequàm ſit
redacta in præſidia hoſtium, vel recuperatur per
mili-

Digitized by Google

milites insequentes etiam intrà præsidia, & hoc ca-
su debeat prioribus Dominis restitui, aut verò ex
intervallo, & in loco hostibus securo, & hoc casu
spectat ad capientes, quam opinionem dicit com-
monem ex *Deto* ubi supra, & ità ipsum judicasse;
ut stante recuperatione prædæ incontinenti, & in
mari nostro facta, debuerit restitui prioribus Do-
minis, ut per eom *num.4.in fin.* & iterum *num.5.
in finalib.verbis*, idem ponderandò repetit ibi, *&
posteà per amicos incontinenti recuperatis*, ut osten-
deret, totam vim in hoc consistere.

Latissimè infinitis relatis, & ponderata *d. decis.
D.de Franch.Pet.Caball.* ex Magistratibus nostri
Serenissimi Magni Ducis doctissimus *J.C.* in *result.
crim.cent.2. casu* 140.*per tot.* præsertim *num.8.* ubi
perpensis omnibus dici, nedum esse communem
opinionem, sed hanc esse veritatem cum distinctio-
ne *Angel.* & *Salycet.* idque ampliat latiùs discur-
rendo, ut infra.

Refert, & licèt remessivè, adhuc eorum sen-
tentiam probare videtur doctissimus noster *Consil.
Paschal. d. p.3. c.3. num.41. vers.& quid de bonis*;
verùm clarissimè commonem probat *Petr.Greg.* in
syntag.jur. par.3. lib.20.c.4. qui Jureconsoltorum
more succinctè referens solùm verba *text.* Primò
76 loquitur de Urbibus captis, aliisque immobilibus,
& hæc dicit, vel publicari, vel prioribus Dominis
restituenda, juxtà *l.si captivus*, *§.expulsis*, ut patet
num.1.& 2. & *num.3.* subjicit de servis, & *num.4.
& 5.* expressum constituendo discrimen inter sta-
bilia, de quibus suprà, & mobilia; resolvit indi-
stinctè, mobilia in præda esse, & capientium fie-
ri, ità generaliter intelligens *d. l. si quid bello*, &
& ibi *Bart.* & *Alber.* & sic *Gregor.* expressam facit
differentiam inter immobilia, in quibus cadit post-
liminium, & inter mobilia, ubi illi locus non est,
juxtà *d.l.si quid bello*, & sensum *Bar.* & communem,
quod clariùs confirmat idem *Gregor.c.5.n.6.& 10.*
citans *d. l. si quid bello* 28. eruditè *Grat. d. lib.3.
n.13. & 14.* sequitur, relatis *D. de Franch.* & *Ca-
ball.Ant.Thesaur.qu.foren.lib.2.cap.*98. ubi *num.5.
vers.limitatur primò*, testatur nedùm de veritate;
77 sed cum *Salyc.* communi voto *DD.* assentiri, & *in
fine quæstionis* refert, ità ab eo insigni Senatu judi-
catum.

Et nedum communem, sed hanc esse magis com-
munem, sivè receptiorem opinionem ex *Alciat.*
cum *Bart.Angel.Salyc.Jas.* & aliis, vel invitos fa-
teri cogitur *Cabed. Lusitan. d. decis.*88. *n.14.* licèt
ipse nitatur contrarium indistinctè probare, ut
etiam ex intervallo præda recuperata prioribus Do-
minis sit restituenda, credens sequi ejusdem opi-
nionis antesignanum *Jo: Andr.* quem probavimus
nihil tale affirmare, sed pro nostra stare sententia.

Sed & ipse *Cabed.* sequutus *Rip.* distinctionem
78 in *d. l.1. n.5.* licèt communi calculo reprobatam,
ut suprà, limitat suam opinionem, licet solita-
riam, ut non procedat in militibus stipendia non
habentibus, & reddit rationem *Thesaur.d.cap.*98.
n.7. in *3.limit.* ex *Card.Tusco concl.42. n.6. verb.
bellum*, *Cavalc.* in *fragm.25. n.14. tract. de Bra-
chio Regia*, quod ubi milites deprædantes dam-
num patentur in bello, nihil à prioribus illius
prædæ Dominis reficeretur; dum se, ac sua peri-
culo exposuerunt, æquitate naturali suggerente,
debent recuperata ad ipsos plenè spectare: undè
etiam juxtà dictam limitationem *Cabedi*, portio
prædæ legitime competeret Principibus fœderis,
quorum milites minimè sunt stipendiarii Invictiss.
nostri Regis, sub cujus Duce, aut auspiciis clas-
sis navigavit, qui solus, ut dicebat *Rip. d. l.1.
num.6.* tenebatur suos subditos defendere, citans
*l.1. C.de his, qui latr. occult. l.1, §.fin. C.de falsa
moneta*: quæ ratio cessat in Principibus fœderis,
quorum deprædati non sunt subditi, prout in
puncto, Principibus, quòd fuissent adjumento
bellicæ societati, partem emolumenti tribuendam,
tamquam mercedem laboris; ex *Divo Ambros.*
probat *Franc. Arrias de bello, & ejus justitia*,
post *num.162.*

Et ex Summistis *Sum.Silvestrina, num.1. in fi-
79 ne, vers.undè Bestiæ*, affirmat, ea tantùm ab ho-
stibus ablata, & à nostris etiam stipendiariis recu-
perata, restitui debere illis, quorum primò erant,
si illæ fuerint res, in quibus locum habet postli-
minium, & non aliis: immò sequutus *Sum.Rosel.*
reprehendit *Summ. Angelicam*, quæ dicebat, id
procedere tantùm in foro exteriori: secus in ani-
mi judicio: ipse enim probat, non esse restituen-
da prioribus Dominis; nec etiam in foro poli; la-
tiùs, & optimè hoc comprobat *Azor. instit.moral.*
80 *par.3.lib.4.cap.item 4. q.12.* ubi sequutus in spe-
cie *Rosellam*, & *Sylvestr.* concludit, ut tam spolia
empta, quàm vi, vel armis erepta à Piratis, etiam
secundum conscientiam fieri recuperantium, &
subdit re vera ità esse dicendum: quia ejusmodi
lex civilis justa est ob publicum bonum ad accen-
dendum militum animos contrà hostes in pugna,
& ne se paterentur facilè vinci ab hostibus in bel-
lo, & addit pari ratione justam posse esse legem,
ut instrumenta bellica, & alia bona mobilia ad
bellum apta fiant hostium in bello capientium,
adeò ut etiam si recuperentur ab aliis pretio, vel
armis, non debeant restitui Domino lege postli-
minii, quia ejusmodi lex Reipublicæ conducere
videtur, ut quisquis pro viribus conetur talia
bona ab hostibus recuperare.

81 Et hanc nostram opinionem amplissimè, & do-
ctissimè simul relatis omnium sententiis, re plenè
discussa, posteà inveni defendere ut verissimam,
& receptam, *Ayalam d. tract. de jure belli lib.1.
cap.5.* ex *num.35.* omninò legendum, cui tanquam
insigni viro, doctrina, & rei militaris experien-
tia versatissimo omninò standum est, & inter alia
dicit, opinionem eorum, qui sine ulla distinctio-
ne, tam mobiles, quàm immobiles res captas
priori Domino omninò restituendas esse dicunt,
loqui contrà evidens responsum *Labeon.d.l.si quid
bello* 28. eamque dicit omninò verissimam distin-
ctionem, quæ inter res, quæ postliminio carent,
& ea mobilia, quibus specialiter jus postliminii
concessum est in privilegium à *DD.* traditur, ità ut
omnia jura, quæ in contrarium citari possunt,
juxtà *Labeonis* distinctionem, *d. l. si quid bello*,
intelligantur de his, quæ ejus sunt generis, ut
postliminio redire possint, & ità nuncupatim de-
claranda esse jura in *l.id*, *quod apud hostes*, *ff. de
legat.1.* & *l.item Labeo,§.ult. cum l.seq. ff.de leg.1.*
Et sigillatim *Ayala* resolvit quoque omnia contra-
82 ria; & addit, quod licèt Romani non solùm si
cum latronibus, & piratis, sed etiam si cum ju-
sto hoste res esset, sæpè ea, quæ in præda fortè
facta inveniebantur fuisse sociorum, vel civium,
jubebant illis restitui, ut casus ex Volscis dedi-
tis, & de Sutrinis, & Siculis, Pop.Rom. sociis
recenset *Livius lib.4. & 6. Plutarc.* in *apophteg.*

hæc

hæc tamen non ex jure, vel ex debito fuiſſe, ſed ex benignitate Imper.aut Populi Rom.in quorum arbitrio omnem prædam fuiſſe conſtat,quod etiam innuit *Petr.Bellin.*alter noſtræ opinionis defenſor *de re militari . par.3.tit.1.* poſt *num.12. verſ. & conſerunt* , dum exemplis Roman. relatis, dicit hanc eſſe veram de jure ſententiam, objurgans *Martin. Land.tract. de bello* , *quæſt.7.* quod nimis perfunctoriè loquatur paucis verbis contra jura apertà, ſecundùm quæ omninò res debet decidi, & diſtingui.

Sed ut nihil amplius ad confirmationem hujus receptiſſimæ ſententiæ deſiderari poſſit, videndus eſt *Benedict. Ægid.* cujus doctiſſima commentaria ad *l.ex hoc jure* , poſt hæc ſcripta ad manus meas pervenerunt, is enim in *cap.1. num.13. & 14.* mirabiliter loquitur, ubi nuncupatim reprobata opinione *Cabedi* ſui concivis *dec.*88.& diſtinctione *Ripæ* inter milites ſtipendiarios, & reliquos, & celleictione *Covar.* ex toto amplectitur diſtinctionem *Angel.Salicet.*& *Jaſ.* & in *verſ.qua Ripæ diſtinctione* , ſimul cum *Alciat.* teſtatur, hanc eſſe receptiorem opinionem, & eam ſequitor, præterquàm in rebus, & caſibus, in quibus poſtliminii jus, & privilegium locum ſibi vendicat, ut per eum *num.14.in fin.*& *num.15. verſ.juxtà quorum jurium* , & *num.16. verſ.ſtante autem relata opinione* , et aliorum decentium, id non procede-
84 re in bonis recoperatis ab hoſtibus, ſcilicet infidelibus,qui cum injuſtè nobiſcum bellum gerant, & non acquirant dominium bonorum à nobis ablatorum, exindè videantur prioribus Dominis reſtituenda, ſubjicit *Benedict.* quòd ſtante opinione *Fulg.* quam ipſe ſupra *num.9.10. & 11.* ſequutus fuit, omniò etiam in dicto caſu probanda erit diſtinctio *Ang.*et *Salyc.*ex quo bona etſi à Turcis capta in bello injuſto; tum jure gentium ipſorum Turcarum capientium fiunt. Quod & ipſe comprobo ex eo, quia dominium non fundatur in gratia, aut fide, ſed in libero arbitrio,aut ratione, nec deſcendit ex jure Divino, ſed ex jure gentium, nam Deus approbat Regna Gentilium in utroque teſtamento, & indè Principes infideles ſunt verè Principes, & ſupremi ſuorum Regnorum, probat optimè *Ludovic. Paramus de origin. inquiſ. lib.3. qu.1. opin.4. num.17. 18. & 19.* eandemque opinionem poſt ipſius anteſignanum *Innoc.*& *Div. Thomam de regimine Principis lib.3. cap.9.* probat *Navar.*in *relec. cap.novit. num.60.68.& 142. de judic.beatæ mem.Card.Bellarm.lib.5. de Summo Pontif. c.9. Franc.Tepins tract. de poteſt.Princip. ſecul.§.7.in fin.* & latiſſimè *Cavall. lib.4. commun. contra commun.cap 906. num.217.* & ex *num.266. cum ſeq.* & *num.275. uſque ad 294. & ſeq.* citans eundem *P. Molin. tract.2. de juſt. & jur. ex c.19. ad 29.* ut infrà latiùs.

Nec etiam à prædicta communi *Angel.*diſtinctione recedit *Hortenſ.Cavalc.*poſt *tract.de Brach. Regio in fragm. cap.25. num.26. verſ. nec obſtat* , & *num.27.* qui licèt incidenter de hoc meminerit, cum ſua principalis quæſtio longè diſtet à termi-
85 nis noſtræ controverſiæ, adhuc tamen expreſsè ſequitur diſtinctionem relatam, & probatam à *D.de Franch. d.dec.268.* & à *Caballo d.caſ.140.* licèt enim dicat *Caball.* cum diſtinctione ex mente aliorum Scribentium reſolvere ad favorem Dominorum, & verum eſt in certis caſibus, ſcilicèt in præda incontinenti, vel inſequentibus deprædatis facta, non ideò minus contrà Dominos pro militibus reſpondent in præda recuperata ex intervallo, vel etiam incontinenti, poſtquam intrà præſidia, vel in tuto eſſe cœperat, & ſic omninò expreſsè *Caball.* noſtram opinionem amplectitur, dum communem diſtinctionem à prædictis probatam cum *Navar.* etiam, quem citat, ſequitur, & ſic quæ ſubjicit *num.27.* juxtà eandem diſtinctionem ſunt accipienda, nè videatur incontinenti ſe corrigere, maximè cùm expreſsè concedat cum *Angel.Cabal.Navar.* & aliis, noſtram opinionem de conſuetudine eſſe receptam, & ita cum nobis *Cavalc.* ſentire non negat *Caſtill.* infra cit. *deciſ.141. num.12. 2.par.*

S V M M A R I U M.

86 *INcontinenti factum dicitur quando inſequentibus hoſtibus præda etiam ex intervallo recuperatur, ideò prioribus Dominis reſtituitur, quando verò non inſequentibus hoſtibus omni probabili ſpe deſtituta etiam illicò recuperatur, occupantis fit, ac ſi ex intervallo ſit recuperata, &* num.87.

88 *Præda intra hoſtium præſidia, vel loca tuta non deducta, ſed ipſis redeuntibus ad ipſorum Caſtra, vel in Campo permanentibus, eis perfectè quæſita non dicitur, &* num.89. *niſi aliquod temporis ſpatium interceſſerit* , num.90. & 93.

91 *Intervallum eſt ſpatium unius diei naturalis, ad hoc ut bona ab hoſtibus capta capientium facta intelligantur, & qua ratione.*

92 *Leges Romanorum de pernoctatione in poſſe hoſtium non diſpoſuerunt tamen leges Longobardæ.*

94 *Præda ab inſequentibus hoſtes etiam intrà præſidia recuperata, atque etiam ex intervallo videtur incontinenti recuperata, quia animum recuperandi nunquàm amiſiſſe cenſentur.*

95 *Præda intrà hoſtium præſidia perducta etiam unius ſolius horæ ſpatio capientibus quæſita dicitur, modò inſequentes ceſſent, & non aliter.*

96 *Præſidium pro quolibet loco probabiliter, ſed moraliter tuto intelligitur, &* num.97. & 98.

99 *Navium uſus apud Antiquos varius, & maximus, iiſdemque variis nuncupatis nominibus.*

100 *Romani gloriæ attendentes magnum in fabricandis navibus ſtudium adhibuere, & quibus uſi ſunt, ut terræ, & aquæ victrices fierent, &* num.101.

102 *Claſſis navium eſt unum ex Principis, & hoſtium præſidiis, &* num.112. & 113.

103 *Navis, & domus eodem jure regulantur, & diſpoſitio loquens de domo viget in navi.*

104 *Laudemium competens Principi ex venditione immobilium,an competat ex venditione navium.*

105 *Naves, naviumque fabricandarum ſcientia ad Barbaros deferri prohibitum, ſicut arma, & tela, imò nedum qui naves, & galeas, ſed qui lignamina deferunt galearum duplici excommunicationis vinculo de jure Canonico innodantur, &* num.160.

107 *Arma bellica navalis exercitus, & inſtrumenta tàm ad capientium, & invadendum hoſtium claſſem, quàm ad defendendum quæ ſint, quibus utendum, & quales milites diligendi exemplo Romanorum.*

108 *Pugnatur plus virtute, ingenio, & arte, quàm numero.*

Digitized by Google

109 *Naves bellicis tormentis munitæ fortissimum præsidium, cujus appellatione non tantum Castra, Turres, & Fortillitia terrestria comprehenduntur, sed etiam classis armata.*
110 *Præsidium dictum, quia extrà Castra præsidebant in loco, quo tutior esset Regio, & quid propriè sit, veriè exponitur, & num.111.*
114 *Naves sunt mœnia, & castra Urbis Venetiarum.*
115 *Præda erepto in bello classico, & ad victricem classem asportata, in tuto esse censetur.*
116 Scaccia de commerc. & camb. §.1. qu.1. n.144. *ubi agit, quando navis capta ab hostibus dicatur intrò præsidia, declaratur.*
118 Molin. de justit. & jur. tom.1. tract.2. cap.118. *latissimè explicatur, & confutatur, & n.123. 124. 125. & 126.*
119 Covarruv. in regule peccatum 2. par. §.11. *confirmat opinionem* Angel. *& communem in foro exteriori in bonis ab hostibus recuperatis, nisi fuerint prius vi bellica recuperantibus quæsita,* & num.120. 121. & 122.
127 *Infideles offendere Christianis licet ne dum bello defensivo, sed vindicativo ad vindictam injuriarum; & qua ratione aliasque justissimis, & necessariis de causis, remissivè,* num.135. *& contrario opinio est damnata,* num.136.
128 *Romani, quod non minus justè bella hostium adversus se, quàm quæ ipsi adversus eosdem gerebant, arbitrati sint, negatur,* & num.131. *& de ratione,* num.129.
130 *Romani nil per fraudes etiam in bello, sed virtute cum hostibus gerebant, ad hostium animos armis invincibiles justitiæ exemplo expugnandum.*
132 *Bella suscipienda ut sine injuria in pace vivatur, & studia pacis ad bellicam non decere, sed bellica potius ad pacis studia referri debere,* & num.137.
134 *Bella licita fuit inducto tam origine juris gentium, quàm etiam indicti à Populo Romano, sivè Imperatore, & proindè ex parte hostium bellum semper apud Romanos fuit illicitum reputatum,* & num.135.
138 *Culpa Infidelium injustè bellantium contra Christianos iisdem nocere non debet quòad capta in bello, sicut non nocet quoad ex Infidelibus in bello recuperata,* & num.139.
140 *Bona capta in bello cum Infidelibus quo jure fiunt occupantium, eodem jure homines capti efficiuntur servi.*
142 *Autoritas bellum indicentis non cognoscentis Superiorem, sufficit ut bona capta in bello etiam ab Infidelibus, efficiantur capientium,* & num.149. 151. & 152. *ubi sic judicatum,* & num 221. *tam si sit indictum per Imperatorem, vel Populum Romanum Barbaris, quàm ipsis à Barbaris,* & num.148.
143 *Bellum etsi ex parte Turcarum sit semper injustum, Christiani tamen capti in bello à Saracenis, eorum servi efficiuntur,* & num.144.147. & 154. *refellitur* Alvarus Valascus *controversum tenens,* num.159. & 161. *& nisi cogerentur ad abnegandam fidem, non possunt sine peccato redire, & de ratione,* num.143.
145 *Postliminium non necessarium quando captus non fuit servus effectus,* & num.157.
146 *Bellum licitum, & illicitum quod sit, & quo- tuplex consideretur justum bellum,* num.150. & 221.
153 *Dominia sunt de jure gentium, quarum usui peccatum, nec infidelitas nocent.*
155 L. postliminium 19. ff. de captiv. *tam in Romanis, quàm in hostibus Parthis, vel Germanis disponit, & quibusvis aliis,* num.156.
158 *Subditi non tenentur, nec debent causas belli examinare,* & num.223.
160 *Servitus inducta remedii loco immanium caedium vitandarum causa.*
163 *Ratio non expressa cùm unica assignari nequeat, sed plures æquè sufficientes ex omnibus motus credendum, & una cessante, non cessat effectus.*

Licèt autem ex prædictis, quæ suprà pollicitì fuimus, fetis, superque saltim magna ex parte probata credamus. Cætere tamen, quæ remanent, eademque satis sub fortissimo præsidio collocabuntur, si priùs probaverimus, in præsenti casu prædam recuperatam jam intrà hostium præsidia, sive in loco tuto fuisse hostium, & elia conenrrere, quæ necessariò requiruntur, ut præda recuperata capientium commodo cedat, juxtè *Angel.* & communem sententiam.

Primò igitur in casu præsenti dubitari minimè potest, prædam non esse à deprædatis Christianis insequentibus hostes recuperatam: cum ipsi omnes Christiani, Navibus vecti, prædæque custodes, nemine excepto, captivi effecti fuerint, & vinctis in inferiori Navis parte alligati, & reclusi, ut nec quidem unus evaserit captivitatis nuntius, undè sicuti præde à prædatis insequentibus hostes recuperata etiam ex intervallo restituenda est prioribus Dominis, veluti incontinenti id factum sit, quasi uno impetu, licèt spatio interposito, ex ratione *l.quod ait lex* 24.*§.ult.*ubi uno ictu, unoque impetu, licèt interposito spatio incontinenti factum videatur, ubi *Glos.* verb. *æquali*, citat concordantes, *ff.ad leg Jul.de adult.* & quia eousque fere vulnerata nostra videtur, donec eam persequamur, *l.naturalem* §.1.*ff.de acquirend. rer. dom.*
87 sic & è contrà cùm Christiani jam captivi Turcarum classem nullo modo insequi potuerint; & de eorum pristina libertate, ac dum justè timere, sed protinùs desperare debuerint, veluti omni probabili spe destituti, præda à militibus nostris obviam fortuitò factis, etiam illicò recuperate, debet ipsis acquiri, ac si post longum intervellum fuisset recuperate, *d.l.naturalem* §.1.ibi, *quod si desierimus prædam persequi desinere nostram esse, & rursus fieri occupantis,* ubi *Glos.magna, vers.quod verius,* dicit, de consuetudine ita servari, juxtè *Trebatii* opinionem, & concordantes, *Mastrill.* citat *decis.*180. *n.*22. & est etiam *text.* in *§.illud quoque, Instit.de rer.divis.* in quibus juribus videtur esse casus, probatur enim illicò, quòd desinamus feram bestiam à nobis vulneratam prolequi, iterum fieri occupantis, ubi aurea est *Glos.* in *verb.capi possit*, ut hoc intelligatur morali modo, considerata scilicet naturæ hominis insequentis, & animalis vulnerati, non divina possibilitate, cui scilicet nihil est impossibile, & fortè melius dixisset moraliter, non autem physicè: licèt non omninò (subdit *Glos.*) facilitatem considero; unde cum moraliter nulla spes poterat esse victis, & vinctis, juxtà illud.

Una salus victis nullam sperare salutem.

ni-

nisi providentia Dei occurrerit; consequens est, ut ex improvisu adveniente nostra Classi: licet citius advenisset, jam nostri per prios amiserant spem, & deposuisse videbantur animum, se ipsos, suaquè in pristinum recoperandi, *d.l.naturalem*, quod & considerasse visus est in puncto *Petr.Bellin. de re milit. por.4. tit.8. num.14.* & in individuo doctissimus *Mastrill. dict.decis.*180. *num.*13. & quia qui suspicatur posse repelli, vel reversus non admittitur, possessionem omnem amittit, *l.clam possidere* 6. juncto *§.unico*, *ff.de acquir. poss.* & sic ut contrariorum eadem sit disciplina; præda in casu præsenti nullo pacto est prioribus Dominis restituenda, ot totum hoc colligitur ex discursu *Ang.* in *d.disp. col.3.* sub *vers.oppello autem*, & in *vers.& audivi*, optimè *Hugo Grot.d.tract.c.6. num.3.*

Quod autem secundò requiritur, ut præda acquiratur capientibus militibus, sivè per eos eorum Duci, est, ut non sit recuperata incontinenti, sed ex intervallo. Et licet làtis ex intervallo recuperata appareat in casu præsenti ex prædictis.

Cum tamen respectu prioris Navis captæ propè Siciliam intercesserit inter capturam, & recuperationem interstitium septem dierum; quò verò ad alteram captam propè Sardiniam spatium dierum sex, juxtà fidem Officialis Scribæ porrionis, cui est magis eredendum, quàm testibus adversarii, vel ad minus juxtà testes productos ab adversario in judicio Consulatus per tres dies.

Ex hoc sequitur, omninò ex intervallo censeri recuperatam prædam, siquidem communis est resolutio, ut vel de jure, aut saltim de consuetudine militari sufficiat intervallum 24. horarum. Quinimò si antè decursum hujus temporis præda redacta sit intrà præsidia, scilicet in loco hostibus tuto, etiam unius horæ spatio sufficit.

Undè cum in præsenti utrumque intercedat: siquidem interstitium temporis, & quidem longius, quàm necesse fuerit, & reductio in loco tuto, ut mox probabimus; casus præsens est indubitabilis pro militibus.

Bald. siquidem, & *Angel.* uterque in *d.l.ab hostibus* 2. per eadem ferè verba testantur, *sodales dicere, quod nunquam præda dicitur fuisse perfe-*
88 *ctè eorum, nisi postquam pernoctavit in dominio eorum, donec ergo cum præda fugiunt, antequam sit in loco tuto, non est præda sub eorum protectione, & dicunt veritatem*, & subdit, *cum ergo redacti intrà præsidia, licèt non pernoctaverint, tamen Domini prædæ facti sunt*, ex quorum verbis, & clariùs ex eodem *Ang.* in sæpiùs citata *disput.* quorum doctrinam ab omnibus communiter receptam, suprà fundavimus, recolliguntur subscripti casus; ex quibus patebit, casum præsentem esse extrà omnem dubitationem.

89 Primus siquidem est, cum præda non est adhuc ab hostibus deducta intrà ipsorum præsidia, seù loca tuta, & destinata, vel alia, putà ad loca amicorum, & confœderata; sed permanentibus hostibus in Campo, vel redeuntibus cum præda ad ipsorum Castra, & tunc non dicitur ipsis præda perfectè quæsita, etiam si deprædati ipsos non insequantur; cum de facili virtute bellica recuperari possint incontinenti, & eam tenentes possint de hoc verisimiliter dubitare, & sufficit verisimilis timor, argumento *l.4.* & *l.5.* ibi, *quo destinavit quis perferre, scilicet ea die manere cum eo furto*, & ibi, *si deprehendatur, antequam ad locum destinatum rem perferret, ff. de furtis*, ità in specie tradit *Ang.* in *d.disput.*in *vers.antequam ergo*, *Ayala d.cap.5. num.37.*

Secundus est casus, & est limitatio præcedentis, ut in puncto ad limitationem præcedentis casus, hoc subjicit *Ang.*in *d.disput.*in *vers.intelligo verum, nisi intra tantum tempus, &c.* ut non
90 procedat, si post prædam intercesserit aliquod temporis spatium, sivè intervallum, quo præda sit ab hostibus in campo, vel aliter retenta, quo verisimiliter præsumi possit, deprædatos amisisse animum recuperandi, *d.l.naturalem*, præsupposito tamen quòd insequentes cessent.

Hoc autem spatium ex vetustissima consuetudine militari, de qua prædicti *DD.* testantur, & in casu nostro ex actis est plenissimè probata, est
91 unius diei naturalis 24.scilicet horarum, quia, ut inquit *Ang.* in *d. disput.* sub *vers.Et audivi, quod si per unum diem fuit in Campo detenta apud hostes, intelligitur capientium facta; unde licèt postea recuperetur, non redit ad prima dominia; sed ipsorum recuperantium efficitur, & est consuetudo satis rationabilis, quia ut plurimum eadem die solet præda recuperari: ea autem die elapsa qui perdiderunt, eandem communiter se perdidisse dicunt, & asserunt: unde communiter per lapsum diei videtur deponi animus recuperandi pro hoc; quia per lapsum ipsius diei effugit præda nostram præsentiam, nostramque custodiam, l.3. ibi donec nostra custodia coerceetur, ff.de acquir.rer.dom.* hæc *Angel.* citans alia jura; addo ipse, ideò *d.l.4. ff.de furtis*, ponderari, destinationem furis accipi, quò destinaverit ea die manere cum furto, & sic intervallum unius diei consideratur, quod de pernoctatione pulchrè etiam tradit *Gama dicta decis.*385. *num.3.*

Et licèt prædicti *DD.* istud de pernoctatione in posse hostium, sivè de spatio unius diei, totum consuetudine militari, ipsiusque originem omni-
92 nò moribus militaribus tribuant; & dicant *Greg.* inf.cit.*l.26.tit.26.por.2.glo.metido*, quod leges Romanorum nihil disposuerunt de ista pernoctatione; attamen ipse adverto, de hoc esse casum in simili in lege Longobarda, scilicet in *l. si Cervus* 6. *sub t.t. de venat.* ubi fera sagittata spatio 24. horarum censetur esse sagittantis, quibus elapsis, conceditur fera cuicumque invenienti, qui post horas 24. non sit culpabilis; sed sibi habeat ipsam feram, & hujus legis Longobardæ meminit *Glos.* nostra ad hoc propositum in *d.l.5.§.1.vers. quod verius ff. de acquir. rer.dom.* undè cum passim nostri *DD.* utantur, & citent dictas leges loquentes de venatione, et captura ferarum ad decisionem nostræ quæstionis de captis, et recuperatis in bello, et in specie *d.l.5.* & *l. Pomponius* 44.*ff.de acquir.rer.dom.* et recta, et communis sit exæquatio à feris ad capta in bello, ut latè per *Vasq.controv.illustr.lib.*1.*cap.9.num.*21. *in fin.* ex hoc sequitur, dictam consuetudinem, nedum consuetudine, sed juri Longobardo fundari.

93 Et hunc casum post hæc scripta reperi *Bened. Aegid.*in *d.l.ex hoc jure, cap.2.sub num.*13. & *in fi.* considerasse in puncto ad limitationem præcedentis casus, idemque lege Castellæ comprobari, ut quamvis res capta ad præsidia, aut Castra non sit perducta, apud capientem pernoctare sufficiat, ut prior Dominus dominium amittat, modò secundùm *Greg.* insequentes cessent, ut ibi latè per eum,

Digitized by Google

sequutus distinctionem *Angel.* & *Salyc.* quam dicit insuper esse communem omnium.

94 Tertius est casus, quando post prædam passam deprædati semper fuut insequuti hostes victores, & hoc casu cum nunquam censeantur amisisse animum recuperandi, loquota recuperatione etiam ex invsllo, videtur semper, ac si incontinenti facta fuisset, ut supra iste diximus, & tradit in specie restringendo, & declarando prædictos casus *Angel.* ubi supra, ibi *prædicta vera intelligo, nisi continuò post prædam contrà occupantes sit perseveratum in actu recuperandi*, citans in argumentum *l. si quis in servitute 7. in verf. sed Celsus, ibi, si cum vidisset eum surripientem, & ad comprehendendum eum occurrisset, ff. de furt.* etiam si insequendo pervenerint deprædantes intrà eorum præsidia, ibique fuerit præda ab insequentibus ablata, ut post aliosadvertit *Caball. d. casu* 140. *num.* 7.

95 Quartus, & ultimus casus, quando hostes prædam captam intrà præsidia sua perduxerunt, vel intrà ipsa præsidia esse cœpit, quibus verbis utitur *J. C.* in *l. postliminii* 5. *ff. eod.* & hoc casu, sicut prædas confestim acquiritur hostibus, ità censetur, deprædatos omne jus amisisse, & ex toto deposuisse animum recuperandi, *d. l. naturalem*, quod cum sit moraliter certum, & indubitatum, hoc casu non requiritur fluxus, neque decursus alicujus temporis, scilicet diei; ut in præcedenti, qui est dubius, quod clarè firmavit *Angel.* in *d. disput.* in ipso initio distinctionis, in *verf. & ideò in hoc articulo*, et clarissime *Bald.* et *Angel.* ferè ejusdem verbis in *d. l. ab hostibus*, supra relatis, et in puncto hoc advertit *Petr. Bellin. de re milit. par.* 3. *tit.* 1. post *num.* 11. ubi fundat, ut minoris temporis spatio, etiam unius solius horæ præda hostibus quæratur, si intrà præsidia sua perduxerint; modò essent insequentes, et non aliter, ut limitavit etiam hunc casum *Salyc.* in *d. l. ab hostibus, col.* 1. *verf. sed tunc quæro*, *Lop.* a infra alleg. *l.* 26. *tit.* 26. *par.* 2. *glo. metido, in fin. Caball. d. casu* 140. post *num.* 8.

Et nè quis credat, verba illa, *intrà præsidia*, ità
96 strictè esse accipienda, ut omninò requiratur physicè, quod præda reducta sit intrà terrestria Castra hostium, vel in portu: Advertendum est, hæc verba intelligi debere de quolibet loco probabiliter tuto, ut explicat in puncto *Ang. in princ. distinct. in d. disput.* ibi *Appello autem præsidia, loca tuta, ut quia muris, aut aliis artificiis, ut fossatis, seù paleatis circundata, & clausa sunt, & ad defensam apta, & tunc censetur præda ducta ad loca tuta, & destinata*, citat *l. postliminii, §. postliminio*, dum dicitur, *quia ibi primùm nomine publico tutus esse incipit*, et subdit *Ang. antè ergo quam sit intrà præsidia, vel alia loca tuta, putà ad loca amica, vel confœderata, non puta quidem transire in dominium capientium, &c.* quod infrà istius confirmat, et sic dum *Ang.* exemplificat in fossatis, seu paleatis, expressè concedit intrà præsidia censeri prædam in quovis loco occluso.

Idem confirmat optimè *Salyc. in d. l. ab hostibus, num.* 2. quod aliud non exigatur, nisi quod locus sit
97 verisimiliter tutus, licèt virtute militum occurrentium posset præda recuperari, quod videtur confirmari ex *glos.* supra citata in *§. illud quæsitum, verf. capi possit, de rer. divis.* ubi sufficere debet moralis quædam certitudo, et sequuntur *DD.* communiter, quam *Ang.* et *Salyc.* distinctionem probat ut supra, *Petr. Bellin. d.* 3. *p. tit.* 1. *num.* 11. *in fin.* ubi præsidia hostium censuit esse, cum primum hostes sunt intrà suas munitiones reducti, ità in specie intelligens *d. l. postliminii* 5. *in princ.* et post *num.* 12. *verf. sicut verò*, similibus verbis utitur ibi, *eum intrà capientium claustra sint perducti, &c.*

98 Et sic, licèt non censeatur servus postliminio redite, simul atque ad nos redeundi causa profugit ab hostibus, et intrà fines imperii nostri esse cœpit, nisi in Domini potestatem redierit, juxta sententiam *Paul.* in *l. fin. ff. eod.* undè necesse est, ut capiatur, et intrà præsidia ducatur, ut dixit *Lanar. d. cons.* 84. *nu.* 9. intrà præsidia tamen ductus dicitur, cum in loco moraliter tuto reclusus fuit, ut accidit in præsenti casu, et sic est intelligendus *Lanar. d. num.* 9. juxtà legem, quam citat, et non aliter.

Quod autem plurium Navium bellicarum apparatus, Turcis militibus, et tormentorum bellicorum præsidio munitus, et valstus in amplo mari discurrens prædando, nedum existimandus sit locus tutus, et munitus; sed præda intrà classim hostium reposita, dicatur intrà præsidia deducta, licèt adeò compertum, et notorium sit, ut nulla credam probatione indigere.

99 Attamen ex eo detegitur, quod Navium usus apud antiquos varius, et maximus fuit; constituebant enim Naves diversis nuncupatas nominibus ad usum belli, Liburnas scilicet à Liburna Dalmatiæ parte, alias magnas, & longas, quæ Situlæ nuncupabantur, & onerariæ, & quædam Ephesæ, idest homines ferentes, sivè Euphrattæ, idest undique claustæ ad bellum, *l.* 1. *§. quædam enim Naves ff. de exer. act.* aliæ Naves rostratæ ferrocum maiilibus armis, *l.* 1. *C. de cupress. ex luca Daphnes lib.* 11. Et Castellata fuit Navis Caii Principis, quæ ex Aegypto Obeliscum in Urbem fuit vectum, apud ædem S. Petri collatum; Aliæ verò triremes, quadriremes cum pluribus usque ad quadraginta ordines remorum, de quibus *Boer. in decis.* 177. *x nu.* 15. & 16.

100 & *Ferret. infr. cit.* His quidem Navibus; ex quibus fiebant classes in mari, & exercitu terrestri, Romani veluti pro bello necessariis usi sunt, ut rerum Domini, ac Orbis domitores, omni bellandi peritia victores fierent in utroque elemento terræ, & aquæ, ut latissimè prædicta, & alia satis ingeniosè ex Historiis in unum congessit *Julius Ferrett. de re Navali, lib.* 2. *cap.* 1. *in princ.* & ex *nu.* 26. & 27.

101 *cum seq.* qui exindè dixit *num.* 17. Romanos gloriæ attendentes, & virtuti magnum studium adhibuisse in fabricandis Navibus, putantes nihil interesse ad militarem virtutem, an equis in terra, aut Navibus in aqua pugnaretur; & quia Imperat. Majest. non solum armis in terra; uno ex quattuor elementis, sed etiam in aqua armis, & legibus arma-
102 tam, & decoratam esse oportet, & subjicit *num.* 5. verba satis ad rem nostram accomodata, *Navium Classim esse unum ex Principis præsidiis: cum multi Principes terrestri exercitu victi apud loca maritima victores extiterunt maritimæ classis præsidio*, & sic clarè probat *Ferret.* Naves bellicas esse vera hostium præsidia.

Et justa quidem ratione; quia sive Navis comparetur prædio urbano, sivè Castro munito, ut ex *Bald. in l. certi, C. locati*, & aliis probat *Ferrett. ut d. tract. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. *Boer. decis.* 177. ità ut dispo-
103 sitio loquens de domo; habeat locum in Navi; & quia persæpè domus, & Navis eodem jure regulantur, ficti ad varios effectus diversa exempla congerit ad hoc *Tiraq.* in *l.* 1. *retr. §.* 1. *glos.* 7. *nu.* 88. & 89.

104 & 89. sivè, quod plus est, adeo immobilibus accedant, ut laudimia debita Principi ex venditione immobilium, competat ex venditione Navium ut de jure fundat, & judicatum persæpè testatur *Boer. d.decis.177. num.6.& 7.* quòd negat cum *Tiraq.d.loco, num.91. Stracca de mercat.tit.de Navibus, §.habent & Naves, num.31.* quia verè mobilis est, licèt propter magnum pondus, & molem immobilibus æquiparetur, quod *Tiraqu.* concedit *d. num.91.*

105 Illud tamen certum est, adeò naves tuta esse castra, ut sicuti ad Barbaros arma, & tela deferre, vel ipsis sub quovis colore illa vendere uti pernitiosum, & proditioni proximum prohibetur sub pœna capitis, & bonorum publicatione; sic etiam nec navis, nec navium fabricandarum scientia illos instruere permittitur, ea ratione, ne validiores ipsi contrà nos reddantur, *l.2.C.quæ res export.non*, juncta *glos. fin.* quæ plura jura in id citat; & de jure Canonico duplici excommunicationis vinculo innodantur qui Saracenis arma ferunt, & nedum naves, & galeas; sed ligamina deferunt galearum, ad impugnandos Christianos, & inter arma connumeratur ferrum, & ligna ad naves construendas in *cap. ita quorumdam 6.*ubi *glos. verb.ferrum*, & in *cap. ad liberandam 17.* ibi, *Arma, & naves, & machinæ, extr.de Judæis*, quod concedit *Stracca d.§. habent & naves, num.30. in fin. Cavalc.* in
106 *d.cap.25. in fragm. num.13. & 14.* castra igitur, & tutissima præsidia sunt bellicæ naves, quia, ut inquit *Boer. non immeritò quidam dicunt maritima castra esse classem, dicuntque alii navibus se uti, quasi aquatica Elephanta, quem suis frenis moderantur*, citat *Leonem Baptistam in opere de re ædificatoria, lib.5. cap.12.*

107 Instrumenta autem bellica, & arma navalis exercitus, tam ad capiendum hostiles naves, & invadendum hostium classem, quam ad defendendum, quæ sint, & quibus utendum, & quales milites deligendi sint experti in bello, & re maritima, ut pugnando cum viris armatis, expertis in militia navalis prælii audacissimis, & valdè animosis, in aqua formidandis, acriter in classe navali resistere possint, exemplo Romanorum, qui callentes rem militarem in omni bello expertiaquatico, & terrestri sine discrimine in utroque marte gloriosè certabant, pro victoria cum peritia rei maritimæ, & agilitate in aquatica pugna, ubi nihil valet parum instructa bellantium multitudo, maris inexperta, quoniam à paucis expertis in aqua de facili superantur, exemplo Temistoclis apud Salaminam, qui cum suis paucis expertis in aqua cum parva classe victor extitit contrà grande Xersis exercitum, his, & aliis priscorum exemplis de
108 potentia maritimæ classis discurrit *Ferret.d.tract. lib.3 §.varia, in princ.* ubi plùs valet ars, & plus pugnatur virtute, ingenio, & arte, quam numero, ut latissimè probat ex Historiis idem *Ferret. lib.6. §.est ordo, quasi per tot.* & *lib.9. in princ. & 10.* ubi de prudentia, insidiis, & stratagemmatibus eorum, *lib.12.§.navales belli.*, & *lib.13. nu.8. & 19.* & *lib.15.in princ.*

109 Sunt autem naves bellicis tormentis, & militibus munitæ, fortissimum præsidium ex proprietate quidem sermonis ità ut meritò præsidii appellatione ex suo vero, & germano sensu etiam inspecto communi loquendi usu, non quidem solùm comprehendantur Castra, Turres, & Fortelitia terrestria, sed etiam classis navium, vel triremium, militibus armata; ubi verisimiliter captivi, vel bona ab hostibus capta in tuto collocata censeantur; nisi fortuitò, quod rarò accidit; licèt quandoque admissum viderimus, ut in casu præsenti supervenerit vis major, qua devicti hostes, præda militari virtute nostrorum sanguine fuit redempta.

Et sic glossari potest *tex. Pomponii in l. postliminii 5. ff.eod.* ibi, *aliquem ex nostris receperunt, & intrà præsidia sua perduxerunt*, & ibi, *aut intrà*
110 *præsidia nostra esse cæpit.* Præsidium enim dictum est, quia extrà Castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior esset regio; præsidium quippè proprià dicuntur milites unius Præfecti Imperio parentes, custodiæ, vel defensioni præsidentes, *Varro lib.4. de lingua latina*; præsidium etiam est quod pro utilitate, salute, & tutela alicujus auxilii gratia præponitur, secundùm *Festum*, & *Paul. Disc. de verb.signific. & de verbis veteribus*, & dicitur principale auxilium, ut milites, qui in tutela alicujus loci collocati sunt, præsidium esse dicuntur, ut ait *Valla lib.5.* Indè præsidium imponitur i. auxilium verò repentinum est præsidium, quòd ad custodiam collocatur: auxilium, ut prosit, ex insperato venit, sequitur *Fronton. de propriet. & differentia latini sermonis*; item quidam *Damnatus Author in Nomenclatore, Italico sermone*, præsidium, vertit hoc modo, *guarniggione*.

Budæus in *l.non omnes 5. §.qui captus*, in *verb.*
111 *Præsidio*, reprehendendo *Accur.* qui exponit, idest, *exploratione, vel spia, per tales enim*, inquit ipse, *habemus præsidium*, idest insidias hostium præscimus, dicit *Budæus* adesse discrimen inter præsidium in singulari numero prolatum, et inter præsidia in plurali, ut in primo significet numerum, at militum stationem, ad urbis, vel arcis custodiam destinatorum; in plurali verò significet partes, et Castra, authoritate *Cic. pro Ligario, decem, & septem tantummodò in præsidiis eratis, animi verò à causa abhorrebant*, *Ægid. vers. Perrinus in addit.marginalibus ad dictam glos.* dicit, quod præsidium est numerus, et statio militum ad urbis, vel arcis custodiam destinatorum, gallicè *Garnison.* Undè cum naves bellicæ, et rostratæ, castra propriè appellari suprà probatum sit, ex hoc consequitur, naves munitas tutissima esse præsidia.

112 Sic et classim appellavit *Cic.5. in Verrem, classi pulcherrima Siciliæ propugnaculum, præsidiumque Provinciæ*, idem *Cic. pro lege Manilia, atque hæc tria frumentaria subsidia Reipublicæ firmissimis præsidiis, classibusque munivit*; loquitur de Pompejo, qui Siciliam, Sardiniam, et Africam maritimis copiis tutas ab hoste fecerat; classem igitur navium, ac triremium præsidia appellat.

113 *Just. lib.2.* classem Atheniensium appellat navium præsidium; ejus verba sunt, *adventante igitur Xerse consulentibus Delphis oraculum, responsum fuerat salutem muris ligneis tuerentur, Themistocles navium præsidium demonstratum ratus, persuadet omnibus, &c. Idem lib.6.* classem hostium appellat præsidia hostium; ubi de Conone Atheniense, Persarum classe Præfecto, et navali prælio victore agit his verbis: *Victi Lacedæmonii fugam capessunt: Præsidia hostium Athenas deducuntur proculdubio captæ Naves, Triremes, &c.* Nam pugnatum navali prælio fuerat.

114 Sic & de Venetiis dicitur, quod illius Urbis

mæ-

Digitized by Google

mœnia, & Castra sunt Navas, quæ eam tutissimo præsidio muniunt, & fovent, ut de Athenis dicebat *Themistocles*, meminit *Ferret. ubi supra de re navali, lib.15.§.est natura maris, num.6.*

115 Et nè deficiat Doctori in puncto, qui in bello classico parte una devicta prædam inde ereptam, & ad victricem classem asportatam, in tuto esse censeri decidat, quasi intra præsidia, seu castra positam, is est doctissimus *Bened. Ægid. Lusit.* post hæc scripta visus ad *l.ex hoc jure, cap.1.* post *n.13. vers.ega quidem*, cujus verba infra referam.

116 Ex quibus clarissimè patet, ista non advertisse *Scacciam*, dum in *tract.de commerc. & camb.§.1. quæst.1. num.144.* incidenter agens, quando navis, vel aliud sit intrà præsidia hostium licèt ad alium, & diversum finem à terminis nostræ quæstionis, dum scilicet tractat, quis dicatur casus sinister in materia assecurationis ad intellectum Statuti Januensis, dixit, quòd ad hoc ut Navis, vel præda efficiatur, & transeat in hostium dominium, duo requiruntur: Primò, quòd Navis capta ducatur intrà præsidia hostium, idest ad confines, Secundò, quòd ità sit in loco tuto, nè à militibus occurrentibus recuperari possit, & sic debet pernoctasse, citans *Bald*, licèt subobscurè *d.l.ab hostibus Salycet. Franch.* in *d.dec.268.* & *decis.Rotæ* post *cons. Farinac. in una Neapol.de anno 97.* sub *n.120.* Patet enim ejus dicta confundi, & resolvi ex prædictis, siquidem *Bald. Angel.* & omnes supra citati expressè contrarium dicunt, sufficere Navem esse intrà præsidia, vel in loco verisimiliter tuto, ità ut non sit necessarium penetrasse hostium confinia, sed ex pernoctatione, cessante hostium insequutione acquiri dominium; & *decis.Rotæ* patet, contrarium dicere, dum distinguendo Domini inter bona capta ab hostibus, & à piratis, primo casu indubitanter resolverunt, bona in bello occupata, postquam in potestate hostium aliquo tempore fuerunt, irrevocabiliter effici recuperantium, secus si statim, ex *Bal.Salyc,* & aliis cum concordantibus, & sic sufficit ex sententia *Rotæ*, quod aliquo tempore permanserint bona in potestate hostium, & sic expressè contrà requisita *Scacciæ*, ubi id est

117 etiam notandum *in fine d.decis. num.5. vers. Non obstat*, Rotam pertraxisse cum communi intellectu ad *l.si quid bello* 28.

Superest igitur probare idem jure Regio Hispanico, & in Italia statutum, & lege maris, & belli comprobatum.

118 Verùm quia *Molina de justit. & jure tom.1. tract.2.tit.118.* postquam latè comprobavit nostram sententiam optimè procedere jure civili inspecto, quasi subdubius velle visus fuit, ut cum Romani statuerint non minùs bella indicta ab eorum hostibus contrà ipsos justa censeri, quàm bella, quæ ipsi Romani suis hostibus publicè decreverant, ex hoc nil mirum fuisse eorum legibus diffinitum, bona mobilia Romanorum capta ab hostibus populi Romani, velut capta in bello justo, ipsis hostibus acquiri, & proinde iterum recuperata virtute militum Romanorum, ipsorum commodo cedere, nec restituenda fore prioribus Dominis, qui semel dominium amiserant, quæ ratio cum cesset hodie in bello, quod semper viget inter Christianos cum Turcis, Saracenis, & Infidelibus, quod cum justissimum semper sit ex parte Christianorum, & iniquum ex parte infidelium, videtur, ut cessante ratione acquisitionis dominii ex parte Turcarum, & ex consequenti amissionis ex parte amittentium bona, cesset juris Romani provisio, & sic indistinctè sint bona mobilia restituenda prioribus Dominis.

Ideò ex industria hùcusque distulimus Regis Hispanici, & Italici, aliorumque jurium, quibus nostra fulcitur opinio, dispositionem recensere, ut his quoque juribus probemus explosam, & planè rejectam *Molinæ*, tametsi satis coloratam prima facie considerationem.

119 Idque ut pateat, primò advertendum existimamus, *Covar.* cui *Molina* innititur, & cujus fuit consideratio, quam *Molina* amplectitur, expressè restringere suum motivum in animæ judicio dumtaxat; non autem in foro fori, ut ipse *Covar.* expressè se ipsum declarat in *dict. regula peccatum 2.par.§.11.* post *num.8. vers.at hæ leges, in fin. ibi tamen ex hoc non arbitror in animæ judicio res captas in bello, quod hostes sciunt injustè indictum esse, & mala fide geri, ad eorum dominium pertinere.*

Nec inferiùs in *vers. nihilominus tamen* mutat sententiam *Covar.* prout non est verisimile de tanto Viro; verum expressè confirmat *Angel.* & communem opinionem, ut veram in foro exteriori,

120 loquitur enim *Covar.* ibi in casu speciali, ut res scilicet à Romanis virtute bellica quæsita, & ab hostibus iterum capta, quod si cursus à Romanis militibus è potesta e hostium etiam ex intervallo ablata sit, debeat priori Domino restitui, juxtà *text.* in supra explicata *l.si quid bello* 28. scilicet in *2.par.* & addit *Covar.* atque ea ratione *d.l.ab hostibus* non sine mysterio scilicet loquitur, in servis, qui virtute bellica quæsiti sunt, ut meritò eorum, quæ bellico labore quæsita fuut, militem Romanum defensorem esse deceat, non dominum, & sic *Covar.* expressè certat pro nobis, ut ratio *d.l.ab hostibus* non sit generalis, sed particularis, & affirmat.

Primò, ejus considerationem procedere tantùm in foro animæ, non autem in foro fori.

Secundò, apertè in dicto *vers. nihilominus* in

121 foro exteriori ipse apertè sequitur distinctionem *Angel.* & communem ibi, *mihi jure Romanorum, & sic in foro fori magis probatur Angel. distinct. in hunc ferè sensum*, idest cum hac restrictione, ut scilicet licèt secundùm *Angel.* bona recuperata ex intervallo fiant capientium; ita ut non fiunt prioribus Dominis restituenda, id non procedat in bonis, quæ ab initio à Romanis, idest à nostris fuerunt virtute bellica quæsita, hæc enim nè fiat in prædam duorum, juxtà *Glos.* in *d.l.si quid bello*, vel in singulare privilegium bonorum quæsitorum propria virtute, & industria, ut eadem *Glos.* cum *Bart.* censuit, & suprà diximus, & si ex intervallo recuperata sint, prioribus Dominis, idest militibus, qui primo loco bellica virtute ea acquisiverunt, restituenda.

Indèque *Covar.* nedum comprobat in reliquo *Ang.* distinctionem, & communem in foro exte-

122 riori, sed dat novum sensum ad *d.l.ab hostibus*, ut ratio ibi expressa; *quia militem Romanum defensorem esse decet, non dominum*, non solùm procedat in servis; in quibus constat habere locum jus postliminii; sed quia loquitur de iis, quæ prius fuit virtute bellica quæsita, cujusmodi constat esse servos: in quibus non mirum si hæc ratio militat: nedum ex jure postliminii; sed quia poten-

tius

tius jus habent in ipsis priores Domini ex militari acquisitione; quàm in cæteris rebus; ut *Bart.* & *Glos.* dicebant.

123 Unde *Molinæ* opinio pariter intelligenda est in foro poli, ut *Covar.* cui innititur, expressè loquitur, & ipsemet *Molina* se ipsum expressè declarat inferius in *vers. observa tamen*, dum subjiciendo casum, ad quem dispositio legum Castellæ, vel similis consuetudo non posset extendi: dicit eo casu, *sanè in foro conscientiæ prioribus dominis est restituendum*.

Nec obstat secundò *Molina* ex alio; quia licet ipse in *versic. ego sanè non dubito* in probando eam fuisse mentem juris civilis, ut supposuerit ex utra-
124 que parte bellum esse justum, & ex hoc inferat in *versic. hinc fit, ut cum bella, sanè ea, quæ jure Cæsareo constituta sunt, vim habere non possunt, inter Chistianos, ex eo capite: qua jure illa sunt constituta, & nihilominus si jus Regni Castellæ consulat, inveniens profectò ex eodem capite, jurique Cæsareo innitendo idem esse sancitum*, & subjicit *Molin.* dispositionem *ll. Thori*.

Et sic *Molina* primò affirmat, quod licèt dispositio juris civilis in favorem militum recuperantium cessaret ex eo capite, quo constituta fuit; non tamen cessaret ex dispositione *ll. Hispaniarum*.

125 Secundò, in *vers. dices quid ergo*, infert ex hoc non teneri milites, qui hucusque eo jure usi sunt, restituere bona recuperata prioribus Dominis, quamvis penès eos re vera adhuc dominium perseveret; & in posterum eodem jure uti posse absque peccati labe, & sic etiam in foro conscientiæ.

126 Tertiò quoque addit, id nedum jure Cæsareo, & legibus Castellæ verùm consuetudine præscripta, quæ ea de re est, inductum esse, quæ vim habet legis. Et quòd loquatur de consuetudine præscripta ultra dispositionem legum Castellæ, nedum patet ex eo, quòd diversa est lex à consuetudine præscripta; sed quia ponit illa, ut pœnitus diversa, ut patet ibi, *quoniam consuetudo, &c.* licet ex eo capite; quo jure Cæsareo, & legibus Castellæ introduci cœpit, justa non sit; ex alio tamen capite, quòd ità Reipublicæ, bonoque communi expediat, justa, & licita in se est, &c. & rursus ibi, *satis autem est, si id, quod consuetudine est introductum, licitum in se sit, ut consuetudo vim habeat, esto motivum, undè introduci cœpit, ad id non fuerit sufficiens*, & rursus inferius in *vers. observa etiam*, de consuetudine loquitur.

Ex quibus colligitur, nullo modo nostræ, quam defendimus, receptissimæ sententiæ obstare authoritatem *Covar.* nec etiam *Molinæ*. Nec minus earum considerationem de dominii retentione penès antiquos dominos.

Quæ etiam ex aliis redditur prorsus inefficax ad decisionem præsentis quæstionis.

Et primò, quia tametsi jure civili, ab ipsius legum latoribus condito, non potuerit esse in consideratione, quod Christiani semper, & omninò
127 cum Infidelibus justè bellantur, ex ea parte, quia Infideles occupant Terram Sanctam, & detinent provincias, quæ olim Christianorum dominio fuerant, vel impediunt Evangelii prædicationem, aut quia assiduè Christianos, eorumque bona persequuntur: & proinde licet eos offendere; nedum bello defensivo, sed vindicativo ad vindictam injuriarum, ut latissimè post *Oldrad. cons. 72.* & *Divum Thomam*, *Theol.* & *Canon.* differit *Covar. d. reg. peccatum*, 2. *par.* §. 10. *Gamma in tract. de jure Regni Lusitan.* & *d. dec. 335. num. 1. Lavar. d. cons. 84. num. 7.* latissimè *Caboll. resolut. crimin. centur. 3. casu 220. num. 4. cum seq.* declarando tamen eum *Alphonso à Castro*, *Victoria*, *Soto*, & aliis, quos latè distinguendo in materia tradit *Corduba in quæstionario lib. 1. quæst. 57. dub. 4. & 5. car.* mihi 499. latè *Cavall. lib. 4. quæst. comm. contra comm. cap. 906.* ex *num. 172. cum seq.* & ex *num. 210. cum*
128 *seq.* negatur tamen ipsos Romanos sua prudentia non minus justa arbitratos fuisse bella hostium adversùs se, quàm quæ ipsi adversus eosdem gerebant, ut eum *Covarr.* dicit *Molin. d. disput.* in *versic. Covarr. &c.* siquidem eo ipso, quòd Romani considerassent eorum hostes posse justa bella cum ipsis suscipere, ex consequenti necessariò supposuissent, ipsos injustè bella gerere cum
129 Populi Romani hostibus; cum non possit bellum esse justum ex utraque parte; sed posita justitia ex parte unius, de necessitate consequitur alterum injustè agere, siquidem contraria hæc sunt, justum, & injustum, & ob id possibile non esse, quòad veritatem, justum bellum utrinque esse, licèt secus ex hominum opinione, sivè imaginatione ex recepta *DD.* sententia in *l. ex hoc jure*, ubi *Ias. num. 23. ff. de just. & jur.* reprobato *Fulgos.* & *Alciat.* tradit. idem *Covarr.* in *dict. 2. part. cap peccatum.* §. 10. *in fin. vers. solet hoc in tractatu*, *Vasq. controv. illustr. lib. 1. cap. 10. num. 15.*

Quod cum sit planè contrarium Romanorum notissimo instituto, qui adeò justitiam colebant, & venerabantur, ut nihil à justitia devium in eo-
130 rum institutis reperiatur, & in bello etiam nihil per fraudes, vel injuriam, sed virtute etiam cum hostibus gerebant, honestum, & justum utilitati præferendo, nè antiquæ Majestati Reipublicæ labem inurerent, & justitiæ exemplo hostium animos expugnarent qui eum armis vinci non possent justitia victi (ut Faliscis accidit) portas Romanis aperuerunt, ut ex *Livio*, *Plutar. Lucio Flor. Val. Maxi.* & aliis casus recenset *Petr. Gregor. de Republic. lib. 24. cap. 8. num. 9.* adeò ut Christiani Principes successores in Imperio, cæterique Reges Catholici, & Principes universi Orbis, Romanorum legibus sua sponte veluti justitiam, & æquitatem
131 redolentibus, se subiecerint, ex hoc planè consequitur, nullo modo esse admittendum, Romanos considerasse, quòd ipsi injuria bella essent contrà suos hostes suscepturi, quod non prudenter, sed contrà virtutem prudentiæ contigisset, quæ justitiam continere debet, omnes virtutes morales informantem, veluti sine qua nihil boni elucet; Undè necessariò credendum est, Romanos supposuisse, nihil ab eis fieri, aut unquam attentari posse, nec etiam adversùs hostes, quibus & fidem datam servandam censuerunt, ut ex *Gell. Cicer. Appian.* & aliis differit *Ayola d. tract. c. 6. per totum*,
132 nisi justè & prudenter indè dicebat *Cicer. lib. 1. offic.* suscipienda quidem bella esse, ut sine injuria in pace vivatur: undè *Plat.* in *princ. de legib.* non decere studia pacis ad bellica, &c. sed bellica potiùs ad pacis studia referri debere, nec pugnam, & victoriam uti laborum, & malorum plenas propter se expetendas esse; sed eligendas propter pacem, & cum *Platone*, & *Tullio* concordat *August.* in locis, quos citat *Fortun.* in *l. manumissiones*, *num. 7. ff. de just.*

Digitized by Google

just. & *jur.* ut ex Sacra Pagina novi Testmenti,& *Chrys.* probat *Petr.Tholos. de Repub, lib.*1 t. *cap.*t. *in fi.* & sic licèt non ex ea parte , qua Christianis
133 contingit cum Infidelibus bellari, semper justissimis, & necessariis de causis enumeratis per *Caball.d.casu* 220. à *num.*4.*ad* 27. ex alia tamen parte semper, & ubique Romani justa bella eum suishostibus suscipere arbitrati; statuerunt tamen bona mobilia capta in bello, adeò capientium fieri, ut postliminio locus minimè in illis sit, quod *Covar.* & *Molin.* fatentur. Nec probaot ullo modo, Romanos considerasse casum, in quo ipsi contrà eorum hostes injustè bellum inferre possent, quod ipsi probare tenebantur: quinimmò contrarium manifestè detegitur ex proximè dictis, & ex infrà dicendis, & quia *glo.*1.in *l. ex hoc* jure restrin-
134 git, ut tam origine jure gentium bella licita sint inducta, quàm etiam iodicta à Populo Romano, vel hodie ab Imper., io quem scilicèt Imper. translatum est, ut dicebat in puncto *Calder. cons.*95.*de treugua*, *& pace, in princ.* vbi saltim nulla bella sunt illicita jure gentium dispositivè; sed tantùm occasionaliter, secundùm *Butr.*et *Bart.*quos communiter sequuntur *DD.*in *d.l.ex hoc* jure, ubi *Jas. num.*23.*cum seq.*ubi post *num.*24. *vers. puto adver-*
135 *tendum*, dicit in specie, apud Romanos Imper. bellum ex parte hostium fuisse reputatum illicisum, citans *Jac.de Rav.Petr.*et *Nic.de Neap.* in §. *si ab hostibus*, *Instit.quib.mod.jus patr.pot.solvitur*, & nunc addo *Bened.Ægid.*in *d.l.ex hoc jure cap.* 1. *num.* 10. ubi utrumque probat.

Secundò, quia tametsi passim nostri dicentes, capta in bello jure gentium fieri occupantium,confestim addant, dummodo justum sit bellum; id tamen exigunt in odium eorum, qui bello injusto
136 deprædantur; cum enim plerique dixeriot, Christianis nullo casu vel modo licere bellum gerere, quorum opinio meritò sit damnata, ut post alios latè probat insignis religione, & doctrina *Sebast. Medic.in summa decret.cap.*23.*q.*1.*ar.*1.latissimè ex *sacra pagina veter.& novi Testamen.Cavall. lib.*4. *quæst.comm.contra comm.cap.*906.ex *num.* 144.159. *& seq.*latè etiam *Cavalc.de Brachio Regia in fragm. cap.*25.*per totum*, ratione qua per *Hostiens. in*
137 *summ.de treug.& pace*, non enim pax quæritur, ut bellum exerceatur; sed bellum geritur, ut pax habeatur, latissimè post Theol. *Petr.Navar.de restit.cap.*3. ex *num.* 264. cum licere omninò debeat bellum gerere Christianis, justa tameo occurrente causa, ut pax ex bello quæratur, siquidem nihil aliud est in injusto bello deprædari, quam vio-
138 lenter, & injustissimè rapere; igitur hoc, velut statutum contrà eos, qui injusto bello furaotur, & rapiunt; non debet retorqueri in odium eorum, qui tametsi vellent, non possent, nisi justissimum bellum gerere, ut contingit Christianis contrà Infideles, sicuti retorqueretur si admitteremus motivum *Covar.*& *Molin.* Christiani enim bellum justissimè gerentes contrà Turcas cum discrimine bonorum, vitæ, & honoris, non acquirerent bona capta in bello à Turcis, quæ priùs fuerunt Christianorum; non ex eo, quòd ipsi injusto prælio Turcas superaverint: sed quia ipsi Turcæ io injusto bello contrà Christianos illa eadem bona prius rapuerint; & sic non solùm contrà regulam *l.quod favore C. de legib.* sed contra plures alias, videlicèt quod nemo debet alterius odio prægravari, & pœna debet suos tenere authores, et limitata ratio militatum debet producere effectum, vulgatis juribus, ut scilicèt bona capta in bello justo, inter Christianos scilicèt, ioter quos potest ex utraque parte bellum esse justum, vel injustum: at cum Infidelibus bona capta per Christianos à manibus Iofidelium, semper & indistinctè fieri debent capientium, juxtà dispositionem juris civilis: idque ea ratione, quia semper bellum ex parte Christianorum contra Mauros est justum, & sic cessante necessitate distinctionis, & restrinctionis traditæ à jure civili de justitia belli in hoc casu, cessare debet distinctio, & restrictio, nec culpa Infidelium, quod ex eorum belli iojustitia non potuerint quærere dominium, debet nocere Christianis recuperantibus bona, qui utroque casu arma, vitam, & honorem periculo subjeceruot, & sic cum sit eadem ratio, quando capiunt, vel recuperant, idem jus statuandum. Et hanc distinctionem in puncto videtur probasse *Cavalcan.de Brachio Regia part.*1. *num.* 180.

Tertiò, omnes juris civilis Interpretes Christiani, & Catholici à *Glossatoribus*, & à *Guid.de Suz.* & *Ioann. Andr.* usque ad Modernissimos supra rela-
139 tos, cum benè scirent, bona capta in bello justo, non injusto fieri capientium, cujus non potuerunt esse immemores; cum expressè hoc millies adverterint in hujus materiæ tractatione, & cum plures cum *Bald.Angel.*et *Salycet.* fecerint distinctiones, cum tamen ipsi omnes indistinctè affirmarint in hoc: bona per nostros ab hostibus recuperata in præda esse etiam inter Christianos, cum quibus ex una parte tantùm bellum potest esse justum, quod fieri non posset, attenta consideratione *Covarr.*et *Molin.*ergò necessariò ab ejsdem tacitè rejecta, et de ea nulla habita ratio; cum etsi in jure civili à Paganis non potuerit considerari; non tamen potuit latere tot insignes legum vertices Catholicos à tempora *Glo.* usque ad *Covarruviam*. Quinimmò ab omoibus hoc fuisse consideratum, et in specie à *Domino de Franchis dict. decis.* 268. in puncto advertit *Caball. dicto casu* 140. *num.* 20. *&* 21.

Quartò, immò fuit expressa hoc motivum ab utriusque juris Interpretibus consideratum, & expressè confutatum, *Aretin.* enim movet, quæstionem in *d.l.*1.*num.*8. *versic.unum dumtaxat*, *ff de acquiren.possession.*, utrum bellum indictum à Principe habente supremam potestatem, semper dicatur justum quòad hunc effectum, ut res, & bona capta in illo bello efficiantur capientium, & pari-
140 ter homines capti efficiantur servi, & sic æquiparat *Aretin.* hos duos casus, scilicet ut eodem jure bona efficiantur capientium, quo homines capti efficiuntur servi, & refert, *Hostiens.Joann. Andr.*
141 et *Petrum de Anchorana*, tres Coripheos Canonistarum tenere, sufficere authoritatem indicentis bellum quòad hunc effectum; quinimmò mirabile est dictum *Anchar.*qui à fortiori ostendit veritatem
142 nostræ sententiæ, Christianos captos in bello à Turcis, vel Saracenis effici eorum servos, nec posse redire sine peccato, nisi cogerentur ad abnegandam fidem, quamvis notum sit, bellum ex parte Turcarum esse semper injustum; quidquid, tamen sit in hoc, quod controversum agnosco, ex traditis per *Caballum part.*3. *cas.*220. *num.*47. et *Valasc.consult.*30. *num.*10. licet *Aret.* sequutus solùm *Panorm.*in *cap.sicut.il* 3.*de jure jur.* quod bellum non posset dici justum, neque quòad hunc effectum

fectum; nisi sit illatum à Principe, & ex justa
causa: tamen Socin.ibi num.11.dicit, Aret. in hoc
143 decipi, citans Joa.Andr. in alio loco per Aret.non
citato, & subjicit rationem his verbis, dominia
enim jure gentium sunt ità distincta per Infideles,
sicut per Fideles: cum omnium una sit natura, &
opiniooem Soc.prævia pulchra disputatione sequi-
tur Hormon.Decus in ead.l.1. in vers. quarta decla
144 ratio, num.5. in fin. & 6. ubi inter cætera affert
text. qui sicut omninò comprobat opinionem So-
cin. sic pariter, & inevitabiliter destruit motivum
Covarr. & Molin. scilicèt in l. postliminium 19. in
princ.ff.de captivis, ibi, idque naturali æquitate in-
troductum est, ut qui per injuriam ab extraneis,
idest hostibus detinebatur, is ubi, idest, postquàm
in fines suos redisset, pristinum jus suum recipe-
ret, undè text. clarus, quod captus ab hostibus,
et per injuriam detentus, et sic injustè respectu
causæ, et tamen servus fuit effectus hostium, et
145 necessarium fuit postliminium, cui locus non
est; quando captus non fuit effectus servus, quia
capiens non acquisivit dominium, l. si quis inge-
nuam a 1. §.fi.eod. idem optimè Rip. in d.l.1.nu.69.
ubi dum glos. restringit text. in bonis captis in bel-
lo licito, noo tamen ulteriùs declarans, quod sit
146 bellum licitum, vel illicitum, subdit Rip.tu di-
cas ergo illud esse bellum illicitum, quod illatum
fuit à non habente potestatem inferendi, l. hostes,
ubi latè Bort.inf.de captivis, non autem dicas illud
esse illicitum, quod infertur ex injusta causa, ut pro-
batur in l. postliminium, ff. eod. & 10 §. servi.Instit.
de jure personarum: hæc Ripa.

Hinc fit, quod idem Covar.in d. reg.peccatum, 2.
par.§.11.post num.6. fatetur communem esse limita-
tionem cum Anch.Joan.de Terra Rubea, Aret.sibi
contrario in l. qui à latronibus ff. de testam. Alciat.
147 & Claudio Cantiunc. ut licèt capti in bello etiam
justissimo inter Christianos non efficiantur capien-
tium, sed solùm solvatur redemptionis præmium,
regula l.Hispan.1.tit.29.part.2. Ayala d.tract.lib.1.
c.5.num.19. Bened.Ægid.ad d.l.ex hoc jure c.1.n.7.
aliàs taleas exigi pro Christianorum redemptione,
ex Paul.Solyc. Rip.Becio, & aliis tradit Persg. de
jur.fisc.lib.3.tit.3. num.item 3. Cavalc. d.c.25. infr.
num.9. & 10. secus tamen est in Christianis captis
in bello à Saracenis, vel Turcis: nam ii dum ab ho-
stibus captivi retinentur, ejus conditionis censen-
tur, cujus juxtà jus civile capti ab hostibus Roma-
næ Reipublicæ censebantur, & ideò opus esse fi-
ctionibus, l. Corneliæ, & postliminii, quod dicit
esse maxime notandum, licet ipse ferè solus dicat
contrà sentire, & dubiam, quinimò falsam sibi
videri Anch. sententiam, ut non mirum, ut sicut
in hoc, sic etiam contra communem quoque, et
receptam dubitaverit Covar. nedum in Christianis
captis à Turcis, sed etiam in bonis captis in bello,
et recuperatis; licet in hoc ultimo se restrinxerit
in foro conscientiæ dumtaxat, ut suprà latiùs.
148 Id autem apertissimè primus omnium firmavit
Azo in summo num.3. in fin.versic.hi hostes, quem
refert, et expresse sequitur Salycet. in d.l. ab ho-
stibus, num.5. in versic.superiùs, C.eodem, ut quæ
supra dicta sunt, locum habeant non tantum quan-
do Imperator, vel Populus Romanus bellum indi-
xit Barbaris, sed etiam è contra, si ipsis à Barba-
ris fuerit indictum, ex text.in l.hostes in 2.par.pon-
derando dictionem, vel, disjunctive, sive alternative
positam ibi, vel ipsi Populo Romano et in l. postli-
minii ff.eod. et addit Salyc.ubi quod capiunt dicitur
esse suum, & hoc tenet Azo in sum. et sic expressè
Salyc. tenet, Barbaros acquirere dominium bono-
rum à nobis captorum: probat idem Panorm. in
cap.sicut il 3. num.7. in fin. de jur. juran. ubi longe
ante ipsum clarissimè Innocent. num.5. docuit, ad
149 justum bellum quoad effectum, ut bona capta effi-
ciantur capientium, et liberi homines capti fiant
servi, sufficere edictum Principis: dum ulteriùs
150 progrediendo docet, aliter quoque considerari
posse justum bellum etiam absque edicto Principis,
forte pro defensione rerum suarum, et clarissimè
Bold. ibi reassumendo sub num.7. dicit, bellum ju-
stum dupliciter, scilicet justitia causæ, et justitia
151 imperii, sivè potestatis supremæ, et iterum n.9.
et quod ad hunc effectum, ut liberi homines ab ho-
stibus, scilicet Infidelibus capti, servi eorum effi-
ciantur, et bona à nobis erepta in bello, etiam in-
ter Christianos nullam esse faciendam distinctio-
nem, an bellum sit justum, vel injustum, et an
ex utraque parte prætendatur justa causa belli ge-
rendi, sed iodistinctè captivitatem sequi res, et
personas; et hoc tantùm sufficere, ut bellum ge-
ratur authoritate supremi Principis, ex Innoc. Al-
ber.Nicol.de Neap.Anchar.Angel.Aret.& Panorm.
Jos. & aliis, ut receptum, & indubitatum probat
Natt. cons.284. ex num.4.6.7. usque ad fin. expen-
dens num.5. clara jura in d. l. postliminii jur 5. in l.
postliminii 19. ibi, ut qui per injuriam, & l. hostes
24.ff.eod. Idemque doctissimè, & subtiliter ex mo-
re disputando probat Vasq.illustr. quæst.lib.1. c.10
num.14. 16. & 19. licet minus rectè concedere vi-
deatur, contrariæ opinionis esse receptiorem sen-
tentiam, in quo tamen rectius loquutus fuit idem
Vasq. de success. creat. §.1. num.46. ubi apertissimè
dicit, nostram esse communem receptam, licèt
multis repugnantibus, cui etiam expressè accedit
Soc.jun.in d.l.1.num.83. in 6.limit. & propriè n.91.
io vers.& tenendo, & nu.108. ubi sequutus Socin.
patr. dicit hanc opinionem de jure probabilem, &
veriorem, licèt num.84.in fin. ex errore fateri simi-
lites videatur Canon. communiter tenere contra-
rium, quod falsum esse ex prædictis clarè patet, ità
ut possimus dicere de Socin. jun. ut de Covar. aliàs
dixit Lupus Florent.ad l. curabit, comment. 1. §.6.
num.125. in fi.C.de act. empt. quod vacare non po-
tuerit in recensendis fideliter authoribus, et, ideò
in calculo DD. erraverit, ut mathematicè apparet.
Nec à prædictis dissentit Covar.in d.reg. peccatum,
152 2.part.§.10. dum concedit, Infidelibus non no-
cere infidelitatem in retentione, vel acquisitione
dominii earum rerum, quæ obtinent, jureque hu-
mano habuerint, ut per eum nu.2. et in vers.item
nec oberit; licèt aliud posteà in puncto voluerit in
d.§.11. contrà communem.

Sed nostræ opinioni accedit etiam Crot.in d.l.1.
ubi post Panorm.Castr.& Soc.affirmat, bellum cen-
seri justum quoad præmissos effectus, si indicatur
à Principe non recognoscente Superiorem; licèt
indicatur ex causa injusta, ut per eum n.4. vers.
tertio fallit; indè dixit Gammo d. decis.335. n.3.
in fin. Nec infidelitas impediebat, infidelem Bar-
barossam verum esse Dominum rerum, quas in bel-
lo cœperat, citans Divum Thomam, & ità deci-
sum in casu simili, dominium quæsitum licito ju-
re Gallis cujusdam navigii, quamvis injustè bel-
lum gerentibus cum Castellanis in decis.384. ut
infra latiùs ponderabimus.

Quid plura, *Molina* motivum est planè con-
153 trarium his, quæ idem *Molina* aliàs latissimè do-
cuit, dominia rerum, ipsorumque divisiones, &
acquisitiones non provenire ex jure Divino, nec
naturali, sed de jure humano gentium communi
omnibus gentibus, ut probat latè cum communi
Theolog. & *Canonist.* idem *Molin. de just. tract.2.
cap.*19. ubi nec peccata, nec infidelitatem nocere
acquisitioni, vel usui dominii, nec jurisdictionis,
& *cap.20. cum plur. seq.* quod latè *idem Molin.* re-
assumit *cap.27. in fin. vers.ex his, quæ*, conclu-
dens, Infideles nihil omnino impediri, quominus
veri sint Reges, & legitimi earum rerum Domini,
quas tanquam privatæ personæ possident, & do-
minia jurisdictionis, & proprietatis toto generi
humano esse communia, eorumque fundamentum
non esse fidem, nec charitatem, sed oriri ex ipsis
naturis rerum, primaque ipsorum constitutione.

Et tandem idem subtiliter ex more defendit
Fortun. dict.l.manumissiones ex *num.*14. ubi unum
dicit esse mirum, ut qui injuria ab hostibus captus
154 est, hostium servus efficiatur, & solvit, jure
gentium, idest ratione cum gentibus innata, qua
ipsæ utuntur, quæ ratio plura dictat, atque de-
cernit juxtà humanas necessitates, licèt generis
humani ratio semper una sit, & naturam sequatur,
quia à natura est data, quamvis dispositiones à ra-
tione procedentes sint diversæ, & diversis tempo-
ribus proditæ, sub una tamen, eademque ratio-
ne, quia si differrent, non essent jurisgentium,
cujus radix habet rationem generi humano inna-
tam, ut ex *§.item, quæ ab hostibus*, juncto *§.sin-
gulorum*: perbellè colligit *Fortun.* ibi *num.*6. &
infert propterea post *num.*14. *Hoc quidem jure
gentium apud omnes gentes statutum esse, ut qui
caperetur, accipientis fieret, & qui evaderet, &
ad suos fines rediret, recuperaret statum pristinum,
quod ratio ipsa naturalis suadet*, ut in *d. l. postli-*
155 *minium* 19. *quæ non magis loquitur in Romanis,
quàm in hostibus Parthis, scilicet, vel Germa-
nis, siquidem postliminium inter Popul. Romanum,
& omnes alios populos liberos, Regesque vicissim*
156 *moribus, legibusque constitutum est.* hæc *Fortun.*
idemque probat latissimè procedere in Regibus, &
omnibus populis, qui vivunt suis legibus, & ar-
bitrio, *Bellin. de re milit. in princ. tit.5. num.3.*
157 *&* 4. Nec fuisset necessarium postliminium, si
Romani justè bella gerentes cum ipsius hostibus
servi non fuissent effecti ipsorum hostium, & quia
quo jure fiunt nostra, quæ ex hostibus acquiri-
mus; eodem jure, scilicet gentium fiunt ipsorum
hostium ea bona, quæ ex nostris ipsi bello capiunt,
ut latissimè post *Salyc.* & alios probat *Caball. dicta
casu* 140. *num.*19. *&* 24. & iterum *casu* 220.*n.*27.
28. *&* 34. *par.3.* quibus addo *Bened. Ægid.* insi-
gnem Lusitanum, quem post hæc scripta vidi, ad
*d.l.ex hoc jure tom.*1. *cap.*1. ubi *num.*9. relatis dua-
bus opinionibus invicem adversis, latè, & doctè
tuetur nostram opinionem, cujus antesignanus
est *Fulgos.* in *ver.contraria verò*; & pro ea citans
*Jas. Herman. Cras. Fortun. Vasq. d.§.1.de successron.
creat.* attestantem de communi, *Alciat. Claud. Cant.*
& alios, fulciens eam pulcherrima consideratione,
& *num.*11. *usque ad* 13. ubi id verissimum probat
saltim quoad publicum judicium, tam quoad per-
sonas, quam quoad bona, & res mobiles bello
captas in bello, sivè justo, sivè injusto, jure gen-
tium introducto, & Romanorum jure, sive ci-
vili comprobato, maximè cum in dubio bellum
indictum à Supremo Principe præsumatur ex ju-
sta causa, ut generaliter patet ex traditis per *Ce-
vall. lib.2. q. cap.*529. & in puncto de causis justi
158 belli tradit *idem lib.4. cap.*906. ubi quod subditi
non tenentur examinare causas belli, ut per *eum
num.*162. 166. *& seq.*

159 Indè patet, non rectè sensisse *Alvar. Valasc.
consult.*30. *n.*7. dum solis *Alciat.* & *Claud. Cant.*
relatis pro nostra opinione, contrarium dicere au-
sus fuerit, Christianos à Turcis captos servos eo-
rum non effici; licet attestetur, pluries Judices,
& Senatores non semel judicasse, & judicatum vi-
disse pro nostra, & receptissima sententia: & sic
longè plus nobis prodest *Valasc.* testimonium,
quàm noceat ipsius, licèt doctissimi *J. C.* opinio,
quæ etiam & ex eo impugnari potest, quod non
160 minus hodiè vigeat ratio, qua olim jure gentium
servitus piissimè inducta fuit, majoris scilicèt ma-
li vitandi gratia, & remedii loco, sævissimarum,
immaniumque cœdium vitandarum causa: ut post
omnes in *d. l.ex hoc jure*, tradit doctissimus *Vasq.
cap.*10. *controv.illustr. num.*4. *Claud.Coter.de jur.
& privil. milit. cap.*24. *lib.*2. *Bened. Ægid. Lusi-
tan.* posteà visus ad *leg.ex hoc jure c.*1. *n.*6. *&* 8.

161 Et contra opinionem *Alvar.* in puncto tenet
cum nobis indistinctè *Bellin. dicto tract. 3.par. ti-
tul.*1. *num.*27. *in fin.* qui loquitur etiam in bonis
mobilibus ab hostibus captis, ut eodem jure ipsis ac-
quirantur nostra, quo eorum bona nobis acqui-
runtur, quod ampliat *Calder.* procedere etiam in
hostibus Papæ, & Imperatoris in *dicto consil.*1. *de
treugua, & pace, num.3. vers.similiter acquisita*,
ubi etiam quod bellum dicitur justum ratione per-
sonæ indicentis, quæ nulli pareat antè *n.*3. & pul-
cherrima sunt verba *Navarr.* omninò legenda in
*præcitata cons.2. de injur. & damn.dat.n.6. Castill.
dec.*207. *num.*43.

Quintò, licèt ex prædictis latis, superque con-
futata remaneat consideratio *Covarr.* & *Molin.* cum
162 tamen ipsi fateantur, justè potuisse juris civilis
dispositionem aliis considerationibus, & causis sub-
stineri, & confirmari, scilicet quod ità Reipubli-
cæ, bonoque communi expediat, & ut milit
suos spe emolumenti, audaciores, & avidiores ad
prædas in hostes exercendas, eosque superandum
redderent, quod fieri justissimè potuisse etiam ad
præjudicium antiquorum Dominorum in bonis
ex hostibus recuperatis; cum ità expedire bono
communi judicaretur, pluribus comprobat *idem
Molin. d. cap.*118. *col.*4. *vers. Hacque jure Cesa-
reo, & colum.pen. vers.dices, quid ergo.*

Igitur cum non appareat, qua ratione fuerint
moti Conditores juris civilis, siquidem ratio cum
non fuerit expressa, nec unica assignari possit, sed
plures, non video, cur potius sit credendum,
163 una; quàm altera ratione motos legum latores,
quinimmò cum plures assignari possint, illæque
omnes sufficientes ex omnibus ipsos motos creden-
dum est, ex *l.legavit*, ubi id notat *Cuman. ff. de
leg.*2. Cum enim concurrunt plures causæ, vel ra-
tiones æquè potentes; licèt una cesset, si altera
remanet, non cessat effectus, sivè juris dispositio,
*§.affinitatis, vers.nam si adhuc, Instit. de nupt. l.si
non lex, ff.de hæredib.inst.* cum infinitis à *Tiraq.
de cessante causa limit.*22. *per tot.*

SUM-

SVMMARIVM.

164 *PRæda, si hostes cum ea pernoctaverint, vel in loco tuto se receperint, recuperata non restituitur prioribus Dominis, ex legibus Partitarum, quæ loquuntur etiam in bonis à Cursariis, idest Piratis recuperatis,* & num.166.

165 *Villæ, Castra, & Fortellitia ab hostibus capta, Regi competunt, item navigia, & Dux exercitus.*

168 Greg.Lop. *in* l.26. tit. 26. Glos. metido, *destinguens inter prædam terrestrem, & maritimam, quòad id, quod dicitur de loco tuto, & pernoctatione, confutatur,* & num.169. 170. 171. & num.178.

172 Castill. decis. Sicil.141. 2.par. *& ejus motiva repelluntur,* & num.175. & 177.

173 Castill.dec.141. *quarè sustineri possit,* & n.174.

176 *Periculum vitæ, animique perplexio, inæstimabile.*

180 Cap.Consulatus 287. *incip.* Nave, ò Novilio, *sub* tit. de navi pigliata, & recoperata, *concordat cum* Angel. *distinctione in* quæst. *incip.* renovata guerra, *& communi.*

182 *Postliminium navibus tantùm longis, atquè onerariis ad belli usum paratis concessum; item bobus, equis, curribus, & quatrigis, quæ actu tamen in bello deserviunt,* & num.190. & 191. *nec non omnibus mobilibus ad usum belli paratis,* num.192.

183 *Naves longæ, triremes ab antiquis appellabantur, & onerariæ sunt, quæ ad belli usum sunt paratæ.*

184 *Verba,* usu proprio ducere, *quomodo declarando.*

185 *Dictio,* atque, *est conjunctiva.*

186 *Dictio,* propter, *significat causam etiam proximam.*

187 *Causa non multùm remota, sed causæ proximæ conjuncta, ut proxima attendenda, eaque inspicienda, quæ vim, sivè privilegium tribuit.*

188 *Privilegium artificiis, operis, vel negotiis, muneribus, aut officiis, vel quibuslibet actibus concessum, tandiù durat, quandiù in iis permanetur.*

189 *Cessante bello, cessat quod ejus causæ est concessum, maximè si causa belli paratum ad mercimonia trabitur.*

193 *Postliminio fruuntur nedum causa belli parata, sed quæ in prælium ipsum pro victu exercitus feruntur, ut sunt naves, quibus frumentum vehitur.*

194 Barbat. cons.38. *post* num.8. lib.1. *confutatur.*

195 *Postliminium in navibus hodiè cessat de generali consuetudine, rerum judicatarum authoritate,* num.196. 197. & 198. *testimoniis, testiumque depositionibus,* num.199. *& sententia supremi militaris nostri Regis Consilii,* num.200. *& ex Historicis,* num.201.

202 *Consuetudo armorum gentium attenditur, maximè ubi per sententias est comprobata.*

203 *Dediti hostibus, licèt non spontè, postliminio carent, quia voluntas coacta voluntas est,* & num.207. 208. & 212.

204 *Postliminio ut locus sit, debet, bona, vel personas vi esse captos, & in turpiter, vel cum culpa amissis, cessat etiam in foro conscientiæ, in armis, & aliis,* num.211.

205 *Deditus hostibus Civitatem nullo modo, & an libertatem adipiscatur.*

206 *Captus ab hostibus dimissus ne, an vi, vel fallacia evasus, nil interest.*

209 *Metu in bello gestu nulla non sunt, in eo enim licitum est, metum, violentior, vulnera, &c. inferre.*

210 *Miles tempore belli suscipiens Castri custodiam, tenetur etiam si violenter ab eo Castrum auferatur.*

213 *Romanis ignominiosum visum fuit per deditionem in hostium potestatem venire.*

214 Barbat. consil.38. in princ. *loquens de consuetudine Italiæ quòad bona è manibus hostium recuperata, declaratur,* & num.215.

216 Barbat. *in* d.cons.38. *non tractat, an hostes, qui prædam abstulerunt injustum bellum cum nostris habuerint, sed benè movetur, quòd ex parte Cathalanorum injustum bellum cum Januensibus existeret,* num.217. & 219.

218 *Diffidatio antè belli motionem, præcipuè inter Christianos necessaria, saltim quòad personam hostis declarandi, maximè durante pace, vel fœdere,* & num.220.

222 *Bellum in dubio justum an præsumatur.*

224 *Jus bellum indicendi apud Principes Superiores non cognoscentes residet.*

225 *Reges liberi eadem possunt, quæ Imperator in Imperio.*

226 Luc. de Peno. *in* l. si quis Barbaris 9. C. de re milit. lib.12. *confutatur.*

ET proinde justissimè Reges Catholici Hispaniarum, qui soliti sunt ex medulla, & spiritu legum Romanorum, & receptarum sententiarum suas constitutiones deducere, in *proœm. dd. ll. vers. & Romanos*, ubi *Glos. Greg.* idem justè statuendum, & servandum censuerunt apud Christianos, quod à Gentilibus prisco tempore decretum fuit; quasi nedum non cessaverit ratio juris civilis inter Christianos, sed illæ eædem rationes durent adhuc, & vigeant.

Et ob id in *l.26. tit.36. par.2.* dispositus, quod
164 si hostes cum præda pernoctaverint, vel cum ea in loco tuto se receperint, non est restituenda præda prioribus Dominis, juxtà distinctionem *DD.* juris civilis, ubi *Greg.Lopez* in *suit Gloss.* refert, & probat distinctionem *Angel.* & communem, & idem in *l.31.* ubi loquitur etiam de Cursariis, qui secundum *Greg.* intelligi debent non de latrunculis in civilibus dissensionibus, sed de Piratis hostibus, qui in mari prædas cum aliquo, aut aliquibus navigiis exercent, ut solent facere aliqui Turcæ, aut Saraceni, ut benè leges prædictas
165 in hoc refert *Molina d.cap.118. colum.penult. & ult.* & superiùs in *l.5. & 6. ejusdem tit.26.* declaratur, Regi competere Villas, Castra, & Fortelitia ab hostibus capta. Item navigia, nec non Ducem exercitus victi cum sua familia, & distinguuntur casus, & portiones prædæ sibi, ut Regi competentes cum sumptibus, & expensis deducendis, omnia siquidem ad confirmationem, & declarationem juris communis.

166 Quinimmò, juxtà multorum, & fortè communem sententiam ex *dd. ll. Hispaniæ* ampliatur communis *DD.* opinio, ut procedat etiam in præda capta à Cursariis, idest Piratis, qui verè hostes non sunt non tamen, ut iis legibus inductum fuerit, Piratas, vel latrones acquirere dominium, sed quod virtute bellica recuperata bona à manu

ipsorum Piratarum efficerentur militum Christianorum capientium, licèt ipsi Piratæ eorum dominium non acquisiverint, quod contrà rigorem juris communis induci potuisse, tradit *Morla* in puncto *d. tit.* 12. *qu.*6. *in fin.* & velut in dubium tradit *Ayala d.c.*5. post *num.*39. ibique propter pu-
167 blicam utilitatem, quo milites sint alacriores ad persequendos latrones, & piratas, prælertim cum bono publico etiam cum damno privatorum consuli possit, vulgata *l.Lucius*, *ff.de evict.* quò spectat illud *Taciti*, *Omne magnum exemplum habet aliquid ex iniquo, quod contra singulos utilitate publica rependitur*; præsertim cum eadem, immò majori ratione, expedit bono publico piratarum, & latronum persequutio, qua hostium, qui hostes omnium appellantur à *Cicer.*3.*offic.*& genus hominum pessimum, ut latè per *Cavalc. d. tract. de Brach.Reg.* in *fragm. c.*25. *n.*4. *cum seq.* & *n.*8.

Et quamvis *Greg.* in *d.l.*26. *tit.*26. *glos.metido*,
168 antè *fin.* nixus sit distinguere inter prædam terrestrem, & eam, quæ, in mari fit, quasi non sufficiat pernoctare in mari cum præda, ex eo, quòd in mari unquam præda esse dicatur in loco tuto, nisi intrà præsidia terrestria hostium sit deducta.

Ex superius latissimè fundatis hæc *Greg.* limitatio remanet sufficienter confutata; ità ut opus minimè sit aliter contrà eam insistere: tametsi sufficeret nobis dicere, hoc *Gregor.* dictum nullo jure fundari.

Neque *lex* 13.*tit.*9.*par.*5. *in princ.* probat *Greg.* intentionem; sunt enim verba legis enunciativa narrantis factum à communibus accidentibus, dum asseritur id, quod evenire solet, ibi, *Robar e prender los corsarios à las vegadas*, *&c.* paulò post, *e ante, que salgan da la mar, ni llegnen con ellos al lugar, en que la pongan en salvo, fallan con otros Christianos, que ce le tuellan*, non semper enim accidit, Cursarios discurrere pelagos cum classi plurium navium, armis, & militibus munita, ut in præsenti casu accidit: sed ut plurimum cum uno navigio, aut parva biremi vagantur, quo casu non dicitur præda tuta, nisi in portum se recipiant, unde lex illa, quæ respexit ad casum, qui frequentiùs evenire solet, non ideò excludit; quin in mari non possit in tuto præda collocari.

Et quòd illa sint verba narrativa casus frequen-
169 ter contingentis: clarissimè patet ex contextu illius legis, & quia post narrationem Compilator reassumit casum, quem decidere intendit, ibi, *queremos monstrar en esta ley, en que manera se deve librar nal contienda, &c.* & deinde additur decisio in verbo, *e dizimos*, & in decisione nihil ulteriùs disponitur, quis sit locus tutus, quod cognoscens *Greg.* in ea lege non posse fieri fundamentum in verbis illis assertivis, in *glos. in salvo* ad declarandum, quando dicatur præda reposita in tuto, se remittit ad dicta per ipsum in supra citata *l.*26.*tit.*26.2. *partita.*

Et multò minùs verba *Ang.* patiuntur hanc re-
170 strictionem, ut loquatur de præda terrestri, & non maritima; inter quæ nullum discrimen esse colligitur, ex *Ferret.* sæpè citato *tract.de jure, & re navali in procem.in fin.*& *par.*2.*num.*5.*in fin.*8. *&* 17. cum in omnibus æquiparari classem armatarum navium exercitui terrestris militiæ; quinimmò sub nomine classis veluti generali contineri terrestrem exercitum, adeò ut possint milites in classibus maris, & Navarca militantes eodem militari jure, sicut milites degentes in Castris terrestribus, tradit post *Afflict.* in *Const.Hostici.Ferret.d.tract.part.*14.*n.*32 *&* 27. adeò ut verba *Ang.* loquentis de campo, sive loco tuto septo etiam paleatis, sive secatis, omni modo etiam classem comprehendant, & in instructionibus Regiis datis maris Præfecto circa prædæ divisionem, de omni præda agitur, sive facta in mari, sive in terra, teste *Castill.decis.*107.*num.*32.

Et hanc *Greg.* distinctionem in terminis inveni
171 posteà confutasse *Bened. Ægid.* in *d.l.ex hoc jure, c.*1. post *num.*13.*vers.quod verò de pernoctatione*, his verbis, *ego quidem ubi bellum classicum esset, talem differentiam non probo, quo casu parta una devicta præda indè erepta, & ad victricem classem asportata, in tuta esse censebitur, quasi intra præsidia, seu Castra posita, ut capientium illicò fiat, nec citatæ ll. part. contrarium probant, quæ in ista casu non loquuntur, undè in illo inter maritimam, & terrestrem belli prædam differentia constituenda non est, quam nec legis verba probant, nec diversitatis ratio ulla suadet.* Et valdè gavisus sum mecum sentire doctissimum virum, licèt non exprimat supradictas responsiones ad dict. *ll.partit.* verùm advertit, *Gamam decis.*484.*num.*2. *in fin.* loqui nuncupatim de præda in mari capta, cui addo *Barbat.* infra citandum *cons.* 38. *lib.* 1. supponentes proinde ut indubium, nullum discrimen inter unam, et alterum casum esse constituendum.

172 Et ex his non opus est resolvere fundamenta Moderni *Castilli* viri quidem acuti ingenii *d.cons. Sicil.*141.2.*par.* qui nimiùm *Molina*, et *Gregoria Lopez* addictus contrariæ partis est propugnator, et adversariorum post *Molin.* Asylus.

Castil. siquidem concessa prius communi distinctione de bonis incontinenti, vel ex intervallo recuperatis, affirmat in casu suo vina esse restituenda prioribus Dominis, ex subscriptis.

Primò, quia nostra sententia non procedit hodiè in bello inter nos, et Mauros, qui ex injustitia belli unquàm acquirunt dominium, secundum *Molin.* ut per eum, *num.*8 *&* 9.

Secundò, quia donec Piratæ sunt in mari cum præda, antequam intra præsidia eorum deducantur, non acquirunt dominium, *num.*13. *&* 14.

Et tertiò, quia ut contrarium dicatur, requiritur particularis lex, aut consuetudo, leges autem partitæ loquuntur in præda terrestri, non maritima, *nu.*14. *in fin.vers.& ratio.*

Undè cum prædicta motiva, ut credo, sint ex præcedenti sufficienter sublata, non opus est alia motivorum resolutione.

Nec adversarii dicant pro ipsis saltim facere authoritatem decisionis, siquidem & si non appareat, si illa decisio fuit Consistorii, ut ipsius solius *Castill.* facta relatione Proregi, ut ipse videtur innuere *in fnal. verbis.*

Estò quòd fuerit decisio Consistorii, salvari po-
173 test, quia in facto præsupponitur, quòd fuerit unum solum vascellum Maurorum; à quo deprædatum fuerat alterum Christianorum vascellum vino oneratum, & tam debili præsidio munitum, quòd invasum a quibusdam ex nostris militibus, & piscatoribus Xabicarum, sic vulgo dictarum patronis, fuerint vina recuperata, ut patet ex facto relato *in princ.* & *in fin. decis.* unde cum non fuerit præda posita intra præsidia, nec in loco tuto non mirum si ita fuit decisum.

Accedat, & secundò, ipsum supponere, Mauros

fuisse

174 fuisse potius Piratas, sive latrunculos, quàm hostes, ut ponderat *num. 15. in fin.*, quod credo collegisse, quia cum uno vascello debiliter munito latrunculorum more percurrebant, quæ omnia cessant in casu nostro, ubi fuit formata classis hostium, adeò potens, ut sub Fortellitio Castri Giorgentis Insulæ Siciliæ Navim Gigantis Goliæ, quæ intra præsidia, erat per vim cœpissent: priusquam ipsa classis ex adjunctione Navis Cottæ augeretur. Nec valuit *Castill.* effugere doctissimi *Navarr. consil. 2. de injuriis, & damno dato*, dum *num. 16.* frivolè considerat, illum loqui in bello publico, in quo & nos versamur, & ita supponimus.

Et nostram opinionem dicit *Navar.* disputando defendi posse, nec contra eam accedere consulere.

175 Casus igitur *decis.* non obstat, quod autem Consiliatorium rationibus à *Castill*, relatis, vel aliis motum fuerit, non adeò certum est, ut benè noverunt in judicandi peritia versati; non enim omnis vox Judicis, nec rationes voti cujuslibet ex Indicantibus judicati continent authoritatem; sed decisio casus cum suis facti circumstantiis, in quibus constat, quamlibet minimam facti mutationem totum jus pervertere.

Et dum *Castill.* concedit, esse dandum militibus
176 recuperantibus laboris, & periculi præmium: quæro, quis nam poterit æstimare vitæ discrimen, an ne fortè præda pluris valeat, quam vitæ, & honoris strenuorum, & nobilissimorum militum inæstimabile periculum, & animi perplexio, & cruciatus, certè nulla præda, tametsi pretiosa existimari poterit militantium bonorum, vitæ, honorisque discrimen, dum semetipsorum obliti pugnæ sunt intenti, quod in puncto consideravit ad beneficium consimilis prædæ factæ à classi Triremium Serenissim. Magni Ducis *Mastrill. d. decis.* 180. *num.* 19. dum enim pugnatur omnia sunt hinc inde in discrimine, & incertus est belli exitus ut tusco sermone explicat *Cavalc. cap. 25. in fragm. num* 20. *in fin.*

Nec est verum quod dicit *Castill. num. 17.* ex illis
177 rationibus per eum relatis inductum esse, militibus recuperantibus concedendum esse aliquod præmium, quia *Molina* per eum citatus dicit, illis rationibus esse inductum, ut etiam ex consuetudine præda integra recuperantibus concedatur.

178 Illud tamen non omittam, *Greg. Lopez* in *d. l.* 26. *tit.* 26. *par.* 2. *glos. metido* ante *fin.* ut fundaret suum novum adinventum adversus omnium sententiam, ut pernoctatio cum præda considerari debeat in terrestri prælio, non autem in mari, movetur ea præcipua ratione, *quia jura concesserunt Navibus postliminium antequam in præsidia hostium deducantur*, et sequitur eum *Castill. d. decis. nu. 14. in fin.* quod quidem (salva pace) cum sit erroneum fundamentum; non mirum, si eorum nova distinctio ruit. Siquidem constat ex eisdem juribus ab ipsis citatis totum contrarium, ut ità demum Navibus certæ tamen qualitatis, quæ non concurrit in nostris Navibus, ut mox dicemus, postliminii jus competat, si intrà præsidia inimicorum esse cœperint, non aliter, quod et regulare est in omnibus rebus, quibus uti privilegium singulare non aliter à jure conceditur, nisi in morbi medelam, cum scilicet opus est postliminio, quod est cum intrà præsidia hostium esse cœperint, ut probant eadem jura à *Greg.* & *Castil.* citata, scilicet in *l.* 2. incip. *Navibus*, & *l.* 5. §. 1. & §. *antequam in præda, ff. de captivis*, & probatur *l. si quis ingenuam* 21. §. *ultim. ff. de captiv.* & in *ll. totius illius tit.*

179 Et cum jure civili, & Hispanico concordare generalem totius Italiæ consuetudinem præscriptam, rerum judicatarum authoritate comprobatam à tempore *Joan. And.* testantur omnes suprà relati *DD.* & post eos *Jas.* qui ex antiquorum authoritate de consuetudine Italiæ attestatur, bis illud repetendo in *d. l.* 1. post *num.* 1. *ff. de acquir. possess.* ubi *Alciat. eodem num.* 1. *in fin.* affirmat, idem constitutum in Dominio Mediolanensi ex Philippi Vicecomitis Constitutione, & *Alciato* relato latius d. Constitutiones tenorem refert *Bologn.* in *d. l.* 1. *nu.* 36. *in fin.* ubi dicit, statutum, quod de pernoctatione ad prædæ acquisitionem dicunt *DD.* ex consuetudine militari, inde lex maris, & belli dicta est, ut legem militarem appellant omnes, & legem belli nominat

180 *Covar. d.* §. 11. *vers. postremo*, & de lege maris loquitur *cap. Consulatus*, *sub titul. de Nave pigliata, & recuperata*, in *cap.* 287. incip. *Nave, ò Navilio*, quod *cap.* esse omnino conforme distinctioni *Ang.* & communi, aut incontinenti, aut ex intervallo, et, in loco hostibus tuto, testis est in puncto *D. de Franch. d. decis.* 268. in quo notanda sunt illa verba *d. cap. Consul. Imperò se i detti amici torranno la detta Nave, ò Navilio à detti nemici in loco dove la tenessero à se, & in loco securo, debbia esser del tutto di loro senza contrasto*, illa enim verba *habere rem sibi*, nil aliud important nisi *haver la robba per se, cioè in sua potestà*, ut propriè his verbis utitur *decis. Rot. Rom.* 120. *inter recollectas à Farinac. post ejus consil.* ubi probat communem opinionem, postquam præda in potestate hostium aliquo tempore fuerit, et *num.* 1. *in fin.* & *num.* 5. refert consimile statutum Barchinonense.

181 De qua consuetudine testatur etiam amplissimè *post. Ang. Navar. Caball.* & alios *Cavalc. d. tract. de Brachio Regio in fragm. cap.* 25. *num.* 18. & 27. *vers.* & *Rev. Navar.* ubi subjicit, consuetudinem valere, siquidem jus Pontificium, Imperiale, aut statutarium non resistit, sed ut ex prædictis patet concordat.

Et si iterum objiciatur: quod tametsi præda in casu præsenti fuerit in tuto, velut in classi benè munita inimicorum reposita, & ob id perinde habeatur, ac si intra præsidia hostium fuerit perducta; cum tamen navibus competant jura postliminii; ergo sunt naves cum præda restituendæ prioribus Dominis, & sic in vanum laboravimus.

Huic objecto, quod coloratum prima fronte videtur, plures occurrunt, illæque validissimæ resolutiones.

182 Primò scilicet, non omnibus navibus jus postliminii concessum esse, sed dumtaxat navibus longis, atque onerariis propter belli usum postliminium esse, verba sunt J.C. in *l.* 2. *ff. hoc titulo.*

183 Quasi dixisset *naves longæ, atque onerariæ*, idest naves bellicæ, quæ propriè sunt naves longæ, idest triremes, quas ab antiquis naves appellatas esse constat, quæ plurimum remorum ordinibus contextæ vehebantur, *Ferret. dict. tract. de re navali, lib.* 2. *num.* 26. 27. & onerariæ propter belli usum, idest ad usum belli esum destinatæ, sive paratæ, ut advertit *Azo* in *summa num.* 9. *versic. item mobilia*, ut in *l.* in *lege censoria* 203. *in fin. ff. de verb. sign.* ubi ea verba, *usu*

184 *suo ducere*, declarantur, (eos demum servos usus sui causa quem habere, qui ad ejus corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi, destina-

natique essent, ut Vectores, Cubicularii, Coci, Ministratores, atque alii, qui ad ejusmodi usum parati essent, & actu servientes comprehenderent.)

185 Quod deducitur tam ex dictione, *atque*, quæ verba conjungit ad eundem finem, *l. itemque §.1. ff. de act. empt.* cum aliis à *Rebuff.* in *l. prenuncia-*

186 *tum 46. vers. atque, ff. de verb. signif.* quam ex dictione, *propter*, quæ exprimit causam, ob quam motus est Legislator ad ita constituendum, & significare causam etiam proximam, *et Alber. Bart. Calder. Angel.* & aliis probat *Menoch. consil.383. num. 15. lib.3.* qui id dicit etiam probari in §. *fané propter, in proœm. decret.* ex hoc inferens, ut cessante ille causa expressa, cesset legis, sive constitutionis provisio.

187 Et maximè quando causa, propter quam quid conceditur non est multum remota, sed conjuncta causæ proximæ; tunc enim æquè attenditur, ac si esset causa proxima, & immediata, ut cum fine ea nullo modo causa propinqua, & immediata produceretur, ut contingit in præsenti casu, ubi expressè J.C. in cæteris navibus non ad usum belli paratis postliminium cessare clarissimè statuit in *ead. l.2. ff. hoc titul.* tunc enim eam causam inspicimus, quæ vim, & efficaciem, sivè privilegium tribuit, *l. uxoris quis*, ubi *Bart.* notat, *ff. de auro, & argento legato*, quod exemplis probat, & confirmat *Tiraq. de cessante causa limit.20. n.16. vers. quintò declarabis*, & *num.18.*

188 Undè privilegii causa cessante, quia navis ad belli usum parata neque deserviat, cessare debet privilegium, ut latissimè prosequitur *Tiraq. prad. tract. part. 1. ex n.203. vers. privilegii*, ubi *n.208.* generale esse in omnibus actibus, sive artificiis, & operis, vel negotiis, aut muneribus, & officiis, ut privilegia illis concessa tandiù solum durent, quandiù in hujusmodi actu sunt, & exercitio, pulcherrimi, & apertissimi sunt text. quos congerit *Tiraq. in d. tract. par.1. num.208. usque ad 214.* & in materia remissionis causæ ad Consules artis serici, testatur in S.C. denegatam remissionem *D. de Franch. decis.175.* dum pro majori parte temporis aliam artem exerceat.

189 Et in specie cessante bello, cessare quod causa belli est concessum, sive constitutum, tradit idem *Tiraq. d. 1. par. num.43. vers. bello cessante*, & maximè cum causa belli paratum ad mercimonia trahitur, quæ nobilioribus honorum, & armorum luce conspicuis exercere prohibitum est juxtà *l.3. C. de commerc. & mercat.*

190 Hoc autem in puncto decidit *Salyc.* in *dict. l. ab hostibus in fin distinctione* ab omnibus recepta ut supra, ubi postquam distinxit inter mobilia; in quibus locus est postliminio, & reliqua dicendo, quod naves oneraræ propter usum belli, non cæteræ, de quibus exempla traduntur in *d.l.2.* frui postliminio subjicit in *vers. & ex aliis*, quod currus, & quadrigæ, super quibus arma, bombardæ, balistæ, machinæ, & victualia pro campo deferuntur, & ipsorum curruum boves, & quadrigarum equi habent jus postliminii, non autem alii equi, neque boves capti in præda, & intrà præsidia deducti, & posteà recuperati, vel ex se ipsis revertentes, quia cum semel facti fuerint hostium; & non habent postliminium, conceduntur occupanti, *argu. l. transfugam, ff. de acquir. rer. dom.* & sic expressè *Salyc.* advertit, non omnes boves, & equos, licet omnes apteri possint ad bellum postliminio comprehendi, nisi ea tantum animalia, & mobilia, currus scilicet, & quadrigas, quæ actu deserviunt in bello, & in ipsa acie cepta sunt.

Idem *Ang.* in *d. disput. renovata guerra, col.4. vers. quid si præda.*

191 Idem quoque sequutus ad verbum *Salyc.* voluit *Greg.* in *d. l.13. tit.9. 5. partit.* in *verb. para aguerrear*, expressè confirmat hoc *Ferret. d. tract. de re navali. tit.2. in fin. num.40.* ubi jure cautum esse dicit, Liburnas, & similes naves magnas pro pugna constructas postliminio gaudere.

192 Et quod mobilia, sive se moventia; ut postliminio gaudeant, necessariò debeant esse parata ad usum belli, cum *Salycet.* & aliis probat *Alphons. Guerrere* in *Thesauro Christ. Relig. capit.47.* post *num.15. Petrus Bellin. de re milit. in 3. part. tit.1.* post *num.6. in fin.* ibi, *datur etiam postliminium navibus non quibuscunque, sed militaribus*, &

193 quod locus sit juri postliminio in his tantum, quæ causa belli, nedum parantur, sed in prælium ipsum feruntur, ut sunt naves militares, onerariæ, currus, & boves, portantes, & trahentes frumente, & commeatum pro victu exercitus, in specie ex *dict. l.2. & 3. ff. eod.* tradit *Novar. cons. lib.5. tit.36. de injur. & damn. dato cons.2. num.5. vers. sexto quod*, ubi ex his requirit, illis navibus dumtaxat concedi postliminium, quæ in ipso exercitio belli reperiuntur, quod & admittit *Molin. d. disput. 118. col.3. vers. ex rebus* . . .

194 Ex quibus nihil obstat, quod *Barbat.* in *consil.28.* post *num.8. lib.1.* incautè, licèt perfunctoriè dixerit, quod navis apta ad bellum gaudet postliminio, siquidem sic simpliciter intelligendo est contrà doctrinam *Salyc.* quam ipse citat, & cui innititur, & si ipse consulto id diceret, confunderetur ex prædictis.

195 Et contra ipsum pro nobis stant pulchra verba *Franc. Arrias de bello, & ejus just. num.161.* dum restringendo text. in *l. ab hostibus 2.* & *l. sicut liberis C. eod.* dicit *ea demum esse restituenda, quæ tamen propter usum belli perdita erant*, & sic usus ipse belli est necessarius, & quod in acie belli sint amissa.

195 Secundò, cessat hodiè in Navibus jus postliminii de generali consuetudine, prout de consuetudine Italiæ in Civitate Januæ testatur, qui ut notoriam negare non potuit idem *Barb. t. d. cons.58.* post *num.8. vers. & si quispiam lib.1.* tametsi in casu suo ex particularibus rationibus conetur probare, Navim recuperatam esse restituendam, cujus opinio ex diversitate facti, ut infra dicemus non

196 bis non officit. Et ita fuisse judicatum in Navi capta propè Corsicam à Præfecto N'ecnæ Urbis, & confirmatam sententiam in Senatu Ducis Sabaudiæ refert, & probat *Thessaur. Juo. dict. lib.2. quæst. forens. c.98. num.6.8. & in fin.* ubi licèt Ferrerius Dominus Navis, ipsam sibi restitui absque ulle pretii refusione contenderet, nihilominus fuit decretum, pretium capienti esse persolvendum unà cum fructibus, sive vecturis, quas ex navi potuisset percipere, ut ibi latius *in fin.* & huc pertinere quoque videtur *decis. Hieron. à Laur. Avenion.30.* ubi libri recuperati nedum ab hostibus, sed etiam à latrunculis non exteræ gentis; sed ejusdem provinciæ, sivè Regni non aliter fuit jussum prioribus Dominis restitui, nisi soluto pretio, ut patet ibi *num.5. & 6.* junctis ultimis verbis; sed

In-

197 insignis est *decis. Gamæ* 384. ubi in Navigio Christianorum capto à Gallis eo tempore, quo bellum cum Castellanis exardesceret; tametsi præsupponat iustitiam belli ex parte Castellanorum, tamen *in fin.* dicit fuisse decisum, licitè jure belli navigium fuisse à Gallis captum cum mercibus, earumque mercium dominium Gallis acquisitum, ut colligitur ex *principio decis.* juncto *fine*, optima etiam
198 est *decis. Rotæ* 120. *in una Neapol. coràm R. P. D. Orano, inter collectas per Farinac.* post *ejus consil.* ubi cum communi distinctione inter prædam recuperatam incontinenti, vel ex intervallo fuit resolutum, concordans in reliquis cum præcedenti decisione.
199 Hæc autem consuetudo confirmatur ex testimoniis, & depositionibus testium insignium virorum, siquidem & Ducum belli, qui classes militares duxerunt inserviendo Invictissimo Regi nostro tam in Italia, quàm in Hispaniis, & mari
200 Oceano, & ex copia fecerunt Supremi Consil. militaris nostri Regis novissimè exhibita: ex qua indubitanter de vera, & generali consuetudine rerum judicatarum à Supremo Senatu belli authoritate comprobata evidenter apparet. Ex quibus resultet extricatio laberinti per adversarios exhibiti in *actis fol.* 58. ipsis sub eodem laberintho inestricabili involutis, inde *Azor. d. par. 3. lib. 4. cap. item 4. quæst.* 12. de hac consuetudine testatus dixit, *solere in locis maritimis esse receptum usu, vel statutis, ut huiusmodi spolia empta, vel vi, vel armis arrepta à Piratis fiant eorum, qui vel pretio, vel armis receperunt*, undè de vi, & efficacia huius con-
201 suetudinis vanum, & supervacuum est dubitare, siquidem consuetudo gentium armorum attenditur, & maximè ubi est per sententias comprobata, ut ex *Bar. Bald. Calder.* & aliis in puncto probat *Reg. de Pont. d. consil.* 93. *num.* 18. Nec pauci, iidemque viles, & redemptæ personæ belli inexpertæ, quæ adversus attestationes armorum, & Ducum belli, & insignium virorum, qui terra, marique diù præfuerunt classes ducendo, ausi sunt contrarium afferere, quicquam nostræ consuetudini obesse possunt.
202 Nec desunt Historici, qui eandem in rebus bellicis consuetudinem testentur, etenim *Aloysius Cabrera Cordubensis*, qui inter alios accuratissimè scripsit res præclarè gestas ab Invictissimo Hispaniarum Rege Philippo II. dum *lib.* 7. *fol.* 481. facta recenset anni 1567. meminit de navi, quæ cum solvisset ex Alicata Siciliæ, capta est è Piratis propè Insolas Abucenses, et Herrerias; mox eadem captie Turcarum biremibus, seù Galeottis, liberata est à classe Serenissimi D. Joannis ab Austria Generalis maris Præfecti in ostio, ac latebris Trisulquorum, ac missa præterea est cum satellitio, et custodia in Gaditanum Portum. In quo facto ità loquitur *Cabrera*: *T del se entendiò avia dat diat, que la tomaron los Corsarios, quando se la quitò D. Juan, con que la diferencia cesò sobre, si competia à S. E. ò à particular*, quibus ille verbis perspicuè declarat iuxtà novissimam consuetudinem, navim non loisse Dominie restitotam, quia duorum dierum spatio retenta fuerat è Piratis in mari. Quo circà nec Domino profuit postliminium, neque quod navis à Prædonibus, sivè Piratis, non antem à legitimis hostibus fuerit capta.

Tertiò, & tandem quòad navium Cottæ mercimonie exercentem, cesset ex alio postliminium; quia, ut in facto constat ex testibus ipsismet, qui in navi vehebantur, dum præda fuit inimicorum, productis per Adversarium met occurrenti classi inimicorum, qui eavim vehebant consilio inhibito se
203 inimicis dederunt; undè succedit *decis. J. C.* in *l. postliminio* 17. *ff. eod.* ubi deciditor, eos, qui se dederunt hostibus, licèt non sponte, carere postliminio, quia, ut subdit *Glos.* coacta voluntas est.
204 Idque quia ut locus sit postliminio, necesse est personas, aut bona esse ab hostibus vi capta, *l.* 4. *in princ.* ibi, *capiuntur*, *l. postliminii jur* 5. ibi, *an nostris ceperunt*, *l. poter* 10. *ff. eod.* et in *§. si mortuo*, *l. in bello* 12. *l. hostes* 24. *§. fi. ff. eod.* et quia postliminiom cessat ubicunque res, quæ postliminio gaudent, turpiter amittuntur, vel ubi culpa concurrit, *l.* 2. ibi, *non sine culpa*, à contrario sensu, & *in fine*, ibi, *turpiter amittuntur*, et *l.* 3. *§. miles, ff. de*
205 *re milit.* et quia deditus hostibus, Civitatem nullo modo, et fortè nec libertatem edipiscitur, ut *Modestinus* inter *Brutum*, et *Scævolam* veriè tractatum respondit, *d. l.* 4. *vers. an qui hostibus*, cum *glos. ff. eodem*, *Wesenbecius in paratitla ad* 50. *lib. Digestorum*, *tit.* 15. *rubr. de captivis & postlim. rev. num.* 5. ubi his tantum hoc beneficium indultum esse testatur, qui necessitate captivitatis igniti adducti fuot, *l. pen. C. eod. Ayala* pulchrè *d. tract. c.* 5. post *num.* 24. ubi plure eruditè discurrit.
206 Contrà autem nihil interest, quomodò captivus revertatur, utrum dimissus, scilicet an vi, vel fallacia potestatem hostium evaserit, *l. nihil interest*, *ff. eodem*, *Petr. Gregor. d. cap.* 5. *in fi.* latissimè *Cabal.*
207 *d. casu* 210. *num.* 36. & 37. *par.* 3. sed an sit captus, vel deditus, *l. postliminio* 17. juncta *l. seq.* incip. *in omnibus*, *in fin. ff. eod.* Inde de captivis semper agitur, non dedititiis in *rub.* et proindè fallit regula in his, qui armis victi hostibus se dederunt, *Azo in summa* his propriè verbis *n.* 7. sequitur *Petr. Greg. d. c.* 5. *num.* 10. *p.* 3. *syntag.*
208 Hoc autem latissimè, et optimè declarat *Ang.* in *d. disput. renov. guer. col.* 3. *in fin. vers. quæ autem dixi*, ubi eodem in bonis mobilibus, et navibus, sed in liberis hominibus, quod si seipsos dediderunt, sivè revertantur incontinenti; sivè ex intervello non revertantur in statum pristinum,
209 quia licèt corpore redeant, alieni tamen sunt animo, eddit etiam *Angel.* in *vers. dicis aliquis*, quod ea, quæ in bello fiunt; licèt metu gerantur, attamen non sunt nulla in effectu, quia in actu bellico licitum est, metum, violentias, sicot cædes, volnera, et reliquos corporis cruciatus inferre, citans plures authoritates Sacræ Paginæ, quod ex *Theologis*, et *Iuristis* latissimè confirmat *Petr.*
210 *Navar. de restit. lib.* 2. *cap.* 3. ex *num.* 287. proindè miles, qui tempore belli suscepit custodiam Castri, tenetur etiam si violenter ab eo Castrum eusecator, *Soc. consil.* 12. *lib.* 4. relatus à *Rip. de privil. contract. caus.* post *num.* 43. ubi pluribus exornat; ex quorum dictis satis confirmatur quod supra retuli ex *Glos.* in *d. l. postliminio* 17. *idem Ayala d. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 26.
211 Idemque procedere tam in foro fori, quàm in foro animæ, in armis, et aliis, quæ non sine dedecore amittuntur, probat *Summa Sylvestr.* post *Sum. Rosel.* quam sequitor contra *Summam Angelicam*, reddens rationem, quod jus civile hoc jus statuit in pœnam ignaviæ.
212 Confirmat *Petrus Bellin. d.* 3. *par. tit.* 1. *num.* 6. *in fin.* ubi deditis non competere jus postliminii, sivè

sivè homines sint, sivè animalia, aut bona dedita; optimè idem confirmat *Alphonsus Guerrero* in *dicto suo Specul. cap.47. num.25. vers.& adverte*, ubi reddit rationem, quia ista deditio, licèt pro timore hostium à jure damnatur: cum ignominiosum hoc sit, nec subveniendum sit eis, qui ex culpa periclitati sint, & maximè si se captivos reddideront, tepidè se gerendo, & contrà armorum consuetudinem, & proindè cavendum esse monet, nè qui metu se hostibus dedant, quia erubuit Populus Romanus aliqoem suorum dixisse, ego me reddo, vel tibi trado, citat *Salyc.* in *l. si quis*, dicentem, quòd etiam si victus spontè se inimicis reddat, postliminio caret, *C. eod.Reg. l.Hispan.*
213 *lib.9.tit.29. par.2.* eteoim apud Romaoos ignominiosissimum habitum fuit per deditionem in hostium potestatem venire; Itaque Senatus octomilia Romanorum, qoi non quidem in acie capti fuerant, sed in Castris relicti post cladem Canoensem se Annibali dederant, potestate sibi facta, redimere noluit, ut scilicet insitum esset Romanis milititibus, aut vincere, aut emori, *Livius lib.32. Cicer. offic. lib.3.*

214 Nec *Barbat. cons.38. visis duobus, in princip.* nobis quicquam obstat, immò concordat com nostra, quam tuamur, verissima, & receptissima sententia, prout ipsum pro nobis citat *Alciat.* in *d.l.1. num.18. ff.de acquir.poss.*

Licèt enim in casu soo ex plurimis facti circumstantiis consulere sibi contigit pro restitutione navis prioribus Dominis: attamen pro nobis respondisset in casu præsenti.

Refert enim plenissimè *Barbat. col.5.* post *n.7.* ex *vers. Et si quispiam*, & *num.8.* distinctionem *Ang.Salyc.* & communem, eamque mirificè commendat; & sic etiam *columm.8. in fin.* longè post *num.8.* in *vers.& ad prædicta facit*, similiter refert, & comprobat decisionem *Guid. de Suzar.* & *Joan. Andr.*

215 Et in specie dum refert, *Joan. Andr.* testari de consuetudine Italiæ, bona non esse restituenda prioribus Dominis; sed esse in præda capientium, & ità fuisse judicatum. Hanc consuetudinem, & morem judicandi nullatenus ausus est impugnare, nec controvertere, quinimò illum declarando comprobare, & laudare videtur: dum in otroque loco dicit, omnia prædicta procedere, quando inimici à quibus præda recuperatur, erant veri hostes, & sic bellum cum ipsis soit justum, & licitum, aliàs secus.

In quo ponderat *Barbat.* verba ultima *Jo: Andr. ad Spec.* in *d.titul. de raptor.* ibi, *dicit etiam tunc quæstionem procedere cum Veronenses erant veri hostes, qui contrà pacem Constantiæ*, ità dicit *Barbat.* formaliter dicere *Joann. Andr.* in quo & rectè emendavit literam *Joann. Andr.* nimis corroptam.

Et sic restrinxit, & limitavit *Barbat.* nostram opioioocm procedere, dummodò illi, à quibus præda capta recuperatur, sint veri hostes, cum quibus justum, sivè licitum sit bellum, & non aliter, quod nos non oegamos.

Undè infert *Barbat.* quòd cum navis fuerit recuperata per Cathalanos à Januensibus, qui non erant veri hostes Serenissimi Regis Aragonum, debebat restitui Juliano Stella vero Domino, & sic cum in casu præsenti nulla sit dubitatio, bona, de quibus agimus, per nostros milites esse recuperata à manibus hostium, classis scilicet Turcarum, sive Maororum; quos veros esse hostes dubitari non potest, responsum *Barbat.* clarissimè est pro nobis.

216 In quo illud libet advertere, *Barbat.* nullo modo tractare, utrum hostes, qui primo loco prædam à nobis abstulerunt, justum bellum cum nostris habuerint, nec nè, ità ut eorum dominium acqoisierint, juxtà dubitationem *Molinæ*, quam supra coofutavimus, sed illum tantùm exigere, navem recuperatam à nostris militibus fuisse in permisso, & licito bello, non autem injusto, adhoc ot juvari possint juris regula generali, scilicet bona capta in bello licitò, & justo fieri occupantium jure gentium, ut ipse *Barbat.* expressè loquitur *num.1.* juncta *col.2. vers. sed Sereniss.* & *col.3. vers.ergo sequitur, quod capta*, & *col.5.* post *num.7. vers.ex his sequitur*, & *num.8. vers.sed si fuit illicitum, &c.* & *col.8.* sub *vers. & ad prædicta in fin.* & *col.9.* de quo cum in casu præsenti dubitari non possit de justitia belli cum Mauris, à quibus præda fuit recuperata, casos noster, remanet indubius, etiam juxtà *Barbat.* sententiam.

Notat aotem *Barbat.* facti circunstantias, præcipuè circa belli notoriam injustitiam, in ultimo scilicet caso, seù conflictu recuperatæ navis ex pluribus.

Primò, quia Serenifs. Rex. Arag. cujus subditi Cathalani recuperaverant navem à manu Januensium, expressam fecerat conventionem, & capitula pacis cum ipsis Jaooensibus de non movendo bello ad certum tempus cum certis pactis,
217 ondè cum venerit secundum ipsom contrà legem conventionis, movendo infrà tempus fœderis bellum contrà expressa pacta, injustè fecit, & sic non existente justo bello ex parte Cathalanorum, sicut bona ab ipsis capta à Januensibos effici non poterant ipsorum jure gentium, sic minus recuperata, & in hoc se latissimè fundat *Barb. colum.2. ver.& multò minus, cum duob.seq.* & præcise *col.4. vers.& sic apparet*, & *col.5. num.7. vers.item fuit*, & io *vers.ex istis*, & sæpè in discursu.

218 Secundò ponderat, Regem movisse bellum nulla præcedente diffidatione, quæ necessariò omninò erat, iuxtà notata per *Guid.Pap. decis.191. per tot.* & maximè duraote pace, vel fœdere, *col.4. vers.& sic apparet, cum seq. & per tot.* saltim quoad personam hostis declarandi, licèt non quòad bona, quorum respectu non est necessaria diffidatio, quia venioNt velut accessoria ad personam, ut per eum *num.4. 5. & 6. d. col.4.* de coius diffidationis effectu *Cavalc.* in *fragm. d.cap. 25. num.20. in fin.*

219 Tertiò ponderat *Barbat.* ad belli Injustitiam, quòd licèt tempore conventionis inter Serenifs. Regem Aragonum, & inclitam Civitatem Januæ, ipsa Civitas foisset libera, & nolli subdita, attamen cum posteà introductis civilibus dissensionibus inter Januenses, redacti fuerunt sub Dominio Serenifs. Regis Franciæ; inter quos Reges scilicet Aragonum, & Franciæ pax, & tranquilla concordia viguisset: ex hoc Civitas Januæ tanquam subdita Regis Franciæ, adhoc sub eadem pace esse debebat, & frui. Et sic minus poterant ex tempore Januenses à Cathalanis subditis Coronæ Aragoonm deprædari, ut per eum *col.9. vers.præterea dicitur*, & *col. 10. usque ad fin.*

Quarto, casus noster est ex alio omninò diversus à casu *Barb.*, ipse, enim loquitur de bello inter Re-

ges,

Digitized by Google

ges, & Principes Christianos, in quo cadit illa inspectio; Utrum capta, & recuperata in justo bello
efficiantur occupantium, ut proximè diximus, &
latius suprà resolvendo fundamenta *Molin.* in *vers.*
220 *secundò quia tametsi*, & ideò non sine mysterio
ponderat *Barb.col.4. in princip.* ex *Host. Joa: Andr.*
et *Bal.* diffidationem necessariam inter Christianos,
quia Christianus non debet offendere Christianum,
nisi prius eum diffidaverit. At nos loquimur in
bonis recuperatis à posse Maurorum virtute bellica, cum quibus semper est nobis cum ipsis justum
bellum, *Menoch.* infrà citat. *cap.96. lib.6. de præsumpt. nu.* . . .

Quintò, si aliter sentiret *Barb.* esset contrà doctrinam *Innoc. Bald.* et *Panor.* in *d.c. sicut il 3. de*
221 *jur.jur.* communiter receptam, dicentium, dupliciter posse considerari justum bellum, ad hoc
ut bona capta efficiantur occupantium, justitia
Imperii, & ex *Soc.* et *Rip.* censeri bellum licitum
ex sola authoritate Regis indicentis ad hunc effectum, latiùs suprà probavimus de communi.

Non omitto tamen, multa effundere *Berb.* in
illo *consil.* multaque firmare velut recepta, non relatis; qui contrarium ex professo enumerati *DD.*
in puncto affirmant, cujusmodi est.

222 Primò, bellum in dubio injustum præsumi,
etiam si à Regibus liberis non recognoscentibus
Imperatorem sit indictum, & ob id contendit, non
præsumi pro justitia belli moti per Serenifs. Regem
Aragonum, tametsi Imperatori non pateat, ut per
eum *col. 2. & 3.* cujus contrarium voluit *Panorm.*
suus Consiculus in *cap. t. de tregua, & pace*, cujus doctrinam ut receptam probant *Franc. Arrias
de bello, & ejus just. nu.158. Petr. Navar. de restit.*
223 *col.3. num.270.* qui id ampliat etiam quoad subditos, qui non debent causam examinare, sed justam, & licitam præsumere, et de principibus,
Menoch. aliis relatis, *de præsumpt. lib.6. cap.96. n.4.
& 7. Mastril. de Magistr. lib.3. cap.10. nu.168.* dum
distinguunt inter bellum indictum à Principe recognoscente Superiorem; et hoc casu loquitur *Hostiens.* cui *Barb.* innititur, et bellum indictum
à Regibus, et Principibus non recognoscentibus
224 Superiorem, apud quos authoritas, sive jus bellum indicendi residet, ut per *Ayalam de jure, &
offic. bellic. lib.1. cap.4. num.10.* cum aliis per *Knichen in comment. de Saxon. jur. cap 5. num.500.* et in
specie de Rege Aragonum, et Francorum contrà
Barb. Jason. in *l. ex hoc jure num.25. ff. de just. &*
225 *jur.* Esset enim nimium restringere authoritatem
Regum, qui Imperio non subjiciuntur, ut sunt
Reges Hispaniæ, juxtà famosam *glosam* in *cap.
Adrianus il 2. 63. dist.* et de Rege Aragonum *Bellug.* in *Spec. Rub.12. §. quædam num.70.* et de Regibus Hispaniarum, et Rege nostro, *de Pont. de pot.
Proreg. tit. de Trirem. num.25.* quos ubique nostri
docuerunt, eadem omninò posse Reges liberos,
quæ Imperator in Imperio; immò majorem habere
vim, et potestatem, est *Text.* in *ll. partit. leg. 8.
tit. 1. part. 2.* ibi, *y à un majores*, ubi, *glos.*
cum concord. per *Garz. de nobilitat. glos 48. §. 3.
num.1.* post *Isern.* in *plur. locis citat.* à *Domino meo
Capyc.* in *invest. §. feuda afficiorum*, in *vers. Rex Siciliæ*.

226 Et ex his omnibus, ut et hoc pro coronide adjiciamus, patet, non obstare *Luc. de Penn.* authoritatem dum in *l. si quis Barbaris 9. C. de re milit.
lib.12.* in *versic. sed pone*, indistinctè affirmare nixus est, omni casu prædam esse restituendam, nulla
facta mentione *Guid. de Suz.* nec *Joa. Andr.* quem
Lucam cum pluribus aliis nostræ, et communis
sententiæ sectatoribus citat doctissimus *D. Consiliar.
Rovit.* remissivè tamen in *pragm.1. quòd Regnicolæ
poss. armare naves, in fin.*

Primò, quia nullus omninò sapiens ex vulgato
proverbio, et licèt *Lucas* sit maximæ authoritatis,
non tamen Evangelista nimium enim zelo succensus *Lucas* contra milites prorupit, *hanc esse sententiam latronum, potius quam Baronum, & verè stipendiarii nostri temporis non sunt milites, sed latrones*, non loquitur igitur *Lucas*, nisi de stipendia-
227 riis sui temporis, quos ipse novit esse tales, absit
igitur hoc dicere de militibus nostræ classis, qui
non minus fortitudine; & militari gloria, quam
pietate, & religione pollentes cum natalium splendore virtutibus omnibus ornati Turcas, & Saracenos gloriosè prosequendo vitam exponunt pro fidei defensione, quòd potissimè dicendum est de
militibus Italis, & Hispanis; & præsertim de militari ordine Equitum S. Stephani, militantium
sub Magno Etruriæ Duce, qui decus est Italiæ, &
Turcarum acerrimus expugnator, ut latissimè tradunt *D. Gaball. casu crim.99.* et *Cavalc. d. cap.25.
fragm. num.7. & 11. vers. idem procedit*, de cuius
excellentia, & prærogativis latissimè *Franc. Marz.
cons.26. Elbert. Leonin. cons.1.* et *Jo: Bapt. Stratell.*
tractatum edidit, quem summè commendat *Borgn.
decis. 20.* sub *num.26. part. 2. cart. 129.* & refert
Knichen. German. in *comment. de jur. Saxon. cap.2.
num.33.*

Nec est necesse respondere ad jura, & rationes,
quas *Lucas* affert in sua singulari, & solitaria contrà omnes, quàm firmat opinionem.

228 Siquidem omnibus plures in principio datæ
sunt responsiones ad *l. Pomponius, ff. de acquir. rer.
dom.* diximus procedere in animalibus nobis ereptis
à feris bestiis, quibus cum nullus possit esse animus, non possunt dominium auferre, nec possessionem; & tamen quod avis transvolans ex area, aut
ex agro nostro transtulit, si fuerit ore bestiæ liberata, occupantis fit, quemadmodùm piscis, vel
aper, vel avis cum potestatem nostram evaserit, si
ab alio capiatur, ipsius fit, in quibus, *Ulpiano*
teste, verum est, quod *Pompon.* scribit *d. l. Pomponius vers. quis deniquè*, et *vers. sed putat*, et
concordat *text.* in *§. feræ igitur bestiæ*, ibi, *eousque
tuum est, donec tua custodia coercetur; cùm verò
tuam evaserit custodiam tuum esse desierit, & rursus occupantis fit*, *Instit. de rer. divis.* et sic retorquantur.

229 *Text. l. si captivus, §.1. ff. eod.* loquens de immobilibus non meruit allegari, sicut nec *text.* in *l. ab
hostibus 2. C. eod.* et *text.* in *l. si quis ingenuam 21.
§. quod si publicè*, utrique enim loquuntur de personis, quibus jus competit postliminii, ut supra,
& in his tantum personis, scilicet applicatur dictum Imperatoris, *militem nostrum defensorem eorum, scilicèt hominum non dominum*, de quibus
text. loquitur, ut suprà diximus, & ob id non
est trahendum ad bona, cum longè major sit ratio
defendendi hominem dignissimum creaturarum,
& tuendi, vel redimendi propriam speciem, quàm
bona, pro quibus nullo jure quis cogi posset vitam
periculo exponere pro aliorum bonorum recupera-
230 tione; non enim est eadem ratio defensionis bonorum, quæ personæ, *cap. suscepimus, de homi-*

cid. latè *Jason* in *l. ut vim*, *num.24.& 25. ff. de just. & jur.* funt enim vilissima, habita consideratione ad personas, juxtà illud *Lucani*, *sed pars vilissima rerum, certamen movistis opes*, relatum per *Barbat. I.C. consf.38.num.5.* & maximè cum per alias leges aliud expresse cautum fit in bouis, quorum non fuit memor *Lucas*, fed filentio præteriit, *l. si quid bella* cum concord. & fic cessat expositio verbi, *defensor*, quam *Lucas* tradit ex *Greg.* & alia ex *Cassad.* et *Valeria*, quæ nimis funt remota.

231 Et tandem *Lucas* met, tametsi injustè ex sua sententia, adhuc tamen fatetur, contrarium de consuetudine fervari, ibi *sed ut videmus hodiè lacerata est lex*, *& non pervenit usque in finem judicium, quia impius prævalet*, *& propterea egreditur judicium perversum*, & infrà *sed ex his hodie fructum modicum pervenire sentimus*, & ampliùs, *& ideò, ut cernimus, & gustamus, omnis lex in conspectu illorum corruit*.

Ex quibus si egreditur judicium, & lex, quam ex sua opinione *Lucas* fibi effinxit, corruit. Igitur etiam ipsius testimonio suo tempore fervatum fuit, quod cum justissimis de causis, & non ex perverso judicio, fed justissimo introduci potuerit, quod cum communi Theologorum, & Canonistarum admisit *Molina*, tametsi adversæ partis defensor: dum causas publicæ utilitatis, quibus nostra consuetudo introduci potuit, recensuit *d. tom. 1. tract. 2. cap. 18. col. 4. vers. hæc quæ jure Cæsareo*, et *col. 6. vers. dices quid ergo*. Ex his nostra sententia consuetudine roboratur antiquissima, quam & *Lucas* negare non potuit. Undè, &c.

Fides decreti Supremi Consilii bellici Invictissimi nostri Regis.

YO *Cosme de Miranda Escrivano de Camara de Rey nuestro Señor en su Consejo de guerra certifica, y doi fe, y verdadero testimonio à todos los Ministros de Su Magestad de qualquier juridiçion que sean, como en mi oficia, y en el Real Consejo de guerra esta pleyto pendiente entre el Señor Fiscal de Su Magestad, y D. Fadrique de Toledo Osoria General de la armada Real del mar Oceano, y de mas interesados, con Iuan Colin, y consortes ducños, y interesados en las mercadurias, que venian en el Novio Florisante, por dezir avian de ser dadas por libres el dicho Navio y mercaduria, por aver estado en poder de Moros mas de veynte, y quatro horas, y averlos buelto à recobrar, y ganar el dicho General con su armada; y visto y oydas las partes, y alegado los unos, ylos otros en la primera instancia ante el Additor de la dicha armada, salia sentençia en que condenò al dicho Iuan Colin, y Consortes, y mercadurias aplicadas conforme à las cedulas de Su Magestad, para que se repartiessen como las de mas presas; de lo qual apelaron el dicho Iuan Colin y Consortes, para ante el Rey nuestro Senor in su Consejo de guerra, donde tocan las dichas causas privativamente.*

Y aviendose alegado por los una, y otras Partes, y concluso la dicha causa, y vista por los Señores del dicho Real Consejo de guerra se confirmò la dicha sentencia en todo y por todo, de que està supplicando por el dicho Iuan Colin y Consortes, y en este estado queda la dicha causa; y para que dello conste al derecho de S. M. à pedimiento de la parte de D. Diego Pimentel General de la esquadra de las Galeras de Nap. difunto di el presente. En la Villa de Madrid à veinte y siete dias del mes de Deciembre de mil y seis cientos, y veinte, y quatre annos. Y en fe dello hize mi signo, y lo firmo, en testimonio de la verdad. Cosme de Miranda.

Certifico yo Luis Ortiz de Matienço Secretario del Rey N. S. en su supremo Consejo de Italia, que Cosmo de Miranda cuyo parece la firma, y signo de sta otra parte, es como se dize Escrivano de Camara del Rey N. S. en su Consejo de guerra, publico, fiel, y legal, y como à tal se le acostumbra à dar, y dò entera fe y credito à los autos, y escrituras por el fiñadas, y autenticados, assi en juicio, como fuera del; y paraque dello conste de la presente certificaçion firmada de mi mano, y sellada con el sello secreto de Su Magestad. En Madrid à veinte y siete de Deciembre de mil, y seicientos, y veinte, y quatro annos.

Luis Ortiz de Matienço.

Fides Excellentissimi Marchionis de Sancta Cruce Locumtenentis maris Generalis Præfecti pro Catholica Majestate.

HAGO *fe que hallandome el año de seis ciento, y diez, y siete en el estrecho de Gibraltar con el Señor Principe Filiberto con la armata Real del mar Oceano, y las esquadras de Galeras de España, y Portugal, tuuo aviso su Alteça de que à la boca del Rio de Jetuon avia un vaxel de enemigos, y embiè à el tres Galeras, que lo truxeron à Gibraltor, y estando estar de baxo de las fuerças del enemigo, y ser de vestimentas, y quitado à Christianos, se dio por de presa, y se vendia, y repartio conforme à las ordenes, que Su Magestad tiene dadas para estos casos. Y para que dello conste di esta fe. En Meçina à cinco de Deciembre de 1624.*

El Marques de Santa Cruz.

Por mandato de Su Excellencia Diego de Aguilar, y Ibarras.

ALIA DECISIO.

Et iterum cum accidisset casus in causa quorundam Græcorum, quorum navigium à Turcis Piratis emptum, prætendebatur à Neapolitano quopiam, utpotè fibi à Piratis ereptum, dominio non amisso, restitui, fuit die 13. Julii 1634. me referente decisum, quòd Græcis liberè restitueretur. Quæ decisione fuit declarata conclusio in præcedentibus tradita, locum fibi vindicare, quàmvis navigium armata manu redemptum non fuerit, fed ab hostibus captum, & congruo ad acquirendum dominium tempore infestum, ad has Oras, Græcis dominis gubernantibus, appulerit. Hoc enim casu æquè militat eadem acquirendi, amittendique dominii ratio, ut veteri Domino vindicatio neganda fit, ut tradit *Hugo Grot.* dùm hæc eduntur, cursim visus, *d. tract. de jur. belli, ac pac. lib. 3. cap. 9. n. 14.* ibi, *Quarè commercia parata ubicunque reperiuntur, manent ejus, qui emit, nec apud pacatos re-*

par-

Digitized by Google

perta, nec intra fines perducta, vindicandi jus est veteri Domino. Votantes fueaunt Dom. Præsidens Comes Molæ, Dom. Præsidens Matthias de Casanate nunc dignissimus Regens Collateralis Consilii, ac R. C. Summariæ Locumtenentis, Magni Camerarii vices gerens, Dom. Præsidens Didacus Bernaldus de Zusia nunc quoque ejusdem Collat. Consil. meritissimus Regens, Dom. Præsidens Antonius Caracciolus, & Ego..

SUMMARIUM.

1 *Fiscus in venditione rei fiscalis si non fuerit læsus, licèt alius plus afferat, non restituitur, nisi ex nova causa censetur læsio, vel de sorde, collusione, vel gratia doceretur.*

2 *Fiscus in lucro non restituitur, sed re non integra sit, prout etiam minor*, num. 13. & 33.

3 *Restitutio Fisco in subbastationibus semel an concedenda, an etiam bis, exemplo minoris, &* nu. 29. 32. & 43.

4 *Venditio, & liberatio rei venditæ sub hasta perfacta non dicitur, donec decretum sit interpositum, pretium depositum, & tradita possessio*, nu. 5. & 12.

6 *Fides de pretio in subbastationibus haberi non potest.*

7 *Fiscus quousque non fuerit tradita possessio rei venditæ, potest rejicere plus offerentem, & recipere minus, si sit magis idoneus, vel quia locus est gratificationi.*

8 *Restitutio pro lucro quærendo alterius injuria non datur, nisi pauci dies desint ad illud consequendum, &* num. 9.

10 *Offerens primus est liberatus, si secundus plus offerens fuerit acceptatus, & de ratione*, num. 11.

14 *Licitatori plus offerenti in concursu rei fiscalis candela extincta addicitur.*

15 *Stilus Tribunalis attendendus, & gesta contra stilum sunt ipso jure nulla.*

16 *Fiscus accensioni candelæ renunciare non potest, quia juris publici, & in utilitatem omnium.*

17 *Fiscus restituendus est, sicut minor adversus Principis factum, ipsiusque sententiam.*

18 *Dispensatio Principis accensioni candelæ ex eo, quod pretium oblatum, justum dici poterat, eo postea aucto non potest effectum sortiri, sed Princeps consulendus.*

19 *Pretium justum censetur, quod subbastando invenitur, & liberaliter offertur à sciente rei conditionem*, num. 20. & *quando subbastatio non efficiat justum pretium*, num. 21.

20 *Lucrum amittere est damnum pati.*

23 *Minor restituitur etiam si læsio superveniat post venditionem.*

24 *Licitatores prætendentes causam, vel jus in re subhastata, vocari debent cum intimatione antè decreti adjudicationem.*

25 *Licitator plus offerens in prima licitatione præferendus est aliis in secundo tantundem offerentibus.*

26 *Decretum interpositum ex falsa causa, præsertim falsa contra jus scriptum, redditur nullum.*

27 *Prælatio datur in re communi divisa, vel etiam dividua, cùm Fiscus vult totum distrahere.*

28 *Fiscus ratione partis potest vendere totum pro interesse majoris pretii.*

30 *Restitutio secunda ad lucrum minori concessa, ad Fiscum extenditur.*

31 *Dictio*, Rursus, *quandoque exponitur*, pluries.

34 *Remedium rescissorium in venditione sub hasta datur privato, quatenus est in damno.*

35 *Addictio non habet locum in locatione perpetua prædiorum Fisci, sed temporali sic, &* nu. 37.

36 *Restitutio non conceditur Reipublicæ in venditione ejus prædiorum sub hasta.*

38 *Conductor secundus si fundum primo concessum, qui proprio cultu meliorem reddit per subreptionem auferri obtinuit non restituitur.*

39 *Prælatus post meliorationes factas per Colonum non auditur, si dicat Ecclesiam deceptam.*

40 Clapper. caus. 5. quæst. 1. num. 2. *tenet restitutionem minori concessam adversus venditionem sub hasta non extendi ad Fiscum, sed non benè, & loquitur, ubi Fiscus vendit cum pacto addictionis in diem.*

41 *Venditio cum pacto addictionis in diem, & venditio simpliciter sub hasta differunt.*

42 *Restitutio minori semel denegata non amplius conceditur, nisi ex nova causa, nàm appellare debuit, & non fecit, sibi imputatur, & sic loquitur* text. cap. si sæpiùs in integr. restit. postul.

ARGUMENTUM.

Fiscus in venditione rei fiscalis sub hasta ultimo licitatori liberatæ, utrum restituatur, & restitutione semel concessa, an iterum restituendus veniat, etiam ad lucrum superveniens.

RESPONS. XIV.

JOannes Thomas Marchisanus, qui tanquam condominos partis Terræ Roccæ del Raso, obtinuit præferri in emptione jurisdictionis dictæ Terræ (licèt ex falsa causa) ad excludendas majores oblationes, re integra, & incontinenti factas, nedùm augmenti in pretio considerabilis, sed etiam ultrà sextam, quæ de jure, & consuetudine nostrorum Tribunalium, rescindere solent venditiones, etiam perfectas, adversus Fiscum, & licitatores, paribus, quibus ipse, quinimò justioribus causis, ad emeodum impulsos, ex quibus omnis animosa excluditur licitatio.

1 Opponitur primò, Fiscum ità demum restitui in
re fiscali sub hasta ultimo licitatori liberata, si fuerit læsus sua facilitate, putà quia vendidit tempore non opportuno, vel non justo pretio; secus verò quando justo pretio, & tempore opportuno, prout in caso nostro Pars contendit, tunc enim licèt alius plus offerat, non restituitur, nisi ex nova causa superveniente causetur læsio, vel de sorde, collusione, vel gratia doceretur, ut latè deducit *Alber.* in *l. ait prætor §. quæsitum ff. de minor.* cujus distinctio est communiter recepta, & in praxi tenenda, teste *Gutier. lib. 1. pract. quæst.* 38. *num.* 2. & *Alvar. Valascus consult.* 109. post *Affli. dec.* 340. & *Moli. de contract. disp.* 575. *num.* 5. *vers. mihi verò*, & Fiscum in lucro
2 non restitui, quicquid sit in minore, per *tex.* in *l. ait prætor § fin. ff. de minor.* ubi in lucro etiam minor restituitur, quem *text.* non habere locum in Fisco tradit *Cæphalus cons.* 241. relatus per *Peregr.* & *de Pont.* & idem *Cæphal.* latius, & melius *cons.* 505. *lib.* 4. *à num.* 42. *usque ad fin.*

Secundò opponit, quatenus esset restituendus
3 in lucro, hoc semel tantùm intelligi debet, et non sæpiùs ex *Clapper. caus.* 5. *q.* 1. *num.* 2. qui allegat text. in *l.* 2. *C. de locat. præd. Fisc. lib.* 10. ubi hoc

Digitized by Google

probatur; tradit etiam in specie *Aviles* in *cap. præ-
torum cap. 32. glos. de pujar. num.* 13. qui allegat *tot.
tit. C. si sæpiùs in integr. restit. postul.* et eum refert,
et sequitur ex dictis juribus *Gutier. d. q. 38. num. 5.*
confirmatur ex traditis per *Dec. cons.* 436. *num.* 6.
ubi asserit, restitutionem semel concessam non esse
amplius concedendam, *d. tit.* et *l. 1. cum seq. C. si sæ-
pius in integr. rest. postul.* et proindè cum in casu
de quo agimus, Fiscus fuerit semel restitutus, non
sit amplius restituendus ex prædictis.

At nos pro Fisco contendimus in præsenti casu,
rem semel tantùm fuisse liberatam, eamque ex de-
fectu solemnitatum de jure, et stilo Tribunalis re-
quisitarum, ex falsa causa Adversario addictam, & sic
in prima liberatione versari, adeò ut nec sit opus
Fisco in integrum restitutionis auxilio, rescindere,
quod jure communi nullum censeri debet.

Et ex abundanti, nedùm semel, atque iterum, sed
pluries Fiscum ad instar minoris restituendum esse,
etiam ad lucrum superveniens ex nova oblatione
in publicis præconiis, & subhastationibus.

Atquà ut primum fundetur advertendum in
facto, quod licèt prætendat Adversarius, quod in
prima auctione facta die 22. Martii 1619. fuerit sibi
candela extincta; attamen non potest censeri verè
extincta, dum per majorem oblationem eodem pla-
nè momento, nedùm incontinenti factam pro parte
Illustr. Ducis Vallis Regiæ duc. 43. pro quolibet
foculari, & statim sextæ partis, amplius superaddi-
tæ, per R. Cam. acceptatæ, fuit Adversarii oblatio
suspensa, & effectu vacua, non dicitur enim perfecta
4 rei venditæ sub hasta liberatio, donec decretum fue-
rit interpositum, & sigillatum, & proindè recipi de-
bet quis ad plus offerendum, ut aliàs censuit Sena-
tus Paris. apud *Joan. Gall. qu.* 2. quem sequitur *Re-
buff. ad Const. Gall. tit. de præconiis, & licitat. art.* 4.
glo. un. num. 13. *vers. vigesimo*, quinimò plura præ-
cedere debent antequam decretum obtineatur, nec
dicitur perfecta venditio, nec liberatio rei venditæ
5 sub hasta, quam, si prætium oblatum emptor depo-
suerit apud Actuarium, sivè Grapherium, ex *l. ult.*
6 *C. de bon. auth. Jud. possid.* probat idem *Rebuff. eod.
loco art. 5. glo. un. num.* 13. cum non possit haberi fi-
des de pretio in subhastationibus, idem *Rebuff.
num. 17. art. 6. num.* 22. & quousque non fuerit de-
7 cretum sigillatum, ac tradita possessio, potest Fiscus
rejicere plus offerentem, & recipere minus, quia
ejus interest, puta si offerat faciliorem solutionem,
vel quia magis idoneus, vel quia est locus gratifi-
cationi, *l. cum, qui §. fin.* & *l. Sabinus ff. de in diem
adject.* ità *Bart.* videndus in *d. l. si tempora num.* 4.
in fin. & ibid. *Rebuf.* & proindè dicitur continua-
tio primi actus subhastationis illa subsequens obla-
tio.

8 Comprobatur hoc, quia licèt restitutio non de-
tur pro lucro, si lucrum veniret quærendum cum
alterius injuria, secundùm *Angel. Castr.* & *Alex.* in
l. cum quidam num. 4. ff. de acquir. hæred. limitatur
9 tamen si pauci dies desunt ad lucrum consequen-
dum, tunc enim conceditur restitutio etiam cum
alterius injuria, sic *Bart.* in *l. qui fundum §. qui bo-
na, ff. pro emptore*, quem refert, & sequitur *Alex.* in
d. l. cum quidam sub d. num. 4. & sic dictum videtur
in casu præsenti, ex quo fuit facta nova oblatio in-
continenti non dicitur prima restitutio, sed ejus-
dem actus continuatio.

Et quod non dicatur perfecta addictio facta pri-
10 mo licitatori, cùm alter nedùm re integra, sed
incontinenti plus offerat, patet ex eo, quod si se-
cundus plus offerens fuerit acceptatus, tunc pri-
mus est liberatus, cujus rei illa redditur ratio per
DD. quia per ulteriorem actum antè rem perfectam
à primo videtur recessum *§. posteriore Instit. quib.*
11 *mod. test. infirm.* & novissimum factum prævalet,
l. pacta novissima C. de pact. ut ex *l. Valerianus, ff. de
prætor. stipul.* refert *Crem. singul.* 40. sequitur distin-
guendo *Rebuff. dict. titul. art. 7. glos. un. num.* 25.
Boer. dec. 248. num. 3. et sic non dicitur primus actus
perfectus, neque pro primo actu numerari potest,
cum immediatè acceptatur altera major oblatio, ut
12 in casu præsenti, sed tunc dumtaxat, cum res de-
finit esse integra actu perfecto, per decreti subscri-
ptionem, prætii solutionem, et possessionis tradi-
tionem, ut loquitur *text.* in *d. §. quæsitum*, quem
sic intelligit, et declarat *Aret.* in *l. 3. §. Labeo vers.
sed contra primam conclusionem, ff. de verb. obliga-
13 tion.* et ibi *Jason*, et tunc re non integra etiam re-
stituitur minor, et Fiscus ad lucrum, probatur
expressè in *dict. §. quæsitum*, ibi, *& quotidiè Præ-
tores eos restituunt, ut rursum admittatur licita-
tio*, et infra latius.

Nec decretum sub die 15. Aprilis interpositum,
(quem secundum actum liberationis adversarius
prætendit.) nos verò dicimus, nec esse pro pri-
mo actu connumerandum, cum nullum sit ex plu-
ribus.

Primò ex defectu sollemnitatis substantialis, et
formalis, quia cum constet, in venditione rerum
14 fiscalium præscriptam esse certam formam à jure
præconiorum, et subhastationum, et ut plus of-
ferenti in concursu licitatorum res candela extin-
cta de more addicatur, ad tradita in *l. 1. & toto tit.
C. de fide instrum. & jure hastæ fisc. lib.* 10. cum con-
cord. et per *D. de Ponte de potest. Proregis de regal.
15 imposit. §. 5. num.* 24. adeò ut et stilus, et consuetu-
do Regni, et Tribunalis præcipuè sit attenden-
dus, ut gesta contra stilum sint ipso jure nulla,
Rebuff. in his terminis in *dict. rubr. de præconiis,
num.* 14.

Ex hoc sequitur, hoc decretum liberationis sine
sollemnitate accensionis candelæ de jure, et stilo
16 Tribunalis requisita, latum, nullum, et om-
ninò invalidum esse, cui fisci Patronus, (quo in-
stante Excell. Prorex dispensavit) renunciare ne-
quaquam potuit; tum quia sollemnitates præco-
niorum juris publici sunt, tum etiam quia in uti-
litatem omnium interesse habentium, sunt intro-
ductæ, cui in aliorum præjudicium haud quaquam
una ex partibus renunciare potest, in terminis
Rebuff. d. rubr. de præconiis num. 18. *Additio Mat-
thæi ad decis. Guid. Pap.* 436. *in novit, Magonius,
17 decis. Flor.* 132. ex *num.* 7. cum et Fiscus, qui jure
minoris utitur in restitutione, *Guid. Pap. de-
cis.* 302. *Boer. decis.* 265. restituendus sit sicut mi-
nor adversus Principis factum, quinimò et ipsius
sententiam, *Boer. decis.* 63. *Cald. de restit. ver. læsit
sub num.* 85.

Ac dum Prorex dispensavit ex causa expressa,
quod pretium illuc usque oblatum ducatorum sex
millium satis justum, & conveniens dici poterat,
dum posteà majus prætium fuit auctum usque ad
18 summam duc. 7500. non poterat amplius dispen-
satio effectum sortiri; sed vel juris consueta sol-
lemnitas accensionis candelæ erat servanda, vel
consulendus Princeps, qui erat præsens, & expe-
ctanda secunda jussio, & interim supersederi, ex

tia-

traditis in simili per *Dominum de Ponte de potest.*
Proregis tit.abundantia civitatis §.3.num.14.in fin,
19 & *num.15.* ex novo enim pretii additamento illud
justum prætium censeri debuit, quod subhastando,
& licitando inveniri potuit, ut per *Jas.* in *l.qui*
*Romæ §.coheredes, ff.de verb.oblig.*plura *Peregri-*
20 *nus Jure fisci lib.6.tit.4.num.8.vers.nonnulli verò,*
& justum dicitur prætium, quod liberaliter offer-
tur à sciente rei conditionem, juribus à *Rebuffo*
d.tit.de præconiis art.7. gl.un.num.20. citatis.
21 Et licèt aliàs subhastatio non faciat justum præ-
tium ex traditis per *Dominum de Franchis dec.54.*
declaratur procedere in re, quæ non est venalis,
at necessitate cogentè alteri est adjudicanda justo
prætio, ut in assecuratione dotis super bonis mari-
ti, secus verò cum res spontè exponitur vænalis;
ut in subhastatione bonorum Ecclesiæ, & Fisci,
in quibus non attendi justum valorem, sed illud
censeri justum prætium, quod à licitatoribus re-
periri potest pro Fisci commodo, & utilitate, in
terminis optimè distinguendo *Dominus de Ponte*
omninò videndus *cons.126. num.17. 22.34. & seq.*
lib.2.
Ex quo & illud sequitur pernecesse nos in casu
præsenti non versari in amittendo lucro, sed in evi-
22 tando damno, licèt & lucrum amittere sit dam-
num pati, *§.illud.ad l.Aquil.* cum simil.
Secundò, decretum prædictum liberamenti lati
sub die 15. Aprilis est nullum, vel adversùs illud
23 Fiscus restituendus tanquam enormissimè læsus,
quia etiam si læsio non adsit tempore venditionis,
sed ex post facto emergat, sivè superveniat, datur
minori restitutio, ut putà si tempore liberationis
licitatores notitiam liberamenti ex aliqua causa ha-
bere non potuerunt, cum pro eorum interessa in-
tervenire intendebant, & affectabant, etiam si ac-
censio candelæ facta fuerit, *Sfortia Odus* omninò
legendus *de restit.in integrum, par.2. q.57. art.3.*
num.22. in fine, Jodocus Dombauderius de subha-
24 *stat. cap.3. num.13.* ubi animadvertit, quod præ-
tendentes causam, vel jus quodam in re subhasta-
ta, debeant vocari antè adjudicationem decreti,
& subdit, quod hoc cum intimatione fiat, & quod
è memoria excidere nefas sit, *Mastrillus* optimè,
qui hac ratione decisum testatur, & sententiam
confirmatam per Concistorium, quod itèrum fie-
rent subhastationes *decis.84. lib.1. num.7. in fin.*
quantò fortiùs in casu præsenti, in quo iis, qui
in prima licitatione obtulerant, ac parati erant plus
offerre, ea spe confisis, ut iterum necessariò accen-
deretur candela, deciso puncto prælationis, licèt
in vanum tunc oppositæ, nulla habita notitia or-
dinis, seù dispensationis Domini Proregis, ipsis
insciis, ac nil tale cogitantibus, hoc in Fisci per-
niciem actum est, cum tamen expressè esse requi-
rendos primos oblatores, doceat *Aviles d. cap.32.*
num.10.
Tertiò, hoc decretum postremum est nullum,
quia interpositum sub prætextu prælationis de ju-
re tunc prætensæ per adversarium, sub quo figmen-
to impetravit decretum liberationis, cum alias pro
eisdem doc.7500. oblatis per Alexandrum quem
Marchisanus nec obulo superavit, omninò fuisset,
vel vigore ordinis D.Proregis, liberanda jurisdictio
Alex. ad cujus instantiam veluti plus offerentis Fi-
scus impetravit rescriptum, quinimò etiam circum-
scripto rescripto, quia ipse Alexander erat primus,
25 & plus offerens, in secunda licitatione erat omni-
bus aliis tantumdem offerentibus præferendus, *l.1.*
C. de com. ser. manum. tradit *Bal.* in *l.fin. C.de test.*
man. refert, & sequitur *Dombauderius* ubi suprà
cap.5. num.9. & quatenus fuisset locus gratificatio-
ni, non deerat idem Alexander præferendus, qui
ex ejus oblatione Fisci conditionem majorem, &
utiliorem reddidit? certè nemo vel mediocris eru-
ditionis, non videt: vel saltim erat accendenda
candela, uti sublato de medio rescripto ex nova
oblatione supervenienti, ut suprà undè cum hæc
causa, cui innixum est decretum, reddita sit falsa
ex ejusdemmet Patris declaratione, quæ noviter,
palinodiam canendo, pœnès acta fatetur, non
competere prælationem, non video, quomodo
26 nullitas decreti evitari possit, cum ex falsa causa
interpositum decretum, nullum planè reddatur,
etiam si nullitas minoris favorem non concernat,
Alex. in *l.qui Romæ §.duo fratres, num.39.* ubi la-
tè in omnibus privilegiatis, *ff. de verb. oblig. Ma-*
ranta in *speculo part.6. actu 1. num.118. & 152.*
& præsertim quando falsa causa est contrà jus scri-
ptum, *Alex.* ubi suprà, *Maranta* ibidem *n.117.*
27 sed nullo jure poterat Marchisanus prælationem
pretendere, nisi in re communi indivisa, vel etiam
dividua, cum Fiscus voluisset ex suo privilegio
totum vendere pro interesse majoris prætii, ad
text. in *l.1.* ubi *Bart.* expressè *C. de vendit. rerum*
fiscal.lib.10. Peregr.de jure fisci lib.6.tit.4. à n.23.
latè *D.de Ponte consil.156.* ubi *num.3. lib.2.* in spe-
cie dicit, in re divisa cessare hoc privilegium ex
Panor. & aliis.
Et quatenus causa prædicta decreti expressè no-
tata, ut credit, in libro notamentorum R. Cam.
non esset falsa, sed eam adversarius veram assere-
ret, rejecta ultima ejusdemmet declaratione, idque
Fiscus citrà veritatis præjudicium admitteret, esset
28 omninò procedendum ad totiùs integri Castri
venditionem, prout Fiscus institit, & in eum ca-
sum instat ex suo privilegio *d.l.1.& l.2.C.de comm.*
rerum alien.
Sit tamen verum quod Partem tam anxiè tor-
quet, fuisse rem primò sub hasta adversario addi-
ctam, candela more solito extincta, & semel Fi-
29 sco concessam restitutionem; non ne competeret
secunda, & ulterior restitutio exemplo minoris?
ut in terminis valdà fortioribus etiam re tradita,
& sic re non integra, docet *Albericus* in *d.l.& si*
fine §. quæsitum, in fine, ubi clarissimè admittit
restitutionem in prima, secunda, vel tertia vice,
& generaliter semper ubi subest nova causa læsio-
nis, & restitutionis, respondens, ad *tex.in d.l.2.*
& tot.tit.C.de locat.præd.civil.lib.10.
Et *Albericus* loquitur juxtà terminos *text.* in
d.l.& sive, quæ subsequitur immediatè post *l.ait*
prætor.7. §. fin. ubi *Ulpianus* statuit his verbis.
Hodiè certe jure utimur, ut & in lucro minoribus
succurratur. Undè retentis his terminis restitu-
tionis ad lucrum, subdit in *d.§.quæsitum est ex eo,*
quod in lucro quoque, &c. Et quatidiè prætores eos,
restituunt, ut rursum admittatur licitatio, &c.
& iterùm in *§. sequenti* incip. *restitutus*, de resti-
tutione ad lucrum agens, *rursus dicitur restituen-*
dum esse adversùs hæreditatis repudiationem.
30 Quam restitutionem ad lucrum minori conces-
sam, ad Fiscum pariter extendi probant *Pirrus*
in *l.justas C.de jure Fisci lib.10. Aret.consil.20. in*
fine, Bossius de fisco, num.21.Guid.Pap.decis.302.
Sfortia Odus de rest.part.2.quæst.3.art.1. post *Bos-*
sium

Digitized by Google

*ſiura tit. ſi adverſ. rem judic. num.*19. latiſſimè *Pe-*
*regr. de jure Fiſci lib.*6. *tit.*1. ex *num.*7. & *tit.*2.
*num.*10. *Afflict. d.decif.*340.*num.*1. *Iſern.* in *Conſt.*
Obſcuritatem , in princ. verſ.aliàs de lucra, & ſic
communiter rejicitur *Ceſali* opinio in contrarium
ſupra adducta , quam noviſſimè reprobat *de Ponte*
*d.§.5.num.*58. & quotidiè communis practica teſta-
tur , & pro abſoluto tradit *Cald. ubi ſuprà , verbo*
*adverſarii dolo , num.*4.
31 Ex qua dictione , *rurſus* , de qua in *d.§.quæſi-*
tum, notat *Caldas de reſtit. verſic. implorandum ,*
*num.*36. pluries reſtitutionis auxilium eſſe conce-
dendum , & *Capyc.decif.*36.*in fine* .
32 Undè etiam ſi bis tantum concederetur minori ,
& Fiſco in ſubhaſtationibus ad lucrum reſtitutio
(quod taman pro nunc non admittimus , citrà ve-
ritatis præjudicium) cujus ſententiæ fuerunt *Iſer.*
in *Conſtitut.Obſcuritatem col.*3. *verſ. ſed quoties ,*
*fol.*189. & ibidem *Afflict. num.*11. & ex noſtris
Pragmaticis ſequitur *Muſcatell. part.*3. *gloſ. ven-*
*duntur num.*68. qui ponit caſum *num.*64. re tradi-
ta , & ſic non integra ; adhuc caſus noſter eſſet in
tuto , & ſecunda reſtitutio Fiſco erit concedenda .
Nec refragantur in contrarium adducta ; ſiqui-
33 dem indifferentes datur minori , Fiſco , & ſimi-
libus reſtitutio in lucro in ſubhaſtationibus , ex
*Guid.Papa dict.decif.*336. quidquid in contrarium
diſtinguant *Alber.Gutierez* , *Valaſcus* , & cæteri ,
qui eos ſequuntur , tradit *Maſtrillus d. decif.*64.
ſub *n.*6. *Muſcatell. ubi ſuprà n.*56.*verſ.adverte*, ubi
advertit,quod hodiè ita communiter practicatur,&
*n.ſeq.*reſpondet ad *Alber.* & *Afflict. locis ſuprà ci-*
tatis,dum tamen agatur de notabili lucro ex verbis
d §.quæſitum, ibi, *circumſpectè faciendum*,ut latiſſi-
mè *de Ponte* in *d.§.5.n.*56.*&* 60. qui etiam reſpon-
det ad tradita per *Alber.* et *n.*62. teſtatur noviſſi-
mè deciſum per Regiam Cameram , et Collaterale
Conſilium in locatione Arrendamenti Vini , quod
priùs remanſit Petro Franciſco Ravaſcherio , nam
ſuperventa oblatione Nardi Andreæ de Leone poſt
elapſa tempora , poſt decreti interpoſitionem, et li-
berationem Arrendamenti eidem Ravaſcherio, fuit
admiſſa , quia excedebat ſextam oblationis Rava-
ſcherii , atque ibidem *num.*62. in fine tradit diffe-
34 rentiam inter Fiſcum , et privatum , ut privatus
habeat remedium reſciſſorium,quatenus eſt in dam-
no , conſiderato vero rei valore ; Fiſcus verò ſicut
minor etiam quoad lucrum reſtituitur,et ità pluriès
teſtatur practicatum , et judicatum indifferenter ;
et ſic ceſſat prima oppoſitio .
Nec etiam obſiſtit *decif.Clapper.* de qua adverſa-
rius magnum facit feſtum , quæ fundatur in *d.l.*2.
*C.de locat.præd.civil.lib.*10.
Primo , quia ultrà reſolutionem *Alber.* in *d.§.*
quæſitum , declarat *Platea* in *d.l.*2. illum procede-
35 re in locatione tantùm perpetua prædiorum Rei-
publicæ , ut in his non habeat locum adjectio, ſci-
licet ut auferatur ab uno , et alteri tradatur plus
offerenti ; ſecus verò tàm in temporalibus locatio-
nibus , ut in *l.fin. eod.tit.* quàm in venditionibus
rerum fiſcalium , in quibus habere locum adjectio-
nem firmiter aſſerit *Platea* ex *l.ſi tempora* 4.*C.de fi-*
*de inſtrum lib.*10.*de Ponte ubi ſuprà num.*59.quod
etiam tradit *Glo.*in *l.Lucius Titius §.fin.ff.ad muni-*
cip. verſ. admittendis , ubi expreſsè dicit , majo-
rem oblationem non admitti ad beneficium Civita-
tis , aliud in Fiſco , citans *d.l.ſi tempora* , et opti-
mè *Gloſ.* in *l.*2. *C.de vend. rebus Civit.lib.*11. ibi ,
ſicque in venditionibus tantùm fiſcalibus habet lo-
cum adjectio , non locatio , idest in locationibus ,
et ità communiter à *DD.* declarari hanc materiam
et in praxi ſervari, teſtatur *de Ponte d.§.5.num.*50.
& 58.*verſ.idem eſt* , et noviſſimè *de Marinis reſol.*
*quot.lib.*1.*c.*46.*&* 147.
Secundò , *text.* ille loquitur in locatione præ-
36 diorum Reipublicæ, in quibus non eſt locus huic
beneficio minoris , at fiſci , ut admittatur licitatio
poſt terminum , *l.*1. *C.de vend.rebus civit.lib.*11.
Alber. in *l.venditor* , *ff. de in diem adject. Muſca-*
tellus in *d.Gloſ.venduntur* , *n.*59.*de Ponte d.tract.*
37 *§.5. num.*52. ſecus verò in minore , vel alia perſo-
na , cui competeret in integrum reſtitutio, ut ſunt
minor , et Fiſcus ex ſuprà traditis , tunc enim ad-
mittitur adjectio etiam poſt terminum , ità *Bart.*
limitando in terminis *text.* in *dict. l.*2. in ſpecie in
*d.l. ſi tempora num.*5. *&* 7. et in *l.licitatio in fine* ,
ff. de public. Capyc. in terminis *d. decif.*36. *num.*5.
et *verſ.*2.*niſi* , et *Dambauderius ubi ſuprà c.*5.*n.*2.
et quod *text. d.l.*2. loquatur in ſundis patrimonia-
libus , in quibus habet locum adjectio ſemel tan-
tùm , ſecus verò in fiſcalibus , notat *Gloſ.*in *l.eos*
*verſic.firmum C.de diverſ.prædiis Urb.lib.*11.
Tertiò , *text.* ille in *d. l.*2. loquitur nedum tra-
38 dita poſſeſſione, & ſic re non integra, ſed ubi con-
ductor fundum conceſſum proprio cultu melio-
rem reddidit , à quo novus offerens per ſubre-
ptionem obtinuit à primo poſſidente , qui melio-
ravit , fundum auferri , quarè imputandum ſe-
cundo oblatori , qui fundum tradit , ac meliora-
re permiſit , exemplo ejus , quod dicimus infrà
ex *text.* in *l.*1. *C. ſi ſæpiùs reſt.* ubi imputandum
minori , qui potuit à ſententia appellare , & pro-
indè non reſtituitur iterum , ut infrà latiùs, undè
39 notat *ibidem Bar.* in *d.l.*2. contrà Prælatos , qui
poſt meliorationes factas per colonos volunt dice-
re , Eccleſiam fuiſſe deceptam , quod non debeant
audiri , ſecus verò ſi non in toto , ſed in aliqua
tamen parte de inutili facta eſt utilis , quia tunc
auſertur per ſecundum oblatorem , ut in terminis
*d.l.*2.notat *Caſtr. conſ.*142.*lib.*2.& *Ruin.conſ.*116.
*num.*4.*verſ. non obſtat* , *lib.*1. *Caracius de locato ,*
*& conducto, verbo tranſmiſſione locationis, num.*4.
& ſic ſatis in diverſis terminis loquitur ille *text.*
& quod procedat tradita poſſeſſione , non aliter ,
Lucas de Penna ibidem in fine , dum citat *l.eos* ,
C. de diverſ. prædiis Urb. lib. 11. quæ clariſſimè
loquitur , ubi primi conductores poſſeſſores effe-
cti ſunt , & non aliter.
Ex quibus remanet reſoluta objectio de *decif.*
Clapperii , licèt ex aliis etiam non ſit facienda vis
40 in ejus theorica , cum ipſe in *cauſa* 6. *qu.*2. reſol-
vat , privilegium minoris ut reſtituatur adversùs
venditionem factam ſub haſta , non extendi in Fi-
ſco , cum tamen de jure , ex comm. ſcribentium
theorica , & praxi noſtri Tribunalis contrarium
planè ſervari , & in dies practicari videamus , ut
ſuprà diximus , & teſtis eſt *de Ponte d. §.5. n.*48.
Quinimò loquitur *idem Clapperius* , ubi Fiſcus
vendit cum pacto adjectionis in diem , ſive addi-
tionis , quo in noſtro Tribunali non practicatur ,
ubi res Fiſci venduntur ſimpliciter ſub haſta , nec
41 ſervantur ſtrictè tempora addictionis , & quod
ſatis diſtet vendere cum pacto additionis , & ven-
dere ſimpliciter ſub haſta , in ſpecie docet *Sfortia*
*Odus de reſtit. par.*2. *q.*57. *num.*21.
Nec pariter obſtat *tit.*& *ll. C.ſi ſæpiùs in integr.*
reſt.

Digitized by Google

rest.poj. & quæ tradit *Decius, Aviles*, & *Gutierrez* in *locs* suprà allegatis per d.cta jura: quoniam *tit.* & *l.* prædictæ secundùm communem, & ve-
42 rem omnium interpretationem loquuntur, & procedunt, quando restitutio implorata, fuit à Præside denegata, quo casu amplius non conceditur, nisi adsit aliqua nova causa, secundùm *Glos.* in *d.l fin. C si sæpiùs*, ubi *Bald.* & *Glos.* etiam in *d.§. restitutionis*, ubi *Bart.* & *Fulgos.* dicunt communem, tradit *Capye. decis.*165. *num.*4. quia eo casu minor debuit à sententia appellare, quod cum non fecit, sibi imputare debet, ut ait *Imperator* in *d.l.*1. *C. si sæpius*, *&c.* ibi, *appellare enim debuistis, si vobis sententia displicebat*, quando igitur fuit denegata restitutio procedunt *ll.* sequentes illius *tit.* limitantes dispositionem *d. l.*1. nisi adsit aliqua nova causa, *Rebuff. 2.tom. ad Const. Franciæ tit. de restit. num.*8. *fol.*155. *&* 165. *num.*8. *Afflict.* in *d. Const. Obscuritatem num.*12. *Mauritius de restitut. c.*258. *Gamma decis. Lusit.*110. *num.*7.
43 aliàs enim semel concessam restitutionem, rursus, atque iterum concedendam esse in eadem causa, quicquid arbitratus sit in contrarium *Decius dict. cons.* jam citato, sic ex *text.* in *dicto §. restitutus*, docet *Rebuffus, Capyc. Mauritius*, *Gamma*, & alii suprà citati, & latissimè, & eruditè tradit *Caldas* in *l. si curatorem habens*, *verbo implorandum n.*33. *vers. sed cave*, *C. de rest. in integr.* ubi asserit, hanc esse veram, & communem sententiam, quam praxis etiam observat, & *num.*34. reprobans *Decium d. cons.*436. *num.*6. asserit, quod ipse incautè arbitratus est, semel concessam restitutionem, iterum non possè concedi, nisi ex nova causa, & quòd hic sit verus sensus, & interpretatio scribentium, qui rogo videatur.

Quamobrem ex prædictis clarissimè liquet, omninò esse recipiendam novam oblationem, etiam excedentem sextam, &c.

In hac materia fuit novissimè edita *Pragm.* per Excellentissimum Comitem Montisregii, y Fuentes Regni Proregem mirabilis prudentiæ, & vigilantiæ sub die 13. Septembris 1631. qua taxata, & præfinita est quantitas cum distinctione casuum, ut novi offerentes extincta candela admitti possint, quæ tamen loquitur in locationibus Arrendamentorum introituum Regalium, non in alienationibus bonorum, & jurium Fiscalium, quæ *Pragmatica* fuit dictum die Lunæ 13. Octob. 1631. in Collaterali, in Arrendamento Salis, quod inconcussè observaretur in futurum.

Facta de prædictis relatione per Regiam Cameram in Collaterali Consilio; referente Domino Præsidente D. Joanne Enriquez causæ Commissario, fuit causa ad Regiam Cameram remissa, quæ de justitia provideret; nec posteà decisam fuisse pro comperto habui.

ARGUMENTUM.

De falsitate, & falsi suspitione ex literarum mutatione, & superadditione in decreto subhastationis in publicis auctionibus coràm Principe, ipsius probatione criminis privilegiis, effectibus, & pœna. De pactis, & conditionibus in licitationibus insertis. Quibus censeatur quis in auctione vincere. Quòd novissima licitatione attendatur publicis præconiis inserta. De virtute relationis, & quod non extendatur ad pacta insolita, & exorbitantia, quæ in venditionibus rerum fiscalium sunt nulla, & generaliter dolum redolent. Quod relatum, de quo constat attendatur non referens, etiam in his, de quibus referens potest disponere. Demum quomodò, & quando Officialis, de cujus excessibus in exercitio admissis, certis jam constitit probationibus assumptis, suspendi debeat ab administratione officii, & beneficii. An valeat pactum in concessione officii, quo suspensio prædicta tollatur, vel etiam differatur in eventum sententiæ diffinitivæ, quod deciditur sigillatim discussis causis, ex quibus hujusmodi suspensio favore publico est à jure inducta, adeò ut exemptio, vel etiam dilatio velut contra bonos mores concessa nullo pacto censeri debeat, vel etiam expressè data ut nulla, prodesse non possit Officiali, quin prius saltim à detectis criminibus se purget.

SUMMARIUM.

1 *PÆna falsitatis gravissima, & quæ de jure communi, etiam in falsificante rescripta Principis*, num.2. & 3. *De jure Regni mutans, aut noto sigillo tam per actuarios Notarios, quàm per se signans literas Regias, tam justitiæ, quàm gratiæ, etiam si sit modica rasura, & in loco non substantiali, vel falsitas non sit alicui nocivа, & fabricans non fuerit ea usus, capite punitur*, num.4.

5 *Falsificans, vel mutans sigillum, vel scripturas Regis Mediolani, vel sui Locumtenentis, aut Senatus, illius Regni Constitutione igne comburendus.*

6 *Falsitas in rescriptis Principis probatur per solam immutationem, &* num.14. *vel per rasuram, etiam tenuem, & in loco non suspecto, etiam in syllaba, vel puncto, nec distinguitur, utrum noceat, vel ne, &* num.8. *in aliis verò distinguitur, si in loco suspecto, aut non, &* n.7.

9 *Pœna mortis naturalis irroganda falsificanti literas Papæ, secus Legati ipsius, aut Proregis.*

10 *Falsificanti provisiones Mag. Cur. pœna remigationis in perpetuum irrogata.*

11 *Falsificans acta judicii, ultrà pœnam corporalem, causæ amissione punitur de jure communi, & idem secundùm aliquos, si instrumenta, vel scripturas extrà acta; sed de jure Regni indistinctè procedit, maximè in Officiali, cujus opera, & industria eligitur, &* num.12. & 13.

15 *Præsumptio falsitatis proveniens ex vitio extrinseco, & visibili potissima, & superat eam, quæ ex vitio latenti, & invisibili oritur.*

16 *Immissio impeditur ex vitio visibili in testamento, secus invisibili.*

17 *Falsitas præsumptionibus probatur, maximè in civilibus ad tollendam fidem instrumenta, & probationibus, & arguitur ex apostilla eadem manu facta, vel interlineatura, etiam eodem atramento, si in loco suspecto, & substantiali, neque in continenti facta præsumitur, &* num.18.

19 *Falsitas præsumitur facta per eum, in cujus commodum, & lucrum redundat, sicut subtractio instrumenti, cancellatio, ablatio actorum, & quodlibet delictum, &* num.20.

21 *Lis retardatur per falsitatem incidenter objectam, super qua debet prius pronunciari, maximè si in id, quod prætenditur falsum innitatur, &* num.22. *quod est absolutum in Regno, quando falsitas constat ex eisdem actis, &* num.23.

24 *Posteriora, & novissima attendenda.*

25 *Referens declarationem, restrictionemque recipit à re-*

à relato, quod attendi debet etiam in iis, quæ dependent à libera referentis potestate, & n.26.

27 *Pacta contenta in capitulis tractatus attenduntur, licèt aliter cautum esset in instrumento, etsi posteriori, & itá decisum per Senatum Montisferrati, & Mantuanum*, num.28. *quod à fortiori procedit in venditione rerum fiscalium*, num.29. 30. & 31.

32 *Clausula insolita suspectum reddit contractum.*

33 *Pacta insolita in venditionibus rerum fiscalium inducunt doli, & fraudis præsumptionem, atque invalida sunt.*

34 *Judex declarare aliquid non potest, si ex declaratione nova dispositio oriretur in tertii præjudicium.*

35 *Judici attestanti in favorem inquisiti contrà Fiscum non creditur.*

36 *Relatio in dubio non fit ad ea, quæ speciali indigent expressione, & de ratione*, num.seq. *& maximè quando ex relatione oriretur falsitas*, n.43.

38 *Expressum non dicitur per relationem in odiosis, & exorbitantibus*, & num.40.

39 *Relatum non est in referente cum omnibus suis qualitatibus, si induceretur quid exorbitans, vel insolitum, vel ubi agitur de tertii præjudicio*, & num.42.

41 *Verba impropriantur potius, nec absurdum inducant.*

RESPONS. XV.

Regius Dohanerius Apuleæ, qui vix suscepta sui muneris administratione, paucis post mensibus quamplurimorum criminom, rapinarum, & aliorum concussionum in officio tanti momenti, & confidentiæ admissorum, reus factus, atque evulgatus, destinato ad ipsius detegenda facinora Commissario, aufugit, & criminum conscientia contumax effectus, quasi officii desertor habens illud pro derelicto, ac re ipsa approbans justissimi Proregis provisionem, ut per alterum exerceratur; capta informatione, detectisque criminibus, ex quibus nedum officio est privandus, sed acriter pro qualitate facinorum plectandus, ut citatio ad informandum, visa informatione, & causa cognita per Regios Delegatos expedita, & contumacia per eum iteratò contracta etiam post regressum à Curia latis indicant. Petit nunc (si Deo placet) ad munus, à quo providentia vigilantissimi Principis præcipiti malo, Divino impulsu occurrentis, ne in totum Dohana rueret, amotus fuit, restitui, sivè reintegrari.

Quoniam verò non est adeò cæcus, quin agnoscat hoc jure divino, & humano repugnare, ut ad officium, à cujus administratione Principis providentia, & propria voluntate, & geminata contumacia cecidit, regressum habeat, nulla criminum objectorum, pro quibus etiam veris probationibus convictus est, prævia purgatione, & innocentia, quam jactat ostensa, ad imaginarias, & commentitias conventiones confugit, quas ad evitandam justam delictorum punitionem adstruxit, nihil eas veritus coràm Invictissimo nostro Rege proponere, ac sub earum expressione literas, & Regia rescripta impetrare.

Contenditque se in officii prædicti ingressu pepigisse cum Regia Curia, fuisseque sibi concessum, ut ab officio prædicto nullo pacto, aut casu avocari posset, nec alius ipsius administration præfigi, donec sententia ultima, & finali visitationis, vel alterius Judicis competentis officio prædicto diffinitivè privaretur, quod si verum, vel efficax esset, certè importaret, & reinciderect in facultatem impunè delinquendi, & ut Dohanam destruere posset usque ad illius Patrimonii, & subditorum integram calamitatem, & exterminationem.

Pro tutamine igitur Fisci, & publica omnium Pecuariorum defensione.

Primò probabimus, pactum istod, coi dictus Dohanerius innititur esse fictitium commentum, & falsò per ipsum adstrusum, sicuti alia plura in hoc delicti genere ipsum admisisse falsa documenta, & acta plura testantur, adeò ut ex hac sola falsi pacti fabricatione, & usu, nedum officii privatione, sed aliis etiam pœnis plectendus videatur.

Secondò, gratis admisso, per ipsum nullam vitiaturam in decreto Collateralis fuisse factam, nec aliud falsi quidpiam, & potuisse oblationem ipsius referri ad primam oblationem N. jam deletam, & estinctam, & utriusque Partis consensu abolitam per posteriorem, in qua nihil tale fuit conventum; nec admissum.

Attamen non potuisse fieri relationem ad dictum pactum tum ex his, quæ præcesserunt venditionem officii, & gesta fuerunt in tractatu dictæ venditionis antè deliberamentum, quæ prohibent inclusionem dicti pacti, & etiam quia exorbitans, & odiosum, in quo nihil operatur expressio relativa; tum etiam, quia etsi ad illud porrigi posset virtus, & potentia relationis, nihil tamen operari posset ex parte ipsius pacti, ad quod fit relatio nulli, & omninò invalidi, velut iniqui, & contra bonos mores, & publicam Fisci, & Regni utilitatem, in perniciem, & exitium populorum, & proindè nullo modo esse servandum.

Præsertim detectis jam rapinis, & concussionibus ex informatione capta, & infamia juris, & facti, quæ reintegrationem impedit, & excludit.

Circa primum fallitas evidenter appatet ex verbis Decreti S. Excell. ejusque Supremi Collateralis
1 Consilii cancellati, et vitiati io parte substantiali,
pro quo gravissima pœna irrogatur ab *Imp. Alex.*
in *l.4.* incip. *Majorem, C. ad leg. Corn. de falsis*, ibi,
Majorem severitatem exigit, ut merita eorum, qui
falsis rescriptionibus utuntur, digna coerceantur
pœna, quæ major pœna in puncto in literis, et actis
2 Princ pis concernentibus justitiam de jure com-
muni, vel est mortis naturalis, secundùm *Salycet.*
et *Joan. de Anania*, vel et si minor, gravissima ta-
men, ità ut falso comperto, debeat falsarius carce-
rari, et pœna condigna puniri, ut ref rt *Afflictus*
dec, 404. *eademque ultima, num.* 15. & 16. ut ha-
3 betur etiam jure Canonico in *cap. ad falsariorum*
7. ubi *glo. verf. legitimus*, advertit, illum *text.*
nuncupatim loqui in falsificante rescripta Princi-
pis, et pœnam imponi illis, qui per se, vel alios vi-
4 tium fallitaris exercent. De jure verò Regni lege
Rogerii, qui literas Regias aut mutar, aut eas no-
to sigillo signat, capite punitur, ubi post *Isern. Affl.*
ex generalitate ipsius legis ampliat, Primò proce-
dere tam in literis justitiæ, quam gratiæ, et sivè li-
teræ sint justæ, sivè injustæ. Secundò, tam si falsitas
fiat per actorum Notarios, quàm ab ipsamet Parte.
Terriò, etiam si hujusmodi falsitas non sit alicui
nociva, licèt aliàt in crimine falsi requiratur, ut
fal-

falsitas noceat; Quartò, etiam si non sit magna rasura, sed modica, et in loco non substantiali. Quintò, etiam si fabricans non fuerit usus, quia fabricatio usum includit, *l. qui falsas, C. ad leg. Cornel. de fals.* at quod sit jure Regni pœna mortis naturalis, est provisum in *cap. Regni Caroli I. Ut quæ ab*
5 *excellentia*, sub *num.* 131. Imò constitutione Mediolani falsificans, vel mutans sigillum, literas, instrumenta, vel scripturas, nedum Regia Mediolani Ducis, sed etiam sui Locumtenentis, vel Senatus, vel falsum circa præmissa quovis modo commiserit, igne comburendus est, qua pœna plectuntur veneficii, et assassini, ut latè prosequitur *Plotus cons. 95. per tot.*
6 Potissimè autem probatur falsitas in rescriptis, et literis Principis si in ipsis aliquid per rasuram etiam tenuem immutatur, ut *Innoc. III.* statuit in *cap. licet V. in quinta modo probandi falsitatem rescripti, vel actorum, de crim. fals.* ubi *Glo.* in *verb. tenuem*, pro firmo docuit, ut quicumque radit, vel immutat rescriptum Papæ sibi assignatum, falsarius est,
7 nulla distinctione adhibita, in aliis verò literis, et instrumentis potest distingui, utrum rasuræ sint in loco suspecto, et tunc obsit; secus in loco non suspecto, juxta distinctionem *Pontif.* in *cap. ex lite-*
8 *ris 3. de fide instrum.* et *cap. fin.* ubi concord. in *glo. d. tit. de crimine falsi*, ut rectè dixerunt *Jo: And.* et *Bald.* in *d. cap. ex literis*, referendo *Innoc.* quod nullus potest apponere manus in rescriptis, vel decretis Principis, nisi Cancellarius, vel Officialis Curiæ, et si alios apponat manus, est falsarius, etiam si in loco non suspecto, et etiam si in syllaba, vel puncto, nec distinguitur, utrum noceat, vel nè, sequitur *Affl. dicta dec. 404. nu. 11.* ubi ex *Glos.* in *cap. in memoriam 19. dist.* probat, eo ipso censeri quem falsarium, ubi carta apparet rasa, vel immutata, et maximè in casu præsenti, ubi est in parte substantiali, ita ut ex hac immutatione pactum tam exorbitans, et contra bonos mores, publicamque utilitatem nunquam concedendum, censeretur inclusum, et concessum.
9 Et licèt juxta multorum sententiam pœna mortis naturalis non sit irroganda, nisi falsificanti literas, aut decreta Papæ, et quod cesset in falsario literarum Legati ipsius Papæ, aut Protegis, latè *Gram. mat. decis. 27. num. 11. & 12.* et aliter Constitut. et Cap. Regni declarant *Affl. & Ursill. dec. 21. et d. dec.*
10 404. Qui *Gram. d. decis. 27.* refert suisse falsificanti provisiones M. C. irrogatam pœnam condemnationis ad triremes in perpetuum, ut latissimè prosequitur *Farinac. lib. 5. q. 151. par. 1. num. 62.*
11 Tamen ut ultrà pœnam corporis afflictivam hujusmodi falsarius puniatur ipsius causæ amissione, est apud omnes absolutum, licèt de eo tantùm sit controversia, ut procedat in falsificante acta judicii tantùm, ut causam perdat ipso jure, secus in falsificante scripturas, vel instrumenta extrà acta, quod licèt jure communi sit controversum, & plerique maximæ authoritatis teneant indistinctè, esse locum causæ amissioni, ut cum *Hostiens.* tenent relati à *Bucrio decis.* 291. *num.* 2. & alii congesti à *Farinac. d. q. 150. par. 2. num. 39.* quod fortè jure etiam communi verius est, licet contraria communior, ut patet ex relatis à *Farin. d. nu. 39 & 40.* tamen jure
12 Regni est indubitatum ex speciali provisione *Pragm. 1. t. stem falsum*, sub *rubr. de falsis*, ubi doctissimus Regens *Revitus* in *suis auree Commentariis*, & maximè in eo, qui non potest sine dede-core in Curia Principis commorari, ut advertit *Afflict. dicta decis. 404. num. 24.* & post *num.* 25. Et
13 maximè in Officiali, in quo eligitor opera, & industria, ob falsi crimen reducitur homo ad nihilum, quia remanet homo sine fide, et conscientia, *Affl. ibid. num. 23.* latè *Farin. tom. 5. qu. 150. par. 1. nu.* 15.
14 Et sola autem immutatione facta in scriptura, etiam sine rasura, committi falsitatem, probat *gloss.* supplendo *text.* in *d. cap. licet V. §. quinta cum literis, verb. tenuem*, ibi, *quicunque radit, vel immutat, de crimine falsi*, advertit *Affl. dec.* 21. post *num.* 7. *vers. sed istud motivum*.
15 Potissima enim est illa præsumptio falsitatis proveniens ex vitio extrinseco, & visibili, quia habetur pro concludenti probatione, & longè superat falsitatem, quæ oritur ex vitio latenti, & invisibili, ut docuit *Innoc.* in *cap. 1. num. 8. de fid. instrum. Surd. Farin.* & alii apud *Mastril. dec. 350. num.* 54. ad in-
16 star distinctionis communis in materia immissionis, de qua in *l. fin. C. de edict. Divi*, ut ex vitio invisibili, ut latissimè prosequitur congerendo *Farin. d. tom. 5. qu. 152. num. 13 & 14.*
17 Et maximè in civilibus ad tollendam fidem instrumento, ut alteri scripturæ, tunc notissimum est, falsitatem probari solis præsumptionibus, juxta vulgatissimum dictum *Archidiac.* in *cap. memoriam 19. distinct.* canonizatum ab omnibus, ut suspitio sola falsi pro veritate habeatur in civilibus ad infringendam fidem probationem tantùm, licèt non ad puniendum, *Joseph. Ludovic. dec. 15. nu.* 65. cum reliquis per *Clarum* in *§. falsum, num.* 39. ubi latissimè *Addentes*, *Menoch. de arbitr. judic. casu* 187. & *de præsumpt. lib. 5. qu. 20. Mascard. de probation. cap.* 740. latissimè *Farin. d. tom. 5. qu. 152. per totam*, præsertim *num.* 10. ubi *num.* 19. & 35. resolvit, solam
18 falsi suspitionem saltim quò ad inquisitionem rei, & ipsius capturam, & in addente, sivè apostillante, vel interlineante, etiam si eadem manu additio facta reperiatur, quod arguatur falsitas, si sit facta in loco suspecto, & substantiali, etiam si sit facta eodem atramento, & quod non præsumatur incontinenti facta, & quod sufficiat saltim, ut instrumento fides tollatur, *Farinac.* latè *dicta loco qu. 153. num.* 4. 12. 20. 25. & 30. & inferiùs *ead. quæst. par.* 3.
19 Nec dubitari potest, quin falsitas fuerit commissa per Dohanerium, in cujus commodum, & lucrum redundat, juxta doctrinam *Alberici* in *l. Divus, nu. 3. ff. ad leg. Cornel. de fals.* & in *l. 1. §. si quis ità, num. 1. & seq. ff. nè quid in loca public.* sicut de
20 subtractione instrumenti, cancellatione scripturæ, ablatione actorum, & in quolibet delicto, quod præsumatur ab eo admissum, qui ex eo commodum sentit, ex *Bar. Bal. Corrad. Roland. Campeg. Boss. Ger. Grat. Franc. Bec. Honded. Mascard.* & aliis, *Farin. dicta loco, qu. 153. par. 10. num.* 209.
21 Nec potest ad ulteriora procedi dum pro parte Fisci falsitas pacti allegatur, sed super hac falsitate incidenter objecta debet prius pronunciari, quàm in lite repositionis per Dohanerium inchoata, *Affl.* in *Constit. Qui literas nu. 8. q. 3.*
22 Præsertim in casu præsenti, ubi pro prætensa in pristinum officii repositione, sivè reintegratione Dohanerius aliud non habet cui innitatur, nisi solùm hoc assertum pactum ab ipso adstrusum, quo casu tota probatio infringitur, nec remanet ipsi alia defensio pro officii recuperatione, & sic antè omnia super falsitate est pronunciandum, ut distinguit singulariter *Afflict.* in *Constit. Tutor si civili-*

Z ter

Digitized by Google

23 *ter agens num.16.lib.2.rub.20.* et in Regno est ab-
solutum, quando falsitas constat ex eisdem actis, ex
Pragm.2. de falsis.

Secundò, tametsi nulla esset facta literarum su-
peradditio, sivè postilla, nec mutatio in originali de-
creto lato per Principem nostrum Proregem in Su-
premo Collaterali Consilio, cum interventu Re-
giæ Cameræ: quod tamen evidenter mutatum re-
peritur in tribus literis, scilicet in *dicta oblatione
facta*, et de singulari conversis literis in numerum
pluralem *in dictis oblationibus factis*, in parte, et lo-
co in primis substantiali, ut includerentur etiam
pacta contenta in prima, nedum in secunda, et po-
steriori oblatione facta per Joan. Caputi; nec etiam
pactum prædictum comprehendi potuit in obla-
tione ipsius Dohanerii, quæ tanquam posterior, si
aliud non adesset, ex hoc solo veluti novissima esset
24 attendenda, ex regula generali, ut posteriora prio-
ribus derogent, et novissima pacta sint attendenda,
l.pacta novissima 12.C.de pactis, quam regulam pro-
cedere in conventionibus, ultimis voluntatibus,
et in omni dispositione, colligitur ex relatis à *Surd.
cons.202.in princ.lib.2.*

Et maximè cum decreti ipsius copia tradita No-
tario Regiæ Curiæ, ut eam insereret in instrumen-
to venditionis ipsius officii, juxtà quàm erat fa-
25 cienda stipulatio ipsius venditionis contractus,
et quæ reperitur in illo inserta, ad quam ipse tenor
contractus se refert in omnibus, et à qua omninò
declarationem, et restrictionem recipere debet, vul-
gata *l.4.§.ait Prætor*, ubi *Rip.* et alii, *ff.de re judic.*
cum concord. per *Cons.de Ann.cons. 112. ex n.2.lib.
2.* reperitur, prout verè Partes convenerunt, &
conformis his, quæ fuerunt gesta, & tractata antè
contractum inter Fiscum, & d. Jo; Capoti, nec non
conformis literis, sivè rescriptis Proregis mandantis,
ut super oblatione dicti Jo; & sic ultima jam, ut ipse
Prorex testatur, reformata, præsente ipso offerente
in Collaterali, & correspondente Banno ad offeren-
dum, in quo ultima dumtaxat oblatio reformata
fuit inserta, non autem prima, à qua fuit recessum,
utriusque Partis consensu, & voluntate, ex pluri-
bus, ut infrà.

Et conformis etiam accensioni candelæ, quæ in
publicis præconiis præsente Prorege cum utrius-
que Tribunalis interventu facta fuit, juxtà scilicet
conditiones, & pacta contenta in oblatione facta
per dictum Io: in numero singulari, non autem
plurali.

Et conformis etiam precibus ejusdem Ioan. qui
in prima oblatione à se facta agnoscens apposuisse
pactum impertinens, omninò sibi denegandum, re-
formando oblationem sub die 13. August. obtulit
his verbis, *Di voler moderare quel tanto paresse à
S.E. & suo Collaterale degno di moderatione circa
li sudetti patti, e conditioni, inteso esso Supplicante.*
Et sic juxtà dictum consensum fuit cum effectu
moderatio sequuta in secunda oblatione de novo
per eum facta, sub die 21. Augusti.

Prout testatur S. E. in literis, seù jussione imme-
diatè data die 22. in quibus affirmat, ipsum Prore-
gem cum dicto offerente sub dicta die 21. oblatio-
nis factæ, *haver aggiustato lo que và en la inclusa
offerta, &c.* quod etiam ex actuum, & temporis
connexione, & brevitate successivè conjunctis, &
factis ostenditur.

Et ex libro Notamentorum Cameræ evidenter
etiam colligitur, ubi post secundam oblationem fa-
ctam nihil aliud opponitur, nec objicitur per Ca-
meram, nisi adversùs pactum in eadem secunda
oblatione adjectum circà exemptionem à jurisdi-
ctione Regiæ Cam., quia hoc solum negotium fa-
ciebat, non aliud, ut ab officio non posset suspendi,
à quo jam erat recessum, nec omisisset Regia Came-
ra huic tanquam pajori, & magis exorbitanti se op-
ponere, & objicere inconvenientia, si illud per po-
steriorem oblationem non fuisset deletum, & ab eo
recessum.

Et itidem conformis alteri copiæ per eundem-
met Dohanerium, sivè ipsius fratrem producta in
altera causa falsitatis donationis paternæ, de qua
ambo fuerunt inquisiti, in qua copia similiter le-
guntur verba decreti, prout legi debent in nume-
ro singulari, scilicet in *dicta oblatione facta*, non
autem in plurali, juxtà falsitatem admissam, ad fi-
nem, ut Decretum originale concordaret cum er-
roneis, & falsis verbis instrumenti, ne dolus admis-
sus in inducendo Notarium ad scribendum in in-
strumento aliter, quàm erat tractatum, & conven-
26 tum, detegeretur. Undè cum instrumenti verba
sint relativa ad acta venditionis, & ad decretum,
in quo officium ipsi remansit, licèt in instrumento
aliter contineatur, non tamen attendi debet instru-
mentum referens, sed scriptura, ad quam fit relatio,
quæ apparet, etiam in his, in quibus referens potest
disponere, & dependent à referentis libera potesta-
te, quod non est hic in Notario, *Castr. Panormit.
Alexand. Felin. Dec. Socin. Ruin. Nevizan. Gram-
mat. Natta, Cephal. M.noch.* et alii apud *Surdum
dec.291.num.17.& seq.* et cum constat, relatum ali-
ter disponere, quam sit in referente, erroneè dicitur
disponens labi, cogitans fortè, quòd ità se habeat
veritas, et quòd ubi constat de relato, nihil sit cu-
randum de scriptura referente, *Alex. cons. 9. lib. 5.
Alex. Dec. Surd. Rota Luc.* & alii apud *Fontan. de
pact. nupt. tom.2. clauf.14. Glos. unica part.1. ex n.25.
ad 30.*

Et ne deficiat doctrina cum decisione Senatus in
puncto, & in terminis nostris in individuo, quini-
27 mò in satis fortioribus, scilicet, quòd facta vendi-
tione cum certis capitulis à Partibus subscriptis, &
sequuta stipulatione contractus etiam ex intervallo
post tractatum, in quo plurima pacta à capitulis di-
versa inserta fuere, & in specie unum ex pactis in
capitulis contentum, in stipulatione deindè omis-
sum, latissimè fundatur, & resolvitur, attendi debe-
re de jure conventa in capitulis tractatur, non ob-
stante quod aliter cautum esset in instrumento, ta-
metsi posteriori, & ità semel, atque iterum fuisse ju-
dicatum, primò se patrocinante *Surdo* in causa Eu-
sebii Eusibioni, de quo facit plenissimum *consil.202.
lib.2.* ubi per *tresdecim colum.* hoc probat; secundò
verò in venditione facta per fratres de Ghisiis testa-
tur *Surd.* in *dec.71.* ubi tam *num.4.in fin.* quàm in
28 ultimis verbis dictæ *decis.* refert, juxtà illud suum
consil. 202. fuisse decisum in Senatu Montis Ferrati,
& post *num.3.vers. his non attentis*, idem fuisse de-
cisum in Senatu Mantuano in casu *dictæ decisionis*
adeò ut *Surdus* utrobique videatur allegasse, & de-
cisum fuisse in terminis hujus nostri casus pro Fi-
sco, ut curiosè legenti patebit.

Et *prædictæ decisiones* sunt in valdè fortioribus
terminis. Primò, quia in utroque casu *Surdi* age-
29 batur de venditione facta à privatis personis de
rebus, de quibus erat ipsis libera dispositio, nullis
subjecta solemnitatibus, nec restricta limitibus, qui-
bus

bus subjicitur venditio rerum Fiscalium, præsertim
officiorum venditorum à Procuratore Fisci sub
coosuetis, & necessariis solemoitatibus hastæ Fisca-
lis, quorum non erat libera dispositio, nec pactorum
mutatio; vel alteratio.

Secundò, in dictis casibus, & præsertim in facto
30 *decisionis*, in instrumeot is subsequutis plurima pa-
cta eraot adjecta, diversa à capitulis factis in tracta-
tu, seù cooclusione, hic autem nihil apparet diver-
sum in instromento, nisi hæc sola mutatio numeri
de singulari in pluralem, quæ de facili fieri potuisset
ex errore, nisi falsitas commissa io decreto originali
dolum argueret.

Tertiò, ibi præcedebant capitola tractatus, hic
31 verò decretum, io quo consistit essentia veoditionis
rerum Fiscalium, adeò ut post decretum ioterposi-
tum, et signatum, nihil ultrà procedi possit, *Rebuff.
ad Constitut.Gall.* in *titul.de præcon.art.4.glo.unica
num.33.*et *art.5.num.12.* et solemnitas de hasta fi-
scalis, quæ debet esse firma, et immobilis, juribus ci-
tatis à *Frecc. lib.2.limit. 44. ad Constit. num. 103.*
et multis etiam aliis modis convincunt illæ *decisio-
nes* casum nostrum, quos sciens prætereo.

Et ex clausulis insolitis suspectum reddi cootra-
32 ctum, est *text.* in *cap.super his*, ubi *Panorm.*et *DD.
de fide instrument.*et pacta insolita falsitatem argue-
re, *Bald. Paris. Curt. Jun. Osascus, Farinac.* & alii
apud *Giurbam conf.54.num.16. & 17.*
33 Et præsertim in venditionibus rerum fiscalium,
io quibus non solum ioducunt doli, & fraudis
præsumptionem, sed quod magis est, pacta præ-
dicta insolita iovalida sunt, *l.1. C.de pasc.pub. lib.
10. Franc. Lucan. de privil. Fisci, num.9. Pereg.
de jure Fisc. lib.6. tit.4. num.7. vers.8. quod.*

Nec etiam si quisque ex Judicibus etiam supre-
mi ordinis aliquid in hoc cootrà Fiscum testaretur,
34 oocere posset, qoia tam & si Judex possit declara-
re, & testari, hoc tamen facere non potest,
quando ex declaratione oriretur nova dispositio
in tertii præjudicium, ut ex *Bart. Paul. Decian.*
& aliis in puncto probat *Præses de Franch. de-
cis.185.* inferens, quod cum ex fide Judicis orire-
35 tur nova dispositio contrà Fiscum in favorem in-
quisiti, non sit ei adhibenda fides, latè *Cravetta
cons.48.* & in puncto *Menoch.de arbitr. lib.1.q.73.
num.23. usque ad* 28. ubi ex pluribus probat, nihil
obesse fidem Judicis, quæ potiùs novam disposi-
tionem, quàm declarationem sonaret, & præci-
puè cum non versetur circà circumstaotias, sed
substantiam actus respiciat, & quaodo non leve
detrimeotum afferret Parti.

Si tandem nulla mutatio, nec superadditio in
originali decreto esset dolosè, & fraudulenter ad-
missa, & prædicta omoia deficerent, & verba de-
creti prædicti concordareot cum instrumento, prout
ut clarè discordant, adhuc tameo nihil possent
operari verba illa generalia, *in oblationibus factis*,
ut includerent pactum istud inhibitæ suspeosioois
ab officio ex causa delictorum io eodem officio,
tanqoam exorbitans, & contrà omnes juris regu-
las, qoinimò juris correctorium, & à jure impro-
batum, & odiosum ex pluribus, ut infrà latiùs
in sequenti articulo. Io dubio eoim noo porrigi-
36 tur virtus simplicis relationis ad ea, quæ speciali
indigent nota, *l. item apud Labeonem 15. §. hoc
edictum supervacuum*, ibi, *nisi specialiter noten-
tur, videntur quasi neglecta, ff.de injuriis*, com
aliis per *Afflict. decis.111. num.9.* & quod relatio
noo porrigatur ad prædicta, ex *Barbat. Menochi*
& *Beroo* probat *Surdus decisione 160. num.12.*
37 Et ratio est in prompto, quia genus hoc expres-
sionis per relationem non est vera, & propria, sed
ficta, & impropria expressio, *l.ait Prætor, §.1.*
ibi, *Quasi quantitatem nominaverint, ff.de re jud.*
ponderaodo dictiooem, *quasi*, quæ improprieta-
tem ubique denotat, *l.item ait Prætor, §. item*,
ubi *glos. ff.ex quib.caus.majores*, idemque in *l.Ti-
tia, §.ult.* ibi, *perinde est*, ubi *Aret.* io *§.notabi-
li, ff.de verb. oblig.* cum concord. per *Tiraq. de ll.
connub.* in 12. *gen. express. gloss.7. n.187. & 188.*
exornat *Dom. Præses de Franch. decis.192. n.15.*
ubi plura cumulant, expressionem per relatiooem
ad aliud ceoseri fictam, & impropriam expressio-
nem.
38 Et proindè io odiosis, & exorbitaotibus non
dicitur expressum aliquod per relationem ad aliud,
Angelus in *§. si verò, expressim, Authent. de hæ-
red.* & in *§. illud, Auth. de trien. & semiss. Jason.*
in *l. Marcellus, num.50. & 51. ad Trebell. Anna
senior allegat.67.num.22.* qoi infert, ut ad evitan-
39 dum absurdum, generaliter relatum non sit in
40 referente cum omnibus sois qualitatibus, & quod
verba quæcumque relativa quando inducereot ali-
qoid exorbitans. & odiosum, non faciunt rela-
tionem, ex *Bart.* & *Ang.* in *l.Prætor, §.erit, ff.*
41 *de vi bon.rapt. Panorm.* & aliis, quia potiùs ver-
ba debent impropriari, quàm inducere absurdum;
vel tertii præjudicium, latè *idem Anna d.alleg.67.*
42 *num.13. & 14.* & quod virtus relationis non por-
rigatur ad pacta insolita, et exorbitantia, *Frecc.
lib.2. de subfeud.q.5.* oeque ubi agitur de præjudi-
cio tertii, *idem Freccia ibidem* post *num.2. vers.
præsertim*, et antè *num.3.*
43 Quid plura, relatio nunquam fit ad omnia,
quando indè oriretur falsitas, *Alex.cons.122. lib.2.
column.4.* immò pro vitanda falsitate aliquendo ad
unam partem, interdum verò ad alteram fit rela-
tio, *Socin.* & alii apud *Surd. decis.282. num.12.*
proot hic oriretur peroecesse falsitas juxta litera-
rum mutationem in decreto clarissimè factam, nec
enim potuisset ad alium finem id exprimi in in-
strumento, oisi ad coadjuvandam literarum mu-
tationem, in decreto temerè factam.

SUMMARIUM.

44 *Officialis delinquens in officio ab administra-
tione suspenditur, si accusatus de delicto
commisso circà administrationem extiterit, &
& ex illo possit sequi privatio, &* n.47. & 92.
& de rationibus, num.49. 51. & 52. *Idem in
tutore, & procuratore, licèt secus in Prælato,
&* num.47. & 48. *& jura loquentia de tutore
habent locum in omni Officiali, &* num.45.46.
& 75. *& quid differat tutor in hoc ab Officiali*,
num.91.
50 *Falsitas famam vituperat, statum hominis ad nihi-
lum deducit, & ex ea homo nobilitatem amittit.*
53 *Administrationis ex malo principio, pessimus Ma-
gistratus exitus expectatur, &* num.56.
54 *Officialis avaritiæ deditus præsumitur magis de-
ferre potentibus, quàm justitiam petentibus,
maximè qui Principis rationes agit, & circà
futura*, num.115. *& maximè in Officiali infa-
mato*, num.116.
55 *Officialis delinquens in officio, etiam absens de ju-
re communi ad mortem damnatur.*

Digitized by Google

56 *Malus præsumitur etiam in futurum præsumptione hominis, & juris.*

57 *Dolus futurus, vel fraus, expressè, nec tacitè per Regem, vel legem remitti potest, &* num.59.

58 *Verba generalia remissionem doli veri, vel præsumpti non includunt.*

60 *Inquisitio, criminumque detectio sufficit, ut deteriora patrentur.*

61 *Lege Cornelia damnatus æquiparatur ei, qui futurus perspicitur, ut damnetur.*

62 *Pactum, ut si bona publicari contigerit, censeantur per tot menses antè alteri donata, sicut & pactum inter fratres dividentes, quod in casu publicationis bonorum alter succedat, in fraudem Fisci præsumitur.*

63 *Pacta insolita, nimia diligentia, & cautela in emptione officii, fraudem, dolum, animumque paratum delinquendi arguunt, maximè si cum majori verborum apparatu,* num.64.

65 *Suspensio ab administratione officii ab initio detectis criminibus non impeditur propter infamiam etiam facti, & scandalum, &* num.67. et 69. *tum in muneribus Ecclesiasticis, quàm secularibus,* num.68.

66 *Presbyter diffamatus ab officio, & beneficio ab initio propter vulgatam infamiam, grave scandalum, & vehementem suspitionem, est suspensus.*

70 *Officiales furtis, & flagitiis commixti, honorem, quem propter scelus despexerunt, perdunt.*

71 *Judex dicitur, quasi jus dicens, debet esse ut nervus, qui non frangitur, & nomen Judicis perdit, quando a justitia deviat, &* n.129.& 130.

72 *Judex carens nomine, & substantia Judicis, quod adhuc exerceat, & judicet, pacta conveniri nequit.*

73 *Officialis suspensus pendente inquisitione non est reintegrandus, ne testes deponere terreantur, &* num.78.

74 *Administrans officium dupliciter inquiritur, primò summariè, & suspenditur ab administratione tantùm, si ex delictis levibus, imò etiam ab integro beneficio quoad emolumenta, si ex gravibus; secundò plenariè, à quo in totum removetur, si constiterit, &* num.80. 83. et 85. *& ità practicatur,* num.86.

76 *Remotus ab administratione, etiam Baro, qui habet jurisdictionem in dominium, non debet reintegrari.*

77 *Regi rescribenti, Officialem amotum ab administratione esse reintegrandum, non est parendum, & redditur ratio.*

79 *Infamia, suspitio, vel scandalum faciunt Officialem diffamatum ab initio ob officii administratione suspendi, &* num.87. et 90.

81 *Levis causa dicitur, quæ non concludit pernecessariò crimen, &* num.84.

82 *Officialis committens concussionem in officio, recepta debet restituere, & criminaliter puniri.*

88 *Probatio plena non requiritur ad suspendendum Officiales ab administratione, sed tantùm suspitio, licèt major illa, quæ requiritur ad inquirendum.*

89 *Dohaarrius Monforius vir nobilissimus, & gravissimus, ex levioribus causis suspensus per utrumque Tribunal R.C. & Collateralis.*

93 *Utilitas publica versatur, ut Officialis ab officio removeatur existente justa, & rationabili causa, etiam si ex sola negligentia,* num.94.

95 *Utilitas publica quotuplex consideratur, &* n.96.

QUàm autem absurdum, et odiosum sit hujusmodi pactum, et contrà bonos mores, et publicam Regni, et Fisci utilitatem, et consequenter nullum omninò, et invalidum, et ideò non servandum, ex eo patebit; si ex juris principiis deducamus, et ponderemus veras rationes, ex quibus jure cautum est.

Ut Officiali inquisito de delictis commissis intuitu, et in administratione officii, nedum possit, sed debeat (quibus verbis promiscuè utuntur *DD.*) interim interdici administratio.

44 Officialis igitur delinquens in officio suspenditur ab administratione tribus concurrentibus. Primò, quòd sit de delicto accusatus, vel inquisitus. Secundò, quòd delictum sit commissum circà administrationem officii, non extrà officium. Tertiò, quòd sit tale delictum, quòd eo plenè probato, et instructo processu, importare possit, sivè ex eo sequatur officii privatio.

Jura enim loquentia in tutore postulato suspecto, et in Prælato ex mala administratione, *DD.* communi consensu docuerunt, comprehendere

45 Judicem, indè dum *Imper.* in *l.eum, quem 7. C. de suspect.tutor.* præcepit. *Eum, quem ut suspectum tutorem, vel curatorem accusas, pendente causa cognitionis abstinere ab administratione rerum suarum, donec causa finiatur, Præses jubebit*, idemque in *§.si quis autem, Instit.eod.tit.* ibi, *Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est*, et in *l.quod si fortè 14. §.sunt quidam, vers.idem dico*, ibi, *idem dico, & si sciens quis suspectis postulatis solvat, nam his interim videtur, interdicta administratio*, cum distinctione tamen *Jac.Fabri* in *d.§.si quis autem super, glos.vers.interdicitur*, ubi testatur, *DD.* communiter distinguere, an accusatus quis de mala administratione, & tunc interdicitur, si de alio crimine, scilicet extrà

46 officium, minimè. Et in omni Officiali, vel alterum habente quamlibet officii administrationem (cujus scilicet officii nomen constat generale esse) eandem distinctionem probat *Bart.* in *l.libertus 17. §.in quæstionibus, ff.ad municip.* et in *d.l.quod si fortè 24. §.sunt quidam, num.4. vers.quærò dicitur*, amplie, et dicit esse mente tenendum, quòd ei, qui est postulatus suspectus, sivè inquisitus, est interdicta administratio, quasi non requiratur decretum, sed accusatio ipsamet, vel inquisitio de delictis in officio commissis, trahat secum veluti in necessariam consequentiam suspensionem ab administratione, et subjicit *Bart.* hæc verba: *Nam interim pendente causa suspitionis non potest administrare*, et sic supponit, non solùm necessariam esse suspensionem, sed esse repugnantiam, ut reus postulatus interim administret, *Lucas* verò *de Penna* glossans rescriptum *Alex.* in *l.unica, C. de reis postul. lib.*10. dicentis: *Reos criminis postulatos novos honores appetere non debere, antequàm innocentiam suam purgaverint*

47 *sæpè rescriptum fuisse*, addit *Luc.* in *ult. verbis* super *gloss.* ibi in *glossa ultima* dum *gloss.* ibi citat *d.§. in quæstionibus*, sed ille §. intelligendus est, cùm quis accusatus de crimine commisso per eum extrà officium, cujus honorem, & officium ip-

sum

Digitized by Google

ſuum adhuc retinet, ut ipſe dicit ſe alibi in locis per eum citatis declaraſſe. Ubi autem accuſatur de crimine commiſſo in ipſo officio, cujus dignitatem, & honorem retinere contendit, *Tene* (inquit *Lucas*) *quod ſcripſi in l.Judices, infra de dignit. lib.12.* ſuper *verb. ſceleribus*, in *verſ. ſed an Judici, column. mihi 12.* ubi quærit, an Judici de ſcelere patrato in officio, & ſolùm accuſato, eo pendente interdicenda ſit adminiſtratio, ipſius officii cauſa pendente, & licèt primò arguat negativè, determinat tamen affirmando in *verſ. E contrà, quod ſic*, citans plura jura, inter quæ *text.* in *l.2. ff.de decurion.* & *cap.venerabili, de of-*
48 *fic. delegati*, ubi ità teſtatur tenere *Gloſſ.Bernar.* & *Innoc.* etiam in Prælato, & Procuratore, ut verè *Innoc.* docuit in *cap.licèt Hely, num.4. in fin. verſ.ſed nota*, & *num.5. de ſimon.* ubi diſtinguit, ut in Prælato, qui jus habet in rebus ad dignitatem pertinentibus difficiliùs ſibi interdicatur adminiſtratio, & ſic non ſufficiat ſola accuſatio, niſi aliqua alia probatio adſit, quæ contrà ipſum ſuſpectum reddat de mala adminiſtratione, ſecus verò in tutore, procuratore, & aliis adminiſtratoribus, qui non habent aliquod jus in re in ipſo officio, iſti etenim removentur per ſolam ſuſpitionem, inter quos conſtat eſſe Officiales deputatos ad regendum populos, ſivè juſtitiam miniſtrandam, in quos nullum dominium juriſdictionis, nec jus in re transferri, ſed ſolum juriſdictionis exercitium, proprietate remanente penès Principem, à quo fluunt, & refluunt theſauri dignitatum, & Imperii cum ſuis ſpeciebus, & juris dicendi facultate ſola adminiſtratione, & uſu Magiſtratibus communicetis paſſim *DD.* noſtri tradunt, & infrà dicemus.

49 Indè prima ratio hujus deciſionis colligitur ex latiſſimè dictis, & relatis per *Lucam* in *d.l.Judices*, quia ex præterita mala adminiſtratione talis in futurum præſumitur, *l.ſi aliquid 12. C. de ſuſcept. præpoſitis, & arcbariis, lib.10. l.non omnes, §.à barbaris, ff.de re milit.* & ſemel negligens, ſemper præſumitur negligens, *capit.ſcriptum, de præ. ſumption.* & qui ſemel fidem non ſervavit, nec in futurum ſervare creditur, *Bald.* in *l.Cornelia, ff. ad Syllanian.* plura cumulat *Carroc. de furtis, quæſtion.21. num.3. & ſeq.* latè *Menoch. de præ. ſumpt. lib.5. cap.2. num 50.* & latiſſimè *eod. lib.5. cap.32. per totum*, ubi *num.24.* ampliat, ut non ſolùm procedat in eodem genere mali, vel illi ſimili, quod eſt abſolutum, ſed ut malus ſit in aliis diverſis malis ob maximam conjunctionem, quam habent vitia inter ſe, & maximè quando de diverſis ſceleribus qui eſt non ſemel actinctus, ut de furtis, rapinis, & falſitate, quo nullum eſt
50 crimen deterius, quod famam vituperet, & ſtatum hominis ad nihilum deducat, ex quo homo nobilitatem amittit, & remanet omni humano honore exutus tanquam fide privatus, & neceſſe eſt, quod ſemper erubeſcat, ut ex *Ambr.* & aliis *Afflict.* in *d.Conſtit.Qui literas*. poſt *num.5.Farin.*
51 latiſſimè *to.5. quæſt.150. num.12.& 15.* & in principali dicto *Giurba conſ.44. num.51. in fin.* & elegans eſt *lex* in *C.Theodoſiano lib.9. tit.27.* & locus *Plutarci in politica*, ibi: *Ejus ſemper corruptam futuram rationem vitæ, qui ſemel de peculiari Republica legere ſacra, bona amicorum ſurripere, negare credita, clientes prodere, animum induxit, hunc, inquam, futurum Conſiliarium perfidum, Judicem irreligioſum in Magiſtratu gerendo, quæſtui, & muneribus inhiantem, nullius, ut ſemel dixerim, incuriæ expertem*, refert *Bovadilla tom.2. Politicæ lib.5. cap.1. n.197.* ubi dicit hæc verba: *Porque el una vez ſe tuvo mal en el officio, tiene la preſuncion contra ſi que hará lo miſmo en lo adelante*, ubi in ſuis *Gloſſis d. num.197. & 198. literis K. & Q.* plurima con-
52 geſſit, & alibi Imperator edixit, *ad ſplendidioris privilegia militiæ eos venientes admittendos eſſe, qui ea voto adiſpiſcendi honoris crediderint expetenda non eos, qui ſtudio exercendæ cupiditatis ambierint, vel ut in meliori fortuna poſiti, aut ſcelera, quæ prius commiſiſſe doceantur, occultent, aut alia deinceps poſſint impunè committere*, ut in *l.ad ſplendioris 7. C.de diverſ.offic.& apparitoribus Judic.& probationibus eorum lib.12.* quem ità ſummat *Lucas*, *dicit igitur hæc lex, quod ad majores militias promovendi ſunt, qui priorem continua labore compleverunt, & tales exinde venientes admittendi ſunt, qui affectant militiam, ut in eo conſequantur honorem, non autem qui officia gerunt, ut cupiditates exerceant, ut ſic in majori fortuna poſiti occultare valeant commiſſa delicta, vel alia impunè patrare*; & inſuper notat, quòd Magiſtratus, & Officiales non debeant adminiſtrationem aſſumere, ut quæſtui, & pecuniæ lucro deſerviant, neque præeſſe debet quis ut de ſubditis creſcat, ut auctoritate *Ambroſii ſecundo de officiis*, et *Bernardi lib.3. de conſideratione ad Eugenium Papam*, latiſſimè proſequitur *Lucas*, maximè dolens de ſuorum temporum calamitate.

Undè cum ex eventu, & effectu ſequuto detectus ſit qualis fuerit animus iſtius Officialis in officii ingreſſu, ut ſibi, non ſubditis Princeps conſtitueretur, & de ſubditis quæſtum proprium, non profectum, & utilitatem quærere ſubditorum, ſequitur, ut detectis ſceleribus, detecta ſit etiam iniquitas pacti, quod tanquam Fiſco, & publicæ utilitati damnoſum, ut quis ad officium reintegretur, in quo malè ſe geſſit, juxta prædicta tanquam à principio nullum, vel ex poſt facto damnoſum ſervandum non ſit, argumento *cap. ſuggeſtum, de decimis*. Potiſſimè enim attenditur ingreſſus officii in Officiali; Si enim malum, & corruptum ingreſſum habuit Officialis, nec erubuit, nedum ſtatim ingreſſus, ſed etiam ante ingreſſum ſubditos omnes, locatos, ſcilicet fidatos, & Officiales, quos Cavallarios vocant, collectare, & ab omnibus, & etiam ab adminiſtratoribus generalitatis Dohanæ, quinimmò & à viduis, & pupillis pecunias, & frumenta maximæ ſummæ, & quantitatis partim ſub colore mutui, ab aliis verò apertè ſub doni titulo per concuſſionem violenter extorquere, ut prætium officii ducatorum ferè quadraginta mille Regiæ Curiæ ſolveret, & paucis menſibus, quibus adminiſtravit, omnes depauperavit ſubditos, adeò ut nullus ad contribuendum intentatus ſaltim evaſerit, quomodo erit permittendum, ut adminiſtrationem non
53 purgatis criminibus reaſſumat; ex malo etenim Magiſtratus principio peſſimus expectari debet exitus, *Pyrrus* in *l.defenſionis facultas, C.de jure Fiſci, lib.10.* citans *tex.* in *§.1.* in *Auth. ut Judices ſine quoque ſuffragio*, in *ver. totius nequitiæ principium, & terminus*, & iterum ibi, *& ſic ante principiis illicito dato*, ubi, *gloſ.verſic. illicito*, allegat, *can.* dicentem, *quæ malo inchoantur principio*,

vix

vix esse posse, ut bono peragantur cultu, & infrà
addit. Imper. esse omnium sacrorum elogiorum mi-
rabile, quod avaritia sit mater omnium malorum,
maximè cum non privatorum, sed Judicum inhæ-
ret animabus, ut hæc, & alia de malo ingressu Of-
ficialis ex Arist. Cicer. Lactantio, & aliis tradit soli-
to zelo succensus Reg. de Pont. de potest. Proreg. sub
tit. de elect. offic. §. 5. num. 27. & 28.

54 Et proinde de h s Officialibus præsumitur magis
deferre potentibus, quàm justitiam petentibus,
§. nec latet nos, Auth. ut omnes obed. Judic. Alciat.
de præsumpt. reg. 3. cap. 15. num. 2. & habetur in l. ex
aula, C. de privil. eorum, qui in Sacr. Palat. & in
l. 1. C. de num. lib. 12. & maximè contrà numerarios,
idest contra eos, qui Principis rationes agunt, &
pertractant, & in l. neminem, C. de suscept. lib. 10.
ubi præsumitur, susceptores vexare Provincias,
Menoch. de præsumpt. lib. 2. cap. 85. num. 9. & seq.

Et adeò gravia delicta existimantur commissa in
55 exercitio officii, ut & jure communi in odium Of-
ficialis possit absens damnari usque ad mortem, D.
Rov. cons. 85. nu. 17.

56 Unde si malus præsumitur in futurum præsum-
ptione hominis, & juris, ut ex Alber. tradit Me-
noch. d. lib. 5. præsumpt. 32. num. 17. & non obstante
inquisitione, & tot immanium criminum proba-
tione, esset iste Officialis manutenendus in officio
inquisitione pendente, esset palam, & manifestè
57 præbere ansam delinquendi, & remittere dolum
futurum, quod fieri non potest, l. Juris gentium,
§. sed si fraudandi, ff. de pactis dotal. & ne quis fru-
ctum suæ propriæ malignitatis consequatur, l. penul.
C. de legat. expressè enim, nec tacitè potest remit-
ti dolus futurus l. si unus, §. illud, ff. de pactis, plura
ad propositum tradit Carol. Ruin. consil. 69. Viso te-
stamento, nu. 4. 5. in fin. vers. Nec obstat, nu. 6. & 7.
in secundo, ubi quòd lex hujusmodi conventioni-
58 bus resistit, constito de mala administratione, &
num. 9. in fin. quòd sub verborum generalitate non
includitur remissio doli nedum veri, sed nec præ-
sumpti, l. creditor, §. lucius, ff. mand. quia ex hoc
administrator invitaretur ad delinquendum, Paris
Puteus tract. de Ludo, num. 51. in tract. tom. 7.

59 Nec remissio doli, vel fraudis de futuro fieri po-
test tanquam contrà bonos mores, quod nec per Re-
gem, neque per legem ipsam fieri potest, Gugliel.
de Benedict. in q. de Episcop. post rep. c. Rayn. nu. 26.
& seq. & melius in quæst. de Canonicata, num. 14.
ubi ampliat, quòd in his nec Deus manum appo-
nere voluit, qui licèt cæremonialia, ac etiam le-
galia veteris testamenti extinxit, tamen moralia no-
luit tangere, aliquid contrà mores permittendo,
citat Panorm. in cap. fin. de consuet. Quinimmò im-
possibilia dicuntur quæ quomodocumque contrà
bonos mores sunt, l. conditionis, l. filius, ff. de con-
dit. instit. Dyn. cons. 7. col. 2. vers. Item ex omnia,
Bald. cons. 326. Rex Roman. num. 2. in fin. part. 1.
Modern. Placent. de potest. Princip. cap. 3. quæst. 3.
num. 28. & 57. Quod enim prius Officialis fucatè
moliebatur lucrari, post detecta fraude conabitur
quadam usurpatione ex toto auferre, verba sunt cap.
ø si literis 56. q. 2.

60 Et sola inquisitio, & criminum detectio sufficit,
ut videns quis propria detecta scelera, & crimina,
cum certus esse jure incipiat de ejus privatione, ac
pœna deteriora committat, l. fi. C. ad l. Jul. Majest. ibi
nam ex quo sceleratissimum quis cœpit consilium,
exindè quodammodo sua mente punitus est, et pul-
chrior tex. in l. quæsitum 15. ff. qui, & à quibus;
ibi, ex eo tempore, quo quis propter facinorum suo-
rum cogitationem jam de pœna sua certus esse poterat,
multò plus cogitatione, & conscientia delictorum,
61 quàm damnatione jus dandæ libertatis eum amisisse
et in l. qui pœnæ 8. ff. de manumiss. ubi æquiparantur
casus, aliquem lege Cornelia jam damnatum esse,
vel eum futurum prospiceret ut damnaretur, et ma-
ximè in crimine repetundarum, in quo sicut in mul-
tis aliis exceptis, non est expectanda condemna-
tio.

Sed sicut in crimine Majestatis (ex quo quis ali-
quod ex his causis crimen contraxit, pœnæ subji-
citur,) et proindè speciale est, ut etiam mortuis
reis, quibus cum nihil actum est, adhuc accusa-
tionem exerceri placuit, l. ex judiciorum 20. ff. de
accusat. Et sic pactum, ut expectetur sententia dif-
finitiva velut expressè contrà legem resistentem, et
contrà bonos mores, nullum est, et invalidum.

Et maximè, quia dolosè præsumitur obtinuisse
pactum, ut furta impunè committeret, et pessi-
mè conventionis vigore administraret, et sic publi-
62 ca authoritate delinqueret, ut in simili in pacto,
ut si bona publicari contigerit, censeantur tot men-
ses antè alteri donata, docuit Bart. in l. post contra-
ctum, num. 9. ff. de donat. ut sequuto delicto reser-
vatio præcedens, sivè alienatio præsumatur in frau-
dem facta, argumento, l. summa cum ratione, ff. de
pecul. l. fin. ff. de stipul. serv. Sicut in fraudem Fisci
censetur pactum inter fratres dividentes, quod in
casu publicationis bonorum alter succedat delin-
quentis filius, Bost. Gabriel. Pereg. et mille alii apud
Giurb. cons. 54. num. 10. & seq.

63 Et cum in hoc emptione officii exquisita fuerit
adhibita diligentia, nimiæque, et insolitæ caute-
læ, et pacta nusquam anteà nec admissa, nec pro-
posita, vel tentata, fraus, dolus, et animus præ-
paratus arguitur delinquendi, Glos. et Doct. in l. si
quis sub conditione, ubi Bald. num. 14. ff. de condit.
instit.

64 Ipsaque doli, et fraudis præsumptio eò magis
insurgit, quò cum majori verborum apparatu res
gesta reperitur, l. ita fidei, ff. de jure Fisci, et ex in-
solitis clausulis actum reddi suspectum, latissimè
usque ad nauseam idem Giurb. d. consil. 54. n. 14. 15.
& seq.

65 Secunda ratio, quare suspensio impediri ab ini-
tio non possit est propter infamiam, in quam in-
currit Officialis detectis criminibus, & propter scan-
dalum vitandum, cap. Presbyter. 13. ubi Turrecre-
mat. et capit. si mala 2. q. 5. ubi Presbyter si à plebe
sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, etiamsi
id probari non possit, suspendatur usque ad dignam
satisfactionem, nè populus in eo scandalum patia-
tur, nevè securiores Presbyteri existentes licen-
tiùs in peccatum prolabantur, scandalum enim ma-
ximum oriretur, si viderent populi hominem, quem
talia, et tanta admisisse jam constat, post ipsius
66 crimina detecta administrationem reassumere, et
ob id Innoc. III. approbavit factum Archiepiscopi,
qui Presbyteros diffamatos ab officio, et beneficio,
usque ad purgationem canonicam suspendendo
decrevit, etiam nullo accusatore legitimo existen-
te, sed sola fama publica deferente, (attendentes, in-
quit) Innocent. vulgatam infamiam, grave scanda-
lum, & vehementem suspicionem, ex testium di-
ctis subortam, et loquitur ab initio, ut se decla-
rat in versic quod si forsan, ubi si defecerit posteà,
in

Digitized by Google

in purgatione, jubet Ecclesiasticæ disciplinæ mu-
crone puniri, et ab officio, et beneficio depositum
ad agendam pœnitentiam in Monasterium detrudi,
in *cap. inter 10. de purgat.canon.*
67 Et nedum propter scandalum, sed propter in-
famiam facti, qua gravatur opinio rei delati inqui-
sitione pendente, *Glos.* in *cap.ult. de testib.* & in
cap.Omnipotens Deus, de accusat.& in *l.qui à latro-*
68 *nibus*, §.1.ubi *Doct.ff.de testam.*quæ infamia non so-
lùm reddit quem indignum muneribus Ecclesiasti-
cis, sed etiam secularibus, *l.2.* ubi *Platea C. de*
dignit.lib.10. l.1. ubi *Doct.C.de reis postul. eod.lib.*
& infamia ex sola accusatione oritur, *Natta con-*
sil.124. num.7. Joannes Philippus Testay Panorm.
69 *alleg.7.num.87.*quam rationem infamiæ inter plu-
res rationes hujus decisionis ex *Innoc. Arch.Turret.*
Paride & alii probat noster *Præses de Franch.* in
sua solemni *decis.8.* post *num.7.* & *num.8. in fin.*
70 Officiales enim, qui se furtis, & flagitiis commi-
scuerint, perdunt statim dignitatem, & honorem,
non enim debent illi honoris habere munimen,
quem ipsi per scelus proprium despexerant, Judex
71 enim dicitur quasi jus dicens, & si à justitia de-
viat, Judicis nomen perdit, debet enim esse im-
mobilis ut columna, ut non se flectat contrà le-
gem, & ut nervus, qui non frangitur, nec pli-
catur, non extenditur, nec lentescit, & sic di-
gnitatis privilegium perdit, ut latissimè juribus,
Sacræque Scripturæ auctoritatibus probat *Lucas*
in *l.Judices 12.col.3.* in *verbo pessimos*, & in *verbo*
plebejos, ubi suo tempore doluit, pessimè servа-
tum in Regno, ut mali Judices fuerint majoribus
aucti honoribus, *C.de dignit.lib.12.* quod iterum
repetit, suorum temporum calamitates latissimè
referens in *d. l.ad splendidioris 7.col.1. vers. hodie*
verò,C.de divers.offic.& apparit.lib.12. refert, & se-
quitur *Paris* dicens, quod ubi Judex flectitur,
non est Judex, & quod ubi malè se habuit, debet
prius satisfacere illis, quos læserit, & deinde pu-
niri, citans pulchra jura *de sindicatu*, *verbo Ju-*
dices, qui se convicti, quod antè eum docuit *Lu-*
cas in *d. l. Judices*, *col.2. vers. nota quod Judices*,
repetit *idem Paris verbo sindicatur Judex*.

Quæ ratio cum itidem publicam utilitatem con-
cernat, bonos mores, & sit contrà substantiam
72 officii, ut Judex carens nomine, & substàntia Ju-
dicis adhuc judicet, & in administratione perma-
neat, sequitur, ut pacto id conveniri nequeat,
Giurba latè *d.consil.44.num.46.& 28.*præsertim *in*
fin. ubi de infami etiam *num.30. vers. aut est infa-*
mis, & *num.38.*

Tertia ratio, propter quam Officialis si retine-
ret pendente inquisitione officii administrationem,
non posset Fiscus, nec Respublica justam, & ne-
cessariam de eo sumere vindictam, quia astrueret,
vel prohiberet testes scientes veritatem deponere,
vel eis minaretur, & sic impossibile esset furta de-
tegere, & per indirectum delicta Officialium re-
manerent impunita, & facilè ipsis esset astruere
73 falsos testes ad sui defensionem, nec ullus in ter-
mino defensionis Fisco communi reperiri posset,
qui contrà Officialem imperii habenas exercentem
deponere auderet, ut ex *cap.tam literis*, §.1.*de te-*
stib. & alius id constitutum esse advertit *Paris de*
sindicatu, *verbo accusatus in officio*, *num.2. 3. 6.*
& 7. ubi procedere dixit tam in Officialibus tem-
poralibus, quàm perpetuis, sequitur probans ra-
tionem istam *Aviles in cc. prætorum*, *cap.5. vers.*
suspendidos, *num.3. vers. idem dicitur*, & *num.4.*
& iterum in *cap.8. verbo suspendant*, *num.1. cum*
seq. num.4. se remittit ad dicta per eum in *d. cap.5.*
74 & addit de communi *Doctorum* sententia, quod
contrà Administratorem fiunt duæ inquisitiones,
una expeditur summariè, & tunc suspenditur ab
administratione, postea in plenario fit alia inquisi-
tio super veritate, & si constiterit, in totum re-
movetur, *Gramm.consil.10. per totum*, et *num.2.*
& 3. probans dictam rationem *Paridis*, et latè
75 exornans, et æquiparans in hac materia suspen-
sionis, sicut rel qui omnes, Officialem, Præla-
tum, et Tutorem, idem *Gramm. consil.162.* qui
76 *num.21. & seq.* in puncto probat, quod remotus
ab administratione etiam si sit Baro, qui habet ju-
risdictionem in dominio, non debet reintegrari,
nè querulantes distrahantur ab eorum querelis
porrecti, ob metum potentiæ ipsius domini, et
pariter testes à testificando retrahantur, cum ve-
ritas odium pariat; et addit, quod si suspendi de-
bet Officialis pendente processu super querelis, et
administratio pendente accusatione interdici, et
idem in Prælato, ne distrahantur testes scientes ve-
ritatem, fortiùs si reperitur amotus, reintegrari
non debet: et insuper probat, quod Regi in con-
77 trarium rescribenti non sit parendum, sed in exe-
cutione supersedendum, et reddit rationem *n.24.*
quod honori Regio non conveniat talia rescripta
exequi, et Minister inferior benè facit, si pro ho-
nore Regis, ac ipsius servitio non exequitur man-
datum, seù jussionem ipsius Regis, et sic si non
valet rescriptum, ergo nec et pactum, hinc et
78 hanc tertiam rationem, ne testes terreantur, qui
non possent propterea deponere veritatem, et co-
gerentur mendacium dicere, probat *idem Domi-*
*nus de Franc.d.decis.8.*post *num.3.*
79 Et quod ex infamia, suspitione, vel scandalo
debeat Officialis ab initio suspendi præcedente cau-
sa, et informatione, et etiam ut libera sit pote-
stas inquirendi, et procedendi in causa remota ab
omni suspitione subductionis, vel potentiæ, et
quod quælibet ex istis causis sit sufficiens, relatis
Civilistis, et Canonistis perbellè concludit *Reg.*
de Pont.cons.133.num.2.& 3.
80 Et quod duo fiunt judicia, unum summarium
ad finem suspendendi, in quo sufficit infamia cum
aliis conjectoris, aliud plenarium, et ordinarium
ad finem condemnandi. Item quod primum judi-
cium summarium iterum distinstinguitur in dupli-
cem suspensionis speciem, unam ab administratio-
ne officii tantùm, alteram verò ab integro benefi-
cio, quarum prima fit ex causis, et criminibus,
levioribus, secunda verò ex delictis gravibus, quod
tamen declaratur, ut suspensio etiam ab officio tan-
tùm, operetur etiam à beneficio quòad emolumen-
ta, quæ percipiuntur ex personali servitio, seù
industria, ex *Glos. Archid. Jo.Andr. Butr. Panor.*
Imol. et aliis *idem de Ponte* ibidem *num.3. & 4.*
ubi *d. num.4. in fin.* explica, suspensum ex causa
gravi, sivè à lege, sivè ab homine, censeri suspen-
sum ab officio, et beneficio quòad omnia, et eam
81 censeri levem causam, quæ non concludat perne-
cessariò crimen, et *num.5.* addit, Officiali suspen-
so alium necessariò in ejus locum subrogandum, ne
officii administratio detrimentum sentiat, ex *cap.*
final.de statu Regularib. Et sic non video, quomo-
do pactum, nè Officialis possit suspendi, nec alius
in ejus locum subrogari substineri possit ab initio,
ve-

Digitized by Google

veluti contrà manifestam juris dispositionem, vel
faltim ex post facto detectis tot sceleribus, et cri-
minibus, de quibus in præsenti casu, ubi proba-
tum est, cum omnibus subditis coucussionem esse
82 commissam, quo casu Officialis antè omnia rece-
pta restituere debet, et criminaliter puniri, ut la-
tissimè fundat *Paris* in *verf.Sindicantur etiam Of-
ficiales*.
Idem de Pont.dec.7. in causa inquisitionis Ferdi-
nandi Monsorii similiter Regii Dohanerii, post-
quam ex *num.10. ad 13. in fin.* plura motivavit in
favorem inquisiti, tandem antè *num.14.* in *verf.ex
adverso*, latissimè fundat Fisci intentionem, et re-
83 petendo jam dicta, addit *num.14.* quod licèt du-
plex sit suspensio, vel ab officio tantùm ad finem
inquirendi, et ex causis levibus; alteram verò
etiam à beneficio, et hæc in causis gravioribus,
verùm omnes eas importare privationem, intel-
84 ligi autem, et secerni causas leves à gravioribus
circà suspitionem, et inditia, et *num.15.* quod in
85 primo inditio summario, quod fit ad finem su-
spendendi, sufficiat summatim probare suspitio-
nem, et hanc per conjecturas, quod sufficit ad
suspensionem, in altero verò de veritate delicti,
qua probata superadditur deindè Officialis privatio
86 in perpetuum, & sic testatur *DD.* reassumere com-
muni omnium ore hanc *decis.* post *Innoc.* & *Canen.*
reprobata nuncupatim opinione *Panor.* qui dixe-
rat, hoc reponendum arbitrio Judicis, quinimmò
inquit *Regent de Ponte* ex *Joann.de Anania*, quod
cum hic modus procedendi sit communiter appro-
batus, videlicet suspendendi Officialem durante
inquisitione, non posse propterea ab ejus execu-
tione tota conscientia recedi, prout hodiè testatur
ipse communiter practicari, juxtà *decis. Præsid.*
nostri *de Franch.8.* & apud *Gallos* ex *decis. Tholos.*
87 371. *Item fuit quæsitum si aliquis*, ubi *Additio*
resolvit *num.4.* propter criminis enormitatem, vel
scandalum, vel inquisiti diffamationem, esse om-
ninò interdicendam administrationem, ut factum
fuit in *cap.fin. de accus.* & Officialem in hoc æqui-
parari tutori, & prælato, in quibus idem expres-
sè cautum est, licèt constet, Prælatum pinguius
jus habere in bonis Ecclesiæ, quàm tutor in bonis
pupilli.
88 Additque *de Ponte dict.dec.7.* post *num.15.verf
adeò quod*, in tantum non requiri plenam probatio-
nem in materia suspensionis, ut sufficiat suspitio
tantùm, verùm major suspitio, quam illa, quæ
requiritur ad inquirendum ex *Innoc.Joann.Andr.
Anch.Zabar.Luca*, *Paride*, & aliis. Unde quid
dicendum in casu nostro, in quo contrà ipsum sunt
probata tot crimina, & scelerata, infrà tam breve
temporis spatium in officii ingressu commissa, ut
majora committere non potuerit, & ex quibus
etiam per diffinitivum posset officio, & beneficio
89 privari, ultrà alias pœnas graves sibi infligendas,
ptout ex levioribus causis fuisse suspensum Doha-
nerium Monsorium virum nobilissimum, & gra-
vissimum, cum maximo numero insignium Judi-
cum, testatur per utrumque Tribunal Regiæ Ca-
meræ, & Collateralis *idem de Ponte in fin. dict.
decision.*
90 Quod reperit *idem de Ponte* latissimà *decis.25.*
ubi passim, & indistinctà ità practicari testatur,
ut ex infamia, suspitione, vel scandalo interdica-
tur administratio, ità ut quælibet ex his sit suffi-
ciens, & multò magis si aliquid cœpit constare,
ut his verbis hoc docuit consumatissimus ille vir in
principio d.decis. tametsi fuerit sibi necessarium se
purgare ab objectis criminibus generalis Visitationis
& insudavit pro abstergenda macula *consil.146.per
tot.2. vol.* & sic magis est credendum ipsi, qui pro
suo interesse debuisset contrarium scribere, & ta-
men veritatis, & innocentiæ impulsu non deviavit.
Et rogo Judices, quid faciendum de isto, con-
trà quem non aliquid solùm, sed quidquid pessi-
mè admisit, plenissimè constet etiam per publica
documenta, & convictus est, adeò ut nulla defen-
91 sione se purgare possit, & post plura per *D.Reg.*
repetita in *d.decis.25.col.1.* addit *num.3. in hoc so-
lum differre tutorem ab Officiali, ut illi ex sola
accusatione, in hoc verò ultrà accusationem requi-
ritur infamia, scandalum, vel qualibet etsi levis
suspitia*, & *num.4. quod in criminibus gravibus
propter infamiam semper proceditur ad suspen-
sionem*.
92 Et *num.7.* dicit hæc verba, *stat ergo firma con-
clusio, quod Officialis pendente accusatione, & in-
quisitione de delictis in officio quando præcedit in-
formatio, ex qua Judici incipit constare, possit,
& debeat ab officio suspendi ex juribus, & decisio-
nibus allegatis*, & sic hoc necessariò faciendum re-
solvit ex juris necessitate.
93 Et hanc juris necessitatem, ut existente justa,
& rationabili causa Officialis removendus sit ab of-
ficio, includere necessariò publicam subjectorum
utilitatem orientem ex obligatione, ad quam jure
divino, & humano tenetur Princeps subditorum
utilitati, & compendio prævidere, benè colligi-
tur ex subtiliter traditis per *Roman. consil.467. ut
clara reddatur*, qui dum probare intendit, non posse
Civitatem Senarum amovere Rectores Hospitalis,
sine justa, & rationabili causa, quia regimen Ho-
spitalis, quod sibi competit, & attributio pote-
statis non ad conservationem, & bonum statum
Hospitalis, sed potius ad ejus subversionem ten-
deret, sic è contra admittit existente justa causa,
ex qua amoveri debeant, quas ipse enumerat, et
alternativè ex ipsis unam sufficere asserit, si non
amoveantur, esse iniquum, et contrà publicam
utilitatem existimat, et fundat per totum illud
consilium, et præsertim *num.5.in fin.7.in fin.& 8.*
94 et publicam utilitatem considerari in remotione
Officialis delinquentis in officio, etiam si contin-
gat ex sola negligentia ex *cap.2. in fin.* et *cap. cum
ad Monasterium 6.* ubi *Glos. verbo amoveri*, dicit,
etiam ex levibus causis remotionem fieri, et in
verbo negligent, de statu Monachorum tradit be-
nè *Menoch. de arbit. lib.1.casu 55. in fin.* et sic pa-
cto aliquo publicæ utilitati derogari non potest.
95 Quæ publica utilitas consideratur propter bo-
num commune, sivè publicum, quod æquale af-
fert commodum Communitati, idest hominibus
simul, et conjunctim consideratis, vel etiam sin-
gulariter, idest particulariter, et de per se, *l.pu-
pillus 237.§.munus, ff. de verb.signif.* ubi *Alciat.
num.2.* notat, illud propriè dici bonum publicum,
hujusquè boni publici in *l.1.§. hujus studii, ff. de
justitia, & jur.* ponitur inter alia exemplum in Ma-
gistratibus ad Rempublicam benè regendam.
96 Item & secundo modo consideratur publica uti-
litas in Fisco, cujus utilitas dicitur respicere bo-
num publicum, & ideò præferendam esse priva-
torum utilitati, in *l.utilitat 3. Cod. de primipilo,
lib.12.* quia per divitias fiscales defenditur Respu-
blica

Digitized by Google

blica ab hostibus, & alia parantur utilitates communes, præsertim inspecto fine, ad quem fiscales reditus fuerunt inventi ad publicas necessitates, & defensionem Reipublicæ, & ex quo interest, fiscalia rectè gubernari ad publicum Ærarium augendum, juxtà doctrinam *Bart.* in *l.* 1. *num.* 25. quam ibi ex recepta *Doctorum* sententia explicat, & tuetur *Barbosa* in 7. *par. d. legis*, ex *num.* 4. & *num.* 6. *vers. invenio*, *cum sequentibus*, ubi *num.* 9. *vers. eu quibus*, asserit communem *ff. soluto matr.* Et sic omnis publica utilitas consideratur in rectà administratione Dohanæ, in qua agitur de conservanda Universitate, quam generalitatem vocant Gregariorum, quæ amplissima est, includens genus immensæ multitudinis miserabilis gentis, quæ pro majori anni parte sub Jove frigido pro Fisci laborat compendio; Item abundantiam Carnium, Casei, & Lanæ ad cibaria, vestimenta, & tegumenta hominum totius Regni, ex quorum industria Regnum alitur, & substinetur militia Regis ad Regni defensionem, hostesque propulsandos, & sic omnis jungitur publica utilitas principaliter, et secundariò, respiciens bonum commune multifariam, et singulorum, Regis quidem, et subjectorum, adeò ut pactum contrà Dohanæ utilitatem, et contrà publicum omnium bonum, nullum, irritumque censeri debeat, tametsi contrà bonos mores non esset, prout hoc etiam concurrere indubium est.

SUMMARIUM.

97 *Testes justè timent si jurisdictioni ejus, contrà quem deposuerunt supponuntur.*

98 *Suspensio ab officio antè litem contestatam, & contrà Officialis introitum tractari debet.*

99 *Princeps, & ejus delegatus potest mandare, ut quandocunque sibi placuerit, debeant ejus Officiales sindicari.*

100 *Officialis pro delicto in officio commisso non potest idem officium exercere, etiam ex rescripto Principis, &* n. 101. *licèt aliter in Notario*, n. 102. *& quando secus*, num. 103.

104 *Officialis præsumitur quod terrorem inferat, etiam iis qui fuerunt relaxati per Curiam.*

105 *Pecunia præsumitur Officiali, & etiam Præsidi data per concussionem, & metum, proinde ad restitutionem illius tenentur, & criminaliter pœna extraordinaria puniri, &* num. seq.

106 *Officialis sindicandus suspendi debet ab officio, quia testes adstrueret, &* num. 108. & 109. *& ità cautum lege Hispanica, &* num. 110. *maximè si administratio sit ampli reditus, & inquisitus est debitis aneratus, &* num. 107.

111 *Appellatio non impedit suspensionem ab officio in Officiali sindicando, & de rationibus*, num. seq.

112 *Administrationis officii velamen furtum temperat.*

113 *Officialis præsumitur, quod benè se gerat, nisi contraria præsumptio urgeat.*

114 *Præsumptio qualibet pro Judice cessat, si non habeat manus mundas in officio, & qui dicantur propriè Judices*, ibid.

117 *Præsumptio pro Officiali infamata nedum cessat, sed insurgit contraria, nec requiritur tam exquisita contrà ipsum probatio.*

118 *Præsumptio bona pro Officiali, qui officium, & si licitè, & à Principe emit, cessat, & Cravettæ contrarium tenentis lapsus ostenditur*, nu. 120. *Et deterioris conditionis est ille, qui gratis accepit*, num. 121.

119 *Baraptaria præsumitur in Officiali recipiente mutuum.*

121 *Officium pro pecunia concessum potest à concedente revocari, & qui dat pecuniam, titulum lucrativum habere dicitur, &* num. 125.

122 *Concessio officii habet in sui essentia intrinsecè, & naturaliter annexam clausulam, donec Officialis benè, & fideliter se gesserit, & pactum in contrarium non tenet*, num. 127.

123 *Officialis in ingressu officii jurat de benè, & fideliter administrando tam jure communi, quàm Regni.*

INdè quarta suboritur ratio. Protectio scilicet, quam Princeps habere debet horum subjectorum, qui de ipso Rege sunt adeò benemeriti, major enim pars hominum, & Officialium Dohanæ contrà ipsum testimonium veritatis dixe-
97 runt, undè justè ex hoc timere possunt eum subditi, si iterum ipsius jurisdictioni subjiciantur, argumento *legis*, *si quacunquè præditus potestate* cum ipsius judicio nunc opprimi, nunc erigi possent pro libito voluntatis, *cap.* 1. *post medium* 16. *quæst.* 2. ibi, *humani moris est illum vereri, cujus judicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur*, & in *cap.* 1. *octava qu. secunda*, quod advertit in puncto *Imola in cap. venerabili* 37. *num.* 22. *de Officio delegat.* post *Hostien.* in *d. cap. Hely, num.* 9. *vers. quod intelligas.*

98 Et proindè lex jussit, de suspensione agi statim antè litem contestatam, & contrà Officialis introitum, *Paris in verbo, accusatus in Officio, in prin-*
99 *cipio*, & alibi probavit *Gramm.* quod Princeps potest mandare, ut sindicari debeant ejus Officiales quandocunque sibi placuerit, per *tex.* in *Authent. ut Judices sine quoquo suffragio*, quod ampliat etiam in delegato Principis, ut per *eum decis.* 40. *num.* 10. & 11. ubi quòd antiani possunt removere potestatem, durante eius officio, si non facit id, quod debet, *Tiraq. de pœnit, causa* 58. *nu.* 5. 6. & 7. ubi contrà Officialem de delicto commisso in officio sufficere iuramentum Partis cum semiplena probatione, ex *Gloss.* in §. *necessitatem, verbo ostenditur*, *Anthent. ut indic. sine quoque suffrag.* & in *vers. sexto*
100 *licet*, ampliat pro delicto in officio commisso Officialem non posse amplius idem officium exercere, etiam ex rescripto Principis, citans plura iura, delicta enim in officio commissa puniuntur, appellatione remota, *Franc. Marcus decis.* 437. *quæritur, an Judex, parte secunda*, probat *idem Azeved. lib.* 3. *tit.* 7. *de los residencias, l.* 14. *num.* 1. & post *num.* 4. *vers. eu quo in iis*, quasi recedens ab iis, quæ supra dixerat *eodem lib.* 3. *tit.* 7. *l.* 2. *n.* 9. *cum seq.* ubi agnoscit post *num.* 16. *vers. neque itidem*, ipsius opinionem confundi per expressum *tex. d. l.* 2. ubi specialiter id cautum est lege Hispanica, qui tamen suam opinionem adhuc limitat *nu.* 17. in delicto iam effecto notorio, quod iam hic contingit ex informatione capta. Nec *Castr.* & alii per eum relati in *l. quamvis*, §. *ultimo ff. de solut.* quem pro opinione contrà *Bart.* & communem citat *Azeved. d. l.* 2. *n.* 16. aliquid obstat, quia loquitur in Notario.

In quo vel contrarium est verius ex communi
101 sententia, ut deliquens in officio, suspendi debeat, ut iudicavit *Rata*, teste *Farin. cons.* 5. *num.* 38. alios refert *Giurba conf.* 44. *num.* 36.

102 Vel etiam, si aliud esset in Notario, mirum non
esset, quia is officii proprietatem habet, quod non
est in Officiali, cui solum exercitium competit, ut
ex pluribus in puncto diversitatis rationem probat
Giurba d.cons.44.num.37.

Et *Castr.* in *d.§. ultimo* non loquitur de omnibus
instrumentis confectis à Notario, sed de his tantùm,
103 quæ post remotionem confecit inter ignorantes,
& in loco ubi communiter habebatur pro Notario,
juxtà *l. Barbarius*, & sic in diversis terminis. Et
quod leges Hispaniæ expressè suspensionem præci-
pientes locum habeant in Officialibus justitiæ, vel
etiam *en Escrivanos de Consejo*, non autem in No-
tariis, *Gutierrez lib.1.practic.quæst.39.n.8. & 12.*

Præsumitur enim ab Officiali concussio, vel ter-
ror inferri, & maximè cum ex testimonio ferè om-
nium sibi subjectorum in laqueum inquisitionis in-
104 ciderit, de quo summoperè ferè dolet, undè si in
Officiali semper præsumitur, quod terrorem inferat,
adeò ut licèt quia sit relaxatus per Curiam, adhuc
tamen præsumitur metus instare, ne iterum com-
pellatur, quod dixit menti tenendum *Bald.* ex *Cyn.*
in *l.novissimè, in fin.princ.ff.quod falso tutore*, quod
pluribus exornat *Paris ver. sindicantur etiam Of-
ficiales, num.18.fol. mihi 37. in antiquis*, ubi quod
semper ab Officiali præsumitur concussio, vel ter-
ror inferri, cumulat *Gram.cons.51.nu.* 12. quod est
indubium, ubi est probatum, datam esse pecuniam,
105 quia tunc omninò præsumitur data per concus-
sionem, & metum, ut contrarias opiniones distin-
guendo conciliat *Farinac.tom.3.q.* 111. *art. 55. &*
56. qui metus durare præsumitur, & augeretur ex
prædictis, quod crimen concussionis committit
non solùm Judex, qui concutiendo, & metu inferen-
do verè, vel præsumptive pecuniam extorquet, sed
106 etiam Præses, vel ejus Minister, qui simulato jussu
pecuniam extorquent, *Paris dicto ver sindicantur
etiam, Farinac.dicta quæst.*111.*art.*3. ubi quod non
solum tenetur ad restitutionem pecuniæ, sed cri-
minaliter punitur pœna extraordinaria, *num. 39.
40. & 44.* & est crimen publicum, *Farinac. ibid.
num.54. Giurba* latè *cons.72.num.* 38.

Et ex hoc præsumpto terrore, & metu ergà sub-
ditos extorquendo pecunias ab ipsis, quas omnes
collectavit, aut saltem tentavit, quinta suboritur
ratio debitæ, & necessariæ suspensionis. Quia alio-
quin si ad officium reintegraretur, terrerentur te-
stes Fisci, & invitarentur de facili ad falsum depo-
nendum testes examinandi pro reo in defensioni-
bus, quis enim in termino defensionum Fisco com-
muni auderet ampliùs contrà Præsidem, & Regu-
lum Dohanæ restitutum, deponere, & qui resiste-
rent, & non flecterentur ad ipsius tegenda facino-
ra, ut post antiquiores docuit *Paris* in *ver. Officia-
lis finito officio*, post *num.6.vers. officiales sindican-
dus*, & iterum in *ver. Accusatus in officio, num.* 2.
ubi semper loquitur per verbum, *debet*, quod con-
stat importare necessitatem, *& ideò Officialis sin-
dicandus debet suspendi ab officio, quia adstruere
testes scientes veritatem, vel minaretur, cap.tam lite-
ris de testibus*, cum plus.concord. Immò plus dixit
Imol. in *d.cap.Venerabili*, post *num.22.de offic. de-
leg.* ex *Hostiens. Goffred.* & alios, *quia timeri potest,
ne is, contra quem de veritate est inquirendum non
solùm testes, sed Officiales corrumpat, ut inquisitio-
nem veritatis impediat, si in administratione perse-
veret, & ideò si in informatione summariè inquisi-*
107 *tus suspectus appareat, removendus est*, addit *Imol.*
*maximè id faciendum si administratio sit ampli re-
ditus*, & apparet, quod iste inquisitus est multis,
& magnis debitis obligatus, ut not. in *d. cap. licet
Hely per Joan. And.*

Et hanc rationem extollunt ubiquè ferè omnes
108 *Doct.* suprà citati, & infra citandi, & inter alios
Gram.d.cons.10.num.3. & *cons.162.num. 22.in fin.
D.Præses* noster in sæpius citata aurea sua *decis.*8.
post *nu.*3. ubi ità pluries decisum, canonizata ubi-
que per *Doctor.* ut ultrà *D. Georg.* infrà citat. *alle-
gat. 42. num.* 21. & insignem nostris temporibus
eximia doctrina, & vitæ candore *D. Rovitum* in
*prag.13.de official.num.12.*latè *Cancer.var. part.2.
cap.12.num.210.*latè *Mastrill.decis.*188. ubi addit,
ità Siciliæ in dies judicari, *Cons. Paschalis* recol.
mem. *de virib.patr.potest.par.3.cap.9.n.39. Giurba*
latissimè *cons.44.num.1. & 13.cum seq. Aviles* in *d.
cap.5.Præterum.vers.suspendidos, num.3.vers. idem
dicitur, Petrus Caballus* in suis *resolution. crimin.*
109 *casu* 176. ubi *nu.* 5. dicit hæc verba, *Ratio autem,
quarè concurrentibus prædictis considerationibus
lite pendente interdicitur administratio Officiali
est multiplex*, ex *Vinc.de Franch.dict.decis.*8. *sed ea*
(inquit ille) *potissimùm urget, quòd nisi ità fieret,
astrueret testes scientes veritatem, vel eis minare-
tur, &c. si enim Officialis retineret administratio-
nem officii, terreret testes, qui de facili non possent
deponere veritatem, vel faceret quòd deponerent fal-
sum.* Hæc ille. *Regens de Ponte dicta decis.7. nu.16.
in fin. Sargent de Neapol. Illustr. lib.1.cap.17. n.37.*
110 Et hæc decisio ista potissima ratione regissata
est lege expressa Hispan.*l.14.tit.7.lib.3. novæ colle-
ctionis*, omninò legenda, ibi, *si allare alguno culpa-
do, le suspendan del officio, y le dè translado, &c.* su-
per qua *Gutierrez lib.1.pract.q.39.*post *nu.2.* dicit,
hanc suspensionem fieri non in pœnam, sed ut libe-
rè informatio fieri possit, & testes dicta sua proferre
audeant, & Partes querelas proponere, quod aliàs
facere minimè auderent. Ubi addit mirabile in pro-
posito: adeò favorabilem, & privilegiatam esse hanc
suspensionem, quòd operetur mirabilem effectum,
111 quia licet à sententia diffinitiva super privatione,
vel suspensione officii lata in pœnam admittatur
appellatio, & appellans, si reperiatur in possessione,
ea pendente poterit continuare exercitium sui of-
ficii, cum nulla specialitas hoc casu inveniatur in
privato, vel suspenso per diffinitivam in contradi-
ctorio judicio latam, vel in alio judicio, & sic serva-
tur generalis regula, ut appellatione pendente ni-
hil innovetur, tamen ista suspensio, quæ fit lite
pendente, nulla appellationis interpositione retar-
datur, & rationes sunt istæ, quas supra collegimus,
112 favore scilicèt publicæ utilitatis, quia delicta Of-
ficialium sunt delicta publica, *l.quædam delicta, ff.
de pæn. Giurba cons.* 44. *num.* 20. & quia aliter ad
sententiam deveniri non posset, ut ex prædictis pa-
tet, & ità ipse declarat dicta per *Azeved.super dd.ll.*
quamvis *Avendan.de exequend.mand.cap.19.n. 25.
vers.decim.ut casus*, teneat indistinctè, quòd senten-
tia prædicta privationis, vel suspensionis quomo-
dolibet lata in sindicatu habeat executionem, quod
& de jure communi, & jure Regni relatis *Maranta*,
& aliis dicit procedere *Lancell.de attent. limit.* 20.
fol.mihi 370.tom.5.tract.

Et non sine causa tam maximo conatu, & præci-
piti festinatione iste inquisitus contendit, & appe-
tit officii reintegrationem, quia didicit ab *Accursio*
quòd velamen administrationis temperat furtum,
Glos.

Digitized by Google

*Glos.*in *l. tres tutores, ver. contrectare, ff. de admin.*
tutor. quod probat,& exornat *Bart.*in *l. si multi.6.*
in princ.ff.de public. ubi quòd rei procurant vela-
re crimen prætextu alicujus officii.

Et huc pertinet quod dixit *Innoc.*in *cap.2. de ar-*
bitr.& in *cap.diversis, de Cleric. conjug.* quod si Of-
113 ficialis aliquid semel injustè egit, præsumitur,
quòd velit factum suum tueri quacumque via po-
terit, sequitur post *Alciat. Menoch. de præsumpt.*
*lib.2.cap.*85. *num.* 19. qui ob id latè deducit, quòd
licèt præsumptio sit pro Officialibus, quòd benè se
gerant, *l.1.C.de suscept.& arc. lib.* 10. fallit tamen,
& cessat præsumptio, quando altera contraria præ-
sumptio contrà Officialem urgeret, ex *Alciat. reg.*
3.*præsumpt.*15. *in fin.* puta si contra ipsum aliquid
substantiale constare incæperit secundùm *D. de*
*Franch.d.decis.*8.*num.* 3.& per *Menoch. d. cap.* 85.
*num.*19.

114 Et ut dicebat *Paris*, omnis præsumptio, quæ
est pro Judicibus, quæ etiam viget pro Rectoribus,
Præsidibus Provinciarum, & Potestatibus Terra-
rum, qui & ipsi Iudices propriè appellantur, *Glos.*
in *rub.ut Judic.sine quoquo suffrag.* cessat, nisi Of-
ficialis ipse habuerit manus mundas in officio, ut
latè per *Parid. tit. de offic.sindic.verb.* incipit. *Per*
sindicantes, *nu* 8.11.*in fin.* & post *nu.*13. *vers. quæ*
sunt vera, & iterum in *verb.* incip. *An offendeas*
Potestatem, & in *vers. præsumitur contrà Officia-*
lem, *Avilez* in *cap.* 1. *Judicum sindicatui*, *num.* 12:
vers.& ideò Judici.

Quinimò præsumptio, quæ est pro Officiali lo-
cum habet dumtaxat ad sustinendum ea, quæ ipse
jam fecit ut non præsumatur in eo dolus, sed cessat
quoad providendum circà futura negotia, tunc
115 enim circa futuram administrationem, etiam si
non sit Officialis inculpatus, non præsumitur pro
ipso, sed potiùs contrarium, & magis eum deferre
potentibus, quàm justitiam ministrare, vel pro-
videre petentibus, supracitata *l.ex aulo, C.de pri-*
*vil.eorum, qui in Sacr.Palat. lib.*12. *Menoch.* latè
*d.c.*85. *num.*8.*cum seq.Vivius* loquens ut expertus
*decis.*113. *num.*6. *Bobadil. lib.*5. *cap.*1. *num.*405.
116 *cum seq.* quanto magis in Officiali inquisito, &
diffamato paupere, & in eo, qui infinita admittit
117 contrà naturam officii, *Menoch. dicto loco n.*14.
contrà quem nedum cessat generalis præsumptio,
quæ Officialibus favet, sed insurgit alia contraria,
quæ operatur, ut non requiratur contrà istos tam
exquisita probatio, ut ex lege Regni statutum esse
in *cap.vulgoris famæ proloquium*, ex *Paride*, &
aliis probat doctissimus, & facundissimus *Dominus*
Consiliar.Georg. in *alleg.*4*a.num.*27. addens etiam
118 ex *Mascar d. num.*28. cessare etiam bonam præ-
sumptionem in Officiali, qui officium emit, tametsi
licitè, & etiam si emat à Principe, non tollitur
tamen præsumptio malè agendi, & ideò cavendum
esse sicut à peste, latè probat *Paris. de Sindic.* &
princ.verb.& primò videndum est, ubi optimè, *in*
119 iterum *in fin.* in *verb.* incip. *Præsumitur contrà*
Officialem, ubi *num.*4. quòd præsumatur omnia
mala agere; & in specie in Officiali recipiente mu-
tuum, quod præsumatur baraptaria, *Paris. ibid.*
120 ex *Bart. n.a.* Ut ex his lapsus videatur *Cravett.*
*cons.*6.*num.*109.*in fin.* quòd in officio empto cesset
pœna privationis aliàs in dicta in officio gratis con-
cesso, licèt eum sequi videatur *Dom. meus Socer.*
*Comil.de Medic.cons.*143.*num.*7. contrarium enim
passim decisum patet in Regno in Officialibus Do-
hanæ, & similibus officiis vendibilibus, ut per
*D.de Franch.d.dec.*8.& in Officialibus Siclæ *Georg.*
d. alleg. 42. & passim in Perceptoribus Provincia-
rum, & aliis officiis vendibilibus decisum est, &
in dies deciditur per Regiam Cameram, & Regiam
Junctam Judicum delegatorum, & quia major su-
spitio vertitur in illis, sivè periculum cautiùs est
agendum, maximè cum in officiis vendibilibus non
vendatur Jurisdictionis administratio, sed pingues
dirictus, & emolumenta, quæ in illis considerari-
tur, & quia feudum emptum non desinit esse ejus-
dem naturæ, nec propriè feudum est, subjectum
eisdem regulis juris feudalis. Unde idem in officio
121 potius in contrarium est quid singulare, ut ille,
qui dat pecuniam pro officio, cùm det malo animo
titulum dicitur habere lucrativum, & ideò etiam
sine causa potest à concedente revocari, ut ex *Bart.*
et *Guglielm. de Benedict.* probat *Mastrill. de Ma-*
*gistr.lib.*1.*cap.*27.*num.*14. 15.& 16. ità ut deterio-
ris conditionis sit emens officium, licèt à Principe
quoad faciliorem remotionem, illò, qui gratis ac-
cepit, quod etiam confirmatur ex eo, quod con-
trà officia ementes notavit *Afflict.* in *Constit. Volu-*
mus, *num.*5.*vers.nisi habuisset*, & in *Constit. Magi-*
stri Camerarii, latè *Bobadil.lib.*5.*cap.*1.*n.*210. in 7.
limit.

122 Sexta subnectitur ratio, quia officii concessio
habet tanquam pactum substantiale sub conditione
resolutiva in sui essentia intrinsecà, & naturaliter
annexam clausulam, *donec Officialis benè, & fide-*
litèr se gesserit, ut post alios de hac observantia te-
stis est *Surgens de Neapoli illustrata lib.*1.*cap.*17.
post *num.*36.

Quod in hoc contractu venditionis officii Doha-
nerii expressis verbis cautum legitur.

Quæ clausula cum sit vallata duplici juramento,
uno scilicet præstito in ipso venditionis contractu,
sub his verbis, *& non aliter, nec alio modo*, cujus
vis, & efficacia circa contractus resolutionem no-
123 tissima est, altero verò præstito in manibus Illu-
strissimi Locumtenentis in ipso Tribunali Reg.Ca-
meræ *de bene, & fideliter exercendo*, idque in exe-
quutionem tàm juris communis in *Auth. jusjuran-*
dum, quod præstatur ab iis, quam juris Regni in
*pragmat.*4. *de Officialibus, & quæ iis prohibean-*
tur, & in *Pragm.*2.*§.igitur de officio Sac.Reg.Con-*
sil. & inibi *Dom.Rovit.*

SUMMARIUM.

124 *OFficiales suas operas locasse videntur:*
126 *Officiali remedia possessoria non dantur, &*
privatus dicitur eo ipso, quòd alter à Principe
est subrogatus, num.136.
127 *Pactum contrà substantiam contractus non tenet,*
etiam cum juramento, num.135. *& contractus*
firmus remanet, num.134.
128 *Officii basis, & fundamentum est illud, benè, &*
fideliter administrare, & puris manibus, per assi-
dentes circà Officiales.
131 *Officiales debent habere manus mundas, & ab-*
stinere, à muneribus manu lingua, & obse-
quio, & aliter Rex de potestate ordinaria dispen-
sare non valet.
132 *Officialis de facto suæ familiæ, & familiarium ex*
quasi maleficio tenetur, cum in officio delinquunt,
& etiam si extra officium si consentiens fuerit, aut
particeps, item si sciens nec prohibuit cum posset,
& n.133.

137 *Pactum, quod non possis ab officio removeri lite pendente, non extenditur ad delicta commissa in illo cum dolo, & lata culpa.*

138 *Concessio, quod Officialis non teneatur stare sindicatui, non dolum, nec latam culpam, sed levem, & levissimam includit,* & num. 140. et 142.

139 *Licentia data Officiali faciendi quicquid velit, non intelligitur contrà justitiam, & legem.*

141 *Privilegium, quod non possit conveniri in sindicatu ad culpam, & negligentiam tantùm restringitur, non ad baratariam, & illicitas extorsiones.*

143 *Pactum, ne teneatur stare ad sindicatum fieri nequit, nec juramento firmatur,* & num. 145.

144 *Officialis temporalis durante officio, etsi molestari non possit, de gravibus tamen delictis, & excessibus inquiritur; ità & pactum, quod non amoveatur lite pendente non comprehendit extorsiones, concussiones, & delicta,* & num. 148. & de ratione, num. 149.

146 *Pœna longè perspecta difficilius irrogatur, & parum timetur,* & num. 147.

149 *Pactum factum per Principem cum vasallo, vel subdito non est obligatorium, si in præjudicium authoritatis ipsius sit, & maximè si Regi Regno, aut Reipublicæ inceperit esse damnosum, quod procedit in omni concessione,* num. 150.

151 *Paciscens contrà legem, non dicitur fraudatus si pactum non servetur.*

152 *Officialis longè gravius peccat delinquendo in officio, quam latro.*

SEquitur propterea, ut statim ac Officialis non ser-
vat, sed contravenit pacto substantiali, quòd ba-
sis est, fundamentum, & substantia officii, duplici
124 juramento vallato, debet ab officio ipso remo-
veri, quia, ut dixit *Paris* in *verbo arbitrium Offi-
cialis, num. 3. in fin.* per provisionem officii vide-
tur is, cui est provisum, suas operas locasse, *ff.
loca. l. qui operas*, ideò tenetur observare illum con-
tractum, *cap. 1. de natura feudi, cap. 1. de probat.* et
125 *Bald.* notat in *l. Princeps, ff. de legibus*, & ideò
possunt expelli durante tempore, *l. quæro, §. inter
locatorem, & l. cum domini, ff. locat. Surgens dict.
cap. 17. num. 36. lib. 1.*, immò precario videtur con-
cessum tandiù, quandiù concedens patitur, cum
non aliud concessum censeatur, nisi exercitium
meri Imperii, & ideò si ad libitum revocari possent,
Brunus cons. 92. num. 6. lib. 1. Giurb. consil. 44. n. 38.
non mirum si existente justa causa, *Mastrill.* latis-
simè *de Magistrat. cap. 27. num. 8. cum in fin. seqq.
Dom. Regens*, et *Marchio Tapia* Supremi Collate-
ralis Decanus, Vir eruditione, doctrina, rerum
experientia, ac religione insignis in *l. final. C. de con-
126 stitut. Princip.* ubi ideò non competere Officiali-
bus remedia possessoria contrà, et fortè justiùs,
quàm censuerit *Dom. meus Capyc. decis. 121. n. 27.*
et cum ipso stat *Franc. Marcus dec. 19. par. 2.* licèt
aliud in Notario, *idem decis. 438. eadem secunda
part.*

Undè pactum ex adverso initum, quòd non de-
beat suspendi, vel nihil omninò operatur, præser-
tim detectis, et probatis criminibus, ex quo liqui-
dè constat, ipsum pessimè, et infideliter se gessisse,
127 vel si ad hoc extendi posset, tanquam contra sub-
stantiam concessionis officii, et de directo contra-
rium pacto, et clausulæ solitæ, *donec benè, &
fideliter*, nullum omninò, et ut prorsus inutile, et
contrarietatem inducens rejiciendum est, ad *te-
xtum* vulgarem in *l. pacta conventa, cum glos. ff. de
contrah. empt.* et *l. ubi repugnantia, de reg. jur.*

Non minus enim basis, & substantia feudi est
128 fidelitas, quàm in officio basis ipsius, & funda-
mentum est, ut benè, & fideliter cum pura con-
scientia illud Rectores administrent, contenti iis,
quæ statutæ sunt de Fisco annonis, & subjectos
Regi illæsos undique custodiant, & nulli partium
citrà quàm justum est, præstent, *d. §. 1. auth. jusjur.
quod præstat. ab iis*, ubi *in fin.* in forma juramenti
insertum est, ut non solùm Judex hoc agat, & exe-
quatur, sed etiam curare debeat, tales circà ipsum
assidentes assumere, ut non ipse purus quidem sit,
qui verò circa ipsum sunt, furentur, & delin-
quant, & alibi, quod puris utantur manibus in
*§. 1. versic. hoc enim omninò, authen. ut judic. sine
quoquo suffrag.* et in *authen. de mand. Princip. §. 1.
colum. 3.* ut optimè advertit *Bobadil.* in suo *Politi-
ca, lib. 11. cap. 44. ex n. 14.* et iterum *lib. 5. cap. 1.*
post *num. 219.* Romanos præcipuè respexisse, *en la
purezza, y fe dellos*, et proindè Prætorem Ur-
banum, qui de fide corrupta Officialium cogno-
scere, statuisse, in quo quantum pessimè se gesse-
rit iste inquisitus in se, et in iis, quos ad ejus la-
tus assumpsit, plenissima informatio jam capta pa-
làm clamat, et loquitur.

Quod autem Judex, Rector, sivè Præses, qui
non servat præscripta in dictis titulis à Justiniano,
129 quod nomen Judicis statim amittat, cum justi-
tiam non reddit, sed injuriam, et injustitiam agit,
et quod habeat solùm Judicis simulacrum, latissi-
mè *Lucas* in *dicta l. Judices, 12. colum. 3. verbo ple-
bejos*, & *colum. 4.* ubi plura ad propositum, latè
Paris verbo Judices, qui si convicti, et alibi *idem
Lucas* in *l. prohibitum, col. 3. in fin. C. de jure Fi-
130 sci lib. 10.* dixit, nomen Officialis deduci ab of-
ficio, eo quod nulli officiant, et omnibus pro-
desse debeant, refert *Muta in cc. Regni Sic. to. 2.
cap. 58. in princ.* igitur eò ipso, quòd subditis of-
ficiunt, non sunt, nec esse debent Officiales.
131 Et quod oporteat Officiales habere manus mun-
das, et abstinere à muneribus tripliciter, manu,
lingua, et obsequio, adeò ut nec Rex de pote-
state ordinaria valeat super his dispensare, et aliàs
Judex statim tanquam infamis, et perjurus sit
a Curia expellendus, ex *Restauro, Montal.* &
aliis latissimè probat *Aviles* in *cap. 1. Prætorum,
verbo Dadivas, num. 2. 5. & per totum.*

Elegit enim iste inquisitus sibi assidentes homi-
nes vilissimos, itemque pessimos, quorum unum
N. hominem vilissimæ conditionis, diffamatum,
nedum sibi substituit, sed in omnibus præposuit,
132 ità ut ipse d. N. obediret, non è contra, undè
de facto etiam suæ familiæ, et familiarium tene-
tur, cum eos constet in officio, seu ministerio
deliquisse, in quo Dominus familiæ opera utere-
tur, *l. 1. C. ad l. Jul. repetund.* Maximè in pertinen-
tibus ad officium, et in culpa esse censetur malos
homines eligendo, et illorum opera in tali officio
utendo, et proindè suo nomine, et insolidum ex
quasi maleficio tenetur, ut in Procuratore, Insti-
133 tore, Vicario, etiam si extrà officium delin-
quant, si modò commodum Dominus sit assequu-
tus, vel si consentiens fuerit, aut particeps,
item si sciens, nec prohibuit, cum posset, aut
si illum non corripuit, quem reperit deliquisse,
quia

Digitized by Google

quis ab ipso Officiali, quod à familiari actum est,
admissum censetur, ex *l.1. §.familiæ*, ubi *Bart.*
ff. de publico. cum simil. latissimè infinitis relatis
congerit *Giurba cons.36.* ex *num.26. usque ad 34.*
Sicut de scientia, consensu, participatione, &
mandato, nedum præsumpto ex pecuniæ versio-
ne in sui utilitatem, sed expresso, plenè ex in-
formatione constat, ità ut non oporteat disputa-
re, si scientia præsumatur ex conjecturis.

134 Et sic undique pactum nullum, licèt firmos
remaneat contractus quòad reliqua, cum sit sepa-
rabile, juribus, et authoritatibus per *Cancer. va-
riar. par.3. cap.7. de pactis, num.276.* & per *Dom.*
Rovitum in *pragm.1. de censib. num.14.* ubi ità ju-
dicatum testatur.

Et quod pactum contrà substantiam contractus
non valeat, et indistinctè rejiciatur, etiam si sit
135 interpositum juramentum, *Gutier.* latè *cons.12.*
num.39. Satisque privatus dicitur Officialis, ut
136 hoc superioribus addamus, saltim quòad posses-
sionem, si alteri Princeps idem officium exercen-
dum commeodaverit, vel contulerit, & eò ipso,
quòd io locum Officialis à Principe alter est sub-
stitutus, vel subrogatus, eò ipsò intelligitur pri-
mus privatus, verba sunt *Glos.* & *Ang.* in *l.quod
si fortè. §.sunt quidam, ff. de solut. Lanar. cons.22.*
num.18. Socin. Brun. & alii *d.cons.44. num.25.*

137 Novissimè, et tandem istud prætensum pa-
ctum, quod non possit ab officio removeri lite
pendente, debet à jure, æquitate, et justitia io-
terpretationem recipere, ut non extendatus ad
delicta commissa in officio cum dolo, vel lata cul-
pa, ut docuerunt *Cyn.* et *Bald.* in *l. si servus ve-*
138 *titus, ff. de leg. primo*, ubi in casu fortiori est,
concesso arbitrio Potestati, quod non teneatur
stare ad sindicatum, non videtur tamen ex hoc re-
missa nisi levis, vel levissima culpa, non tamen
dolus, nec lata culpa, argumento *l.creditor, §.Lu-*
139 *cius, ff. mand.* sicuti licentia data Officiali, ut
faciat quidquid velit ad suam voluntatem, non
cenictur tamen concessa potestas, ut quidquid ei-
rà justitiam moliatur, latè *Paris* in *verbo arbi-
trium Officialis*, & iterum in *verbo Potestas, qui
habet arbitrium num.3. vers. si dicatur*, et *num.5.*
et *num.8. vers. si datur arbitrium*, dicit, sub his
verbis importantibus liberam, et absolutam vo-
luntatem posse Magistratum ad libitum facere, ex-
ceptis fraude, & dolo, nec sub his clausulis con-
tineri coocessiooem iniquè agendi, nec potesta-
tem jus alterius enormiter lædendi, concessum
enim ceosetur aliquid agere præter legem, oon
contrà legem, quia in quacunque plena, & gene-
rali potestate subintelligitur, ne quid turpe, vel
prohibitum admittatur, quia in quocunque ver-
bo quantumvis latissimo non venit illicitum, nec
à jure improbatum, et quod tantùm censetur re-
missa levis culpa, juribus vulgaribus, et doctri-
140 nis, quas citat *Paris d.loco num.9.* ubi *num.11.*
& *12.* probat, quod non minus censeatur exce-
pta lata culpa, quam ipse dolus, quia ubi requi-
situr dolus ex proposito, sufficit lata culpa, ad
tradita in *l.quod Nerva, ff. de pos.*

Hinc *idem Paris* in *verb. electio Officialium,*
141 *num.5.* dixit, quod privilegium concessum Of-
ficialibus, quod non possint conveniri in sindica-
tu, restringi debeat ad culpam, et oegligentiam
tantùm, de qua tenentur, *Giurba consil.44. n.14.*
et io *fine*, non autem includit baraptariam, & il-
licitas extorsiones, quia per verba generalia vide-
tur solum liberari à scrupulosa inquisitione, idest
à culpa, et ab illa, quæ non potest apparere, ni-
si per subtilitatem Iudicis, sicut est culpa levis,
et levissima, secus in lata culpa, quæ non perti-
net ad scrupolosam inquisitionem, quia de facili
dolus apparet, et ideò non videtur remissus, nun-
142 quam enim liberatio comprehendit dolum, nec
reliquorum restitutionem, *l. si quis rationes*, cum
concordantibus, *ff. de liber. lega.* sequitur latè ex-
ornans *Afflict.* relato *Paride* in *Constitut. Minori-
bus, in fine, num.26.* et in *dict. Constit. Volumus,*
num.4. vers. an autem Rex, et *num.6. vers & scias*,
ubi quod censeatur remissum, ut non teneantur
de levi, levissima culpa, et negligentia, de qui-
bus alias tenentur Officiales, ut per *eum* in *dicta
Constitut. Volumus*, post *num.6. vers. & sciat*, &
num.12. versic. an autem, maximè quando aliàs
procuravit officium, idemque de remissione sin-
dicatus probat *Niger* in *cap. Regni 132. Item sta-
tuimus, num.56. in fin. & 57. Aviles* in *cap.1.
Judicum sindicatus, num.7. cum pluribus sequen-
tibus*, post *Bald. Salyc. Alexand. Catald. Paridem,
Decium, Castillum Hispanum* ad *l.57. Tauri*, &
alios *Molina* infrà citat. *dispu.271. in fine*, et in
143 puncto; quod non possit fieri pactum cum ali-
quo Officiali, non teneatur stare ad sindicatum,
quia videretur remitti dolus futurus, et esset pa-
ctum invitatorium ad delinquendum, vel saltim
redderetur Officialis audacior ad delictum, docuit
Cataldinus de sindicat. quæst.15. ubi quod nec pos-
sit constituens Officialem donare illud, ad quod
in futurum contingeret Officialem condemnari,
ne aperiatur via dolo, & fraudibus, contrà *l. si
unus, §. illud, & §. pacto, ff. de pactis*, optimè,
& latè *Cancer.* omnia prædicta plenè comprobans
variar. par.3. cap.12. ex *num.74. ad 78.*

144 Et arguendo à lege ad pactum, sicuti Officia-
lis, scilicèt temporalis, qui durante officio regu-
lariter molestari noo potest, *l. nec Magistratibus,
ff. de injuriis*, cum remitti debeat sindicatui, *l. pars
litterarum*, obi *DD. ff. de judic.* potest tameo ac-
cusari, vel inquiri de gravibus delictis, & exces-
sibus, *l. jubemus, C. ad l. Jul. repet. Capiblanc. de
Baronibus, pragmat.5. num.37. Farinac. to.3. quæ-
stion.151. num.185. ampliat.20.* Ità etiam hoc pa-
ctum saltim glossari debet, ut noo comprehendat
extorsiones, concussiones, & delicta, dolo, aut
lata culpa commissa, præsertim detecta.

145 Non enim solum pactum nullum est, nec ju-
ramento firmatur, quod sit contrà bonos mores
naturales, ut declarat *Molina tom.1. quæst.151. de
justitia, & jure*, ut cum quis ex pacto invitatur
ad delinquendum, & in pacto inito cum hoc, ut
non teneatur administrator, vel alter de dolo, fur-
to, vel simili, præbendo eidem administratori
manifestam ruinæ occasionem, quod io nulla be-
nè instituta Republica permitti debet, sed omnis
illa pacta, ex quibus præjudicium facilè oriri po-
test adversùs bonos mores, & adversùs id, quod
expedit, ut in benè instituta Republica ad com-
mune bonum servetur, *idem Molina* perbellè *to.2.
disputat.271. num.7. & seq. versic. ex his, num.9.
& 10.*

Undè sicut pactum, qood quis non teneatur
stare sindicatui restringitur ad levia, eadem ratio-
ne pactum, quod non removeatur, nisi per dif-
finitivam, cum eadem sit ratio, præsertim ille,

ne

ne Officialis reddatur sudacior ad delinquendum,
146 ex eo quòd pœna longè prospiciatur, & difficilius irrogetur, & ideò parùm timetur, argumento not. in *l.si diutina*, *ff. de pœnis*, cum latè traditis per *Tiraquell.de pœnis*, *causa* 29. quod humanæ conditionis est proprium, ut proxima, & imminentia mala, etsi minora, magis timeat, quàm futura gravissima, ut in *cap.Regni Vulgaris famæ prologuium*, in *vers.& in hoc casu*, loquente in specie de pœnis pro delictis Officialium, ad
147 quod optimè congruit dictum *Aristotel. lib.2. Rethor. cap.7.* his verbis: *Neque enim omnia mala timentur, sed ea tantùm, quæ vel magnos dolores, vel interitum afferre possunt, & præcipuè si illa non longinqua sint, sed proxima, ut jam impendere videantur, nam quæ valdè longinqua sunt, non metuuntur, sciunt enim omnes, fore, ut moriantur, sed quoniam id propè non esse putant, ideò nullam curam suscipiunt.* Et etiam si major esset ratio in uno casu, quàm in altero, argumento *l.1.§.quod autem,ff.de alea lusu,& aleat.* vigente potissimè favore publicæ utilitatis, ex quo faciliùs induci debet pacti hujusmodi restrictio ad normam justitiæ, & æquitatis, ne publicæ utili-
148 tati, & bonis moribus adversatur, quod enim non licet in re, non licet in tempore, & sicut est in rebus, ità in tempore, *l.miles ità*, *§.& quia diximus*, *ff. de milit.testam.* cum concordant. per *Everard. loco de re ad tempus*; præsertim cum ex eo, quod negaretur aliquid in tempore, res ipsa evanesceret, ut contingeret in Officiali, qui tantum lucraretur, & talia perpetraret pendente inquisitione; ut frustrà posteà de privatione ageretur, ut in dies de Perceptoribus Provinciarum, & aliis Ministris pecuniariis Fiscum justissimè dolere comperimus.
149 Et hoc præsertim, cum pactum factum per Principem cum vasallo, vel subdito non sit obligatorium, si tendat in præjudicium authoritatis ipsius Regis, *Felin.* & *Dec.* in *locis citatis* per *Roland. conf.1. num.106. cum seq. lib.2. Gramm. voto 26. num.17. Natta conf.614. num.12.* Et maximè quando ex post facto concessio Principis, vel pactum cœperit esse damnosum Regi, Regno, aut Reipublicæ, ad *text.* in *cap.ex multiplici*, *de decim.Bald.Castr.Aret.Felin.Afflict.Gozadin.Gram. Concer. Roland.* & alii congesti per *Mastrill. de Magistrat. to.1. lib.1. cap.18. num.34. 38. & 39.*
150 quod locum sibi vindicare in omni concessione facta per Principem, testis est *Dominus Regens*, & *Marchio Tapia* in *l.fin. par.2. cap.4. n.21. ff. de Constitut. Princip.* Et maximè si concurreret publica utilitas, ut ex *Afflict. Molina*, *Matth. Cabedo*, *Dom. Tapia*, & aliis *idem Mastrill. ibidem num.39. in fine*. Quam publicam utilitatem hic multifariam versati suprà probatum est, undè ex delictis, & mala administratione supervenienti sibi adscribat Dohanerius, quod justè pactum non
151 sit servandum, nec dicat se fraudatum, ex quo nec decipiens fallitur, dum scire debebat legem impositam super contractibus Principum, ut in simili dixit *Isern.* in *cap.1. num.15. de cap. Corradi*, per *l.qui fundum*, *§.servus*, *ff.pro emptore*, *Mastrill. ibid. num.45.* Ratione enim satis deviat, quod delinquens in officio, in eo debeat manuteneri, sed eo privandus omninò est propter rapinæ
152 dolum, & quia longè graviùs peccat Officialis, quàm latro publicus, *Giurba* latissimè *consil.44. num.16.* & punire debet etiam effectu non sequuto, *idem d.loco*, *num.20. cum seq.*

ARGUMENTUM.

Traduntur nonnulla ad declarationem celebris *consilii Oldradi* 21. & quando substitutio fuit facta sub nomine collectivo *familiæ*, vel *descendentium*, an dicatur vulgaris, an verò fideicommissaria, & quod remaneat vulgaris, nisi ex validis conjecturis contrarium colligi possit, vel ex tractu temporis successivo, quæ latè examinantur, atque discutiuntur.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta, si sine filiis, existentibus filiis expirat ex celebri* Oldr.cons.21. *&* n.28. *quod est communiter, tam in judicando, quàm in consulendo receptum.*

2 *Substituti vocati videntur ordine successivo, adeò quòd priori admisso, censeatur gravatus restituere alteri sequenti in gradu.*

3 *Substitutio facta à patre filio heredi instituto, quandocunque decesserit, de fratre, ejusque liberis, vel descendentibus, importat, quod filii, & descendentes fratris censeantur vocati per fideicommissum.*

4 *Substitutio, quæ fit per nomen collectivum descendentes, fideicommissaria judicatur, & an id sit verum*, num.15. *&* num.18. *&* 19.

5 *Ordine successivo ubi plures vocantur, per fideicommissum vocati censentur.*

6 *Sententia S. C. affertur in propria specie, secundùm quam fuit judicatum.*

7 *Contraria sententia pro Reg.Fisco substinetur.*

8 *Unico determinatio respiciens plura determinabilia, omnes æqualiter determinare debet.*

9 *Alternativè substituti omnes admittuntur tempore purificatæ substitutionis, ut unica determinatio æqualiter inter eos determinare habeat.*

10 *Quando plures alternativè sunt substituti, si substitutio habet locum in primo, expirat in aliis, & evanescit.*

11 Decius *in* cons.95. *reprobatur magis communiter.*

12 *Reciproca substitutio inducta non præsumitur, sed urgens conjectura requiritur.*

13 *Reciproca substitutio fideicommissaria ut inter aliquos facta videatur, tria requiruntur, quæ explicantur, nec sufficit, quod sint in conditione positi ex magis communi sententia.*

14 *Testator si plures liberos vocavit, eosque invicem substituit, & gravavit per fideicommissum restituere societati, licèt societas sit vocata per fideicommissum, liberi tamen per vulgarem activè, non autem per fideicommissariam passivè inter eos erunt vocati. Ideoque hereditate adita corruit substitutio.*

16 *Relictum si sit factum* familiæ, *quod constat esse nomen collectivum, proximiores tantùm, non autem ulteriores vocantur, cum sufficiat verificari semel legatum, quod semel relictum videtur; indè legatarius poterit rem legatam alienare.*

17 *Verba directa ad familiam, quæ continent tractum temporis successivum, cum disponens nedum simpliciter relinquat familiæ, sed ut in familia remaneat, vel ne alienetur extrà familiam, sed perpetuò in familia conservetur, inducunt fideicommissum etiam quoad ulteriores.*

20 Te-

20 *Testator si post mortem filiorum institutorum substituat fratrem, & ejus descendentes non oritur substitutio fideicommissaria in tali casu, sed tantùm vulgaris inter fratres, & ejus descendentes, quod ampliatur ibi*, & num. 21.

22 *Testator disponens sub nomine collectivo, ut putà vocans descendentes, videtur illos per fideicommissum substituisse primis à se institutis, etiam quòd testator adjecerit clausulam*, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, *ex sententia* Socini.

23 *Substitutionis spes ad hæredes non transmittitur.*

24 *Verba*, in stirpes, & non in capita, *non conveniunt substitutioni passivè, sed activè tantùm, cum non possint verificari in passivo vocatione, sed tantùm in dispositione activa*, & num. 36.

25 *Descendentium appellatione, cum sit verbum collectivum, veniunt etiam fœminæ, & cessat fideicommissi præsumptio, & familiæ contemplatio, quod extenditur etiam si testator adjecisset qualitatem masculinitatis, nisi tamen ulterius progressus esset.*

26 *Verbum*, in perpetuum, *vel* semper, *importat fideicommissum pro familia testatoris.*

27 *Conjecturæ inducentes fideicommissum referuntur ex* Menoch. *remissivè.*

28 *In dubio judicandum, non extare fideicommissum.*

29 *Vocatus ultimo loco ad fideicommissum potest etiam in hæredes extraneos bona fideicommissi alienare.*

30 *Delinquens videtur cum Fisco quasi contrahere, & in illum bona ex quasi contractu alienare.*

31 Decius consil. 98. *reprobatur, & contra eum est communis opinio.*

32 Socin. *communiter reprobatur* in §. quidam rectè, *sub* num. 9. *ipsumque malè sensisse testatur* idem Decius consil. 252. num. 4. *sibi parum constans.*

33 *Dicti* Covarr. *opinio non alii per eum relatis confutatur præcipuè à* Molin. & Menochio, *defensa opinione* Cuman.

34 *Copulæ natura quamvis regulariter sit invitare plures pariter, eodemque tempore, fallit tamen cum cadit inter personas, inter quas versatur ordo juris, & ordinata charitas, tunc enim inducit ordinem, non conjunctionem.*

35 *Vocatio ordine successivo dupliciter, & diverso modo potest practicari, & verificari juxtà casuum diversitatem.*

36 *Vocati ordine successivo per copulam in substitutione compendiosa, quomodo admittantur juxtà opinionem* Cumani, *& licèt contrà* Cumanum *ex recentioribus firmet* Peregr. *tamen pro* Cumano *stat magis communis*, num. 37.

38 *Substitutio compendiosa facta, non per copulam*, &, *sed per disjunctivam, sivè alternativam*, vel, aut, *& similes, vocando descendentes, aut eorum filios, vel descendentes, exclusa priore, sequens admittitur, sed semel priori admisso sequentes omnes excluduntur, tanquam ex vulgari*, & num. 41.

39 *Disjunctivæ dictionis natura operatur, ut sufficiat alteram partem verificari.*

40 *Vocati plures alternativè, si primi secundùm ordinem charitatis, & scripturæ extant, sequentes perpetuò excluduntur.*

42 *Clausula codicillaris non operatur effectum fideicommissariæ inter primum, & secundum in casu, de quo agitur.*

43 *Verba*, quod succedant in stirpes, & non in capita, *non conveniunt passivè, sed activè tantùm substitutione.*

RESPONS. XVI.

Controversia per Reg. Cameram decidenda inter Claudium Milanum, et Regium Fiscum volentem exequi de ordine enim Excellentissimi Ducis Ossuni pro pœna fidejussionis præstitæ per dictum Claudium de præsentando in quadam Causa criminali N. de Cardines filium Ill. Marchionis Lainæ ejus affinem, stante dictæ pœnæ commissione ob non comparitionem dicti rei principalis, contrà dictum Claudium super quibusdam portionibus illi contingentibus super tribus caratis Boni denarii eidem Claudio obventis virtute testamenti q. Dianæ Milano ejus avitæ magnæ, tam ex propria persona, quàm Federici ejus patrui virtute substitutionis; dependet ex inspectione testamenti dictæ quond. Dianæ, quæ decedens de anno 1526. in tribus caratis ipsi acquisitis ex 30. caratis Boni denarii, quæ exiguntur in Reg. Dohana hujus Fidelissimæ Civitatis, sibi hæredes pro æquis partibus instituit Franciscum, Nicolaum, Ugonem, ac Federicum Milanos, q. Baldaxaris ejus Dianæ fratris utrinque conjuncti filios, eosque per hæc verba substituit.

Et si quis dictorum meorum hæredum decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, volo, quod superstes ex eis, vel eorum filii, vel descendentes legitimi, & naturales succedant pro æquali portione, videlicet, unusquisque ipsorum fratrum æquis portionibus, & eorum filii succedant in stirpes, non autem in capita, in casu, quo eorum pater tunc non supervixisset.

Mortua Diana superstitibus dictis ejus nepotibus hæredibus institutis, decessit deinde primò Franciscus absque filiis, eique successerunt alii fratres superstites virtute dictæ substitutionis.

Rursus & secundò decessit Nicolaus, relicto Baldaxare juniore ejus filio, & postmodum Ugo relictis Jo: Antonio, Cæsare, Claudio, & Jo: Vincentio ejus filiis, & sic respectu istorum fuit jam expirata dicta substitutio ex vulgato, & celebri *consil.* Oldradi 21. & infrà dicemus,

Et ultimò decessit Federicus sine filiis, superstitibus dicto Baldaxare juniore ejus nepote ex Nicolao ejus fratre, & dicto Jo: Antonio, Cæsare, Claudio, & Joan. Vincentio similiter nepotibus ex Ugone fratre, qui relictis sibi hæredibus dictis filiis Ugonis ejus fratris, reliquit dicto Baldaxari caratam, quæ ad illum spectabat super dict. caratis, subdens hæc verba: *Lasciatami dalla q. Diana Milano del medesimo modo, che la lascià à me, dedotte le ragion di legitima, &c. perchè voglio, che la Sig. Giulia d'Azzia mia moglie si possi sodisfare sopra di esse, & haver la retentione.*

Defuncto dicto Federico insurrexerunt filii dicti Ugonis adversùs Jacobum Marchionem Sancti Georgii, filium, & hæredem dicti Baldaxaris junioris hæredis instituti, scilicet prædictus Joann. Antonius, Joann. Vincentius, & Claudius, etiam uti cessionarius dicti Cæsaris ejus fratris, pro relaxatione medietatis dictæ caratæ relictæ dicto Baldaxari ejus patri à dicto Federico virtute dicti fideicommissi, cujus vigore non poterat Federicus totam ejus caratam relinquere dicto Baldaxari filio Nico-

Digitized by Google

Nicolai, nisi pro medietate, quia alia medietas spectabat ad ipsos fratres uti filios Ugonis, in qua succedebant in stirpes, servata forma dictæ substitutionis q. Dianæ.

Devenerunt tandem ad transactionem in anno 1603. in quo hæredes dicti q. Jacobi relaxaverunt dicto Claudio etiam uti cessionario dicti Cæsaris, ac dicto Jo: Vincentio fratribus etiam uti hæredibus dicti Jo: Antonii alterius fratris præmortui absque filiis dictam medietatem dictæ caratæ dicti q. Federici, & pro fructibus perceptis promiserunt eisdem fratribus pro omnibus, duc. 3000.

Contendit nunc dictus Claudius, in dictis portionibus eidem obventis ex dictis caratis tam ex propria persona post mortem quond. Vgonis ejus patris quàm ex persona dicti q. Federici virtute dictæ substitutionis dictæ q. Dianæ adhuc vigere fideicommissum prædictum, & proindè nullum jus competere Regio Fisco super dictis portionibus, tanquam subjectis fideicommisso prædicto, idque deducere conatur.

2 Primò, quia isti substituti vocati videntur ordine successivo, adeò quòd priore admisso, censetur gravatus restituere alteri sequenti in gradu, ut in propriis terminis latè tradit *Decius cons.* 95. ex *num.* 3. *per tot.*

Secundò, id expressè decidit *Socin.* in *l. Gallus,*
3 *§. quidam rectè, num.* 9. *vers. quartus est casus, ff. de*
lib. & posthum. ubi quod si testator substituit filio hæredi instituto quandocunque decesserit Sejum fratrem ejus, ejusque liberos, vel descendentes, quod illi filii, & descendentes censentur vocati per fideicommissum, & cum *Socin.* censuerunt alii relati ibidem per *Alciat. num.* 49.

4 Tertiò, hæc substitutio fuit facta per nomen collectivum, *descendentes*, ideò fideicommissaria judicatur, ut ex communi *DD.* calculo firmat post *Crav. cons.* 22. *Covar.* in *capit. Raynutius, §.* 2. *n.* 6. *de testam.*

5 Quartò, ubi vocantur aliqui ordine successivo, prout in casu nostro, dicuntur vocati per fideicommissum, ut amplissimè defendit, ac probat *Peregr. de fideicom. art.* 19. sub *num.* 9. *vers. istis tamen, cum sequentibus.*

6 Et tandem, quia sic aliàs in eadem substitutionis specie judicatum constat per S.C. in anno 1571. ad relationem Domini Præsidis de Franchis, ut ex sententia, quæ producitur, per quam fuerunt absoluti hæredes dicti q. Baldaxaris junioris, hæredis dicti q. Federici conventi jure assistendi super dictis caratis dicti q. Federici ad instantiam Juliæ de Azzia uxoris dicti quond. Federici pro ejus dotibus, & antefato, stante fideicommisso prædicto, undè cùm aliàs sit judicatum, existere dictum fideicommissum, nullus videtur ampliùs dubitationi locus.

7 Cæterum his minimè refragantibus, nos pro Regio Fisco constantissimè demonstrabimus, substitutionem, sivè fideicommissum prædictum fuisse extinctum, & proindè justam, atque apertam esse Fisci justitiam super dictis caratis obventis dicto Claudio, modò ut suprà.

Ad quod, & in primis facit regula illa, licèt ni-
8 mis vulgata, casui tamen, de quo agimus satis
accomodata, quod una determinatio respiciens plura determinabilia, omnes æqualiter determinare de-
9 bet, *l. jam hoc jure, ff. de vulg. substit.* At eum sub
una determinatione in casu evenientis substitutionis vocati fuerint fratres superstites, vel eorum filii, vel descendentes alternativè, ergo pariter videtur facta determinatio de omnibus, ut tempore purificatæ substitutionis omnes substituti alterna-
10 tivè admittantur, & hoc casu quando plures sunt
substituti alternativè, si substitutio habet locum
in primo, expirat in aliis, & evanescit, *l. si mater,*
11 *ff. de vulg. & pupill.* quo argumenti genere utitur
Decius d. cons. 95. *num.* 1. quod licèt contrarium in eodem *cons.* sustinere videatur, tamen malè, & contrà communem, ut *ibid. Addentes* notant, & infrà latius explicabimus.

Præterea confert non parum argumentatio, qua usus est *Menochius* in his terminis *cons.* 85. *num.* 65. *lib.* 1. quod si diceremus, hos descendentes esse vocatos per fideicommissum, necesse esset dicere, inter eos reciprocam substitutionem fideicommissariam inductam fuisse; at hoc consequens est falsum,
quia inter eos non sunt reciprocè substituti, siqui-
12 dem reciproca substitutio non præsumitur; sed ur-
gens conjectura requiritur, ita *Ripa* in *l. hæredes*
mei, §. cum ità num. 17. & ibi *Zancar num.* 556. *&*
13 619. *ff. ad Trebell.* quinimò ad hoc ut reciproca
substitutio fideicommissaria inter aliquos facta videatur, tria requiruntur. Primò, quod fiat expressè ultimo morienti. Secundò, quòd sit facta in tota hæreditate, vel in omnibus bonis. Tertiò, quod sint expressè vocati, nec sufficit quòd sint in conditione positi, ut præclare docet *Menoch. cons.* 376. *num.* 24. *& seq.* ubi testatur, hanc esse magis communem, ac receptam sententiam, sequitur *Mantica lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 15. *de conjecturis ultim. volunt.* in specie verò nostra hæc requisita non concurrunt, nec ullæ penitùs adsunt conjecturæ, quia post dicta verba, vel, *descendentes*, nihil est additum quod tractum temporis successivum ostenderet. Imò in fortiori casu respondit
14 *Castr. consil.* 14. *lib.* 1. quod si testator plures libe-
ros vocavit: & invicem substituit, & gravavit per fideicommissum restituere societati, quòd licèt illa societas sit vocata per fideicommissum, inquit tamen *Castr.* illos liberos per vulgarem, non autem per fideicommissariam inter se vocatos esse, ideòque hæreditate adita, corruit inter eos substitutio, *l. post aditam, C. de impub.* & aliis *substit.* ibique *Castr.* loquitur de vocatis nomine collectivo, ut in principio *d. resp.* dicit, eumque sequitur *Zanchus* in *d. §. cum ita num.* 159. *Menoch. d. cons.* 65. *num.* 66. & *d. cons.* 376. *num.* 13. sic ergo dicendum est in ca-
15 su nostro, quòd licet Federicus fuerit gravatus
restituere fratribus superstitibus, vel eorum filiis, vel descendentibus in stirpes, ut suprà, non tamen hi filii, vel descendentes collectivè vocati, sunt inter se per fideicommissum substituti, sed per vulgarem unà simul omnes in stirpem succedunt: quæ sanè vulgaris tam ex parte Baldaxaris filii Nicolai, quàm etiam ex parte filiorum Vgonis, inter quos est dictus Claudius, qui eam portionem Federici adierunt, fuit extincta, *d. l. post aditam*, sic infert *Menoch.* loco proximè citato.

Ulteriùs hoc idem percipitur ex traditione, & distinctione *Cumani* proximè citandi, ub inquit,
16 quod si relictum sit factum, *familiæ*, quod est no-
men etiam collectivum, prout in casu nostro, verbum *descendentes*, vocantur proximiores, & post eos ulteriores non vocantur, quia sufficit, quod verificatum sit semel tantum legatum; quia semel relictum est, & iste poterit alienare, *l. unum, §. sed &*
siqui-

Digitized by Google

si quidem,ff. de leg. 2. quod quidem arguit, fidei-
commissarium non perseverare, quia tunc alienare
non posset, ut in his terminis sensit Castr. in d. §.
17 quidam rectè,col. fin.vers. 2. si verò verba directa
ad familiam continerent tractum temporis succes-
sivum,ut quia disponens, nedum simpliciter relin-
quat familiæ, sed ut in familia remaneat, vel ne
alienetur extrà familiam, sed perpetuò servetur in
familia, & tunc verum est, quod post priores tran-
sit ad posteriores, & ulteriores, alioquin in familia
18 non servaretur, sic inquam, distinguit Cumanus in
d.§.quidam rectè,col. fin. vers. item cum testator, &
clariùs, & meliùs in l.cum ita,§. in fideicommisso
n.4.vers.hoc videte,ff.de leg. 2. qui manifestè sensit,
in illo primo casu relictum factum familiæ, quam-
quàm collectivum sit, non inferre substitutionem
fideicommissariam inter illos de familia, & sic non
præsumi ità factum, ut unus alteri restituere te-
neatur; sed illud extingui statim, quòd ad unum
ex familia pervenit, & Cuman. sequuti sunt Alex.
consil.22.col.3.lib.3.& cons.13.& cons.5.lib.4.Ruin.
consil.92.num.5.lib.2. in quo erant vocati descen-
dentes,sicuti in casu nostro, & tamen concludit se-
cundùm distinctionem Cumani, quòd intelligan-
tur vocati per vulgarem:adeo quòd proximioribus
admissis,ulteriores remaneant exclusi, nisi adsint
verba habentia tractum temporis successivum,
idem etiam repetit idem Ruinus cons. 89. num. 6.
cons.96.nu.4.consil.100.nu.3.cons.102. nu. 7. & 8.
cons.123.nu.3.& cons.159.num.22.lib.2.& cons.19.
num.10.lib.3.Cephal.cons.88.num.34. & cons. 269.
num.15.& 33. ante eos idem dixerat in fortioribus
terminis Soc.cons.104.num. 10.lib.3. vers. sed quam
19 plures, ubi quod si plures vocantur per nomen
collectivum, ordine successivo, dicuntur vocati, &
substituti vulgariter, ita quod uno admisso, tota
sequentium substitutio evanescit,& Soc.ibid. vers.
posthumo, testatur communem, & idem tradit Soc.
junior cons.126 num.43.& 46.lib. 1. Cephal. cons.
353.num.51.lib.3. & communem traditionem ul-
tra prædictam sequuntur etiam Dec. cons. 228. &
253.num.4.& 291.num.6. cum aliis congestis per
Menoch.quam uti magis receptam latissimè tuetur,
d.cons.85 num.54.87.& seq. & consil.376.num.11.
& seqq.Mantic.lib.8.tit.12.num.19. de conjecturis
ultim.vol.Peregr.de fide comm.d.art.19.nu. 7. idem
Menoch. latè præsumpt.71.ex num.22.cum seq. &
num.29.cum seq.lib.4.de præsumpt.ubi nu.31. eum
ab impugnationibus Torniell. & aliorum præclarè
defendit; Undè in casu nostro,in quo est facta sub-
stitutio per nomen collectivum, descendentes, &
ordine successivo,modo, ut suprà, vulgariter intel-
liguntur vocati, & ex admissione priorum quòad
alios substitutio expiravit, quam sententiam in
terminis nostris latè comprobat Cephal.d.cons.353.
nu.54.& 55.lib.3.

Ampliùs hanc sententiam in fortioribus termi-
nis substinet elegantèr Menoc.cons.376.n.8.ubi ex
20 Torniell.in d.§.quidam rectè, nu. 77. inquit, quod
si testator post mortem filiorum institutorum,sub-
stituat fratrem,& ejus descendentes,quod hoc casu
non colligitur substitutio fideicommissaria, sed
tantùm vulgaris inter dictum fratrem, & ejus de-
scendentes,idque ampliat, etiam si testator induxe-
rit substitutionem reciprocam inter fratrem, ejus
filios,& descendentes,quia ex hoc non infertur,vo-
luisse inducere reciprocam fideicommissariam inter
ipsosmet filios,& descendentes,ex Torniell. ubi su-
prà num.79. qui hujus sententiæ recenset Ruin.
cons.100.num.3.lib.2.Paris.cons.39. num. 7. lib. 2.
Rub.& alios,quos post eum refert,& sequitur idem
21 Menoch.d.cons.376. num. 11. Quinimò in fortiori
etiam casu respondit Soc. d. cons.104.lib. 3. ubi te-
stator ita disposuerat, & eos, & quemlibet eorum,
& cujuslibet eorum filios, & descendentes mascu-
22 los, &c. Hic enim clarum est, testatorem sub no-
mine isto, descendentes, collectivo,disposuisse,& il-
los per fideicommissum substituisse primis à se in-
stitutis, & fortiùs in illo casu adjecit testator clau-
sulam, vulgariter.pupillariter, & per fideicommis-
sum; & tamen respondit Socin. illos descendentes
esse solum activè vocatos in casu, quo eorum pater
fuisset præmortuus antè gravatum; quo casu
non transmittebat jus fideicommissi conditionalis,
23 & sic ejus filii;& descendentes non admittebantur.
Etenim cum spes substitutionis ad hæredes non
transmittatur etiam suos, Glos. communiter ap-
probata in l.unica,C.de his,qui ante apert. tabul. &
est tex. & ibi DD. in l. hæredes mei,§. cum ità,ff. ad
Trebal. ista testatrix prævidens, quod si aliquis ex
nepotibus institutis,& ad invicem substitutis mo-
rientibus absque filiis decessisset cum filiis, non
transmisisset spem substitutionis ad istos ejus filios,
& proindè si posteà decessisset aliquis ex nepotibus
hæredibus gravatis absque filiis, tunc eidem solùm
succedebant substituti superstites, non autem filii
alterius substituti, qui erat præmortuus, hinc ista
testatrix volens huic casui providere substituit
præmorienti absque filiis nedum cohæredes super-
stites, sed etiam filios aliorum cohæredum, qui re-
perirentur præmortui antequàm fieret casus substi-
tutionis,& si isti filii nec reperirentur vivi, vocavit
eorum descendentes, & sic intentio testatricis fuit
vocare filios suorum nepotum, in casu tamen, quo
nepotes patres eorum non extarant, & fuit etiam
intentio hujus testatricis vocare etiam descenden-
tes suorum filiorum, si, & quatenus ipsi filii non
extarent; sed primis extantibus non vocavit se-
cundos, & secundis extantibus non vocavit in
tertio gradu positos,& sic vocavit omnes sequentes
post primum per substitutionem vulgarem tantùm.
Atque ita per dicta verba, filii, vel descendentes,
non dicuntur vocati passivè, ut ipsi scilicet videan-
tur gravati onere fideicommissi, sed activè tantum,
ut suprà diximus,idemque tradit idem Socin. cons.
69.colu.3.vers. quibus tamen non obstantibus lib. 3.
eumque sequutus est Parisius cons. 87. num. 25.
lib.2. qui clarè,& apertè ità etiam in specie respon-
dit,& optimè comprobat Menoch. videndus dicta
cons.85.num.67.& cons.376.num. 10.& seq.& cons.
743.num.4.& lib.4.de præsumpt. præsumptione 71.
num.22.& seq.

Et ut omnis in specie nostra cesset pœnitus
24 amaritudo, attendantur quæso verba illa in fine
istius substitutionis apposita, quòd, scilicet succe-
dant in stirpes,& non in capita, hæc etenim verba
passiva substitutioni nequaquam conveniunt, sed
activæ tantùm,cum non possint verba prædicta ve-
rificari in passiva vocatione, sed tantùm in disposi-
tione activa, quare dicti filii, & descendentes sunt
appositi respectu substitutionis activæ tantùm, ut
per jura,& rationes in propriis terminis bellissimè
consideravit Soc.d.cons.104.n.3.& 4. & d.cons.69.
col.3.lib.3. & post eum Parisius d. cons. 87. nu. 25.
in fine lib.2.Menochius d.consil.376.nu.33. & præ-
sumpt.71.num.16.lib.4. cum igitur Federicus ulti-

Digitized by Google

mo ex fratribus institotis à Diaoa, decesserit absque
filiis, undè factus est casus dictæ substitutionis, meritò
successerunt per fideicommissum in ejus caratæ Baldaxar filius Nicolai fratris præmortui pro
medietate, & pro alia medietate alii filii Ugonis alterius fratris similiter præmortui in stirpes, quia
isto casu expressè, & activè, in stirpes tamen à dicta
Diana vocantur, sed non propterea per dicta verba censentur isti filii, & descendentes ex dictis fratribus vocati passivè, idest ut ipsi dicantur gravati
onere fideicommissi, ut supra diximus sicque exemplificat *Paris.* loco proximè citatò.

Cessat etiam hic fideicommissi præsumptio, quia
25 testatrix usa fuit verbo, *descendentes*, collectivo, ac
generali, quo casu veniunt etiam fœminæ, latè
Mantica lib.8.tit.11.num.1. de conjecturis ult. volun. & sic cessat familiæ contemplatio, imò etiam si
adjecisset verbum *masculos*, nisi fuisset ulterius progressa; nec coolervationis in familia præsumptio
colligi posset, ut benè explicat *Parisius d. cons. 87.
num.26.& 28.lib.2. Alciatus cons.546.n.2. Menoch.*
26 *cons.376.n.40.in fine.* Nec adest verbum *in perpetuum*, vel *semper*; Nec concurrit aliqua ex conje-
27 cturis inducentibus fideicommissum ex congestis
per *Menoc.lib.4.præsumpt. 68. per tot. de præsum-*
28 *ptian.* & quatenus hæc quæstio dubia fuisset, in
dubio tamen pronunciandum est, fideicommissum
non extare, prout authoritate *Rotæ Rom.* respondit
*Crovetta cons.102.in fin. Alciatus cons.483.in fine,
Menoch.cons.85.num.50.*

Et hæc dicta sint quòad portionem dictæ caratæ
obventam dicto Claudio ex persona dicti Federici ejus patrui, nam respectu alterius portionis
eidem obventæ ex persona Ugonis ejus patris, qui
decessit, eo, ac cœteris ejus fratribus filiis ipsius
Ugonis superstitibus, statim fuit expirata dicta
substitutio, juxta dictum *cons. Oldradi 21.* communiter receptum tam in consulendo, quàm in decidendo ab omnibus, ut latissimè testatur *Menoch.
lib.4.de præsumpt.præsumpt. 69. Thesaur. dec. 96.
n.32. Sfort. Oddus cons.66.n.67. Decianus cons. 56.
lib.5. Raudensis de analogiis cap.15.n.34. Hondedeus
consil.60.lib.1. Menoch.cons.760. Peregr. de fideic.
art.29.num.22.& seq.* & alii innumeri, quos consultò prætermitto, remittens me ad ea, quæ aliàs
scripsi *contr.24.lib.2.* pro Principe Satriani Equite
Aurei velleris, qui nuper ob miram in regendis
populis prudentiam, ac ingentia erga Regem promerita totius Regni novæ militiæ summo cum imperio ab Invictissimo nostro Rege profectus est. Et
proindè cum sit expirata dicta substitutio utroque
casu, & mortis d. Ugonis superstitibus dictis ejus filiis, & mortis Federici sine filiis, superstitibus dictis
ejus nepotibus ex fratribus ipsius prædefunctis,
nullus remanet dubitationi locus, quin potuerit
Regius Fiscus recto jure exequi facere super dictis
portionibus dicti Claudii pro pœna spreti mandati;
29 cum etiam non me latcat, ultimo loco ad fideicommissum vocatum posse bona fideicommissi etiam in
hæredem extraneum alienare *l. qui solidum §. prædium ff. de legatis 2.* cum simil. per *Molinam lib. 1.*
30 *de primogen.cap.4.num.1.* sic etiam, delinquentem
cum Fisco quasi contrahere, & in illum bona quasi
ex contractu alienare, *l. Imperatores ff. de Jure Fisci*, latè idem *Molina lib.4. cap.11. nu.8. de primog.*

Nec quicquam resistunt in contrarium supra
ponderata, atque adducta; nam ex suprà traditis
31 constat, quod non benè consuluit *Decius d. consil.*
98. & ibidem etiam advertunt recentiores *Addentes*, & tradit etiam *Alciatus*, qui testatur communem opinionem contra *Decium in d. §. quidam rectè 1. lect. num. 46.* & idem *Alciat. cons. 484. in fin.*
& melius *consil.542.& 545. Menoch. d. præsumpt.
71. num.6.& 15. lib.4.* & alii infrà citandi.

Nec etiam obstat id, quod tradit *Soci. in d. §. qui-*
32 *dam rectè*, sub *num.9.* siquidem *Soci.* communiter
reprobatur, ut ex sententia ejusdem *Dec. cons. 152.
num.4.* ubi ait, *Soci.* malè sensisse, eumque omnes
communiter damnarunt, præsertim *Rubeus, Alciat.
Torniell. Ruin. Paris.* & alii congesti per *Menoch.*
qui eos sequitur *cons.85.num.67. cons. 376. nu. 15.
vers. nec hic obstat, in fin.* & *Cephal.cons.353. n. 71.
& 87.* ubi *Cumani* sententiam contrà *Socin.* qui sibimet contradixerat in *d. cons.104.* veriorem etiam
existimat.

Neque obsistit quod ex *Bald. Dec. & Crav.* tradit
33 *Covarr. d. §. 2. num.7. de testam.* ubi firmat, quòd per
substitutionem factam sub nomine collectivo, *descendentes*, censeantur vocati per fideicommissum
ordine successivo, quoniam ex supra firmatis verissimis conclusionibus liquet, horum sententiam esse
communiter confutatam, ac reprobatam, prout eos
constantissimè reprobat, eorumque argumentis plenissimè sigillatim satisfacit, *Menoch. d. consil. 85. ex
num.37. usque ad 98.* & iterum idem *Menoch. cons.
376. num.14.* & *d. præsumpt.71. ex nu. 22.* & in specie adversùs *Covarr.* qui eam sententiam uti communem firmaverat, insurgit alter doctiss. Hispan.
*Ludovic. Molin. lib.1. de primog. c.5. n.27. versic. his
tamen non obstantibus*, ubi latè substinet eandem
Cuman. traditionem, ut in substitutione facta sub
nomine collectivo censeantur vocati per vulgarem, ità ut primo adeunte respectu omnium vocatorum expiret substitutio; nisi in substitutione
adsint verba habentia tractum temporis successivum, aut perpetuitatem, quo casu censentur vocati omnes per fideicommissum ordine successivo,
& hanc sententiam contrà *Covarr.* probat, inquam,
egregiè, ac multas *ll.* perpendit *Molina* ubi proximè usque ad *num.31.* & *num. 30. vers. ultimo loco*,
testatur, hanc opinionem esse verissimam, & quod
omnes Scribentes prædicti pro contraria parte citati, aut errant, aut æquivocè loquuntur, vel cum
adjectione aliquarum conjecturarum, ex quibus
dispositio tractum successivum, seu perpetuitatem
expostulet, prout apud ipsos videri poterit, & idem
Menoch. d. consil.85. ex num.82. & 97. in specie resolvit motiva *Cravett. d. cons. 22.* & ait, parùm sibi
deferendum esse, cum illismet dumtaxat rationibus,
quibus usus est *Socin. in d. §. quidam rectè, sub n.9.*
adducatur, quæ minus obstare ibidem ostendit,
& nos suprà diximus.

Declinantur etiam considerata per *Peregr. in d.
art.29.* ubi *num.28.* dicit, opinionem *Socin.* contra
Cuman. esse veriorem, cum ex prædictis contrarium ex communiori omnium Scribentium traditione liqueat.

Præterea *Socini* sententiam, tantùm abest, ut
34 veram fateamur, quinimò falsam, clara terminorum, ac casuum distinctione, solidissimisque rationibus demonstrabimus. Etenim substitutio de nepotibus, & eorum filiis, & descendentibus intelligitur facta ordine successivo, ut unus gradus post
alium veniat, cum etsi natura copulæ sit pariter invitare personas, inter quas ponitur; nihilominus
quando cadit inter personas, inter quas versatur
ordo

Digitized by Google

ordo juris, & ordinata charitas, tunc non conjunctionem, sed ordinem inducit, *Bal.* ac cœteri Scribentes in *l.Gallus §.quidam rectè ff.de lib. & posth.* ubi communiter *DD.* tradiderunt, hujusmodi substitutionem ordine successivo operari regulariter dubium autem stat circa practicam hujus ordi-
35 nis successivi, nam *Castr.* & *Soci.* ibi demonstrant, quod ordine successivo potest dupliciter intelligi, primo modo quod excluso priore in gradu sequens admittatur, sed admisso priore sequentes excludantur; secundo modo, quòd priore admisso, etiam effectualiter censeatur rogatus restituere sequenti in gradu, modò secundùm casuum varietatem (quos enumerat ibi *Socin. num. 13.*) aliquando secundùm primam, aliquando juxtà secundam intelligentiam iste ordo successivus practicatur.

36 Sed quòad casum ad rem nostram attinentem, quando plures vocantur ordine successivo per copulam in substitutione compendiosa, putà si testator dixerit, *quandocunque decesserit filius meus, substituto fratrem, & filios, seu fratrum filios, & nepotes*, quod isto casu practicetur ordo successivus secundùm primam intelligentiam, nempè quòd excluso priore in gradu sequens admittatur, & admisso priore sequentes omnes excludantur, ut sic primus gradus veniat per viam substitutionis fideicommissariæ, sequentes autem per viam substitutionis vulgaris, videlicet si primus hæres non erit, veniat secundus, & sic deinceps, defendunt *Socin.* in *d.l.gallus, §. quidam rectè prope finem*, & antè eum ibi *Cuman.* dicens, ità consuluisse cum *D.Fulgos.* idem *Soc.* in *cons.69.col.5.lib.3.* in *cons.74.col.4. lib.4. Ruin.cons.159. n. 9.lib.2. & cons.20.col.pen. lib.3.* & de substitutione facta post mortem filii hæredis instituti decedentis absque filiis, de Hieronymo nepote ex fratre, eiusque filiis, & nepotibus, quòd Hieronymo admisso per fideicommissariam, cœteri uti vocati, & subordinati per vulgarem post Hieronymum remaneant exclusi, consuluerunt *Alex.cons.22.lib.3.* duplicato in *consil.23.lib.4.* cum alio *cons.14.eod.lib. Jo:Baptistæ de Sanctaseverina*, ut dicit *Soc.* in *d.§.quidam rectè* val *Antonii de Prato* secundùm alios, & in eodem casu consuluit *Soc. sen.cons.113.* & duplicato *cons.238.lib.2. Corn.consil.17. lib.4. Crav.cons.131. num.4.* idem *Alex.consil.105. num.3. lib.1. Alciat.cons.35. num.20. lib.9. Castr.cons.383. notandum est, col.1.lib.1. Socin.* in *cons.249.* sub *num.22.lib.2.* & in *cons.69.col.5.vers. confirmatur*, & *cons.104. num.10 lib.3. Ruin.consil.92. lib.2.* & *consil.19. num.9. lib.3. Paris.Socin. jun. Decian. Cephal.Vegg. Riminal. August. Menoch. Tornell. Molin. Simon de Præt.* allegati per *Peregrin.de fideicomm.art.19.num.8.*

37 Et licèt ipse *Peregr.* ibidem *num.9.cum sequent.* contrariam opinionem defendat, nempè quòd in caso prædicto ordo successivus practicetur juxtà secundam intelligentiam, ut priore admisso, etiam effectualiter censeatur rogatus restituere sequenti in gradu, & sic deinceps usque ad ultimum vocatum, pro qua opinione in eadem causa, ipso patrocinante, bis judicatum asserit, & plures *DD.* pro sui sententia convocat.

Nihilominus prima opinio videtur magis communis, sed quicquid tamen sit, in substitutione compendiosa per copulam, plures gradus comprehendente, ut in casu nostro ubi vocatio non fuit facta copulativè per dictionem, *&*, sed disjunctivè per dictionem, *vel*, sive, *aut*, quæ est alternativa, cum testatrix nepotibus sine sobole decedentibus substituerit superstites ad invicem, aut eorum filios, vel descendentess.

Tuta est conclusio, quòd veniant nepotes, vel eorum filii, aut eorum descendentes ordine succes-
38 sivo secundùm primam intelligentiam, quòd excluso priore in gradu, sequentes omnes excludantur, undè cum Federico nepoti absque filiis obeunti successerit primò, & fuerit admissus Claudius pronepos testatricis pro illa portione, de qua in themate, sequentes in gradu, & sic ejus descendentes perpetuò sunt exclusi, quia per vulgarem tantùm vocati erant, si præcedens eos in gradu hæres non esset, ità ex *text.* in *l.cum pater, §. penult. ff. de leg. 2.* decidunt ibi *Bart.* & omnes Scribentes, ubi disjunctiva posita inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, stat propriè, & non resolvitur in conjunctivam, *Bart.* & alii in *l.cum quidam*, ubi *Jas. column.3. versic. limita C. de verb. signif. Bart.* in *d. l.gallus §. quidam rectè, col.2. vers. non obstat*, & ibi *Angel.* & *Castr.col.fin.vers.item quando*, & *Jas.* ibi *col.2.vers. advertè*, & apertiùs *num.26. vers.3. amplia*, *Soc. ibid.col.fin.* ubi loquens in casu suprà posito dicit, *sed si disjunctim facta esset vocatio, ità demum vocarentur filii, si prior non admittatur, cum ad ve-*
39 *ritatem disjunctivæ sufficiat alteram partem esse veram, l. si hæredi plures, ff. de condit. instit.* ergo sufficit unum admitti, idemque dixit *Soc.* in *consil.69.col.5.in fin.lib.3.*

Deciditur etiam hoc ex *text.* in *l.hæredes mei, §. fin.ff.ad Trebell.* ubi *Glos. Alex.* & cœteri commu-
40 niter concludunt, quòd quando alternativè plures vocantur, si primi secundùm ordinem charitatis, & scripturæ extant, sequentes perpetuò excluduntur, ità etiam in terminis substitutionis compendiosæ alternativè conceptæ, ut priore ad-
41 misso, cœteri sint exclusi, cum essent subordinati per viam substitutionis vulgaris, si prior hæres non esset, veniret secundus, & si secondus hæres non esset, veniret tertius, & proinde priore existente hærede, & admisso, alii sequentes remanent exclusi secundùm primam intelligentiam ordinis successivi, consuluerunt *Cuman.* in *consil.106. Alex. consil.30. lib.2. viso testamento, Albertini, Corn. cons.200. lib.2. Dec. cons.95. Paris.* in *consil.decisivo 21.lib.3. Ruin.cons.159. num.20.lib.2. Castr.* in *l.cum ita, §.in fideicommisso col.fin.vers.fecut C.de verb.signif.* & *Bald.* in *l.Cajus col.2. vers.extra, ff. sol. matr.* & in *cap.1.* ubi *Præposit. in t.notab. de eo, qui sibi, & hæred. suis*, quod pluribus disjunctivè vocatis, primus solus, si extat, admittitur, ex quibus cum testatrix substituit nepotibus morientibus absque sobole, nepotes superstites, vel eorum filios, aut eorum descendentes, dum ad successionem Federici mortui absque filiis fuerit admissus Claudius pronepos testatricis, & vocatus in secundo gradu, expiravit substitutio quòad descendentes Claudii vocati tertio loco, quia ità demum vocati erant, si Claudius non esset hæres, & sic per vulgarem substitutionem, & non per fideicommissariam ex prædictis, atque ità cum in casu nostro simus in vocatis per disjunctivam, quo casu servat naturam disjunctivæ quòad vulgarem, ità quod priore admisso, cœteri excludantur, extrà dubitationem nostra residet sententia, adeò quòd eam deinceps in dubium revocare cum tot clarissimis rationibus, ac *Doctorum* selectioribus

Digitized by Google

fententiis roboretus, fit pœnitus impoſſibile. Quicquid io contrarium dixerit *Decius dicto confil.*95. docet *Soc.conf.*113. *col.penult. verſic. quinimò*, *Alex.conſil.*170 *lib.*5.*Soc.Jun.conſ.*100.*num.*33. & *ſeq.lib.*3.*Ripa* in *l.heredes mei*, *§.fin.num.*9. *ff. ad Trebell.* & contra *Dec.* expreſsè conſuluit *Alciat.conſ.*83.& 89.*lib.*9. & *conſ.*5.*num.*9.*lib.*4.*Pancirolus conſ.*59. *num.*10. quos refert, & ſequitus idem *Peregrinus art.*18.*num.*24. ubi inquit, *Decium* in hac re aberraſſe, & adeò hanc ſententiam
42 eſſe veram, ut nec etiam operetus clauſula codicillaris in hoc caſu effectum, fideicommiſſariæ inter primum, & ſecundum, ut antè eum animadverterat *Ripa* ubi ſuprà, & confitetus *Peregrin.* ibidem, hunc caſum non fuiſſe conſideratum à *Socin.* ubi vocantus per disjunctivam, ſicut in caſu noſtro.

Rurſus in ſpecie noſtra adſunt verba illa, *quod*
43 *ſuccedant in ſtirpes*, & *non in capita*, quæ non conveniunt paſſivæ, ſed activæ tantùm ſubſtitutioni, ut ſuprà ex *Socin. Parif. Menoch.* & aliis fundavimus, quæ non aderant in caſu *Peregr.* in *d.art.*19.

44 Nec tandem vim facit ſententia lata in anno 1571.per quam fuit excluſa Julia de Azza uxor dicti quond. Federici ſuper dictis caratis dicti Federici, ſtante fideicommiſſo prædicto, quia dictus Federicus erat jam gravatus de illas reſtituendo dictis ejus nepotibus à dicta Diana, ex quo ſine filiis deceſſerat, & ſic dicta ſubſtitutio vigebat in perſonam ipſius Federici cujus erat creditrix dicta Julia uxor, nos autem fatemus, fuiſſe expiratam in perſonam Baldaxaris junioris ejus nepotis ex Nicolao fratre prædefuncto, & in perſonam Claudii, al orumque ejus fratrum filiorum Ugonis ſimiliter fratris prædefuncti, & ſic dicta ſententia recto jure proceſſit, & juxtà formam dictæ ſubſtitutionis.

Ex quibus non immerito concludendum eſt in beneficium Regii Fiſci contrà dictum Claudium in hac ejus vana prætenſione dicti fideicommiſſi.

S V M M A R I V M.

1 *PVblicanorum avaritia in conducendis vectigalibus Regiis, eorumque calliditas in petendo reſtauro, ſivè mercedis remiſſione.*

2 *Mercedis remiſſio quibus ex cauſis poſtulata fuerit à publicanis.*

3 *Mutatio monetæ facta antè locationem non eſt cauſa petendæ remiſſionis mercedis.*

4 *Effectus Bancarii duorum tertiorum non dicuntur vera moneta, dum non eſt parato ſolutioni ad libitum creditoris, ſed potius dici debet nomen debitoris.*

5 *Pretium regulariter ſolvendum eſt in pecunia numerato.*

6 *Moneta dici non poteſt quæ formam non habet, in qua tria ſunt neceſſaria, quæ explicantur* num.7.

8 *Decreti generalis Regii Collateralis Conſilii ratio, quarè fuit emanatum.*

9 *Succurrendum non eſt ei, qui ſpontè in neceſſitate ſe ponit.*

10 *Neceſſitas, in qua quis incidit ex propria culpa, non excuſat.*

11 *Voluntarium dicitur id, quod fit ex neceſſitate, quam quiſque ſibi impoſuit.*

12 *Dilatio à Principe alicui conceſſa non extenditur ad debita poſtmodum contracta, quod procedit ubi agitur de præjudicio creditoris, non tantùm reſpectu temporis, ſed etiam reſpectu ſummæ ex majoritate rationis.*

13 *Solum quod fuit promiſſum, venit in obligatione ſolvendi.*

14 *Debitor liberatur quando petit id, quod eſt in obligatione, ſivè ſit ſpecies, ſivè genus ſubalternum, quod quomodo procedat, declaratur,* num.15. & 16.

17 *Decretum generale non reſpicit obligationem, ſed facultatem ſolvendi.*

18 *Perempta re, quæ eſt in facultate ſolvendi, non liberatur debitor, quia tenetur ad quantitatem, quæ eſt in obligatione, & triplex ratio affertur,* num.19.

20 *Exactio, & ſolutio non ſunt ad imparia judicanda, & ideò ſi exactio fructuum fuit facta in pecunia numerata, ità pariter facienda erit ſolutio locatori.*

21 *Caſus inopinatus non dicitur quando adeſt probabilis ſuſpitio.*

22 *Mutatio monetæ pluriès accidit in Regno, undè mutationis monetæ caſum non poteſt dici inſolitus,* num.23.

24 *Caſus inſolitus dicitur ſi ſemel per mille annos accidit ſecundùm* Bart. *vel ſecundum* Corn. *ſi ſemel infrà centum annos.*

25 *Fiſcus differt à Principe, & alius eſt Fiſcus, alius verò Princeps.*

26 *Referuntur deciſiones* S. C. *pro denegata deductione, & Regiæ Cameræ Summariæ* num.27.

28 *Remiſſio mercedis peti non debet ex cauſa lucri amiſſi, ſed damni paſſi à conductore quo caſu non ſufficit probaſſe Gabellarium lucrum etiam magnum amiſiſſe ad finem obtinendi reſtaurum, ſed requiritur probatio damni exceſſivi, & quòd remanſat læſus ultrà dimidiam.*

29 *Ut aliquod veniat in obligatione, eſt ſpecialiter exprimendum.*

30 *Solutio præſumitur promiſſa in pecunia numerata, & regulariter pretium intelligitur etiam in pecunia numerata.*

31 *Solutio quando fieri promittitur à debitore, & non exprimitur qualitas monetæ, intelligitur, de uſuali, & currenti fuiſſe conventum.*

32 *Morbus peſtilentialis quando non eſt univerſalis, ſed particularis in certo loco, non eſt facienda in dicto caſu remiſſio mercedis conductori.*

33 *Fundamentum quod eſt intentionis alicujus, ab eo probandum eſt, quod ſi fuèrit amiſſum, ſequitur abſolutio.*

34 *Conductor licèt quando propter bellum, vel peſtem non potuit exigere fructus gabellæ, petere poſſit remiſſionem mercedis, quia caſus fortuitus dicitur, declaratur tamen dicta concluſio* num.35. 36.37.38. & 39.

40 *Damnum intolerabile judicatur quando non unius rei, ſed omnium rerum conductarum ſimul reditus deficit, & omnium conductarum rerum ſimul reditus habenda eſt ratio, & quod deeſt in uno, ſuppletur ex ubertate alterius,* & num.44.

41 *Item conſideratur damnum habito reſpectu ad penſionem, quæ ſolvitur, non autem ad lucrum, quod conductor amittit propter caſum fortuitum.*

42 *Item conferri debeant reditus, & fructus totius temporis locationis, & attendenda eſt univerſalis locatio.*

43 *Locatio licèt facta fuerit per plures annos, unica*

ta-

Digitized by Google

tamen est, & non plures, & solutio divisa in tempora censetur facta gratia commodioris solutionis.

45 *Damnum intolerabile, quod dicatur pro mercedis remissione concedenda conductori, plures recensentur* DD. *opiniones ex* Bossio, Gomesio, Covar. Menoch. *& aliis.*

46 *Damnum intolerabile ex communi, & magis recepta opinione dicitur quando conductor, sivè Gabellarius remanet læsus ultrà dimidium, habito respectu ad id, quod exigitur, & ad id, quod solvitur, deductis expensis, & referuntur decisiones* num. 47.

48 *Credenzeriorum libris non erit standum, & ex eis non rectè probatur perceptio fructuum Gabbellarum.*

49 *Dictio, &c. attendenda est in amplissimo forma in Fisci beneficium, & ideò attendenda est renunciatio facta cum prædicta dictione, &c. ad casus fortuitos, & ad omnes alias exceptiones.*

54 *Renunciatio casuum fortuitorum simplex quòd extendatur etiam ad incognitos, ex Glosa, Bart. doctrina, & aliorum, referuntur DD. qui contrarium voluerunt.*

51 *Mercedis remissio facienda est quando ex nova impositione conductor damnum patitur.*

52 *Propter peccata veniunt adversa.*

ARGUMENTUM.

Agitur de locatione Regiarum Gabellarum. Cui, quando, & quibus casibus facienda sit remissio mercedis publicania, seù conductoribus ipsarum; Quod dicatur damnum intolerabile, quivè casus fortuitus pro obtinendo restauro; Et de generali renunciatione facta cum juramento. Ac de mutatione monetæ, ubi ferè tota materia pertractatur cum declarationibus ad Decretum generale Regiæ Junctæ desuper editum quòad solutiones faciendas, & de qua pecunia sit facienda solutio, magistraliter continetur.

RESPONS. XVII.

1 Ntiqua, & nota publicanorum, audacia, temeritas, & avaritia, adeò in immensum excrevit, ut dum de conducendis vectigalibus agunt, in quibus publicam utilitatem versari constat, cum ipsa sint nervi Reipublicæ, & Regum quodammodò stipendia continuata, simul variis callidissimis, & vafris adinventionibus cogitant, quo pacto valeant Fiscum capere, fidem, & Regem ipsum fallere, & solutionem statutis temporibus effugere, & vice adimplementi contractus lites proponere inestricabiles, excomputa, & restaura petere ex frivolissimis, ut plurimum causis, quibus Fiscus, ejusque Consignatarii defatigati, eas deserere cogantur, ut vectigalia destinata ad Regni, & Monarchiæ defensionem, & tutelam, ad ipsorum publicanorum compendium, ne dicam rapinas, & Regnicolarum vexationem conversa videantur, adeò ut prius præparantur capita excomputi, quàm oblationes pro ipsis conducendis efferantur. Cui malo nisi pro Judicantium religione presso, maxima severitate, & celeritate simul occurratur, exhausto ærario Regnum ipsum cum subditis de facili ruet.

Ut igitur incipiamus ab Arrendamento Olei, & Saponis; judicium institutum per Gubernatores ipsius adversùs Fiscum, licèt quamplures contineat aereas, & confusas prætensiones ad colorandum prætensum excomputum, sivè emendam pro rata

2 prætensi damni passi ad quatuor tamen restringitur capita, sivè causas, ex quibus contendunt, concedendum restaurum, videlicet ex causa mutationis monetæ, pestis in Insula Siciliæ, belli, ac novæ impositionis quinque pro centenario, quæ omnia supervenisse figurant inopinatè post contractum Arrendamentorum de Mense Januarii 1623. Ad quæ etiam capita reducuntur prætensiones cæterorum Gubernatorum Dohanæ majoris Neap. & Arrendamentorum Serici, & Croci, Salis Dohanarum Apuleæ, & reliquorum omnium, aliquibus paulò additis, vel mutatis.

Nos verò, sicuti pro Regio Fisco nullatenus esse locum petito restauro, sivè emendæ in facti specie in singulis quibusque casibus diversorum vectigalium apertissimè fundavimus, nunc iterum, ex juris etiam dispositione constantissimè demonstrabimus, ut quòd adversùs excomputum in arrendamento Olei proponetur ad exclusionem restauri, in cæteris quoque vectigalibus ex facti, & rationis identitate censeatur.

Contendunt igitur Adversarii, deberi eisdem restaurum ex causa mutationis monetæ duorum tertiorum, sub prætextu, quod ea intentione dictum Arredamentum susceperint de mense Januarii 1623. quia tunc temporis extabat usus solvendi illam monetam Bancariam duorum tertiorum, quæ cum deindè in mense Augusti ejusdem anni fuerit jussu Principis sublata, meritò sit eis concedenda deductio propter hunc casum.

Verùm quàm vana sit hæc prima causa prætensi restauri, nemo est qui nesciat, cum certissimum

3 sit, nullam mutationem monetæ supervenisse post cœptum Arrendamentum, quæ fuerat mutata longè antè sub die 2. Martii 1623. undè in mense Januarii 1623. aderat jam moneta nova, & licèt etiam

4 adessent effectus illi bancarii duorum tertiorum, illa tamen non erat vera moneta, dum non erat parata solutioni ad libitum creditoris, sed potius erat nomen debitoris, quamobrem nullatenus fieri poterat solutio per dd. Gubernatores de dicta mone-

5 ta bancaria, reluctantibus Consignatariis, cum pretium regulariter sit solvendum in pecunia numerata, *l. 1. ff. de rer. divis. § item pretium; Instit. de empt. & vendit. Mantica lib. 4. tit. 1 1. num. 2. de*

6 *tacitis convent.* nec dicitur moneta quæ non habet

7 formam, in qua tria constat esse necessaria. Primò, perfecta in materia. Secundò, ut sit justi ponderis, ex quo regulatur etiam valor, & æstimatio. Tertiò, ut formam contineat, ut dignoscatur scilicet, cujus sit Principis, sine qua forma nulla potest esse pecunia, *l. 1. C. de veter. numism. pot. lib. 1 1.* cum aliis per *Thesaur. jun. de aug. monetæ in princ. num. 5. & 7.* quorum nihil concurrit in hac moneta imaginaria.

Hanc verissimam conclusionem Adversarii conantur forsan restringere in casu nostro duplici ratione. Primò scilicet vigore decreti generalis sub die 17. Novembris 1622. quo jussum fuit, quòd solutio omnium onerum fieri possit de d. pecunia, seù veriùs effectibus, & numinibus bancariis. Secundò, quia in oblatione fuit expressè conventum, solutiones faciendas per medium Banci: undè videtur illam, quam ipsi baptizant pecuniam bancariam, fuisse in obligationa solvendi, & propterea

illa

sententiis roboretur; sit pœnitus impossibile. Quicquid in contrarium dixerit *Decius dicto consil.*95. docet *Soc.conf.*113. *col.penult. versic. quinimò, Alex.consil.*170 *lib.*5.*Soc.Jun.conf.*100.*num.*33. *& seq.lib.*3.*Ripa* in *l.heredes mei*, *§.fin.num.*9. *ff. ad Trebell.* & contra *Dec.* expressè consuluit *Alcios.conf.*83.*&* 89.*lib.*9. & *conf.*5.*num.*9.*lib.*4.*Pancirolus conf.*59. *num.*10. quos refert, & sequitur idem *Peregrinus art.*18.*num.*24. ubi inquit, *Decium* in hac re aberrasse, & adeò hanc sententiam
42 esse veram, ut nec etiam operetur clausula codicillaris in hoc casu effectum, fideicommissariæ inter primum, & secundum, ut antè eum animadverterat *Ripa* ubi suprà, & confitetur *Peregrin.* ibidem, hunc casum non fuisse considesatum à *Socin.* ubi vocantur per disjunctivam, sicut in casu nostro.

Rursus in specie nostra adsunt verba illa, *quod*
43 *succedant in stirpes, & non in capita*, quæ non conveniunt passivæ, sed activæ tantùm substitutioni, ut suprà ex *Socin. Paris. Menoch.* & aliis fundavimus, quæ non aderant in casu *Peregr.* in *d.art.*19.

44 Nec tandem vim facit sententia lata in anno 1571.per quam fuit exclusa Julia de Azza uxor dicti quond. Federici super dictis caratis dicti Federici, stante fideicommisso prædicto, quia dictus Federicus erat jam gravatus de illas restituendo dictis ejus nepotibus à dicta Diana, ex quo sine filiis decesserat, & sic dicta substitutio vigebat in personam ipsius Federici cujus erat creditrix dicta Julia uxor, nos autem fatemur, fuisse expiratam in personam Baldaxaris junioris ejus nepotis ex Nicolao fratre prædefuncto, & in personam Claudii, aliorumque ejus fratrum filiorum Ugonis similiter fratris prædefuncti, & sic dicta sententia secto jure procedit, & juxtà formam dictæ substitutionis.

Ex quibus non immerito concludendum est in beneficium Regii Fisci contrà dictum Claudium in hac ejus vana prætensione dicti fideicommissi.

SUMMARIUM.

1 *Publicanorum avaritia in conducendis vectigalibus Regiis, eorumque calliditas in petendo restauro, sivè mercedis remissione.*

2 *Mercedis remissio quibus ex causis postulata fuerit à publicanis.*

3 *Mutatio monetæ facta antè locationem non est causa petendæ remissionis mercedis.*

4 *Effectus Bancorii duorum tertiorum non dicuntur vera moneta, dum non est parata solutioni ad libitum creditoris, sed potius dici debet nomen debitoris.*

5 *Pretium regulariter solvendum est in pecunia numerata.*

6 *Moneta dici non potest quæ formam non habet, in qua tria sunt necessaria, quæ explicantur* num.7.

8 *Decreti generalis Regii Collateralis Consilii ratio, quarè fuit emanatum.*

9 *Succurrendum non est ei, qui spontè in necessitate se ponit.*

10 *Necessitas, in qua quis incidit ex propria culpa, non excusat.*

11 *Voluntarium dicitur id, quod fit ex necessitate, quam quisque sibi imposuit.*

12 *Dilatio à Principe alicui concessa non extenditur ad debita postmodum contracta, quod procedit ubi agitur de præjudicio creditoris, non tantùm respectu temporis, sed etiam respectu summæ ex majoritate rationis.*

13 *Solum quod fuit promissum, venit in obligatione solvendi.*

14 *Debitor liberatur quando petit id, quod est in obligatione, sivè sit species, sivè genus subalternum, quod quomodo procedat, declaratur*, num.15. & 16.

17 *Decretum generale non respicit obligationem, sed facultatem solvendi.*

18 *Perempta re, quæ est in facultate solvendi, non liberatur debitor, quia tenetur ad quantitatem, quæ est in obligatione, & triplex ratio affertur* num.19.

20 *Exactio, & solutio non sunt ad imparia judicanda, & ideò si exactio fructuum fuit facta in pecunia numerata, ità pariter facienda erit solutio locatori.*

21 *Casus inopinatus non dicitur quando adest probabilis suspitio.*

22 *Mutatio monetæ pluriès accidit in Regno, undè mutationis monetæ casum non potest dici insolitus*, num.23.

24 *Casus insolitus dicitur si semel per mille annos accidit secundùm* Bart. *vel secundum* Corn. *si semel infrà centum annos.*

25 *Fiscus differt à Principe, & alius est Fiscus, alius verò Princeps.*

26 *Referuntur decisiones S.C. pro denegata deductione, & Regiæ Cameræ Summariæ* num.27.

28 *Remissio mercedis peti non debet ex causa lucri omissi, sed damni passi à conductore quo casu non sufficit probasse Gabellarium lucrum etiam magnum amisisse ad finem obtinendi restaurum, sed requiritur probatio damni excessivi, & quòd remaneat læsus ultrà dimidium.*

29 *Ut aliquod veniat in obligatione, est specialiter exprimendum,*

30 *Solutio præsumitur promissa in pecunia numerata, & regulariter pretium intelligitur etiam in pecunia numerata.*

31 *Solutio quando fieri promittitur à debitore, & non exprimitur qualitas monetæ, intelligitur, de usuali, & currenti fuisse conventum.*

32 *Morbus pestilentialis quando non est universalis, sed particularis in certo loco, non est facienda in dicto casu remissio mercedis conductori.*

33 *Fundamentum quod est intentionis alicujus, ab eo probandum est, quod si fuèrit omissum, sequitur absolutio.*

34 *Conductor licèt quando propter bellum, vel pestem non potuit exigere fructus gabellæ, petere possit remissionem mercedis, quia casus fortuitus dicitur, declaratur tamen dicta conclusio* num.35. 36.37.38. & 39.

40 *Damnum intolerabile judicatur quando non unius rei, sed omnium rerum conductarum simul reditus deficit, & omnium conductarum rerum simul reditus habenda est ratio, & quod deest in uno, suppletur ex ubertate alterius, &* num.44.

41 *Item consideratur damnum habito respectu ad pensionem, quæ solvitur, non autem ad lucrum, quod conductor amittit propter casum fortuitum.*

42 *Item conferri debeant reditus, & fructus totius temporis locationis, & attendenda est universalis locatio.*

43 *Locatio licèt facta fuerit per plures annos, unica*

ta-

tamen est, & non plurea, & solutio divisa in tempora censetur facta gratia commodioris solutionis.

45 *Damnum intolerabile, quod dicatur pro mercedis remissione concedenda conductori, plures recensentur* DD. *opiniones ex* Bussiu, Gumasio, Covar. Menoch. *& aliis.*

46 *Damnum intolerabile ex communi, & magis recepta opinione dicitur quando conductor, sivè Gabellarius remanet læsus ultrà dimidiam, habito respectu ad id, quod exigitur, & ad id, quod solvitur, deductis expensis, & referuntur decisiones* num.47.

48 *Credenzeriorum libris non erit standum, & ex eis non rectè probatur perceptio fructuum Gabbellarum.*

49 *Dictio,* &c. *attendenda est in amplissima forma in Fisci beneficium, & ideò attendenda est renunciatio facta cum prædicta dictione,* &c. *ad casus fortuitos, & ad omnes alias exceptiones.*

54 *Renunciatio casuum fortuitorum simplex quòd extendatur etiam ad incognitos, ex* Glosa, Bart. *doctrina, & aliorum, referuntur* DD. *qui contrarium voluerunt.*

51 *Mercedis remissio facienda est quando ex nova impositione conductor damnum patitur.*

52 *Propter peccata veniunt adversa.*

ARGUMENTUM.

Agitur de locatione Regiarum Gabellarum. Cui, quandu, & quibus casibus facienda sit ramissio mercedis publicanis, seù conductoribus ipsarum; Quod dicatur damnum intolerabile, quivè casus fortuitus pro obtinendo restauro; Et de generali renunciatiune facta cum juramento. Ac de mutatione monetæ, ubi ferè tota materia pertractatur cum declarationibus ad Decretum generale Regiæ Junctæ desuper editum quoad solutiones faciendas, & de qua pecunia sit facienda solutio, magistraliter continetur.

RESPONS. XVII.

1 ANtiqua, & nota publicanorum, audacia, temeritas, & avaritia, adeò in immensum excrevit, ut dum de conducendis vectigalibus agunt, in quibus publicam utilitatem versari constat, cum ipsa sint nervi Reipublicæ, & Regum quodammodò stipendia continuata, simul variis callidissimis, & vafris adinventionibus cogitant, quo pacto valeant Fiscum capere, fidem, & R gem ipsum fallere, & solutionem statutis temporibus effugere, & vice adimplementi contractus lites proponere inextricabiles, excomputa, & restaura petere ex frivolissimis, ut plurimum causis, quibus Fiscus, ejusque Consignatarii defatigari, eas deserere cogantur, ut vectigalia destinata ad Regni, & Monarchiæ defensionem, & tutelam, ad ipsorum publicanorum compendium, ne dicam rapinas, & Regnicolarum vexationem conversa videantur, adeò ut prius præparantur capita excomputi, quàm oblationes pro ipsis conducendis efferantur. Cui malo nisi pro Judicantium religione presso, maxima severitate, & celeritate simul occurratur, exhausto ærario Regnum ipsum cum subditis de facili ruet.

Ut igitur incipiamus ab Arrendamento Olei, & Saponis; judicium institutum per Gubernatores ipsius adversùs Fiscum, licèt quamplures contineat aereas, & confusas prætensiones ad colorandum prætensum excomputum, sivè emendam pro rata
2 prætensi damni passi ad quatuor tamen restringitur
capita, sivè causas, ex quibus contendunt, concedendum restaurum, videlicet ex causa mutationis monetæ, pestis in Insula Siciliæ, belli, ac novæ impositionis quinque pro centenario, quæ omnia supervenisse figurant inopinatè post contractum Arrendamentorum de Mense Januarii 1623. Ad quæ etiam capita reducuntur prætensiones cæterorum Gubernatorum Dohanæ majoris Neap. & Arrendamentorum Serici, & Croci, Salis Dohanarum Apuleæ, & reliquorum omnium, aliquibus paulò additis, vel mutatis.

Nos verò, sicuti pro Regio Fisco nullatenus esse locum petito restauro, sivè emendæ in facti specie in singulis quibusque casibus diversorum vectigalium apertissimè fundavimus, nunc iterum, ex juris etiam dispositione constantissimè demonstrabimus, ut quod adversùs excomputum in arrendamento Olei proponetur ad exclusionem restauri, in cæteris quoque vectigalibus ex facti, & rationis identitate censeatur.

Contendunt igitur Adversarii, deberi eisdem restaurum ex causa mutationis monetæ duorum tertiorum, sub prætextu, quod ea intentione dictum Arredamentum susceperint de mense Januarii 1623. quia tunc temporis extabat usus solvendi illam monetam Bancariam duorum tertiorum, quæ cum deindè in mense Augusti ejusdem anni fuerit jussu Principis sublata, meritò sit eis concedenda deductio propter hunc casum.

Verùm quàm vana sit hæc prima causa prætensi
restauri, nemo est qui nesciat, cum certissimum
3 sit, nullam mutationem monetæ supervenisse post
cœptum Arrendamentum, quæ fuerat mutata longè antè sub die 2. Martii 1623. undè in mense Januarii 1623. aderat jam moneta nova, & licèt etiam
4 adessent effectus illi bancarii duorum tertiorum, il-
la tamen non erat vera moneta, dum non erat parata solutioni ad libitum creditoris, sed potius erat nomen debitoris, quamobrem nullatenus fieri poterat solutio per dd. Gubernatores de dicta mone-
5 ta bancaria, reluctantibus Consignatariis, cum
pretium regulariter sit solvendum in pecunia numerata, *l.1.ff. de rer. divis.§.item pretium; Instit. de empt. & vendit. Mantica lib.4. tit.11. num.2. de*
6 *tacitis convent.* nec dicitur moneta quæ non habet
7 formam, in qua tria constat esse necessaria. Primò,
perfecta in materia. Secundò, ut sit justi ponderis, ex quo regulatur etiam valor, & æstimatio. Tertiò, ut formam contineat, ut dignoscatur scilicet, cujus sit Principis, sine qua forma nulla potest esse pecunia, *l.1.C.de veter.numi pot.lib.11.* cum aliis per *Thesaur.jun.de aug. monetæ in princ. num.5. & 7.* quorum nihil concurrit in hac moneta imaginaria.

Hanc verissimam conclusionem Adversarii conantur forsan restringere in casu nostro duplici ratione. Primò scilicet vigore decreti generalis sub die 17. Novembris 1622. quo jussum fuit, quòd solutio omnium onerum fieri possit de d. pecunia, seù veriùs effectibus, & nominibus bancariis. Secundò, quia in oblatione fuit expressè conventum, solutiones faciendas per medium Banci: undè videtur illam, quam ipsi baptizant pecuniam bancariam, fuisse in obligatione solvendi, & propterea

illa

illa perempta, a d aliud non tenentur, nisi ad æquivalens, qood arbitratum fuit per Collat. Conf. in duc.80. pro quolibet centenario; sed utrumque non obstat.

8 Primum ex decreto generali non obsistit, tum quia illud expediens sumptum per Collat. Coof. facultatis solvendi illo modo, fuit succurrendi causa debitoribus, illo tempore angustiatis ab importuna exactione ad instantiam eorum creditorum, qui ad solutionem urgebant io pecunia numerata, & proinde in eodem decreto statuitur, quod respectu solutionum, quæ spontè quisque facturus esset, prout sunt retroventiones annuorum introituum non fierent de duobus tertiis, quia hoc casu cessabat ratio prædicta, dum non aderat importunitas, sive urgentia creditoris ad solutionem cogentium, & propterea non erat necesse eisdem debitoribus succurrere, in damnum creditorum, in actu, qui voluntariè ariè fiebat per debitorem, at in casu nostro cessat ratio d.decreti, quia post publicationem illius edicti, Gubernatores nulla necessitate urgente sed voluntariè cœperunt affictum prædictum, unde eisdem imputandum, si spontè se in necessitatem solvendi in pecunia numerata posuerunt, quia non

9 est succurrendum ei, qui spontè in necessitate se ponit, *Glo. Bart.* & alii in *l.si mulier*, *ff. quod metus*

10 *causa*, & necessitas, in qua m quis incidit ex propria culpa, non excusat, *l. fidejussor §. si necessa-*

11 *ria ff. qui satisd. cogant*, & voluntarium dicitur id, quod fit ex necessitate, quam quisque sibi imposuit, *l. nec dum in § ff. de judic Crav.in resp.pro genero num.44. & 386. Surd.de alim.tit.6. q.9.num.14.* &

12 dilatio a Principe alicui concessa non extenditur ad debita postmodum contracta, *Guid.Pap.decis.* 109. *Dom.Rovit.in Pragm.3. num.32. de cess. bonorum Galier.in praxi liquidat.inst.2.par.3.par.princ. num.30.* & si hoc militat ubi agitur de præjudicio creditoris respectu temporis tantùm, quantò fortiùs quando agitur respectu summæ, cum re vera longè minus percipiatur in moneta bancaria duorum tertiorum, & sic liquet, quòd solutio facienda per dd. Gubernatores etiam tempora duorum tertiorum erat facienda in pecunia numerata. Tum etiam quia respectu affictuum in eodem decreto ordinatorum, quòd valeret fieri solutio de duobus tertiis pro medietate tantùm, & pro alia medietate in pecunia numerata, & quatenus decretum prædictum haberet locum in hoc affictu, quòd nullatenus admittimus, ut proximè fundavimus, tamen secundum lecturam eorundem Adversariorum liquet, ipsos percepisse infrà tempus, quo currebat dicta moneta bancaria duc. 113. m. à quibus percepisse alagiam ad rationem duc.30. pro centenario, prout in 6. & 7. eorum articolis; sequitur ergo, quod medietas, quæ erat solvenda juxtà eorum lecturam io pecunia numerata, fuit soluta de duobus tertiis cum alagio prædicto in beneficium ipsorum, ascendente ad duc. 17. m. quod quidem alagium non jure acceperunt, & contrà conscientiam, dum tenebantur solvere in pecunia currenti, & id totum cedere debet in beneficium R. Fisci, & ejus Consignatariorum.

Insuper quamvis prædicti Gubernatores potuissent solvere de dicta pecunia duorum tertiorum, adhuc dicimus, quod nullum debetur eis excomputum pro quantitatibus non solutis de illa moneta, quod quidem ex pluribus fundatur.

Primò, quia clarum est, pecuniam illam bancariam duorum tertiorum non fuisse in obligatione dd. Gubernatorum, prout ipsi conantur fundare ex oblatione, sed tantum in facultate solvendi, quatenus proximè per nos fundata non militarent,

13 non enim promiserunt solvere expresse de pecunia duorum tertiorum, tunc enim esset io obligatione solvendi ut notabiliter docet *Bart.in l.si quis stipulatus decem in melle 57.sub n.5. ff.de solut.*& io dicto casu vera est conclusio, quod quando perit il-

14 lud, quod est in obligatione, sive sit species, sive genus subalternum, debitor est liberatus, ut *DD.* omnes in *l. quod te*, ubi *Bar.num.8.ff.si cert.pet.* & in *l.si ex legati causa ff. de verb. oblig.* verùm hoc

15 cum duplici moderatione intelligitur. Primum, quod debitor ex re perempta nihil lucretur, nam quod lucratur præstare debet, ut si pretium rei peremptæ esset pœnes ipsum debitorem quantitatis ut *Dec. Rip.& Cagnol.num.53.in d.l.quod te*, nam justum non est com aliena jactura locupletari, *DD.* in *l.si Stichus ff. de verb. oblig.* & ideò per Regiam Pragm.ordinatur deductio 20.pro centenario in solutionibus faciendis ex causa Apocarum Banci, vel cambii illo tempore, qoia præsupponit indubitatè, solutionem, fuisse promissam de duobus tertiis, & sic illam pecuniam fuisse in obligatione, & principaliter debitam, quo casu ex peremptione illius monetæ licèt de rigore debitor fuisset liberatus, tamen ex æquitate tenebantur ad æqoivalens illius effectus bancarii, quod apud eum remanet creditori ex causa onerosa, ne cum illius damno ditescat, quam æstimationem in 80. pro centenario æstimavit Collaterale Consil. per dictam Pragm.

16 Secundum moderamen est speciale in pecuoia, nam qui tenetur ad aliquam speciem pecuniæ, si ea fuerit tempore solutionis reprobata, nec reperiatur, communior est sententia, ut in moneta nova solvatur æquivalens, ut docet idem *Bart.* in *d.l. quod te, num.6.Jaf. num.16. Ripa num.24. Mant. nu.38. Cagnol.num.64. idem Bart.* in *l.Paulus*, *num.6. ff. de sol.* & alii passim, *Boer.decis.327.num.12. Natta consil.454. Brun.de monetis concl.2. Sola de monetis, q.22.* Hinc factum est, quod cum iotegrum genus subalternum monetæ, nempè bancariæ perierit, æstimatio illius, quæ in illis duobus casibus Pragm.principaliter in obligatione erat debita solveretur in moneta nova, cujus æstimatio in 80.

17 pro singulis centum fuit taxata. Ex quibus duo colliguntur verissima. Primum, quòd dictum decretum generale non concessit, nisi facultatem solvendi, prout Pars præsupponit, & nos negamus in ea pecuniæ specie, & sic non respicit obligationem, sed, facultatem solvendi, ut post *Bart.*in *d. l. si Stichus* tradit *Imol.* in *l.si duo 128. in fi.ff.de*

18 *verb. oblig.* At quando res, quæ est in facultate solvendi desierit solvi posse, non liberatur debitor, quia tenetur ad quantitatem, quæ est in obligatione, prout probaverunt in *d.l.quod te*, *Decius* sub *num.25.R po num.18. Rimia.* sub *num.5.Buttigel. num.17. Curt.* & alii, & antè eos *Bald.*in *l. incen-*

19 *dium C.si cert.petatur* cujus triplex est ratio. Prima *Ripæ*, quia id, quod est in facultate solvendi est accessorium ad illud, quod est in obligatione, ideò sublato accessorio remanet principale. Secunda *Rimin. sen.* quia rectè arguitur ab adjecto ad id, quod est in solutione, at si variatur adjectus solutioni, non liberatur debitor, quia tenetur solvere principali. Tertia *Curtii*, quia cum perfecta sit obligatio, non debet resolvi, quia interest illud,

quod

Digitized by Google

quod est in solutione: cum igitur in casu præsenti monetæ bancaria duorum tertiorum interierit, quia ex ordine Domini Proregis 2. Augusti 1623. non fuit amplius expendibilis, & sic non est in facultate debitoris eam solvere, utique remanet adstrictus ad præstandum illud, quod est in obligatione, nempè ad quantitatem in oblatione contentam.

Secundum, quòd à casu Pragmaticæ, ubi pecunia bancaria est principaliter in obligatione ad casum nostrum, ubi est solum in facultate solvendi, non rectè infertur, ex not. in *l. milet, §. decem, ff. de re jud.* nam in primo casu esset debitor liberatus de rigore, sed ex æquitate ordinatur, quòd solvat æquivalens effectus bancatii, quod apud eum remanet, ne ditetur cum aliena jactura. At in secundo casu nullo modo liberatus est ab eo, quod est in obligatione, licèt interierit pecunia bancaria meritò ad integram pecuniam in oblatione contentam tenentur, &c.

20 Præterea si exactio diriƈtuum, & fructuum diƈti Arrendamenti fuit facta integrè in pecunia numerata, qua ratione defendi poterit, quod solutio fiat in alia specie, in maximum detrimentum creditorum cum Arrendatorum locupletatione.

Quinimmò etiam si essemus in casu mutationis monetæ, & aliquod damnum emersisset, ex illius mutatione deberet dd. Gubernatoribus imputari, quia diƈtum periculum suscepisse videntur, sicut excedens utilitas eorum fuisset, eò magis cum non omnis moneta fuerit reprobata, sed aliqua particularis tantum, undè superest alia, cum qua potuerunt homines negotiari, & sic non fuissent privati Gabellarii jure exigendi fructus in moneta currenti sicuti, in terminis terminantibus consuluit *Robertus Maranta consf.* 138. *num.* 4.5. & 6. post *Firmianum de Gabellis part.* 2. *q.* 25.

Præterea nec potest dici hic casus inopinatus, nam nedum poterat, sed debebat prævideri, quod non poterat subsistere ille modus solvendi de pecunia duorum tertiorum, quia non dicitur casus
21 inopinatus, quando adest probabilis suspitio, *Vrsill. ad Afflict. dec.* 258. *num.* 9. & mutatio mone-
22 tæ pluries accidit in hoc Regno, ut tempore Excellentissimi Duc. s Alvæ, & in anno 1557. & 1609. testantur *de Ponte tit. de regal. imposit. num.* 40. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 90. *num.* 3. Et ex *pragmat.* 9. *de*
23 *monetis*, undè nec etiam mutatio monetæ in hoc Regno potest dici insolitus casus, ex traditis per *Menoch. de arbitr. casu* 80. ex *num.* 2. ubi casum
24 insolitum dici secundùm opinionem *Bart.* si semel per mille annos accidit, vel secundùm opinionem *Cornei*, si semel infrà centum annos. Nec etiam dicatur, quòd hic casus evenit facto ipsiusmet Fi-
25 sci, quia alius est Fiscus, alius verò Princeps, ex traditis per *Bossium tit. de fisco, num.* 3. & 10. & per *Consil. de Anna conf.* 56. *n.* 2. *lib.* 1. *cum seq.*

Nec dicant forsan Adversarii, quòd licèt non competat eis excomputum ex causa mutationis monetæ, juxtà diƈtam opinionem *Marantæ* tamen possent solvere in moneta reprobata exacta antè illius mutationem, juxtà opinionem *dicto consf.* 138. *num.* 1. quia circumscripta pro nunc veritate hujus conclusionis constat, non posse prædicari in præsenti causa, quia Gabellarii non exegerunt dirictus in pecunia bancaria, sed in pecunia numerata, & sic ubicunque se vertant, omninò liquet, hanc causam nullam habere nec facti, nec juris substentiam.

Et ex his etiam colligitur, quòd non habetur ratio hoc casu, nam locatio fuerit excessiva respectu pretii oblati, ad obtinendum excompotum prædiƈtum, quia attenditur solùm qualitas monetæ promissæ, si bancariæ duorum tertiorum, vel
26 currentis, prout decisum fuit bis per S.C. referente doƈtissimo, ac versatissimo viro Dom. Præsidente Rovito in causa Elenæ Falangolæ cum Principe Sanƈtæ Agathæ, in qua cum prætendisset diƈtus Princeps eandem deduƈtionem pro emptione Terræ Fagnani faƈta tempore, quo currebat pecunia duorum tertiorum, & petiisset terminum in S.C. ad probandam læsionem, ad faciliùs reddendum petitam deduƈtionem, fuit exclusus per duo decreta S.C. quòd procedatur ad decisionem diƈti articuli absque termino, penès... Aƈt. S.C.

27 Et ne desit authoritas etiam rei judicatæ respeƈtu diƈti articuli principalis, reminiscantur amplissimi Senatores determinationis faƈtæ in causa Affiƈtatorum Gabellæ Vini ad minutum per eandem Regiam Cameram, in qua fuerunt absoluti Gubernatores Arrendamenti Vini à prætensa deduƈtione petita per diƈtos Affiƈtatores ex eadem causa, de qua nunc agitur, penès Salamonem.

Illud tandem pro coronide in hoc non omittendum, quòd diƈti Gubernatores hanc deduƈtionem
28 prætendunt non ex causa damni passi, sed lucri amissi, quod quàm sit à veris terminis alienum, constat ex *Aretin. consf.* 52. *in fin. Parif. consf.* 38. *num.* 16. & 19. *lib.* 1. *Bald. consil.* 329. *col.* 1. *Corn. consf.* 128. *col. pen. lib.* 2. *Socin. jun. consf.* 78. *num.* 3. *lib.* 2. & *Clapper. in centur. causar. fisc. causf.* 55. *num.* 8. apud quos habetur, non sufficere probasse Gabellarium lucrum etiam magnum amisisse ad finem obtinendi remissionem, ut latè etiam *Surd. consf.* 34. *num.* 6. at requiritur probatio damni excessivi, & quod remaneat læsus ultrà dimidiam, ut fusiùs infrà dicemus.

Nec est facienda aliqua vis in ponderatione Partis adversæ, quòd sit faƈta promissio solutionis per medium Bancorum, quasi quòd ex hoc colligitur, voluisse solvere de pecunia duorum tertiorum,
29 Primò, quia ut suprà fundavimus, ad hoc ut diƈtæ pecuniæ species fuisset in obligatione solvendi, debebat specificè fieri mentio, ex *Bart.* in *d. l.*
30 *si quis stipulatur*. Secundò, quia solutio præsumitur promissa in pecunia numerata, *l. soluto* 49. *ff. de solution.* & regulariter pretium intelligitur etiam in pecunia numerata, *diƈta l. soluta* 49. *ff. de solution. l.* 2. *ff. de contrahend. emption.* cum aliis juribus suprà citatis. Tertiò, quia quando à con-
31 trahentibus non exprimitur, cujus qualitatis monetæ debeat fieri solutio, intelligitur monetæ usualis, & currentis, *l. Imperator, ff. de contrah. empt. l. si servus plurium*, *§ fin. ff. de leg.* 1. *Clem. Beneficiorum, verf. monetam, de decim.* & si plures sunt monetæ, intelligitur usitatior, *Hostiens. in cap.* 2. *de maled. & ibid. Abb.* videndus *num.* 2. latè *Menoch. præsumpt.* 76. *lib.* 3. & nulli dubium, quòd erat usitatior moneta numerata, quàm duorum tertiorum, quia in pecunia duorum tertiorum aderat alagium; & proindè expressè exprimebatur à contrahentibus, quando intendebant fieri solutionem de illa specie monetæ. Quartò, & tandem cessat in casu nostro omnis amaritudo, quia non erat possibile, fieri solutionem Consignatariis de pecunia duorum tertiorum per mandatum,

Digitized by Google

datum, ex eo quòd adfuiffet maxima confufio,
quipimmò omoinò res impracticabilis, fiquidem
fiebat folutio de pecunia duorum tertiornm ad ra-
tionem quioque pro centenario qualibet hebdo-
mada in Bancia, & fic undiqne inconcuffum re-
manet, nollam fieri debere deductionem ex cau-
fa præd cta.

Quò verò ad fecundam, & tertiam caufam bel-
li, & peftis, dicimus, oec ex bello inter Januen-
fes, & Gallos, nec ex pefte in Regno Siciliæ ul-
lum pœnitùs potuiffe oriri damnnm dicto Arren-
damento, dum Oleum non extrahebatur ad di-
ctum Regnum Siciliæ, fed ad Venetiarum Sta-
tum, in quo nec fufpitlo quidem peftis aderat,
nec etiam belli, & fic erat liberum commercium,
cum nunquam cum Veoetis, ac Ferrarienfibus
Rex nofter Invictiffimus bellum habuerit, ut fi-
gillatim pleniùs fuit in facti fpecie fatisfactom, &
32 hoc cafu quando morbus non eft univerfalis, fed
tantùm in certo loco, denegandam effe remiffio-
nem, firmaruot *Guid. Pap. decif.630.* & *Vrfill. ad Afflict. decif.258. num.4.*

33 Dicimus etiam, quòd nec fuit probatum, quòd
aderat oleum in Regno, cujos extractio fuiffet
impedita ob peftem, vel bellum, & cùm id fit
fundamentum intentionis Adverfariorum, ac fit
facti, erat pernecefse ab eifdem verificandum, ex
traditis per *Parif. confil.38. num.16. lib.1. Silvan. confil.35. num.26. Burf. confil.81. num.3.* quod cum
factum non fuerit, quia verum noo erat, ex hoc
dumtaxat venit omninò Fifcus abfolvendus.

Dicimus infoper, quòd dato pro nunc citrà
veri præjudicium, quòd verè adfuiffet aliquod
damonm dicto Arrendamento ex caufa peftis, vel
belli, nec etiam erit locus aliquo reftauro, fiqoi-
34 dem licèt regulariter, ubi conductor propter bel-
lum, vel peftem non potuit exigere fructus, & in-
troitus gabellæ, poffit petere mercedis remiffio-
nem, fecundùm opinionem *Bart.* in *l. cotem fer-ro, §. qui maximos, ff. de publicanis*, cum aliis per
Boer. decif.249. num.3. 4. & 5. Boff. tit. de remiff. mercedis, num.1. & *Peregr.* loquentem in condu-
ctoribus Fifcalibus *lib.6. de jur. Fifci tit.5. n.41.*
ea ratione, quia ifta inter cafus fortuitos connu-
merantur, & non defuot graviffimi Authores con-
trarium fentieotes, relati à *Boeria dicta dec.249. num.10.* id tamen in præfenti caufa minimè locum
fibi vendicare poteft ex pluribus,

35 Primò, quia bellum prædictum noo proceffit
culpa, vel inimicitia Iovictiffimi noftri Regis,
quo cafu militaret prædicta cooclofio proximè fir-
mata, fed aliter venit abfque ejus culpa, quo ca-
fu noo fit conductoribus mercedis remiffio, quia
videntur emiffe cafum fecundùm veriorem opi-
nionem *Bald.* poft *Cyn.* in *l. fi ea lege, C. de ufur*,
quem refert, & magiftraliter fequitur *Afflict.* in
§. vectigalia num.120. quæ fint regalia, id. Bald. in
l. licèt q.3. C. locati.

36 Secundò, qoatenus proceffiffet bellum culpa
Iovictiffimi ooftri Regis, quod planè negatur, nec
etiam poteft dici cafus fortuitus io Italia, quæ
nunquam pace quievit, nec qoiefcit, ut expe-
rientia docuit propter fæpiffimos cafus, quibus
mifera divexatur Italia, quæ eft adeò bellis, di-
fcordiis, depopulatioaibufque fubjecta, ut nul-
li, nifi bella, & difcordiam, noo pacem nifi mo-
dicam, potiusvè alterius belli præparationem fpe-
rare liceat, Divina quafi quadam permiffione,
prout vulgò fertur, Venerabili Bedæ pro pace Po-
puli Italici oranti fuiffe ab Angelo refponfum, *Be-da tace tace, quia Italia nunquam erit in pace*,
undè cum ifta fit nota, & conftans, & commu-
nis opinio, omnis homo fapiens, & difcretus hunc
cafum debuit cogitare, & verifimile eft ipfum co-
gitaffe, ac prævidiffe, ficuti in iifdem confuluit
Laur. Calcan. in *dicto confil.44. num.7.* & ex no-
ftratibus in puncto *Vrfill. ad Afflict. decif.150. num.10.*

37 Tertiò, quia tempore locationis imminebat ti-
mor belli, & proindè non eft concedenda petita
reftauratio, ità poft moltos, quos congerit, tra-
dit *Joseph. Ludov. decif. Peruf.106. num.31.* alios
quoque conglomerat *Valafc. quæft.27. num.16. de jure emphyt. Cotta in memorab. verb. guerram, Can-cer. lib.3. var. refolut. cap.15. num.141. Clapper. conf.43. quæft. unic. num.4. lib.1. caufar. vectigal.*
& refpectu peftis aliàs fuit decifum per Sac. Conf.
noo debere fieri remiffionem mercedis propter pe-
ftem fupervenientem io hac Civitate, ut cooftat
ex *Afflict. decif.258.*

38 Quartò, quia bellum prædictum modico tem-
pore duravit, & biennium non exceffit, quod
pro modico tempore ad finem denegandi remiffio-
nem communiter reputator, ot poft *Calcan. An-gel. Boer.* & alios fundat *Valafc. d. quæft.27. n.19. verf. declarant feptimò, Ranchin.* in *addit. ad Guid. Pap. dec.630. Vrfill. ad dec. Afflict.258. num.9.*

39 Quintò, qoia quateons prædicta ooo milita-
rent, deficit neceffariom requifitum, fine quo
non conceditur reftauratio; eteoim communis,
& receptiffima eft ab omnibos cooclufio, quòd ut
prætendi poffit mercedis remiffio à conductore,
requiritur damoom intolerabile, & quòd maximè
lædat cooductorem, *l. fi uno, §. cùm quidam, ff. lo-cati*, com fimil. latè *Covar. pract. qq. cap.30. per totum*, qni de commoni teftator, *Carocius tit. de remiff. mercedis quæft.8. num.8. 153. & 158. Boff. de remiff. mercedis à num.107. Confil. de Anna conf.64. num.1. Mantic. de tacit. convent. titul.9. lib.5. to.2. num.36. Pinell. de refcind. vendit. lib.2. par.1. cap.17. Parif. num.17.* fufiffimè *Valafc. dicta quæft.27. à num.24. Caftill. lib.3. controverf. cap.3. à num.25.* & fub *num.37.* quæ vera effe etiam in
cooductoribos Gabellarum, & Vectigalium, vo-
luerunt *Caftr.* in *dicta l. cotem, §. qui maximos, num.3. ff. de public. Alex. confil.3. num.11. lib.1.* & *conf.107. lib.3. Boffius de remiff. merced. public. num.30. Bolognet. Anania, Beroas*; & alii, quos
citat, & fequitur *Surd. d. conf.34. num.8.* & hoc
procedit nedum in fterilitate perveniente judicio
Dei, fed etiam fi canfetur damnum facto homi-
num, vel Principis, ut in puocto *Surd.* qui om-
nes cumulat *d. conf.34. num.9. Morot. conf.76. n.8. Joseph. Ludovic. dec. Peruf.50. num.8.* & hanc effe
communem opioionem teftatnr etiam *D. Regens Revert. decif.7. lib. . .* qui loquitur in cafu bel-
li, ob quod non venerant mercimonia in Regno.

40 Et ad judicandum damnum intolerabile, non
unius rei, fed omnium rerum conductarum fimul
reditus habenda eft ratio, & quod deeft io nno,
suppleatur ex ubertate alterius, *Bald.* in *dicta l. li-cet, C. locati. Natta conf.449. num.5. lib.1. Ro-land. confil.56. num.7. lib.3.* & alii relati à *Surdo d. conf.34. num.12. Mantic. d. tit.9. de tacitis con-vent. num.40. lib.5.*

41 Confideratur etiam damnum habito refpectu
ad

ad pensionem, quæ solvitur, non autem ad lucrum, quod conductor amittit propter casum fortuitum, *Rimin. jun. cons.*810. *num.*15. *Surd. d. cons.*34. *num.*7. *Castill. d. lib.*3. *cap.*3. *num.*38. *Peguera dec.*214. *num.*11. *&* 17.

42 Insuper debent conferri reditus, & fructus totius temporis locationis, & sic attenditur universa-
43 lis locatio, quæ licèt sit facta per quatriennium, est unica, & non plures, & quamvis sit promissa solutio quolibet quatrimestri cujuslibet anni, ista distributio censetur facta gratia commodioris solutionis, ità *Bald. consil.* 316. *lib.* 3. *Socin. consil.* 125. *lib.* 1. *Ruin. consil.* 57. *lib.* 1. *nu.* 11. *Surd.* allegato *consil.* 34.
44 *num.* 54. ita quod sterilitas unius anni confunditur cum ubertate sequentis, vel præcedentis, *cap. propter sterilitatem, extr. locati, l. licet C. eod.* latè *Clapper. in controv. cons. fiscal. caus.* 45. *quæst. unic. num.* 9. *Boss. de remiss. merced. num.* 99. *Barbos.* in *l. divortia §. fin. par.* 1. *sub num.* 6. *ff. solut. matrim. Roland. consil.* 86. *lib.* 3. *num.* 7. *Beroius consil.* 143. *sub num.* 16. *lib.* 1. *Gozad. cons.* 73. *num.* 15. & in puncto quoad gabellas *Bart. in d. §. qui maximos, Bertach. de gabell. par.* 2. *sub nu.* 16. *Beroius d. cons.* 143. *n.* 16. *Surd. d. cons.* 34. *num.* 22.

Quòd verò in casu præsenti non adsit hoc damnum intolerabile, satis patet quia *DD.* tam in *cap. propter sterilitatem,* quàm in *dicta l. licet* definien-
45 do, quod nam dicatur damnum intolerabile in hac materia, quamplurimas statuerunt opiniones, quarum tres retulerunt *Boss. de remiss. merced. in princ.* & *Lop.* in *l.* 22. *tit.* 8. *par.* 5. *glos.* 9. quatuor recensuit *Gomes. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 3. *sub num.* 28. *versic. dubium tamen*; sex autem enumeraverunt *Covar. dicta cap.* 30. *pract. Menoch. de arbitr. casu* 76 *Valas. d. quæst.* 27. *à num.* 24. octo verò colligit *Novar.*
46 *cons.* 90. communiter verò, & magis recepta inter prædictas sententias illa est, quòd dicatur damnum intolerabile, quando conductor remanet læsus ultrà dimidiam, habito respectu ad id, quod exigitur, & ad id, quod solvitur, deductis expensis, quæ sententia est vera, & à legum Coriphæis, atque gravissimis Viris recepta, quam ex Hispanis uti communiorem sequuti sunt *Lopez dicta glos.* 9. *Vasquius lib.* 3 *controv. usufreq. cap.* 57. *num.* 7. *Gomes. d. c.* 3. *sub num.* 28. *versic* 4. *Pinellus d. l.* 2. *par.* 1. *sub n.* 21. *Covar. dicto cap.* 30. *versic. quamobrem, Valasc. dicto cap.* 24. *versic. quinta fuit,* ex Italis, & aliis innumeris ferè Doctoribus relatis à *Parisi. dicto consil.* 38. *num.* 23. *lib.* 1. *Beroius consil.* 141. *&* 143. *lib.* 1. *Roland. consil.* 86. *nu.* 2. *&* 3. *Franc. Marc. quæst.* 208. *part.* 2. *à num.* 12. *Surd. dicto consil.* 34. ubi alios recenset, *Menoch. dicto cap.* 76. *nu.* 5. *Capyc. decis.* 88.
47 *num.* 1. & secundùm hanc verissimam opinionem refert decisum *Clapperiis* per illam Curiam *dicta caus.* 44. *num.* 17. *&* 45. *quæst. unic. num.* 9. & per S.R.C. *Dominus Reg. Reverterius decis.* 73. *lib.* 5. omninò videndus in causa Fabii Vives, cum Fidelissima Civitate Neap.

Certissimum autem est in facto, quòd compensatis reditibus dicti Arrendamenti totius quatriennii perceptis juxtà eorum lecturam, ascendunt ad ducatos 430. mil. deductis expensis, & sic deficiunt ad integrum extalium duc. 112. mil. quamobrem læsio secundùm hanc lecturam non est in dimidia, sed in quarta, quæ non est sufficiens ad obtinendum dictum excomputum.

48 Eò magis, quia per libros Credenzeriorum non fit recta probatio, cum Arrendatores, ut non appareat veritas, quantum ex Gabellis perceptum fuerit, percipere soleant dirictus in eorum domibus, adeò quòd multa major quantitas semper ex Arrendamentis percipitur, quàm apparet ex libris Credenzeriorum, prout semper sic vidisse tempore, quo erat Præses, & deindè Locumtenens, testatur *Dominus Reg. Reverterius dicta decis.* 73. *lib.* 5. *in princip.* quicquid in contrarium dixerit *Afflict.* in *Constit. Officiorum num.* 3. & quòd istis libris Credenzeriorum non sit standum, quia non semper fideles, sed quòd veritas colligenda sit ex eo, quod perceptum sit annis præcedentibus, advertit etiam *Boss. d. tit. de remiss. mercedis publicanorum. nu.* 45. *circà medium.*

Accedat tandem generalis renunciatio cum juramento facta per dictos Gubernatores, quæ qui-
49 dem, cum eidem subsequatur illa dictio, *&c.* extendenda est in amplissima forma in beneficium Fisci, ex traditis latè per *Barbosam de diction: dictione.* 94. *Marscard. de prob. tom.* 3. *conclus.* 1264 *vers. renunciatio generalis, per totam,* & præsertim *in fine,* & proindè extendi debet renunciatio etiam ad casus fortuitos, ac omne legum auxilium, & ad omnes alias exceptiones, undè stante dicta renunciatione non potest prætendere mercedis remissionem, prout in renunciatione omni legum auxilio, ex *Alber. Fulgos. Jason. Calcan. Croto, Cepoll. Gozad. Capyc.* & aliis concludunt *Rimin. jun. cons.* 40. *num.* 19. *lib.* 1. *Roland. consil.* 86. *nu.* 10. *lib.* 3. *Caroc. de locato par.* 4. *quæst.* 8. *tit. de remiss. mercedis conclus.* 32. *num.* 112. *fol.* 195. & quòd non petat remissionem propter bellum, vel aliam similem causam, latè *Valasc. d. quæst.* 27. *num.* 19. *Marta de clausulis claus.* 130. *nu.* 6. *Barbosa de clausulis claus.* 76. *n.* 6. *Gozad. cons.* 69. *num.* 20. *Cacher. decis.* 91. *n.* 18. *Ant. Gabriel. commun. concl. tit. de regul. juris conclus.* 4. *num.* 6. *Mastrillus ad D. meum Capyc.* alios refert *decis.* 88. *num.* 2. *Mascard. de probationibus d. concl.* 1264. *Bertazol. de clausulis, claus.* 41. *Glos.* 6. *nu.* 6.
50 & de renunciatione casuum fortuitorum simplici, quòd comprehendat etiam incogitatos, explosa opinione *Bart.* & aliorum, docuerunt post *Bald. Angel. Fulgos. Alex.* & alios in *l. & si quis §. quæsitum ff. si quis caution. Corn. cons.* 128. *lib.* 2. *Jas.* qui de communi testatur *cons.* 107. *num.* 7. *lib.* 1. *Pinellus,* qui dicit, hanc esse veriorem in *l.* 2. *cap.* 3. *num.* 30. *de rescind. vendit. Carocius dicta quæst.* 8. *nu.* 21. & hanc putat veriorem *Vasquius lib.* 3. *quæstionum usufrequent. cap.* 54. *Molina loc. cit. Valascus dicta quæst.* 37. *num.* 14. *Gutierrez part.* 1. *de Juram. cap.* 24. *n.* 6. *Fachineus lib.* 1. *controvers. cap.* 86. latissimè *Castillus* aliis relatis *dicto cap.* 3. *controversiar. lib.* 3. *à nu.* 80. *&* 86. *cum seq.* cui verissimæ conclusioni accessit etiam *Pantzom. lib.* 1. *pract. quæstionum quæst.* 7. *per totam,* & *quæst.* 8. *in fine, Barbos. dicta claus.* 76. *num.* 6. *Gabriel. dicta concl.* 4. *de regulis Juris num.* 18.

Quòd verò ad ultimum caput respectu novæ impositionis quinque pro singulis centum, cujus causa similiter præsupponunt, deberi restaurum, cùm prohibitum sit venditis Gabellis locatori
51 novum onus imponere, quia propter duplicatam exactionem fit, ut merces non deferantur, & proindè tenetur locator dicto casu conductori resarcire omne damnum, quod patitur ex tali nova impositione, ex traditis per *Boerium decis.* 180. *nu.* 8.

Dicimus, quòd circumscripta pro nunc veritate dicti articuli juris, Adversarii deficere interesse,

Digitized by Google

eum falsissimum sit præsupponere, quòd ex tali nova impositione sit ortum damnum dicto Arrendamento Olei, sub prætextu, quòd nisi adfuisset dicta nova impositio, adfuissent mercatores, qui immisissent merces pro illis vendendis, & emendis ex retractu dictarum mercium, Oleum hoc est enim commentitium figmentum. Quis enim revelavit Adversariis negotiatorum cogitationes, quæ mutabiles sunt, ac impenetrabiles secundùm incidentia, quæ eis occurrunt, fuisse immittendi merces pro illis vendendis, ac ex retractu emendi Oleum? quod quidem quàm sit ab omni ratione alienum, doctissimorum Senatorum judicio relinquitur.

Ex quibus omnibus clarissimè dignoscitur, non esse pœnitus locum alicui restauro, sive excomputo, & quatenus aliquid forsan damni, licet exigui, eis contigisset, id eorum peccatis tribuant, quia in solvendis Consignatariis non ea pietate, & sinceritate, qua tenebantur, sed barbarico, & tyrannico more usi fuerunt, undè eisdem imputandum, si
52 propter peccata veniunt adversa, nec esse debet locus remissioni mercedis, ut in propriis terminis fundat *Ripa de peste, num. 49. Guid. Pap. decis. 630. Bossius de remiss. mercedis num. 88. Caroccius de locato dicta quæst. 8. num. 40. tit. de remissione mercedis.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio fieri permissa per medium bancorum, intelligatur de pecunia libera, & explicita sine aliquo impedimento, quod colligitur ex* Regia Pragmatica *edita die* 13. *Martii* 1622. *& additur ratio, & infra* num. 3. & 4.
2 *Verbum*, Banco, *intelligi debet de banco verè existente, non autem de quasi extincto, & solutio destinata per bancum ponitur tantum ad differentiam solutionis faciendæ in pecunia numerata.*
5 *Dictio*, cum, *copulat accessoriè, non principaliter.*
6 *Verbum*, solutum, *junctum verbis* destinatæ, ac promissæ solutionis *cum solita dilatione refertur ad dilationem principaliter.*
7 *Clausula*, etiam, *in fine posita, quæ non stat de per se, sed adjicitur per modum conditionis, modificationis, sive qualificativè refertur tantum ad proxima, & sic ad modum solvendi.*
8 *Contrahentium mens, & intentio attendi debet, rejecta fraude, & cavillatione verborum, rejiciendique sunt juris apices perniciosi contra veritatem.*
9 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, & affertur punctualis doctrina* Riminal jun. *& aliorum* DD.
10 Solutionis *verbum, ad omnem liberationem quoquo modo factam pertinet.*
11 *In Arrendamentis non debent admitti novæ capitulationes, & pacta insolita.*
12 *Relatio fit ad id, quod est principale, non autem ad id, quod est accessorium.*
13 *Ex tractatu praecedenti declaratur mens contrahentium, quod declaratur* num. 14.
15 *Mutatio, & tolerantia monetæ, quæ modico, & brevi tempore duravit, nullo modo consideranda est, nec de ea habenda est ratio.*
16 *Consuetudo, vel usus non potest induci ex diversitate, & varietate ordinum Superioris.*
17 *Solitum circà solutionem monetæ intelligitur de soluta, & expensa etiam invitis creditoribus.*
18 *Receptio monetæ facta à creditore ignorante, vel ex mora ejus civilitate, & urbanitate, non inducit consuetudinem, ut in eadem moneta sit facienda solutio.*
19 *Recipiens monetam novam in partem solutionis sibi non præjudicat pro reliqua solutione sortis, & multò minus in solutione tertiarum.*
20 *Solutum, & receptum ad bonum computum, nec debitori suffragatur, nec creditori præjudicat.*
21 *Clausula*, prout juris, cum incantu, *quid operatur de jure.*
22 *Vectigal, quod solvitur, commensuratur cum fructibus percipiendis ad instar pensionis.*
23 *Solutio ubicunque est facienda propter aliquod factum, tunc non attenditur tempus dispositionis, sed valor currens tempore solutionis.*
24 *Pecunia propter fructus solvenda, æstimatur secundùm solutionis, non autem promissionis, sive dispositionis tempus.*
25 *Solutio censetur promissa de moneta, de qua per partes actum fuit ex conjecturis, licèt non fuerit expressum, vel quæ ex rei subjectæ natura, vel ex quantitate, vel ex aliis conjecturis colligitur.*
26 *In claris non est opus conjecturis.*
27 *Solutio ex qua pecunia fuerit promissa ex quantitate pretii; vel pensionis excogitari potest, & est urgens conjectura.*
28 *Fisci multa privilegia à* Baldo *enucleantur, & inter alia addit, quòd in dubio temporis præsumitur pro Fisco.*
29 *In dubio illa sumenda est interpretatio, quæ oritur contrà illum, qui se fundat in verbis, & ad cujus commodum verba principaliter sunt prolata, & qui potuit sibi legem apertiùs dicere.*
30 *Verba, de jure sufficit, ut aliquid operentur etiam in minimo.*
31 *Principi non convenit, ut dicamus, ità esse legem impositam, ut ab ea sibi discedere non liceat, in suismet, & aliorum præjudicium.*
32 *Verba sunt intelligenda secundùm terminos juris communis, & ne jure communi derogent, quia à jure communi recipiunt interpretationem passivam, & strictissimè sunt interpretanda in damnum locatoris.*
33 *Locator si promittat facere debitum, vel conveniens restaurum, intelligi debet, prout alias de jure tenebatur, & non attenditur damnum ex vulgi opinione, sed ex juris dispositione.*
34 *Timor mutationis monetæ si adsit tempore obligationis, solutio facienda est juxtà valorem tempore solutionis faciendæ.*
35 *Conductori imputandum est, si non cogitavit quod evenire potuit, & debuit scire conditionem rei.*
36 *Justa causa ad bellum præsumitur in principe, & quæ dicatur justa causa,* num. 37.
38 *Contra Principem locatorem non sunt applicabiles termini, qui dici solent de odio contrà locatorem.*
39 *Bellum si erat præparatum tempore locationis, non potest à conductore prætendi restaurum damni, quod fortè ex causa belli sibi evenit.*
40 *Bellum fuisse vicinum, non sufficit probare ad obtinendum restaurum, sed necessaria est specialis probatio, & concludens, quòd damna evenerunt propter causas allegatas.*
41 *Remissio mercedis, ubi fuit à locatore promissa ex causa pestis, tunc facienda est, si pestis invaleat in ipso loco immediatè, non autem si sit in loco remoto in alieno territorio, vel dominio.*
42 *Emptor pedagii etiam si eveniat mortalitas, undè gen-*

gentes non transierunt per locum, petere non potest mercedis remissionem, cum videatur emisse casum, & fortunam.

43 *Resolutio ad* Consilium Aneharani 402.

44 *Declaratur* Reg. Pragm. *edita die* 25. *Septembris* 1623. *circà excompotum* 20. *pro centenario, etiam ex decreto generali* num. 45.

46 *Remissio mercedis à jure minimè conceditur ob lucrum amissum, sed dumtaxat ob damnum passum.*

47 *Solutio mercedis facta absque protestatione præjudicat conductori in petenda remissione mercedis, quod latè declaratur* num. 48.

ARGUMENTUM.

De remissione mercedis Arrendatoribus Regiæ Curiæ deneganda ob promissam solutionem per medium Bancorum, ac de intellectu dictorum verborum, *per mezo di banchi*, & *Regiarum Pragmaticarum* emanatarum pro mutasione monetæ, & decreti generalis, & de ambiguitate verborum contrahentium circà solutionem mercedis, cui nocere debeant. Item quomodò sit concedendum, vel denegandum restaurum ex causa pestis, vel belli, copiosè disseritur.

RESPONS. XVIII.

Quanquam evidentem Fisci justitiam esse in tuto existimo, non modò ex dictis in discursu in hac causa facto ad exclusionem excomputi ab olei Arrendatoribus prætensi, & in eo etiam facto contrà Gubernatores Arrendamenti Serici: qui quoad caput abolisionis monetæ, quam vocant duorum tertiorum, connexionem inter se habent; verùm etiam ex allegatione occupatissimis diebus, sub Julii initio currenti calamo facta; antequam Pars adversa suos propalaret sensus, ut posteà fecit in Rota die Martia undecimo prædicti Mensis: tamen, ut ingeniosum, & acutum ejus discursum faciam tanti, quanti debeo, has subnectere animadversiones non gravabor.

In primis conatus omnis, & fundamentum contrariæ Partis consistit in lucro alagii ducatorum vigintiquinque, aut triginta pro quolibet centenario, quod facere non valuit ob prohibitionem, seù defectum dictæ monetæ duorum tertiorum, quæ 2. Mensis Augusti die, anni 1623. sequuta est. Inquit enim, quod si præfata moneta duorum tertiorum, sive effectus ille Bancarius permansisset ad rationem antecedentis lucri, utique ejus quæstus per totum tempus Arrendamenti ad rationem ducatorum 25. pro centenario ascendisset ad ducatos 535350. & ad rationem 30. ad ducatos 162420. atque illud expressè convenisse, cum dixerit in
1 oblatione; *Per mandato per mezo di Banchi*, quod non aliud significare dicit, quàm solutionem faciendam fieri posse ex moneta duorum tertiorum, ad differentiam præsentis, & numeratæ pecuniæ. Nec obstare, præfatam oblationem non simpliciter fuisse acceptatam, sed cum additis verbis, nimirum, *juxtà solitum, & prout juris*, nam cum præcedente, existente, seù præsente tempore contractus, & subsequente solutio fieri consuevit ex præfata pecunia, sive effectu, tùm in hoc ipso, tum & in cæteris Arrendamentis: Item, cum etiam juris sit, ut per hoc intelligatur, ità fuisse specialiter conventum, ut solutio fieret ex moneta duorum tertiorum, quod postea de Principis mandato fieri prohibitum fuit, & sic facto locatoris sequi, ut ideò Fiscus ad totale interesse teneatur.

Quamobrem pro responsione, præter ea, quæ largè perpensa fuere in discursu circa factum serici:
2 & præterquam quod verbum: *Per Banco*: post novam Bancorum novæ monetæ erectionem intelligendum est de solutione facienda ex prompta, & libera moneta, sine ullo impedimento; quod desumitur, & habetur ex Pragmatica Domini Cardinalis Zapatæ, edita sub 13. die Maji, inserta in *decima Pragm. de liter. camb.* Maximè, quòd Banchi jussi erant novum condere librum, qui ità inscriberetur: in quo notarentur nomina creditorum, qui facerent introitum de pecunia numerata bona, & justi ponderis; quique à veteri Banco distingueretur; in quo solùm vetera nomina descripta essent, ut disponitur in *pragm. 2. tit. de solut.* de qua pecunia *cap. 19. & 21.* & ideò verbum, *Banco*, intelligendum est de Banco novo verè existente, & non de pænè extincto, tunc enim solùm contrariæ Partis sensus esset admittendus, quando fieret de Banco mentio ad differentiam currentis, ac præsentis pecuniæ, ut in *Pragmat. 10. de lit. camb. §. ordiniamo lit. N.* quod longè abest à casu nostro.

3 Dicitur primò, verba: *Per mezo di Banco*: in hoc casu esse intelligenda de bona, & currenti moneta, inspectis modò tantum ipsius oblationis verbis, & eò magis propter additionem, ac reformationem à Camera in margine factam.

4 Ad cujus evidentiam advertendum est, dicta verba non esse legenda ità absolutè, & per se, sed conjuncta cum præcedentibus, in quibus fit oblatio per annos quatuor, ac menses octo, inceptos à Januario anni 1623. & finiendos Augusto anni 1627. pro pretio ducatorum centum viginti quatuor millium tertiatim: ubi additur sub unica verborum structura, *con la godata solita per mandato per mezo di Banchi*: quæ verba omnia reguntur à verbo, *da pagarsi*, quorum verus sensus est oblatio solvendi tertiarum exsaleum dicti Arrendamenti, atque incidenter postea, & in consequen-
5 tia cum particula, *cum*, quæ copulat accessoriè, & non principaliter; ibi additur, ejusmodi solutionem faciendam esse cum fruitione solita medio mandato per Bancos. Clarum itaque est, hic non loqui, nec ullo modo posse intelligi solutionem per Bancos, scilicet monetæ duorum tertiorum juxtà solitum, quod prætendit observatum fuisse Pars adversa in fine præcedentis Arrendamenti de Strada, & in regimine pro paucis illis mensibus ejusdem Arrendamenti Octavio Serra dato: expressa enim offerentium intentio clarè importat solutionem, tertiatim faciendam cum fruitione solita, medio mandato per Bancos: atque ità solitum re-
6 fertur ad fruitionem dilationis per aliquot menses post tertiam maturatam, & indà solvere vigore mandati per medium Bancorum, quod mandatum necessario præsupponit bancalem solutionem. Cum enim pateat, adjectionem hanc non stare de per se, sed esse appendicem ultimorum verborum,
7 hoc casu clausula, *etiam*, in fine posita, quæ non stat de per se, sed adjicitur per modum conditionis, vel cum suis modificationibus, sivè qualificativè, tunc refertur tantùm ad proxima, & sic ad modum solvendi per expeditionem mandatorum, *Bart.* in specie in *l. 3. § filius, in summario, & num. 7. versico sed quando, ff. de lib. & posthum.* & in *leg. talis scriptura, § fin. num. 3. vers. quandoque in dispositione*,

tione, *ff.de legat.1. Alex. consil.206. num.9. lib.6.* ubi enim clausula est specialis, & discretiva, ut est hic, non refertur ad omnia, sed ad proxima, *Jason in l talis scriptura*, *ff.de leg.1.* in *l.1.limit.9. ff.de liber.prater. Afflict. dec.248. num.12. in fin.* quem sequitur *Menoch.de præsump. lib.4.cap.181. num.21.* alios congerit *Castill. quotid. controvers. tom.2.num.16.* eo præsertim, quia eadem verba fuerunt apposita in oblatione præcedentis, & immediati ejusdem Arrendamenti olei facta per Aluysium de Marinis de mense Junii 1614. ubi in specie fuit expressum, cum trium mensium fruitione medio mandato, ut cæteri Arrendatores solvunt; quod mandatum ut præcedens est, necessariò intelligitur per Bancos, undè nihil est additum in dicta, oblatione. Quamobrem inverisimile est, neque fieri potest, ut ex unico verbo incidenter prolato, & quod stat accessoriè, desumatur conditio, ac pactum tam insoliti, tamque magni ponderis: scilicet, ut iis verbis tanto cum publici detrimento obligaret se Princeps durante Arrendamento prædicto ad nunquam amplius abolendam, & extinguendam duorum tertiorum monetam, contrà certam, & indubitatam expectationem perficiendi cursus optimæ, & noviter introductæ monetæ.

8 Debemus enim sequi mentem contrahentium, rejecta frauda, & cavillatione, *Bald. de pace const. §.membrum*: & rejiciendi sunt juris apices perniciosi contrà veritatem, *Aretin.* infrà *cit conf.111. num.6. ante finem*. Atque ità dum principaliter agitur in prædicta oblatione, *della goduta solita, e per mandato*, hoc solitum ad aliud referri non potest, quàm ad pacta, conditiones, & modos, in præcedentium Arrendamentorum capitulationibus positos, & in specie factorum anno 1624. in quibus receptum fuit concedi fruitio dilationis aliquorum mensium, tertia maturata.

Hac igitur posita relatione, ad prætensam solutionem ex moneta duorum tertiorum verba illa, *juxtà solitum*, nequaquam referri possunt; præsertim, quia cum in dicta oblatione fuerit dictum, solutionem esse faciendam medio mandato, ut conformaretur cum ordinibus Excell. Domini Comitis de Lemos datis, & ab Excellentia nostri Domini Ducis de Alba renovatis; necessariò mandata erant facienda per Bancos: atque ità solutionem, cum offerentur per mandata, fieri oportebat per Bancos: & sic Bancorum expressio neque addere, ne-
9 que operari aliquid potest ex regula notissima, quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, vulgata *l.non rectè C.de fidejus. l.3.ff.de leg.1.* & in puncto in pactis, quæ solent fieri in locatione gabellarum, pedagiorum, & vectigalium, & etiam in promissione facta per locatorem conductori de faciendo debitum, vel conveniens restaurum, quod nihil debeant operari, cum id exprimant, quod tacitè inhæreat de jure, latissimè *Rimin.jun.* infrà citandus *cons.282.* ubi hoc prosequitur, ubi *num.105. in fin.* dicit, se ita aliàs consuluisse *consil.92.num.16.* & obtinuisse decisionem contrà *consil.Ruyni*, ut per eum *d.cons.282. num.105.in fin.*

10 De jure etiam certum est, *solutionis*, verbum ad omnem liberationem quoquo modo factam pertinere, *l.solutionis verbum 45. ff. de solution.*

Secundò hoc præcipuè declaratur in reformatione facta à Regia Camera, quæ ex stylo non modo consueto, verum etiam vetustissimo, cum aliquid in oblationibus est, quod novitatem afferre potest.

11 (Quis regulariter in Arrendamentis admitti non debent novæ capitulationes, & pacta insolita, ut *Afflict.decis.340.num.2.*) eas moderari semper studet, & instante Fisco ad antiquam consuetudinem, & ad juris dispositionis formam revocare, ad hoc ut per cujusvis pacti; aut verbi appositionem alterata præcedentium capitulationum forma non intelligatur, ut patet omnibus.

Igitur si in tractatu novi Arrendamenti R.Cam. ejus oblatione discussa die 11. Martii 1623. illam simpliciter non admisit, sed cum additione eorum verborum, *juxtà solitum*, *& prout jacit*, necessè est, ut hoc solitum, & hæc restrictio ad formam juris tum ex consuetudine, & stylo indubitato, tum ratione relationis, cum agatur de pactis, & conventionibus in novo ineundo Arrendamento, vetere jam extincto referantur ad pacta, & conventiones contentas, & factas in præcedentium Arrendamentorum capitulationibus, scilicet immediati Arrendamenti finiti de mense Septembris an-
12 ni 1618. & alterius præcedentis de Mense Junii ann.1614. Relatio enim fit ad id, quod est principale, non autem ad id, quod est accessorium; *l. fin. §. Titia*, *ff. de liberat. legata*, *Aretin.* in *§. Apium.4.notab.Institut. de rerum divis.Dec.* in *cap. secundo requiris*, *in 7.conclus. de appellat.* & ad omnia præcedentia, *l.1. C. de libert.Prætor.* & ad consimiles capitulationes, non ad alia, ut utrumque probat *Surd.* in materia oblationis Arrendamenti *dec.291.num.31.& 32.*

13 Nec dicat Adversarius, ex tractatu præcedenti
14 declarari mentem contrahentium quia benè concedo, id esse verum ex tractatu, & gestis cum altera parte, & ex his, quæ unus ex contrahentibus cum altero tractavit, & expressit, ita quòd in alterius notitiam devenerit, & uterque novit, & conscius factus est, & ita procedit *Glos.* in *l.1.* in *glos.1. in vers.sed quæro*, *qualiter*, *ff.de iudic.* ibi, *perpendi potest ex iis*, *quæ præcesserunt inter eos*, & secus verò ubi tractatus fuit factus cum uno, & contractus cum altero, & fortiùs in casu nostro, ubi tractatus supponitur inter socios, & Arrendatores tantùm ex una parte, *Surd.* bellissimè *decis.291. num.2.3.& 9.* quia etiam si talis fuisset eorum mens, dum eam non propalaverunt Fisco, & sic alteri parti nihil potuit relevare ad obtinendum restaurum, *Rimin. jun.* in terminis *d. cons.282. num.127.* ubi quòd si cogitaverunt lucrari, et aliter ipsis evenit, non est considerandum damnum eis contingens, *num.128. lib.3.* Quare refero ea verba, *admittatur oblatio juxtà solitum*, *& prout jacit*, non ad formam capitulationum, et conventionum præcedentium Arrendamentorum, sed ad id, quod sex ante menses in fine proximi, et immediati Arrendati de Strada inter Gubernatores, et Assignatarios, et non cum Regia Curia actum est: et ad id, quod anno antea Regia Curia tantummodo Octavio Serra per m ferat, qui nunquam fuit Arrendator, sed solùm indemanio Administrator: atque etiam ad futuræ solutionis modum nullo quidem modo fierà potest, cum agatur tantummodo de conditionibus, et pactis fieri, ac poni solitis tempore, quo Arrendammenta fiunt, quorum postremum immediatè præcedens fuit factum de mense Septembris anni 1618. quo quidem tempore neque in imaginatione erat moneta duorum tertiorum, et solùm visibilis, et non imaginariæ pecuniæ erat usus. Quod majorem in modum subsequentibus verbis, ni-

Digitized by Google

nimirum, *juxtà folitum, & prout juris cum reincantu*, declaratur: quem reincantum certum est fieri, ac practicari tempore, quo fit novum Arrendamentum.

Neque haberi relatio poterat ad folutionem, quàm posteà Sancius de Strada paucis antecedentibus mensibus fecerat Assignatariis, hac etiam de causa, quia de hoc non constat, à Camera habitam fuisse notitiam.

Et multò minus referendum est ad id, quod Camera permisit Octavio Serra, cui hanc ob causam fuit tradita in demanio administratio, qua non fuit, qui conduceret. Quarè mirum non fuit, si, ut inveniretur persona habilis, et idonea, de qua non esset dubitandum, ut erat idem Octavius, illi concederetur, ut in pecunia numerata, sivè præsenti fulvere quartam posset, quando etiam sperabatur fore, quod postea evenit, ut illud brevi duraret tempore. Et modus, quo fuit hoc illi concessum, non fuit sub ambiguis verbis. *Per mezo di Banchi*, quæ etiam clara esse, prætenditur per Fiscum juxtà suam intelligentiam, sed apertè sub certis, et clarissimis verbis, scilicet, ut de numerata, ac præsenti pecunia quartam solvere partem teneretur, quæ est vera furma, et modus loquendi, ac promittendi fulutionem ex vera, et numerata pecunia tantùm pro una parte, ex quo intelligebantur, reliquam solutionem faciendam esse ex moneta duorum tertiorum. Itaque nefas fuit ibi ambiguè loqui, et sub verborum involucro prætendere, Fiscum fallit, sed clarè, atque aliter processit tractatus cum Octavio Serra, licèt administratore, ubi in ea parte non est videre verborum ambages. Præterea cum facultas Octavio Serra concessa, à pactione, de qua agitur, in præsentiarum longè distet, fieri nequaquam potest, ut ex ea inducatur consuetudo; cum hic de totali solutione ex moneta duorum tertiorum, ibi de numerata, ac præsenti pecunia agatur.

Et quod hujusmodi prætensa consuetudo, præcipuè ex isteos, et subsequens post mensem Martium anni 1623 sit dissimilis, clarè patet ex fide ab Actuario Salamone facta ad petitionem Mag. Doct. Jo: Hieron. Naccarellæ in processu Vini, de quo infra, ubi in *capite 3. fol.47.* asserit, in Vini Arrendamento duas partes persolvi ex pecunia numerata, et tertiam partem ex moneta duorum tertiorum, atque ablata deinde pecuniæ girandæ facultate totum fuisse ex numerata pecunia solutum; quod in omnibus Arrendamentis posteà obsarvatum est. Itaque nun video, quomodo Pars adversa valeat uti potiùs illa dissimili, seù difformi, et varia prætensa consuetudine, quæ brevi tempore usque ad octavum, et vigesimum Julii diem duravit, quàm uniformi, qua sine ulla repugnantia usi sunt omnes Arrendatores in solvendo numeratam pecuniam, post ablatam girandi facultatem? Eoque magis,
25 quod de jure mutatio, vel tolerantia monetæ, quæ
modico, et brevi tempore duravit, nullo pacto
considerandá est, nec ejus ullo modo habenda est
ratio, ut post *Bart. Panormit.* et alios docet *Covar.
tract. numismatum, cap.7. versic. sexta conclusio,
num.4. in fin.* Et præsertim, quia post pragmaticam
per plures ordinationes factæ fuerunt circa modum, et facultatem solvendi hujusmodi effectus duorum tertiorum, quibus restringebantur summæ, eæque certis diebus solvendæ, et quod currere possent solutiones in girum, modò suspendendo, modò reformando, ac revocando, ut res se-
16 rebat, ac exigere videbatur, ipsaquè experientia
monebat. Itaut nullus usus, nulla consuetudo, quæ actuum consonantiam, atque uniformitatem requirit, ex tanta sivè ordinum varietate, contrarietate, ac diversitate oriri, poni, et introduci potuit, ut præter impressas pragmaticas, videre est etiam ex frequentibus literis Suæ Excellentiæ nun impressis, ad Bancos directis; ad tradita per *DD.* præsertim *Rochum de Curte* in *cap fin. de Consuetudine*, post *Bart.* in *l. de quibus, ff. de legibus*, *Jo. de Amic. consil.151. Quintil. Mandos. consil.20.*

17 Tertiò, solitum hoc, & consuetum, de quo agitur circà monetæ solutionem, intelligendum est de solita solutione, quæ facta fuit, & de moneta currenti, & soluta etiam creditoribus invitis, & non de ea, quæ de beneplacito, & voluntate creditorum cucurrit, & soluta fuit, ut ipsamet Pars adversa in secundo suo articulo declarat, & affirmat, præsertim in Arrendamentis, in quibus patet, miseros Consignatarios, necessitate coactos, totque, tamque variis modis ab ipsis Arrendatoribus, & à Ratiocinatoribus vexatos, ut se eruerent ab eorum manibus, & aliqua suorum bonorum particula uti possent, utique vel ex corio conflatam, fuisse accepturos monetam.

Ut in punctu post modernum *Parisiens. tract. de usuris*, sub *num.708.* observat, & docet *Alexan.
Raud. resp.33. num.2. in fin. & 21. lib.2.* ubi con-
18 tingentiam facti circà solutionem monetæ ex me-
ra civilitate, urbanitate, vel ignorantia creditorum
non inducere consuetudinem, ut in eadem mone-
19 ta sit facienda solutio, & alibi de communi, quod
licèt quis recipiat monetam novam in partem solutionis, quod sibi non præjudicet pro reliqua solutione sortis, & multò minus in solutione tertiarum, fundat post *Jacob. de Arev. Lambert. de Ramponib. Cyn. Innoc. Jo: Andr. Roman. Curt. Nattam, Balbum, Brunum*, & alios *Surdus cons.335. n.58. & 59.* sequitur pluribus relatis, *Cenc. de censibus
par.2. quæst.4. art.4. num.37.* ubi quod solutum,
20 & receptum ad bonum computum, talis solutio,
& receptio, nec debitori suffragatur, nec creditori præjudicat, optima *definitio Fabri 51. C. de solut. cart.678.* undè quamvis spatio trium mensium fuerit soluta Consignatariis pecunia duorum tertiorum, non præjudicat Fisco, quin postea monetam currentem exigere valeat. Et quidem est omnibus maximè notum, quomodo isti præsertim Gubernatores tractaverint infelices Consignatarios: & magna ex parte ex informatione constant fraudes, ne manifesta dicam furta, in gravo Consignatariorum, & Regii Patrimonii detrimentum per falsitatem commissa. Et nunc tanta est eorum iniquitas, ut ne ipsos pudeat excumputum prætendere. Et fenè si supputaretur id, quod Consignatarios fraudavere, utique cerneretur, ipsos multò majoris summæ esse debitores, quam qui illis ablatum, per mandatum Bancis prudenter injunctum, ab Excellentia Ducis de Alba fuit ordinatum in *pragm.a.* sub titu o. *solutiones de qua pecunia*, in *cap.17.* ubi disponitur, ut immediati creditores effectuum duorum tertiorum in Bancis hujusmodi sua nomina, sivè credita aliis vendere, & cedere possint; ea tamen conditione, ut cessionarius aut emptor nequaquam effectus prædictos à se emptos, sivè per cessionem acquisitos,
suis

fois creditoribus contrà eorum voluntatem folve-
re, aut affignare poffit, fed tantummodo de eo-
rum voluntate, & libero confenfu, fcilicet fi hoc
ipfi fpontè accipere vellent. Quarè clarum eft,
prædictos Olei Gubernatores iis tantùm potuiffe
duorum tertiorum effectibus uti, quorum ipfimet
immediati fuiffent in Bancis creditores. Nec illis
concedebatur ejufmodi effectus emere, ut eos Af-
fignatariis contrà eorum voluntatem folverent,
quod quidem æquiffimum erat. Permifit enim
Princeps, ut dictus effectus beneficio dumtaxat
eorum curreret, qui in Bancis veterem habebant
monetam, & non eorum, qui hujufmodi veterem,
& extinctam monetam emendo, mercaturam fa-
cere volebant. Itaque fi hi Arrendatores, quando
neque hoc facere, neque hujufmodi pecuniam Af-
fignatariis folvere poterant contrà eorum volun-
tatem, quomodo in præfentiarum poffunt excom-
putum prætendere, quia fuit illis ablata ea facul-
tas, quam non habebant?

Quartò Adverfariorum prætenfio non modo
tollitur, quia prædicto folito, ac prætenfa con-
fuetudine uti non poffunt, verum etiam excludi-
tur ex mandato Reg.Cameræ, quæ ejufmodi obla-
21 tionem noluit acceptare, nifi cum claufula, *prout
juris cum incontu*.

De jure autem in hoc cafu certiffimum eft, non
poffe intelligi, neque admitti extaleum folvi de-
bere ex duorum tertiorum moneta, fed ex bona,
& currenti pecunia.

Primò, quia ipfi Arrendatores ex currenti, &
bona pecunia exigebant, atque exactori erant fuos
dirictus; quia in Provinciis, ubi olei extractio-
num, & exiturarum dirictus exiguntur, cum
nulli ibi extarent Banci, nulla etiam erat duorum
tertiorum moneta, fed tantummodo bona, & cur-
22 rens. Vectigal enim, quod folvitur, commen-
furatur fructibus percipiendis ad inftar penfionis,
quæ fimiliter per conductionem folvitur commen-
furata fructibus, *Aret. conf.* 111. *confideratis*, *n*.6.
& infrà *verf.fed tamen hoc*. Et ità ipfi clarè faten-
tur in 4. 6. & 7. *articulo*, in quibus per viam po-
fitionis acceptant, fe in Provinciis maximas fuo-
rum dirictuum fummas exigiffe ex numerata mo-
neta, & perfecta: quas fummas poftea Neapoli
magno cum beneficio vigintiquinque, & triginta
ducatorum pro quolibet centenario in duorum ter-
tiorum monetam converterunt. Itaque quando
ipfi Arrendatores ex numerata pecunia fuos exige-
bant dirictus; ex hoc defumitur, & habetur, non
effe verifimile, ac nullo modo fieri poffe, ut Fi-
fcus effet contentus, & Reg.Camera permitteret,
ut ex duorum tertiorum moneta folverent, ac lu-
crum facerent Suæ Majeftatis bonis, & mercatu-
ram, in grave damnum Regiæ Curiæ, & Confi-
gnatariorum.

23 Ubicunque enim folutio eft facienda propter ali-
quod factum, tunc non attenditur tempus difpo-
fitionis, fed valor currens tempore folutionis, ut
ex *tex.* in *Clem.*2. *de decim.* in qua deciditur, quod
24 pecunia propter fructos folvenda æftimetur fe-
cundùm folutionis, non autem fecundùm tempus
difpofitionis, fivè promiffionis, *Gemi. conf.*137.
*col.*2. *Gobr. confil.*164. *num*. . . *in fin.* & 5. *lib.*1.
Modernus Parifienf. Menoch. & alii relati à *Surd.
confil.*335. *num.*17. & famofa eft *decif. Koppen fen.*
25 *num.*26. ubi actum intelligitur de ea moneta, de
qua per partes actum ex conjecturis, licèt non fit
expreffum, vel quæ ex natura rei fubjectæ, vel
ex quantitate, vel aliis conjecturis colligitur, &
ubi funt validæ conjecturæ, prævalent etiam con-
trà obfervantiam, fivè confuetudinem interpreta-
tivam, quæ ex affertis folutionibus defumitur,
26 quia in claris non eft opus conjecturis, *Rimin.fen.*
in terminis folutionis monetæ *conf.*363. *pro folu-
tione num.*20. *lib.*2. *Gratus*, *Crovet.* & alii apud
*Raud. d.refponf.*33.*num.*20. *Colleg.Lovanienf.* im-
preffum inter *commun.opinion.Vivii*, *cap.*516. *ver-
fic.moneta*, ex *num.*60. *cum feqq.* ubi *n*.63. & 64.
quod ut folutiones, & receptiones operentur,
neceffe eft, cafum dubium concurrere, folutio-
nem factam effe bona fide, & per tempus ad præ-
fcriptionem requifitum, & ad *l.nummis*, *ff.de leg.*3.
variæ accomodantur limitationes, & præcipuè,
quod intelligenda fit promiffio de majoribus, ex
conjecturis, latè *Raudenf. d. refponf.*33. ex *n*.54.
& 68. & *num*.68. in 2.*limit.* dicit, non procedere
d.l.nummis, in contractu cum Principe, ut *n*.109.
& latiùs *num.*114. fi ex conjecturis de majoribus
nummis actum fuiffe, verifimile fit, & ampliùs
*limit.*11. ubi ex proportione inter rem, & pretium
colligitur, actum fuiffe de majoribus; quomodo
enim poterat recipi oblatio ducatorum centum,
& viginti quatuor millium de pecunia imaginaria,
& minoris quantitatis in maxima fumma præce-
dentis Arrendamenti?

Secundò tantò magis, quòd dicti Arrendamen-
ti oblatio fuit multò minor, quàm fuit conductum
Arrendamentum proximè fuperius, quod fuerat
locatum Innocentio Feo pro annuis duc.138.mill.
per annos quatuor incæptos de menfe Septembris
1618. quo tempore moneta non dum erat ità vi-
tiata; immò tunc in Regnum maxima adventitiæ
monetæ quantitas convolaverat, ità ut ea magno-
perè affluerit, & hoc fuit Offunenfium Duce Re-
gias vices gerente. Hi autem novi Arrendatores,
de quorum oblatione in præfentiarum agitur, tan-
tummodo obtulerunt duc.124.m. atque ità eorum
oblatio duc.14.m. præcedenti extaleo fuit minor,
ut *fol.*182. quamvis fub hafta afcendit Arrenda-
mentum ad ducat.132600. tamen ea fumma fuit
etiam minor ea, quæ fuit in præcedenti Arrenda-
mento oblata. Itaque confiderata, fivè attenta
oblatione, quæ attendenda eft cum fit tam magna
fumma inferior extaleo proximè præcedenti; eo
minus credendum eft, Reg. Cameram ex ejufmo-
di duorum tertiorum moneta fe recipere folutio-
nem prædictam permififfe; cum nullum fufcipe-
27 ret incrementum, fed magnam diminutionem.
Eft enim in hoc cafu magnoperè urgens conjectu-
ra ex quantitate pretii, vel penfionis ad dignofcen-
dum, de qua moneta fenferint contrahentes, *Raud.*
in puncto *dict. refp.*33. poft *num.*114. *lim.*2. *lib.*5.
*Koppen. d.dec.*26.

Quintò, gratis conceffo, citrà tamen veritatis
præjudicium, quod dicta verba, *Per mandata*,
per mezo di Banchi, intelligi poffent juxtà Partis
prætenfionem, fcilicet, ut fieret folutio ex duo-
rum tertiorum moneta: & quod marginalis refor-
matio à Reg.Camera inftante Fifco facta, deeffet,
quæ dubitationem omnem tollit, tamen ad fum-
mum aliud in Partis beneficium defumi non pof-
fet, nifi, ut ipfis Gubernatoribus liceret folvere
Confignatariis ex dicto effectu duorum tertiorum,
durante tamen tempore, quo ejufmodi moneta
curreret, atque expenderetur, & non aliter.

Et

Digitized by Google

28 Et hoc potest fundari in solemni decisione *Bald.* in *l.1. num.7. in fin. C. de haeredit. vel actio. vendi.* ubi tradens per modum summalae plura Fisci privilegia, inter alia addit unum, quod in dubio temporis praesumitur pro Fisco, citans *l.1. C. de jure Fisci, lib.10.* secundùm unam lecturam. Igitur praesumendum est pro illo tempore id permissum, quod Fisco suffragetur. Etenim cum ex praecedentibus omni jure satis apertè appareat, ea verba non posse importare, nisi optimae, & numeratae solvendae pecuniae obligationem, sanè plusquam satis Parti adversae concederetur, si per ea verba ita concisa, & obscura intelligatur, illi concessam fuisse facultatem solvendi ex moneta duorum tertiorum, attamen illud esset discretà sentiendum, & cum debita intelligentia, quae actus omnes humanos regit, rebus scilicet in eodem statu permanentibus, & si ejusmodi monetae usus in eodem statu permansisset, non autem ut esset Principi prohibitum, ut in Coronae, publici, & commercii praejudicium ejusmodi monetam abolere non posset: cum praecipuè ea moneta fuerit inventa ad remedium quoddam, non perpetuò, sed ad breve tempus duratura, quousque res rectè disponerentur, & in suo ordine per praxim, & experientiam statuerentur. Et hoc etiam confirma-
29 tur; quia in dubio est illa sumenda interpretatio, quae oritur contrà illum, qui se fundat in verbis, & ad cujus commodum verba sunt prolata, & qui potuit legem sibi apertius dicere; vulgata *l.veteribus*, ubi *Glos. Albericum, in fin.* per *Surd. decis.204. num.19. Rimin. jun.* respondens in specie contrà conductores ad excludendum restaurum, *cons.282. num.20. lib.3. Roud. d.resp.33.num.110.* ubi è contrario etiam, si Fiscus locator se fundaret in verbis, adhuc pro conductore ex conjecturis, quae validissimae hic concurrunt, dicit esse respondendum.

30 Et quia etiam de jure sufficit, ut verba aliquid operentur, etiam in minimo, & alibi, satis esse dicitur amico, ut in paucis consulatur, *l.qui cum tutoribus, ff.de negot.gest.* Nec convenit, ut dica-
31 mus, Principi esse ità legem impositam, ut ab ea sibi discedere non liceat in suimet, & aliorum praejudicium, argum. *l.si quis in principio testamenti, ff.de leg.3.* & in puncto in materia restauri, quod
32 verba sunt intelligenda secundùm terminos juris communis, & ne juri communi derogent, quia à jure communi recipiunt interpretationem passivam, & strictissimè sunt interpretanda in damnum locatoris, latè in terminis *Hippol. Riminald. dict. cons.282.* ex *num.63. in tertiò*, ubi *n.68.* ex *Salycet. & Gozadin.* dicit, procedere etiam si ita intelligendo pactum, in quo locator suscipit periculum, secundùm jus commune nihil operaretur, quod pluribus exemplis comprobat ex *n.71. cum*
33 *seqq.* & quòd etiam si locator promiserit facere debitum, vel conveniens restaurum, intelligi debeat, prout aliàs de jure tenebatur, & prout utilius, sivè minus damnosum erat facienti, *num.84. & 85.* & quòd non attendatur damnum ex vulgi opinione, sed ex juris dispositione contrà *Ruin. num.88.* & ità decisum *num.105. 109. & seq.* etiam si verba parum operarentur ex *num.119.*

Sextò, hoc tantò magis sine ulla dubitatione procedit, quòd ejusmodi monetam abolendam, aut duorum tertiorum effectum auferendum esse, fuit casus non modò praevidendus, verùm etiam praevisus; cum necessariò venturus erat, in exequutionem ejus, quod decretum erat à Principe in introductione dictae novae monetae: qui expressè declaraverat, finem suum esse, ut per dictam novam monetam tum rerum pretia, tum etiam justitia, & collibiorum, sivè cambiorum aequalitas inter negotiatores in suam rectitudinem, & aequilibrium (ejusmodi veterem monetam abolendo) redigerentur. Ideò poenitùs cessat in hoc casu quaelibet praetensio excomputi, sivè detractionis, ut in re praevisa, quaeque necessariò ventura erat; non modò ut certa habita à negotiatoribus, quales sunt Arrendatores, Principum, & Superiorum motus omnes, & gestus, & gressus ex proprio instituto continuè observantes, ut ad optimam suorum negotiorum resolutionem, & eorum, benè gerendae rei causa, per conjecturam futura praevideant, verùm etiam à quibuslibet hominibus, à quibus duorum tertiorum extinctio fuit multò ante praevisa, & ut indubitata habita; quandoquidem ejusdem rumor, & fama inter omnes disseminabatur. Quamobrem in praedicto casu omninò cessare oportet quaelibet praetensio excomputi, dum quod successit, fuit ante praevisum. Atque ità imputandum est ipsis, cur legem apertè non dixerunt, dum rumor, & murmur maximus inter omnes perlatus, est omnibus notus, *Calcaneus* optimè *consil.14. num.9. Cenciius de censib. cap.2. par.2. quaest.4. art.4. n.29.*
34 ubi post *Bartr. Abb. Covarru.* & alios concludit, quod ubi tempore obligationis adest timor mutationis monetae, solutio est facienda juxtà valorem tempore solutionis faciendae, et *Bald.* in *l.si ea lege, C.de usur.* dicit in conductore, vel emptore fructuum, vel pedagii, quod si prius fuit bellum, debuit cogitare, posse evenire, quod iterum moveatur, cùm non sit aliud emere pedagium, quam
35 emere nomina transeuntium, et ideò sibi imputandum est, quod non cogitavit, quod evenire poterat, latiùs *Socin. cons.124. lib.4.* quod conductor in agro Florentino debuit praevidere, quod milites erant soliti depraedari, et debuit scire conditionem rei, praevidere quod evenire poterat, et loquuntur *DD.* non solùm in bello, sed in peste, et etiam si hostes non fuissent in loco contractus, sed in alio, quia tamen in illum potuissent irruere, latissimè post *Rimin. sen.* et alios *Rim. jun. dict. cons.282.* et *num.37. ad 41. lib.3.* et quod scientia excludat restaurum, *Paris. cons.28. num.11. par.2.* latissimè in bello, et omni impedimento *Puntbzeman. de locat. qu.5.* ex *num.6. cum seq.*

Et ut hoc dicam, etiam ad excludenda alia capita restauri afferti belli, & pestis. Quoad bellum dico, nullatenus posse praetendi damnum, quod forte evenire potuisset ex causa belli (quod tamen
36 probatum non est) posse dici evenisse facto locatoris: tum quia justa causa ad bellum praesumitur in
37 Principe, & justa causa dicitur etiam si regnandi, vel dilatandi causa imperii bellum sit indictum; vel alia causa ignota, cujusmodi est status conservatio, & tuitio, *Quintil. Mand.* optimè *ad Boss. de remiss. merced.* in *addit.* incip. *ex bello*, Ubi quod contra
38 Principem non sunt applicabiles termini, qui dici
39 solent de odio contra locatorem. Tum etiam quando tempore locationis bellum erat praeparatum, vel bellum imminebat, & à quibuslibet rerum humanarum expertis, & bellicarum rerum non ignaris, maximè ab expertis callidis, & vafris publi-

canis

canis rerum humanarum peritissimis prævideri potuerunt, & debuerunt, non secus, ac post aerem turbatum, cœlum nubilum, tonitrua, fulgura, ac pluvia expectari, & timeri debent, ut latius idem *Quintil. Mand. consil.* 89. quod edidit pro Fisco Avenion. contra Arrendatores Dohanæ, & addit *num.* 9. *&* 10. quod quando fit arrendamentum tempore cœpti belli, vel imminentis, seù præparati, vel quando conductor cogitare poterat, se integros fructus non percepturum propter bellum, vel timorem etiam belli futuri, etiam si de præsenti non adsit, remissionem peti non posse, ex *Joan. Andr. Cyn. Bald. Ancbar. Alex. Dec.* & aliis *Rimin.*
40 latissimè *d. conf.* 282. ex *num.* 34. Et quod non sufficiat probare ad obtinendum restaurum, quod adfuerit bellum vicinum erga damna illata, vel emanarunt, sed necessaria est specialis probatio, & concludens, quod damna evenerint propter cau-
41 sas allegatas, idem *Mandes. d. conf. post n.* 3. Quinimmò etiam ubi conventum de faciendo excomputo, quòd tunc demùm locus sit restauro, si pestis invaleat in ipso loco immediatè, non autem de peste remota in alieno territorio, vel dominio, latè idem *Rimin. jun. d. conf.* 282. *num.* 18. *&* 28. Et
42 tandem, quod in emptione pedagii etiam si eveniat mortalitas, undè gentes non transierunt per locum, & sic pedagium percipi non potuit, quod remissio mercedis cesset, cum censeantur, conductorem emisse casum, fortunam, sivè aleam, quare solvere debet quod promisit etiam si nihil perceperit, ex futuro eventu, quod post *Bald. & Dec.* extenditur ad quoscunque emptores gabellarum, & videntur emere futurum eventum, & sic ob damnum sequuturum posteà non possunt petere restaurum, latissimè *Rim. d. conf.* 282. *num.* 47. scilicèt quia in his, quæ se habent ad lucrum, & damnum, cessat damnum, etiam si ea casualiter contingat læsio, & etiam in minore, *idem num.* 60. 115. *&* 132. Et in puncto, quod propterea nòn sit in consideratione, quod ex causa pestis, vel belli vicini tot mercatores, peregrini, navigia non venere, & propter hoc sit diminuta negotiatio, idem *Rimin. num.* 114. *in fin. Mandes. d. conf.* 89. *num.* 7. & si per banna, & proclamata fuerit ordinatum, quod non accedant exteri ob pestis suspitionem, & quia melius fuit, forenses de contagio pestis suspectos procul à Regno arcendo, regnicolas conservare, quàm permittendo adventum forensium, cives omnes pestis periculo afficere, & ideò non censeri, hoc damnum contingere facto locatoris, quamvis ipso instante proclamata fuerint emanata, idem *Rimin.* in puncto *d. conf.* 282. in ultimis verbis, quòd fortè comprobatur ex dictis per *Morot. resp.* 76. *in fin.* loquentem de facto Principis coacti aliquid jubere causa publicæ utilitatis.

Et hoc esse verum, videre est in proœmio *Pragmaticæ* D. Cardinalis Zapatæ de mutatione monetæ sub 2. Martii die quæ est inter modernas prætermissas 26. *de monetis*, quæ ità clarè hoc asserit, ubi subdit paulò inferiùs, fuisse pluries super ea materia tractatum per Collater. Consil. & Reg. Cam. ac conclusum, ut pro tempore, & occasionibus diversæ fierent provisiones, inter quas fuit præcipua ea, per quam permittebatur usus monetæ duorum tertiorum, ut interim, & quousque nova cum moneta rei consuleretur, non impediretur commercium. Itaque hujusmodi moneta fuit permissa ad brevissimum tempus, & pro interim tantùm. Et infrà additur, multùm argenti fuisse ad hoc comparatum, ut cum ea moneta, quæ esset in bancis, & apud particulares, fieri posset abolitio non bonæ monetæ, & infrà, in §. *& perchè*, idem declaratur his verbis. *E perche il nostro principal'intento è di prohibire affatto tutte le monete ritagliate, e scarse, & introdurre, che tutte le monete siano giuste, e di peso, ordiniamo, che, &c.*

Idem legitur in *pragm.* 30. *de monetis* sub data 20. Aprilis 1622. in princ. ibi *con haver fatta formare là buona così di peso, come di qualità; sichè andandosi già diffondendo la buona moneta per il Regno, si spera, che di breve doveranno ridursi nel suo pristino stato, &c.* Et etiam in *pragm.* 2. *in proœmio, de exteris possid. bona* edita 31. Maii 1622. ab Eminentiss. Cardinali Zapata.

Nec omittam etiam ad hujus confirmationem, quod cum antè dictam diem 2. Augusti, in qua moneta duorum tertiorum fuit sublata, fuissent facti affictus cauponarum, in quibus vinum venditur minutim cum particulari pacto, & conditione solvendi pro medietate pecuniam numeratam, pro reliquo autem per fidem crediti duorum tertiorum. Cumque Affictatores eo casu prætendissent, deberi sibi detractionem, sive excomputum à Gubernatoribus, ut in processu penès Salomonem *fol.* 1. *& at. fol.* 8. & testes à *fol.* 10. ad repetitos à *fol.* 19. ad 29. ex eò quia contrà expressum pactum, qui casus erat multo fortior, fuit posteà facta extinctio effectus duorum tertiorum. Attamen fuerunt absoluti Gubernatores per decretum Cameræ, referente Domino Comite Molæ, die 26. Septembris 1624. *fol.* 55. Potissima autem ratio, quam Magnificus Doctor Naccarella ad defensionem Gubernatorum Vini attulit, fuit, quod prædictarum locationum tempore, & multò antè publicè in vulgus efferebatur; immò omnes pro certo habebant, veterum, Bancorum extinctionem in dies, ac jamdudum futuram esse: ac non amplius solutionem per eos faciendam futuram esse ex effectibus in girum, sed tantùm ex pecunia numerata, ut reipsa sequutum est. Et ablato giro, ipsi Gubernatores pro extaleo solverunt Regiæ Cameræ numeratam pecuniam, ut in 6. & 7. *art. fol.* 32. *à ter.* super quibus examinati fuere testes *fol.* 39. alter super 6. & 7. super iisdem *fol.* 40. & testis *fol.* 41. *in fin.*

Nec obstat, quod Arrendatores prætenderent fuisse pactum, ut hoc intelligeretur durante giro, ut in *art.* 5 *fol.* 23. *à ter.* quoniam dicta conditio de jure inerat, atque ideò expressa parum operari poterat.

Secundò in dicto casu sub specificis verbis fuit expressum pactum solvendi ex duobus tertiis, & ideò fuit opus majori declaratione, quam fuit in casu nostro.

Tertiò in comparitione in dicto processu manu ejusdem Magn. Doct. Naccarellæ facta, declaratur, non tantùm fundari se in dicta conditione, sed in cæteris causis in actis deductis *fol.* 54. quarum potissima fuit certitudo, quam brevi auferendi girum, deducta in dicto *fol.* 32. *à ter. d. art.* 6. Et sic decisio est in puncto à casu fortiori. Atque ità satis extrà rem objicitur de *conf. Ancbar.* 402. pluribus rationibus, cujus decisionem probavit *Cravett. conf.* 95. relato à *Carocio*. Tum quia satis diversus est casus *Ancbar.* ubi emptor Gabellæ communis Pistorii ex discessu Pontificis cum tota Curia ab illa Civitate amiserat ex toto ferè omnes dirictus,

qui

Digitized by Google

qui consistebant in venditione vini ad minutum, de quibus *Anchor.* loquitur ex discessu hominum, à quorum potu dependebat substantia Gabellæ, desolata Civitate ex casu inopinato.

43 Tum etiam, quia se fundat principaliter *Anchar.* quod communiter ea vulgi opinio, & in mentibus hominum erat infixa longa residentia Pontificis futura ex communi, & constanti Civium opinione, quæ verisimilis residentia, sivè longior mora fuerat finalis causa contractus. Et addit, hanc suisse causam finalem utriusque contrahentis, quæ impulerat emptorem gabellarum ad offerendum ultra quadruplum solitæ pensionis, ut in his fundat in specie *Anchar.num.30. in fin.* & iterum *nu.6. Cravett.num.3.* Hic autem non agitur de damno, & deficientia districtuum, sed de una, vel altera specie monetæ ad lucrum. Opinio vulgi, & maximè sagacium erat firmissima de proxima mutatione, etiam ita articulata in dicto processu, non fuit insinoata hæc intentio alteri contrahenti. Et quantitas oblata nedum non fuit ultrà quadruplum soliti, prout in casu *Anchar.* sed longè minor; undè rectè retorquetur in contrarium.

44 Nec obstat *pragmatica*, per quam die 25. Septembris anni 1623. fuit ordinata deductio ducatorum viginti pro quibuslibet centum, ex quo Pars duo infert.

Primum, incidenter scilicet fuisse per eam declaratum, promissionem per Bancum solvendi intelligi ex moneta duorum tertiorum.

Secundum, sibi saltem non posse negari deductionem viginti pro quibuslibet centum. Immò vult, ut Fiscus sit coactus uti dicta *pragmatica*; quia nunquam se usurum putavit, neque acceptaturum, in hoc casu eam posse allegari. Atque ad obtinendam deductionem viginti ducatorum pro quibuslibet centum, ulterius progreditur, dicens hoc sibi non sufficere; cum ablata dicta pecunia duorum tertiorum sit passa duo detrimenta: quorum primum fuit negotiationis, & lucri faciendi ablata occasio, alterum difficultas negotiorum, quæ inde successit ob commercii restrictionem.

Quoniam quoad primam objectionem est suprà pleoc responsum, plurifariam præ itùs perpensis verbis ipsis formalibus dictæ oblationis partis sensum in hoc casu excludentibus, ac præsertim verbum, *Per Banco*, ad duorum tertiorum solutionem non aliter posse extendi, quam si postatur ad differentiam numeratæ pecuniæ, ut declaratur *d. pragm.11.§. Ordiniamo, de literis cambii, fol.468.* Alioquin de libera, & prompta moneta est intelligendum, ut *pragm.10.eod.tit. fol.404.* Ultra quod in præsenti casu, verbum, *Per Banco*, non per se stat, sed annexum, & adjicens verbo, *per mandata per mezo di Banco*, quod de numerata est intelligendum pecunia. Proindè est animadvertendum, dictam *pragmaticam* nullo modo statuere, promissam per medium Bancorum solutionem de duobus tertiis esse intelligendam. Sed cum ibi asserit, nonnullos negotiatores periisse excomputum, eo quod solvere in numerata pecunia cogebantur, id, quod per Bancum solvere debebant, sicuti Authoris *pragmaticæ* non fuit hoc faciendi præsuppositum, sivè declarationem, quam Pars prætendit; ita dicta verba ex apocis tunc Banco directis sunt declaranda; in quibus dupliciter exprimebatur, debitores, sive sponsores nolle numeratam pecuniam solvere, quia in ipsis apocis, quæ erant solutionis mandata, continebatur solvere ex duobus tertiis, ut communiter fiebat.

Idque planum fit ab extractis, quas faciebant Banci, in quibus particulari nota dicebatur, *Estratte dalli libri de nostri Banchi di due terzi*, ut clarè demonstratur o computis à Parte ex adverso præsentatis in currenti processu à *fol.99. ad 166.* Et hoc ad differentiam apocarum, & solutionum, quæ fiebant per Bancos ex currenti, nova, & optima moneta. Aut si specialiter id in apocis non exprimebatur, idem esse intelligebatur: cum ille, qui apocam faciebat, alio nomeo, sive creditum non haberet in Banco, quam duorum tertiorum effectum: Quo in casu disponere intelligebatur de eo, quod habebat, quia de alio intelligi non poterat. Atque ita verè noluit in ea parte dicta *progmat.* sicut nunquam fuit ejus intentio, illi verbo, *Per Banco*, eum dare sensum, quem Pars dicit: Etenim cum ea verba non sint dispositiva, sed assertiva, & enunciativa dictorum verborum, quæ in apocis illis solvendis per Bancum referebantur, ubi non erant dicti negotiatores coacti solvere in pecunia numerata, declaranda, & intelligenda sunt juxtà terminos habiles earum apocarum, quæ alterutro dictorum modorum intelligendæ erant; scilicet, vel quod debitores expressè mandassent, & convenissent solutionem ex moneta duorum tertiorum, & non ex numerata secundùm apocæ formam, in qua hoc fuisset expressum; ut quia de alia moneta intelligi non posset, cum scribens aliam monetam in banco non habebat, & non quia bancalis solutio simpliciter intelligenda esset potiùs ex duobus tertiis, quàm ex numerata pecuniarum numeratæ pecuniæ Bancus sit verior secundum novam formam, quam secundùm veterem.

45 Quod item à generali decreto sub 17. Novembris die, anni 1622. lato expressè declaratur, in quo, ut planum fieret, bancalia deposita non intelligi eo ipso de duobus tertiis, cum etiam de currenti, & usuali moneta sensus esse posset; dicitur. *Item, & circà alia deposita facta post diem 2. Martii in Bancis publicis de pecunia duorum tertiorum, de quibus, &c.* & in fine *nec sufficere depositum, vel solutionem de duobus tertiis in bancis*, ex quo patet, non ex eo, quod bancalia deposita erant, sequabatur, ut essent de duobus tertiis.

Quò verò ad partem dispositivam dictæ Pragmaticæ circa prætensam deductionem ducatorum 20. pro quolibet centenario, respondetur, dictam pragmaticam ità in verbis, sicuti in sensu ratione expressa, & ipsius decisione non posse extendi ad casum, in quo agimus quia certum est, eam tantummodo loqui de iis, qui apocas fecerant pro solutione, quam facere debebant intra aliquod tempus, & fortè brevi pro unica vice, propter bonorum emptionem carò factam, attento quòd ipsi pollicitierant monetam duorum tertiorum solvere, quì postea ablata, non æquum erat, ut eadem summa in nova moneta solveretur, quæ intrinseca materia erat tantò melior, juxtà communem *DD.* decisionem, atque ideò ille duorum tertiorum effectus fuit pro quolibet centenario æstimatus, sivè valutatus pro ducatis octuaginta. Quod in casu nostro diversissimo omninò cessat: in quo neque bancales, neque cambii apocæ factæ fuerunt intra aliquod tempus solvendæ: neque pro pretio bonorum plus justo emptorum, cum momentaneo acquisitionis actu; sed sumus in oblatione solvendi exaleum.

Arrendamenti, quod ficut fucceffivum tractum habebat in futurum ad quatnor annos, & menfes; ita etiam refpiciebat fructus, & dirictus exigendos dicto temporis fpatio; qui ab Arrendatoribus exacti funt ex moneta numerata tam ante, quàm poft duorum tertiorum extinctionem. Atque ità cum fit promiffa folutio extalei, non refpectu, & caufa bonorum carò coofignatorum, fed ratione dirictuum io futurum exigendorum, non modò ratio, & caufa finalis pragmaticæ omnino ceffat; fed per eandem fundatur, nullam facieodam effe deductionem; arguendo à ceffante ratione, fivè potins à contrario, eum contrariorum eadem fi difciplina.

Quamobrem credo, nunquam fuiffe factam deductionem ducatorum vigioti pro quolibet centenario ad eorum beneficium, qui ex numerata pecunia exegerint, ut fecere præfentes Arrendatores, præfertim qoia ficuti dictum eft, nedum non carius, fed enim duc. 14. mil. minoris, quàm præcedentes Arrendatores conduxerunt. Et fic refolvitur etiam ratio, fivè motivum, quo afferitur, quod fi prævifus fuiffet cafus oblationis duorum tertiorum; utique, pragmatica non dediffet excomputum ducatorum viginti pro quolibet ceotenario,

Dicitur enim fuiffe in fuo cafu promiffum, refpectu fcilicet emptionis carò factæ propter oblatiooem folutionis facieodæ ex mala moneta, & refpectu eorum, qui apocas intrà certum tempus folvendas fecerant, à quibus cogitari poterat, fiari debere folutiones etiam ante extinctionem duorum tertiorum, quæ licat extinguenda erant; tamen non erat ita certum extinctionis tempus.

Neqoe eft etiam refpondeodum ad id, quod afferuot, majorem deductionem fcilicet fibi dandam effe, quàm ibi à pragmatica tribuitur, ex quo Arrendamenta paffa erant duo damna; primum nimirum, quod ratio lucrifaciendi fibi fuerit ablata; alterum, quod maxima fecuta fuerit inopia, & difficultas negotiorum. Quia præterquam ex dictis apparet, ejufmodi prætenfa damna nollius fuiffe confiderationis, quinimo prævifa.

Dicitur infuper, fi ratio in dicta pragmatica à Superioribus coofiderata, militaffet pro Arrendamentis, utique fuiffet etiam in hoc provifum in beneficium Arrendatorum, ut factum ibi fuit refpectu aliorum negotiatorum, & neque ipfi Arrendatores de hoc inftare defiiffeot, ut inftirerunt negotiatores, qui apocas bonorum pretio folvendas, fecerunt. Verùm quia diverfa erat ratio, uti dictum eft, hoc neque petitum, neque conceffum fuit. Immò perpenditor, quod cum in hoc proceffu fecerint quatuor inftantias, incipiendo à nono Aprilis die, anni 1625. *fol.* 1.2.3. & 5. cunctati funt poftea ufque ad 26. Augufti diem, anoi 1626. quo in poftremo capite comparitioois, ab ipfis factæ, propofuerunt hoc capur, fuiffe fcilicet duo tertia ablata, non tamen hoc fibi promiffum fuiffe, allegantes, aut annuentes *fol. 6. in fin. & à terg.* ex quo fortè poteris cootendi, hujofmodi capur non fuiffe deductum, cum noo fuerit allegatum, hoc fibi ex pactione fuiffe promiffum; cum Fifcus probè fciret, non teneri fe nullo modo ad lucri inftaurationem.
46 Conftat enim, remiffionem mercedis à jure minimè concedi ob lucrum amiffum, fed dumtaxat ob damnum paffum; ut ultrà *Peguer. Surd. Rimin. jun. & Caftil.* citatos in prioribus allegat. tradit *Parif. conf.* 38. *col.* 2. *lib.* 1. *idem Rim. jun. conf.* 282. *num.* 59. *lib.* 3.

Et ex hoc oritur feptimum, ac principale motivum, & eft, quod cum ipfi Fifco, & Confignatariis ex bona mooeta per totum ferè Arrendamenti tempus extaleum folverint nulla enm proteftatio-
47 ne, defumitur propterea, quod fi qua tamen ratio folvendi cum deductione ejus, quod duorum tertiorum folutio importaffet (quod nonquam fuit) fibi competiiffet, per hoc fibi præjudicaverunt, neque aliquod illi excomputum fieri poteft, ut in puncto decifum eft in Seoatu Sabaudiæ apud *Ant. Fabr. lib.* 8. *tit.* 19. *C. de folut. definit.* 25. & 51. *in tom.* 2. Immò ifta obfervaotia folvendi fine proteftatione ex numerata pecunia, quæ fecuta eft à Julio 1623. ufque ad Auguftum 1626. indicat, & meritò melius explicat obligationem, quam ipfi ex pactione, & ex contractu facto in menfe Martii 1623. habebaot folvendi ex numerata pecuoia, ut exigebant; cum attendenda potius fit hæc longa trium annorum obfervantia, quàm prætenfum, ac breve trium menfiom folitum, quod allegat ipfa Pars, fecutum fuiffe à Martio 1623. ufque ad poftremum
48 fequentis Julii diem. Ut in puncto ad limitationem affumpti facti per adverfarium tradit *Albert. Brun. de monetis, limit.* 4. *num.* 7. & 8. ubi in cafu, quo fæpè fuit mutata moneta, & facta folutio diverfo modo refolvit his verbis brevibus, *puta præfcriptum effe, ut prout fuit per tempora folutum, folvatur*; nam fi fuit de ufuali moneta folutum, ideft de ea, quæ currebat tempore cujuslibet folutionis, feu fecundùm valorem, qui currebat, in lingula folutione erit ità præfcriptum, & licèt folutiones individuæ fuerint diverfimodè factæ, in hoc tamen dicitur effe uniformitas folutionum, & cucurriffet tempus præfcriptioois, quod fecundùm currentem monetam, & ufualem tempore faciendæ folutioois folutum fuerit, & fic præfcriptum erit, ut poffit folvi, & debeat fecundùm univerfalem monetam tempore faciendarum folutionum, & ità fit folvendum in futurum, quafi ità foret conventum, vel difpofitum, cum præfcriptio habeat vim difpofitionis, & conventioois, citat *Corneum confil*, 181. *col.* 29. *feù antepenult. verf.* 2. *dicti rei*, *lib.* 2. & ante iftos idem in effectu refpondit *Aret.* poft *Cyn. Jac. de Aret. Bald. Butr. Panor.* & alios in mutatione temporali in pretio pecuniæ, folutio fit facienda ficut tempore folutionis, & addit in *verf. Secundo eft præmittendum*, quod fi ille, qui debet folvere in pecunia majoris æftimationis, folvat in pecunia, quæ minus valet, non præfcribit, nifi tribus concurrentibus; primò, quam qoi recipit minorem quantitatem pro majori, credat fibi majorem non deberi, nam aliàs per receptionem partis conferva-ret fibi jus petitionis in toto; fecundò, quòd folvens minorem fit in bona fide; & tertiò decurfus triginta annorum contrà privatum, & quadraginta contrà Ecclefiam, ut latiùs per ipfum *Aret. confil.* 112. quem probavit *Rota* inter decif. relatas à *Cencio, tract. de cenfibus*, & latiùs idem *Cencius dicto tract. par.* 2. *cap,* 2. *q.* 4. *art.* 4. *num.* 33. & 34.

Ex quibus omnibus non opus eft, ut Fifcus utatur generali decreto circa rationem folutionis diverforum debitorum, & de qua pecunia, lato die 27. Novembris, ubi in *fin.* in §. *infuper* declaratur pro conductionibus dimidium ex numerata pecunia, reliquum verò ex duobus tertiis effe folvendum. Quod fi Arrendamenta conductionum norma uti voluiffent, eorum Gubernatores non potuiffent, nifi dimidium ex duobus tertiis folvere,

reliquum verò ex numerata pecunia, & hoc per id temporis, quo extiterunt dicta duo tertia.

Quod verò hujusmodi generale decretum omnes affictus, etiam terrarum comprehenderint, extant S. C. decisiones in affictu Status Sanseverii; quibus decisum fuit, Conductori dimidium tantummodo bonificandum esse, & per id tempus, quo duo tertia extitere: bonificante è contra Conductore interesse ad rationem octo ducatorum pro quolibet centenario. Itaque si etiam in Arrendamentis ait tendenda esset dispositio dicti generalis decreti, quæ dicto Arrendamento Martii 1643. multis mensibus præcessit, nisi dimidium solvere potuissent, pro eo tempore, quo dicta duo tertia permanserunt; & cum summa fructuum, quæ ex Arrendamento redacta est, congerendum esset totum id, quod ipsi fatentur se esse lucratos ex industria, & negotiatione duc. 25. aut 30. pro quolibet centenario, nam licet illud licitè fecissent virtute pactionis, non ideò minus includetur in incremento fructus extalei, cum sit fructus, & beneficium, quod ipsi perceperunt.

Confert superiùs scriptis illa Domini, ac nunquam satis laudati Regentis Reverterii decisio, quæ inter suas manuscriptas circumfertur; proptereà hic inferendam operæ pretium duxi.

ARGUMENTUM.

De excomputo, quando, & quo ratione fiat.

DECISIO.

IN Sacro Regio Consilio fuit agitata causa inter fidelissimam Civitatem Neapolis, & Magnificum Fabium Vives super excomputo petito per dictum Fabium à dicta Civitate, ex causa Arrendamenti Gabellæ Grani pro quolibet rotolo carnium, & piscium cum aliis dictæ Gabellæ concernentibus, quæ fuit locata; seu arrendata pro annis quatuor ducat. 89000. pro quolibet anno, & sic pro toto Arrendamento in ducat. tricentum sexaginta mille; excomputum, quod prætendit dictus Fabius est in ducat. 6000. quod tamen falsum, quia per libros Credenzeriorum non fit rectè probatio, cum Arrendatores, ut non appareat veritas quantum fuerit, percipiunt dirictus in eorum domibus, & non scribuntur in libris Credenzeriorum, adeo quod multo major quantitas semper ex Arrendamentis percipitur, quam appareat ex libris Credenzeriorum, ut semper vidi quando fui Præsidens, & postea Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ, adeò quod non est dubium, non esse factam admissionem extalei totius anni in ducat. quadraginta mille, quocirca attento extaleo totius Arrendamenti in duc. tricentum sexaginta mille, non deberet fieri excomputum, quamcumque opinionem teneamus, de quibus latè habetur in alia mea *decisione*, incipiente *In causa excomputi petiti fol. 19. in quinterno 5.* ubi latè deduxi, quæ sterilitas requiratur, ad hoc ut remittatur mercedis solutio, ibi referuntur plures opiniones, quarum communior est opinio *Bart.* in *l. licet C. locat.* quando Colonus est læsus in amissione fructuum ultra dimidium justi pretii, idest quia non colligit tot fructus, deductis expensis, qui æquivalent dimidiæ pensionis solvendæ, tunc poterit petere remissionem mercedis pro casu dominii, alias si percipit tot fructus, qui ascendunt ad dimidiam, vel ultra, non potest petere excomputationem, ita hanc opinionem *Bart.* declarat, & sequitur *Ant. de Butr.* in *cap. propter sterilitatem extra locati*, & alii, de quibus in *d. dec.* qui referunt, hanc esse communem opinionem, secundum quam non est dubium, non debere fieri excomputum, cum iste Arrendator non solum percipit dimidium extalei. Imò non amisit decimam partem, seu undecimam totius extalei, ergò secundum dictam opinionem communem non est locus excomputo, seu remissioni mercedis, etsi tenemus aliam opinionem, quod hoc remittitur arbitrio boni Judicis, prout ego ibi tenui, non erit locus excomputo, quia in tam magna summa extalei ducatorum 89000. pro quolibet anno est amissio ad rationem undecim pro centenario parum plus, vel minus, ergò in tam modica summa habito respectu ad tàm maximam summam extalei, non debet fieri excomputum, etiam attentis omnibus opinionibus, de quibus in *dicta decisione*, etiam si omnes causæ adductæ in processu pro parte dicti Fabii militarent, quæ, sunt quatuor causæ adductæ, quarum secundum opinionem omnium Judicum, qui in dicta causa intervenerunt, vel secundum eorum majorem partem, solum una militaret, quæ est non magnæ quantitatis, sed parum solum ascendens ad ducat. 2500. quæ est quarta causa adducta, atsi passim, & indistinctè fieret excomputum semper esset certus Arrendator de lucro, & nunquam de damno, quia si esset in maximo lucro, non solveret aliam quantitatem ultra extalem, etiam si lucrum esset maximum, totum cederet in sui beneficium, etsi aliquid amitteret, adeo quod gabella non ascenderet ad integrum extaleum, si fieret excomputum, hoc casu semper esset certus Arrendator de lucro, & nunquam de damno, hoc esset mala societas, non stare in periculo damni, sed semper in certitudine lucri, & ista procedunt attentis terminis juris communis, circumscriptis pactis appositis in incantu Arrendamenti in instrumento postea stipulatis inter dictam Civitatem, & dictum Fabium expressè, in quibus est renunciatum omnibus excomputis, quæ possent in specie in Judiciis, & in genere evenire, exceptis duobus casibus, scilicet pestis intus Civitatem Neapolis, vel fuisset invasio Regni cum Exercitu, & armata ordinaria ad invasionem dicti Regni circa Civitatem Neapolis per triginta milliaria; & quod realiter, & cum effectu fieret in vasio, in his duobus casibus tantum fiat excomputum prout juris erit.

In aliis verò casibus, & quibusvis etiam majoribus opinatis, & inopinatis, divinitùs, vel humanitùs contingentibus etiam rarò, & penitus insolitis, non obstante, quod per S. C. fuisset in simili casu judicatum, seu de æquitate declaratum, quod non debeat fieri excomputum, neque possit prætendi excomputum aliquod, etiam quod dictus Arrendator evidenter amisisset in dicto Arrendamento, & postea, ut supra dixi, exprimit ibi in judicio omnes casus, quos prætendit dictus Arrendator, & ita fuit pactum inter eum, & dictam Civitatem, non posse fieri excomputum, nisi solum in dictis duobus casibus, quid ergò dubitare oportet, quod non potest fieri excomputum in isto casu, postquam ita est expressè conventum, *l. 1. §. si convenerit ff. deposit. l. sed & si quis, §. quæsitum ff. si quis cautionib. l. pacto servabo. 7. ff. de pactis.* Civitas voluit, quod nunquam fieret excomputum, nisi solùm in dictis duobus casibus pestis, & belli, hæc conventio, & pactum

Digitized by Google

inter majores fit, non est pactum contra legem; neque dolo malo factum, ideò est omninò servandum, *l. jurisgentium §. prætor ait ff. de pact.* hæc renunciatio specialissima, & individua omnes casus individuos exprimens, & postea subnectens generaliter omnes casus, non est dubium, quin valide sit omnes casus comprehendit etiam incogitatos, notatur per *Glos.* in *d. §. quæsitum* ubi *Bart. Alex. Jas.* & omnes in *d. §. quæsitum*, & est communis opinio, quanto magis in casu nostro, in quo est expressè renunciatum omnibus, & quibuscunque casibus, etiam incogitatis, & pro his est casus in *l. fistulas §. frumenta ff. de contrah. empt.* ubi casus fortuitus ab aliquo susceptus, intelligitur de casu fortuito inopinato, & non illo ex consuetudine proveniens, ex quo *tex.* tolluntur omnia, quæ per partem Arrendatoris adducuntur, dum dicit, quod ipse renunciat casibus solitis communiter evenientibus, quia imò est totum contrarium, quinimò intelligitur de casibus insolitis, & inopinatis, per *tex.* ibi, & *Bart.* tum quia, *ut* supra sæpius dixi, est expressè renunciatum omnibus casibus fortuitis, & non cogitatis, solitis, & insolitis, ea, quæ in contrarium allegantur pro parte dicti Fabii Vives non obstant, quia per supradicta pacta sunt omninò sublata, & loquuntur in diversis casibus, & ibi in allegatis pro ejus parte erit multo major amissio, quàm fit in casu nostro, attenta maxima quantitate extalei in ducat. 360000. ex quibus omnibus fuit pro majori parte votatum in favorem dictæ Civitatis, eam absolvendo à petito excomputo, &c.

S U M M A R I U M.

1 Regiæ Pragmaticæ editæ Thori de possessor. non turb. *exceptio non est peremptoria.*

2 *Rex Ferdinandus in editione* Prag. editæ Thori *Imperatori Zenoni comparatur in* l. omnes, *& in* l. benè à Zenone C. de quadr. præscript. *& Serenissimo, & Prudentissimo Regi Alphonso l. qui statuit edictum Pontinæ.*

3 *Ratio, quarè fuerit condita* Reg. Pragm. edita Thori *affertur, ut lites tollerentur, & discordiæ inter Regnicolas sedarentur, Regno jam pacato, inimicisque expulsis, & omnia bona tam feudalia, quàm burgensatica capta, erepta, in Fiscum redacta, data, donata, vendita, concessa, & quovis modo dispensata teneantur à possessoribus, omni lite remota, &* nu. 4. *ex proœmio* dictæ Prag.

5 *Reges Alphonsus, & Ferdinandus, sicut multa virtute, longa pace, communi justitia, & magna tranquillitate Regnum hoc tenuerunt, ità nihil ab eisdem statutum fuisse, quod ad communem ejusdem Regni utilitatem, tranquillitatem, rectamque gubernationem non attineat, credendum est.*

6 Regia Pragmatica edita Thori, *& si aliquibus dura visa fuerit, tamen consideratis causis, & rationibus, quibus edita fuit, consideratoque illius* Conditoris, *justa, & favorabilis cuique videri debet, &* num. 65.

7 *Ad probandam exceptionem, quæ oritur ex* Pragm. edita Thori, *duo tantùm sufficiunt.*

8 *Alternativè, non autem copulativè verba* Pragm. *interpretanda sunt, idque sufficiet, ut aliquid ex dictis verbis verificetur, ut ex verbis ejusdem* Prag. *fundatur.*

9 *Idem non potest esse nostrum ex pluribus causis, & titulis.*

10 *Contractus donationis cum contractu venditionis concurrere non potest.*

11 *Emptionis contractus substantia est pretium, donationis verò liberalitas.*

12 *Verba alternativè, non autem copulativè accipi debent, maximè ubi unumquodque verbum positum est de per se principaliter, & non respectivè ad aliud.*

13 *Dispositio in unoquoque verbo procedit quando æquè principaliter posita sunt, nec requiritur concursus.*

14 *Dispositio* Reg. Pragm. editæ Thori *quomodo elusoria redderetur, declaratur, & ratio affertur.*

15 *Verba contenta in* Pragm. & quovis modo concessa, *comprehendunt omnem modum concessionis.*

16 *Verba prædicta disjunctivè, non autem copulativè verificari debent.*

17 *Possessio quo tempore requiritur, ut satisfiat* Reg. Pragm. editæ Thori, *& sufficere possessionem tempore* Pragm. *traditur ex nonnullorum authoritatibus.*

18 *Limitationes, & restrictiones traditæ ad* dictam Reg. Pragm. *afferuntur, quæ mox impugnantur, & primò non posse opponi hanc exceptionem à Regio Fisco,* num. 19. *rejectis aliquorum authoritatibus, & Decisiones R.C. in medium afferuntur,* num. 20. 21. & 22.

23 *Opponere de jure tertii potest Fiscus, cùm exceptio est exclusiva juris agentis, & admittitur hæc exceptio ipso jure.*

24 *Secunda limitatio* dictæ Prag. *affertur, &* nu. 25. *refellitur.*

26 *Beneficium* l. benè à Zenone *non habet locum, ubi secunda concessio est nulla, & prima valida.*

27 *Concessio si sit facta duobus à Rege de eadem re, secunda attenditur si adest clausula,* non obstante prima concessione facta tali personæ.

28 *Rex Ferdinandus ex causa Civitates Regias in perpetuum domanium redegit, & Coronæ restituit, Regnique peculio reintegravit.*

29 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in jure validum est.*

30 *Regula, quod conquassantur privilegia, declaratur, ut cesset quando unus est privilegiatus activè, alter verò passivè, quo casu actor non utitur privilegio contrà reum, maximè verò ubi reus certat de damno vitando.*

31 *Confirmatio privilegiorum operatur novam concessionem, & majorem authoritatem tribuit actui confirmato.*

32 *Rex & si memor debet esse hominum, qui digna operantur, nullo tamen jure cavetur, quod cogi possit ad illos remunerandum.*

33 *Rex remunerando dicitur donare, & recipiens acquirere ex causa lucrativa.*

34 *Feudum donatum ex causa remunerationis Regiæ, non dicitur remuneratorium, & propter ingratitudinem, feloniam, aliasque causas, quis feudo taliter sibi donato privari potest.*

35 *Rex Ferdinandus revocavit concessionem Regis Alphonsi Civitatis Regii, quia in detrimentum Coronæ, & aliis justis causis, quæ referuntur* nu. 36. & 37.

38 *Causæ quæ fuerint revocationis privilegii Civitatis Regii, ejusque domanii confirmationis, adducuntur.*

39 *Rex non potest facere alienationes, seù infeudationes de Civitatibus Regni in præjudicium Coronæ.*

na, sed illibata servare tenetur successoribus.

40 *Successor in Regno potest concessionem domanialium factam per Prædecessorem revocare ex commun.* DD. *opinione, limitatur tamen* num. 41. *quæ limitatio declaratur* nu. 42.

43 *Consuetudo tanquam quid facti est allegamda, & probanda,*

44 *Producens privilegium videtur omnia in eo contenta approbasse, nec amplius illud impugnare potest.*

45 *Custodiam Castri, vel Civitatis derelinquens absque aliquo adjutorio dum in obsidione manet, potest privari Castro, vel Civitate, & est digna causa revocationis privilegii, quod ampliatur,* num. 46.

47 *Præsumptio est juris, & de jure, Regem Ferdinandum fuisse justissima causa motum ad revocandum privilegium ex dispositione* Reg. Pragm. editæ Thori, & num. 48.

49 *Contrà præsumptionem juris, & de jure non admittitur probatio in contrarium.*

50 *Proœmium mens statuentis declarat, & confirmat.*

51 Pragm. edita Thori *omnes reformationes, & dispositiones tuetur.*

52 *Lex, vel statutum ubi confirmat dispositiones factas in eisdem statutis, intelligitur confirmare illas, quæ ultimo loco corrigunt, vel mutant primas.*

53 *Actus revocatus non potest allegari ut actus.*

54 *Concessio ultima attenditur, sivè revocatio sit facta ab eodem, sivè ab alio Rege.*

55 *Universitas habet plura privilegia propter pauperes, pupillos, & viduas, in ea existentes.*

56 Pragm. edita Thori *tuetur possessores, quod ex ejusdem* Pragm. *verbis clarissimè desumitur.*

Curtii, *& aliorum conclusio declaratur non procedere in* Reg. Pragm. *nam contrarium constat sæpè decisum* num. 58.

57 *Cessante ratione, cessat etiam argumentum.*

59 Præsidentis Amati consil. 99. *& jura per eum adducta resolvuntur, &* num. seq. usque ad nu. 62.

63 Lex benè *a* Zenone *non procedit, nec adaptari possunt ejus termini* Reg. Pragm. editæ Thori, *& plures habet limitationes* num. 64. & 65.

66 *Exceptio* l. benè à Zenone, *ubi opponitur, ad merita indistinctè reservatur.*

67 *Exceptio* dictæ Reg. Pragm. editæ Thori *nequaquam ad merita reservari potest secundùm veriorem opinionem, &* num. 99.

68 *Qualibet causa etiam levis erroris facit cessare dispositionem* l. benè à Zenone, *quod secus est in* Reg. Prag. *prædicta, quæ nudum tantùm factum considerat.*

69 *Verba* Pragm. editæ Thori *declarantur, &* num. 70. 71. & 72. *ubi traditur intellectus ejus verborum, & contrariis ponderationibus lacissimè occurritur.*

73 *Voluntatis defectus ostenditur ex falsa assertione.*

74 Pragm. edita Thori *vetat litem agi de dispositionibus factis à Rege quovis modo, & sic nedum vetat tractari de dispositione, sed de modo etiam dispositionis.*

75 *Factum Regis sive juridicum, sive injuridicum, sive erravit sive non semper attenditur, & recensetur decisio R.C.*

76 *Legis virtus non trahitur ad præterita, sed ad futura.*

77 *Agenti, & allegant incumbit onus probandi.*

78 *Appellatione terræ, & loci non venit Civitas.*

79 *Fiscus non venit appellatione personarum, quia est ficta persona, nec Universitas tanquam corpus fictum, &* num. 89.

80 *Litis pendentia inducitur per solam citationem partis.*

81 *Litis pendentia non inducitur ex sola commissione, quia requiritur citatio, ex magis communi opinione.*

82 *Sola rescripti præsentatio non tribuit jurisdictionem Judici delegato, non sequuta citatione ad dicendum contrà supplicatam.*

83 *Scriptura originalis si sit penès partem, ea uti non videtur, & de ea nulla habenda est ratio, &* num. 84.

85 *Citatio partis ubi sit, & ad ulteriora virtute dictæ citationis non proceditur, circunducitur citatio cessat litis pendentia.*

86 *Litis pendentia non inducitur, ubi rescriptum intimatum non facit mentionem de eo, super quo prætenditur, litis pendentiam fuisse inductam, & requiritur specialis mentio, &* n. 88.

87 *Reus est secunda pars principalis cujuslibet judicii, & debet nominari, si non in libello, saltim in citatione, aliàs non consistit judicium.*

90 *In generali sermone non venit persona loquentis.*

91 *Rescriptum delegatorium non extenditur ad res, nec ad personas non expressas, cum sit stricti juris.*

92 Pragm. edita Thori *cum tollat jus partium, videtur quoque tollere causæ commissionem, & cum litem tollere voluerit, videtur comprehendere etiam præteritas, in quibus non fuit conclusum,* num. 93.

94 *Judex de qua re cognovit, de eadem judicare debet.*

95 Reg. Pragm. edita Thori *producit exceptionem peremptoriam in primo capite, dum totum jus actoris absorbet, jurisdictionem tollit, audientiam denegat, & perpetuum silentium imponit, quæ exceptio perpetua dicitur, & semper agenti obstat.*

96 *Exceptio quælibet, quæ removet actorem, sivè reum, sivè Judicem à limine judicii, reddit judicium & processum retro nullum.*

97 *Judex procedendo ad ulteriora, non videtur rejecisse eam exceptionem, quæ rejicit à limine judicii.*

98 *Exceptio peremptoria si opposita sit in vim dilatoriæ, & fuerit rejecta, potest etiam opponi in vim peremptoriæ, nec valet sententia, nisi Judex super ea judicet, militet, nec ne.*

100 *Princeps si concedat alicui Judicem delegatum contrà aliquem, non videtur eum habilitare ad agendum, sed possunt opponi omnes exceptiones, quæ contrà eum opponi poterunt.*

101 *Papa dando excommunicato Judicem delegatum, non videtur eum absolvere, ut agere possit.*

102 *Agere ubi quis prohibetur sinè certa solemnitate, si impètret Judicem à Principe, non videtur dispensatum, ut agere possit sine illa solemnitate.*

103 *Expressa licentia ubi requiritur, non sufficit tacita.*

ARGUMENTUM:

Ad veram declarationem *Regiæ Pragmaticæ editæ Thori*, ejusque germanum intellectum pro Regio Fisco (rejectis declarationibus aliquorum *DD.* ac eorun-

eorundem limitationibus, sive restrictionibus) ex
verbis, & vi verborum ejusdem *Pragmaticæ* non-
nulla, non minus erudite, quàm ingeniosa tradun-
tur, quibus aliqua de revocatione privilegiorum,
& revocatione domanii satis congruè adaptantur,
ut nihil desiderari possit.

RESPONS. XIX.

IN hac causa Ill. Marchionis Julianæ prætendentis
esse consulendam S. M. per Excell. hujus Regni
Proregem, ejusque Collat. Consil. ut Rhegii
Civitas, quam ejus antecessoribus à Rege Fer-
dinando I. ablatam prætendit, eidem restituatur,
1 vel æquivalens præstetur excambium, ex perem-
ptoria exceptione *Reg Pragm.4.* in *1.cap.de possess.
non turbandis æditæ Thori*, pro parte Civitatis
prædictæ, ac Regii Fisci opposita, atque dedu-
cta, apertissimè demonstratur, præfatum Marchio-
nem non esse audiendum, ac à limine præsentis ju-
dicii repellendum, imò perpetuum silentium omni-
nò imponendum fore.
2 Etenim per hanc *Pragmaticam* Catholicus, &
Invictissimus Rex Ferdinandus ad instar Zenonis
Imperatoris in *l. omnes*, et *l. benè à Zenone*,
Codic. de quadr. præscription. & Serenissimi, &
Prudentissimi Alphonsi I. ejus Patrui, qui statuit
edictum Pentimæ, hanc generalem legem in Re-
gno condidit, Regno jam pacato, inimicisque
3 expulsis, in anno 1505. 18. Februarii, per quam
statuit in primo capite, ut lites tollerentur, & di-
scordiæ inter Regnicolas sedarentur, quod omnia
bona feudalia, sivè burgensatica, capta, erepta,
in Fiscum redacta, data, donata, vendita, con-
cessa, sivè aliquovis modo disposita, dispensata,
& ordinata teneantur, prout per Serenis. Reges
Alphonsum, & Ferdinandum Primos fuerit ordi-
natum, & dispositum, nec lis, quæstio, & con-
troversia moveri possit, an jure, an injuria, fue-
rint capta, erepta, vel aliter disposita, nec aliquid
in judicio, vel extrà de jure, vel de facto inno-
4 vari, ea potissima motus ratione, quia aliàs inou-
merabiles lites orirentur, propter quas discordiis,
& controversiis totum Regnum accenderetur, ut
5 in *Proœmio dictæ Pragmaticæ*, & quia prædicti Re-
ges hoc Regnum, sicuti multa virtute partum,
ità longa pace, communi justitia, ac magna tran-
quillitate tenuerunt, itaut nihil ab eisdem Regi-
bus statutum fuisse credendum est, quod ad com-
munem ejusdem Regni utilitatem, tranquillitatem,
& rectam gubernationem non attineat; quæ *Prag-
6 matica*, & si aliquibus dura visa fuerit, tamen ha-
bita consideratione ad causas, propter quas edita
fuit, & ad personam Conditoris, justa, & favo-
rabilis omnibus videri debet, ut latè fundat in pro-
priis terminis *D. Regens de Curte in ejus diversor.
juris feudalis part. 1. fol. 71. num. 47.* & *Regens
Moles* (quidquid in contrarium dixerit *Loffred.
cons.34. n.6. in ejus decisionibus manuscriptis su-
per dicta Pragmatica, quæstione unica*, incip. *in ista
materia*.
7 Ad cujus exceptionis probationem duo tantum
sufficere omnibus notum est, & docet idem *D. de
Curte loco proximè citato num.55. fol.71.* & *D. de
Ponte cons.67.num.7.lib.*
8 Primum, quod adsit dispositio, vel exceptio il-
lorum Regum, sufficit enim, quod aliquod ex ver-
bis positis in *dicta Pragm.* verificetur alternativè,
& non copulativè, ut ex eisdem verbis *Pragmat.*
constat, ibi, *data, donata, vendita, & concessa*, quæ
9 non possunt copulativè concurrere, cum idem non
possit esse nostrum ex pluribus, causis, & titulis, *l.
non ex pluribus, ff. de reg. jur.* non potest enim con-
10 currere contractus donationis cum contractu ven-
ditionis, ex regula *leg. si donationis, Cod. de contra-
11 hend. empt.* emptionis enim contractus pro substan-
tia habet pretium, donatio verò sola liberalitate per-
12 ficitur, *l. 1. ff. de donat.* & verba alternativè, non
autem copulativè accipiuntur, *l. qui concubinam*,
ubi *Bart. ff. de leg. 3.* maximè quia unumquodque
verbum est positum de per se, & principaliter, &
13 non respectivè ad aliud, quo casu dispositio in
unoquoque procedit, nec requiritur concursus, ut
14 pulchrè tradit *Roman. cons. 104. num. 4.* Imò esset
aliàs elusoria dispositio *d. Pragmaticæ*; nam impos-
sibile esset, ut omnia verba *Pragm.* verificari pos-
sent, & ideò interpretanda est, prout aliàs inter-
pretata fuit, ut quodlibet verbum sufficeret, ma-
ximè per illud verbum in dicta *Pragm.* positum, *&
15 quovis modo concessa*, quo casu omnis modus con-
cessionis comprehenditur, ut probat *Corn. cons. 69.
col. fin. vers. accedat lib. 3. Paris. cons. 1. n. 100. lib. 3.*
& *Rota in decis. 2. de rescriptis in novis*, cum aliis
per *D. Rovitum* in *d. Pragm. 4. num. 35. in nova
16 impress.* post *Pisanell. ibidem num. 38.* & sic disjun-
ctivè, non autem copulativè verificari debent ver-
ba prædicta, quod latè comprobat *Pisanell.* in *ea-
dem Pragm. n. 20. & 29. & 46. Rovit. ibid. n. 41.* &
D. de Ponte cons. 59. num. 9. vers. sed hæc nihil. In
casu autem nostro fundatur hoc primum requisi-
tum tum amplissimo Privilegio perpetui doma-
nii à Rege Alphonso I. in anno 1446. tum etiam ex
alio privilegio in anno 1465. ab eodem Serenis.
Rege Ferdinando I. eidem Civitati concesso, per
eundem actorem producto *fol. 106. & 108.* licet ad-
sit etiam spolium, cum Adversarius contendat se
spoliatum à dicto Rege Ferdinando I. ut in *literis
Regis Catholici fol. 24.* & sic adest primum requisi-
tum.
Secundum requisitum est respectu possessionis,
17 & licèt altercata valdè sit quæstio, an possessio re-
quiratur tempore *Pragm.* vel antè, vel tempore li-
tis motæ, & sufficiat possessio tempore *Pragm.* ut
tradit *D. de Curte loco citato num. 65.* post *Affl. decis.
396. n. 7. Pisanell. inter allegationes Jacobi Ant. de
Maur. alleg. 29. num. 1.* et *D. de Ponte d. cons. 67. n. 1.
lib. 2.* tamen cum & antè *Pragm.* & tempore *Pragm.*
ac etiam tempore litis motæ, & semper possederit
Civitas prædicta, prout Parsmet fatetur, dum re-
cuperandæ possessionis judicium instituit, & liquet
ex Privilegio Alphonsi, & Ferdinandi Primi à parte
producto *fol. 106.* & ex testium depositionibus su-
per *art. 2. fol. 66. at er.* & super *11. fol. 67. at er. fol.
69. 70. & seqq.* ideò concurrit etiam secundum re-
quisitum, & proindè non potest in dubium revo-
cari, exceptionem *dictæ Pragm.* oppositam obstare,
prout in individuo in propriis terminis nostris tra-
dit *Pisanell.* in *d. Pragm. num. 16.* omninò viden-
dus.
Conatur tamen Adversarius apertissimam hanc
18 exceptionem effugere infrascriptis limitationibus
eam restringendo, deductis in *cons. 99. Anelli Amati*
Advocati dicti Illustr. Marchionis, quas sigillatim
ponemus, eisque respondebimus, & clariùs opposi-
tam exceptionem militare demonstrabimus.
19 Primò igitur impugnat, hanc exceptionem posse
opponi

opponi à Regio Fisco ex *Grom. Pisanell. Rovito*, & aliis *ibidem* per *Amatum* relatis *à num.47.ad* 49.

Verùm, hac restrictione, sivè replicatione rectè perpensa, contrarium est verius, Fiscum scilicèt ejusdem *Pragm.* exceptione benè juvari, quicquid in contrarium dixerint *Gramm. Pisanell.* & *D.Rovit.* qui *Grom.* tantùm refert, & cœteri suprà relati, colligitur ex verbis expressis *Pragm.* ibi, *& in Fiscum redacta*, ex aliorum DD. opinione refert *Regens Moles* in *decis.* in *d. Pragm. manuscriptis art.9.in fine*, hancque opinionem uti veriorem defendit *Minadous* in *Consil. In aliquibus nut.5.n.22.*
20 *vers.& ex his*, dicens sic plurica decisum in arduis causis *fol.*135. & pro absoluto tradit *Regens Re-*
21 *vertcrius* in *dec.76.col.12.vers.ergo si Fiscus lib.2.* & hodiè indistinctè militare dictam exceptionem, tam pro Fisco, quàm contrà Fiscum, sicque plu-
22 ries decisum contrà *Pisanell.* opinionem, refert *D. de Curte d.fol.*71. *num.*63. *in fin.*

Prætereà potest ea uti Regius Fiscus nomine di-
23 ctæ Civitatis, quia licèt sit oppositio de jure tertii, cum sit tamen exclusiva juris agentis, etiam ipso jure rectè admittitur, ut pulchrè distinguendo docet *Bart.* in *l.2.* & *ibidem Socin.ff. de except. rei judic.*latissimè *Thesaur.decis.*4.*per totam*, proot in terminis hujus *Pragm.* tradit *Regens Revertcrius decis.*8.*col.*13.*lib.*2. ubi sic eo refarente in causa Universitatis Balnearia decisum testatur, & sic undique corruit prima Adversarii oppositio.

24 Secundo Adversarius restringit hujus *Pragmat.* exceptionem in casu præsenti, cum ambo, & ipsa scilicet Adversarius actor, & Civitas, quæ rei vices sustinet, habeant causam ab eisdem Regibus Aragonensibus; quia quamvis ipsa Civitas habeat causam à Ferdinando I. ex dicto Privilegio perpetui domanii, ipse quoque actor habet causam ab Alphonso I. ob concessionis Privilegium dictæ Civitatis factæ quondam Alphonso de Cardona, cujus personam repræsentare prætendit ipse Illust. Marchio, & hoc casu conquassari privilegia, & cessare exceptionem prædictam, tradit in simili *Curt.jun.cons.*143. qui anteà idem probaverat, *Roman.cons.*298. & in terminis hujus *Pragm.Loffred. cons.*34. *num.*11. *Anna alleg.* 64. *num.*6. cum aliis per eundem *Amatum* cumulatis *d.cons.*99. *num.*50. quibus add. *Pisanell.d.alleg.*49.*num.*2.

25 Sed hæc etiam restrictio facilè resolvitur. Primò, quia rationes adductæ per *Curt.* ejusque sequaces procedunt ex eo, quia in casibus illis fundatur, secundam concessionem esse nullam, & beneficium
26 *l.bene à Zenone*, non habere locum, neque interpretari ubi secunda concessio est nulla, & prima valida, at in casu nostro secunda concessio est validissima, ut infrà latè fundabimus, & prima etiam invalida, meritò cessant rationes prædictæ in casu, de quo agimus.

27 Secundò, non procedunt ubi in secunda concessione est dictum, non obstante prima concessione facta tali, tunc enim validam esse secundam concessionem tradit *Bart.* in *l.prædia num.2. C. de locat.prædior.civil.lib.*10. latè *Gayll.pract.observat. lib.2. cap.55. num.7.* maximè ubi Rex hoc fecit ex
28 causa, ut in casu nostro, in quo Rex Ferdinandus I. agnoscens dictam Civitatem famosam, insignem, atque principaliorem, ipsiusque Statui valdè necessariam, fuisseque à Rege Alphonso in Regio domanio immediatè retentam, & esse de illis Civitatibus peculiaribus, & insignibus, quæ juxtà Regni infeudationes à præd'cto domanio separari non debuit, eam in perpetuum domanium redegit, restituit, & Coronæ, & Regni peculio reintegravit, & aggregavit, ut ex privilegio hæc, & ampliora verba colliguntur, *fol.*108. *& à ter.*

Tertiò comprobatur, nam cum generaliter in gestis per hos Reges, sivè jure, sivè injuria sit facta concessio, non possit lis moveri, & hæc quæstio potest oriri etiam ratione secundæ alterius concessionis in alium factæ, ergo clarè *pragm.* tectè perpensa, hunc casum comprehendit, argoen-
29 do à sufficienti partium enumeratione, quod est validum, *l.patre furioso, ff.de his, qui sunt sui, vel alieni*, &c. Nam aut hæc secunda concessio est jure facta, & valet, aut non jure, & non valet, & tamen utroque casu prohibet *pragm.* litem moveri, licet secunda concessio in casu nostro sit validissima, ut infrà fundabimus.

30 Quartò, regula illa de privilegiis conquassandis, de qua per *DD.* in *Auth. quas actiones, C. de Sacros.Eccles.* cessat, ubi unus est privilegiatus activè, alter verò passivè, & potentior, eo namque casu actor non utitur ejus privilegio contrà reum, præsertim si reus certat de damno evitando, ad *text.* singularem in *l. verum* 12. *§.fin. ff. de minor.* ubi *Bart.* et alii, & in *d.Auth. quas actiones*, latè *Dec.* in *cap.in præsentia, num.*51. *de probat. Parlador. rer. quotidian. lib.*1. *cap.*17. *num.*28. et in terminis nostræ *pragm. Loffred. cons.*34. sub *n.*11. in casu verò, de quo agimus convenit pro Civitate coovента utraque dictæ regulæ limitationis causa; dum Civitas hæc Regii pro ejus domanii tuitione utitur ne dum privilegio Regis Ferdinandi I. à parte producto; sed etiam aliis privilegiis Regum prædecessorum, ejusdem scilicet Alphonsi I. (à quo prætendit Adversarius habere causam) in anno 1426. quod confirmatum fuit per Ludovicum III. & deinde à Joanna II. in anno 1434. & demum ultra alias confirmationes Regum successorum, ab Augustissimo Philippo II. in anno 1555. quæ amplissimæ confirmationes, & si
31 nullius fuerint necessitatis, sed consilii, ut docet *Affl.decis.*128. sub *num.*1. operantur tamen etiam novam concessionem, ut latè fundat *D. de Ponte cons.*58. *lib.*1. & majorem authoritatem tribuunt rei, sivè actui confirmato, ut notat *Glos.* singularis in *cap. quia diversitatem, verbo forma communi, de concess. præbend. Francisc. Marcus decis.*330. *num.*7. *lib.*1. faciunt tradita per *Bald.* in *l.adversus in fine, C. si adversus rem judic.* latè *Costa de retrotract. casu* 5. *cap.*8. *num.*13. Quarè cum Adversarius vigore dicti ejus prætensi privilegii ejusdem Alphonsi I.in anno 1439. veniat agendo contrà d'ctam Civitatem, et Regium Fiscum, et Civitas ipsa reperiatur in hoc potentioribus privilegiis privilegiata, dum habuit causam à prædictis Regibus, et prius, & post concessionem Adversarii, et sit conventa, non actrix, & *pragm.* pro reo loquitur, *D.Georgius alleg.*13. *num.*2. ac etiam certat de damno evitando, cum ab initio ejus fundationis ex tot Regum prædictorum privilegiis semper libera conservata fuerit, nec contrà Adversarium aliquid acquirere expostolet, at illud tantùm petat, ne detrimentum, sivè damnum ejus domanii, seù perpetuæ libertatis, quam possidet patiatur, Illust. verò Marchio actor vult lucrum facere, dum Civitatem hanc tam famosam, ac peculiarem, sub restitutionis umbra, ac meri-

torum

torum D. Alphonsi, & aliorum de Cardona acqui-
rere inquirit, quæ quatenus vera fuissent, nulla
tamen ex illis oritur actio, neque prohibitio, quin
à Ferdinando I. potuerit ejus prætensum privile-
gium in illis fundatum Regis Alphonsi I. ex tam
justissimis causis revocari, siquidem et si Rex de-
32 beat tenere memoriam hominum, qui digna he-
roum opera egerint, *l. fin. C. de præposit. agent. lib.10. l.1. C. de privil. eor. qui in fac. sell. lib.12,*
nullo tamen jure reperitur cautum, quo cogi pos-
33 sit ad illos remunerandum; sed remunerando di-
citur donare, et recipiens dicitur acquirere ex
causa lucrativa, ad tradita per *Bart.* in *l.Mævius, §.duobus, num.15. ff. de leg.* 2. et proindè feudum
34 taliter donatum non dicitur remuneratorium,
itaut propter ingratitudinem, infidelitatem, vel
ob alias culpas feudo privari non possit feudata-
rius, ut post *Pinellum*, & alios hanc opinionem
uti omninò veriorem refert; & sequitur *Regens Tapia in l.fin. par.2. cap.7. num.25. de constl.Princip.* sicuti in specie nostra justissimè Rex Ferdinan-
35 dus revocavit prætensam concessionem Regis Al-
phonsi in beneficium Adversarii, tanquam nulli-
ter concessam, tum quia in detrimentum Coronæ,
ac Regni non debuerat à perpetuo demanio segre-
gari, in quo per retro Reges fuerat retenta, ac
36 conservata; et uti de peculiaribus, et insigniori-
bus Regni Civitatibus, quæ juxtà Regni infeu-
dationem non poterat alienari, & separari, ut ex
privilegio *fol.108.* tum etiam ob culpam D.Anto-
37 nii de Cardona, qui Civitatem prædictam, ho-
stibus circundatam, ob contentionem, quàm ha-
buit cum tunc Vicecomite dicti Comitatus Rhe-
gii, extrà Regnum in Siciliam se conferendo, de-
reliquit, omni quidem auxilio, spe, & favore
destitutam, sola tantùm fidelitate, & amore ob-
servationis status Regiæ Majestatis prædictæ, ho-
stibusque prædictis proprijs sumptibus restitit,
quod si Civitas ipsa hoc non fecisset, facilè in ma-
nus hostium devenisset, ut ex eodem privilegio
38 *fol.106.* quæ quidem causæ justissimæ, ac suffi-
cientes fuere ad dictam revocationem factam per
Ferdinandum I. dictæ Civitatis, ac illius confir-
mationis, ac novæ concessionis in perpetuum de-
manium, ut de prima benè loquitur *Isern.* in *cap. Imperialem, §.præterea ducatus, vers. nec Dominus,* post *num.44. vers.& ex his oritur,* ubi *Li-*
39 *par. de probib feudi alien.* ubi quod Rex non po-
test facere alienationes, seù infeudationes de Ci-
vitatibus Regni in præjudicium Coronæ, sed il-
libatè tenetur servare successoribus, ex *cap.intellecto, de jur,* & in Regno est sancitum per *Capitulum Papæ Honorii*, cujus verba formalia recolet
Lipar.ad Isern.fol.270. à ter.vol.1. lit.B. verb.Honorius, & concordantes addit *Lanar,cons.1. n.15.*
& quod possit successor præsertim revocare conces-
40 sionem domanialium factam per prædecessorem,
Dominus Regens de Curte in *divers. cap.3. §.licet autem*, ex *num.32. & 37. fol.7. à ter.* ubi hanc
esse communem opinionem testatur, et *Regens Tapia* in *d.l.fin, par.2.cap 9.num.33,* et amplissimè
etiam *Mastrill. de Mag.strat. lib.1. cap.18. per to-*
41 *tum*, qui licèt hanc conclusionem limitet in hoc
Regno ex consuetudine alienandi etiam jura dire-
cta in præjudicium Coronæ, ex *Camerar.* & *Anna alleg.69. num.6.* loquontur tantum de consue-
42 tudine concedendi domanialia, vel castra, non
autem de Civitatibus, & locis insignibus in limi-
tibus Imperii, ex quorum occupatione publica
pax, & Regni quies violari potest, *Gratus cons. fil.147. num.17. lib.2.* nec minus hi *DD.* testantur,
nec testari possunt, quod hujusmodi consuetudo
viguerit tempore Regis Alphonsi, & Ferdinan-
di I. qui cum hac ratione testatur, se patris con-
cessionem annullasse, *d. fol.108.* credendum est,
id juxta juris communis dispositionem tunc vigen-
43 tem legitimè fecisse, siquidem consuetudo tan-
quam facti est allleganda, ac probanda, & quod
eo tempore viguerit, cum jus commune, & *Capitulum Papæ Honorii* jus municipale Regni in
contrarium essent, ut etiam latissimè explicat *Peregrin. de jure Fisci, lib.1. tit.3. num.7. cum seq.*

Prætereà hæc revocatio privilegii facta à Rege
Ferdinando nequaquam ab Adversario impugnari
potest, tum quia fuit facta revocatio de plenitudi-
ne potestatis, & contra subditum, tunc etiam
44 quia hujusmodi revocationis privilegium eadem-
met Pars ex adverso pro ejus fundamento produ-
xit, *fol.106.* ideo dicitur, hoc privilegium, et
omnia contenta approbasse, nec illud amplius im-
pugnare potest, latè *Cancer.lib.1. var. resol.cap.19. num.3.* et in propriis terminis tradit post *Mascard. conclus.915. Dominum de Ponte cons.75. num.24. Menoch.* et alios, *Mastrill. lib. 3. de magistrat. cap. 10.* in *allegat.* post *num. 25. vers. Item limitans, fol. 398. tom.1.* tandem quia idemmet
Adversarius hujus causæ veritatem agnoscens, ne-
que eam evitare potuit in ejus precibus, *fol.2.* dum
petendo excambium in casu, quo dicta Civitas
non possit, vel non debeat separari à Regali Co-
rona, nedum tacitè, sed expresè confitetur, di-
ctam Civitatem ex tunc, & semper inalienabilem.

45 Altera verò causa expressa in dicto revocationis
privilegio Regis Ferdinandi etiam omni jure subsi-
stit, dum Civitatis, quæ in obsidione erat, cu-
stodiam dereliquit, absque aliquo adjutorio, si-
vè auxilio, ut latè *Lucas de Penna* in *l.2. col.2. & 3. C.de exactor. & executor. lib.12. Campagna*
in *capitulo R. qui Castellanos*, et *Capyc.* in *invest. verbo feuda amittuntur, in princip.* & *ibid.* in *am-*
46 *pliatione 2.fol.43.* ex *Bald. Alvar.Curt.* et aliis hoc
extendit, etiam si fuga nullum attulit damnum
Regi, quia fuga tantum consideratur, & ob ma-
lum exemplum, quod dedit aliis fugiendo, *l.Cicero, ff.de pœnis*, hæcque confirmantur ex tradi-
tis per *Afflict.* in *Constit. Violentiae, n.23. & 26.*
videndum.

Sed frustrà in hoc immoramur, dum in hac re
habemus præsumptionem juris, & de jure, Re-
gem Ferdinandum fuisse justissima causa motum,
47 cum hæc *pragmatica* fi met, non esse credendum,
quod prædicti Reges ea, quæ statuerunt, & mu-
taverunt non pertineant ad communem utilitatem
Regni, tranquillitatem, et rectam gubernatio-
nem, de quibus sic potuit, & debuit Rex Ca-
tholicus credere, ad *text.* in *l.1. ff. de offic.Præfect. Prætor.* undè ex quo de illis sic præsumitur nedum
à lege, sed à Rege Catholico, & statuit illa tene-
48 ri, inducitur præsumptio juris, et de jure, ut
voluit *Abb.* in *cap. quanto, de præsumpt.* & *Bald.*
in *l.sivè possidetis, C. de probat.* ideo non admitti-
49 tur probatio in contrario, *cap.is, qui fidem, de sponsal. l.non est verisimile,ff.qui metus causa*, cum
aliis vulgatis.

50 Quintò, hæc *pragmat.* in ejus proœmio, quod
mentem statuentis declarat, confirmat gesta per
præ-

Digitized by Google

prædictos Reges sob illa ratione, qoia diù in pa-
ce vixerunt, quæcunque reformari, mutari, con-
stitui, ac bene disponere oportuit, & sic confir-
mantur dispositiooes factæ, et illæ, per qoas io-
ducebatur mutatio, et reformatio, prout io ca-
51 su nostro, quoniam omnes dispositiones, refor-
mationes, permutationes, *pragmat.* tuetur, un-
52 dè quando lex, vel statutum confirmat dispositio-
nes factas io eisdem statutis, iotelligitur confirma-
re illas, qoæ ultimo loco corrigont, vel mutaot
53 primas, quia actus revocatus non potest allegari
ut actus, *Castr. consil.* 315. *ad confirmationem eo-
rum, lib.* . . latè *Feliu.* in *cap.ex tenore, de re-
scriptis, Dec. cons.* 191. et in propriis termiois ho-
jus *pragm.* sivè revocatio sit facta ab eodem, sivè
54 ab alio Rege, qood attenditur ultima concessio,
docet *Anna alleg.*64. *num.*10. *& seq.* et *Reg. Re-
verterius decis.*76. *lib.*2. *col.*10. *vers. Dicitur se-
cundo loco*, et *D.Georgius alleg.*13. *num.*15.

55 Sextò, Civitas hæc habet plura privilegia, cum
in ea adsint paoperes, pupilli, et vidoæ, et pro-
ptera habent majora privilegia, & præferootur Ad-
versario habenti unum tantùm, prout io specie
nostra tradit *Anna ubi supra*, *num.*9.

56 Septimò, hæc *pragmat.* toetur possessorem, hoc
equidem Pars noo negabit, cum ex eisdem *pragm.*
verbis clarissimè desumatur, et licèt sit altercata
quæstio an tempore litis motæ, vel *pragm.* sufficiat
possessio, ut sopra diximus, tamen cum utroqoe
tempore possederit Civitas, ipsi igitur competit
hujus exceptioois beneficiom, eaque Adversarius
juvari minimè potest, cum pro Civitate conve-
niant qualitates requisitæ à *Reg.Pragm.* pro eo au-
tem deficiant, & expresè pro reo *pragm.* loquitur
dum prohibet litem moveri, et super dispositis per
illos Reges innovari.

Octavò, sivè dicamus, attendendam esse pri-
mam concessionem juxtà tradita per *Bart.* in *d. l.*2.
*C.de locat. præd. civil. lib.*10. & *Rom. d. cons.*298.
Curt. & alios ubi soprà, sivè dicamus ultimam, res
omninò in tuto redditor pro Civitate, com & prio-
rem, & posteriorem habeat cooceffionem.

Nonò, & ultimò dicimus, conclusiooem præ-
dictam *Curtii*, & aliorum non procedere in casu
Reg Pragmat. alia ratione, quia *pragmat.* hoc ex-
presè statuit, dum voluit, qood non possit discе-
ptari, nec lis moveri super validitate titulorum
illorum Regum, sivè jure, sivè injuria sit con-
cessum, & tamen si in terminis dictarum legom,
in quibus loqoootur *Rom. Curt.* & seqoaces ulte-
riùs processum fuisset, & saocitom, quod etiam
si concessio esset nulla, haberent locum leges præ-
dictæ, prout disponitur per hanc *pragmat.* tuoc
etiam secondùm *Curt.* haberent locum dictæ leges,
57 & sic cum cesset ratio allegata, cessat etiam argu-
mentom, *l.quod dictum, ff.de pactis*, hioc sæpè
decisum fuit, id, quod dicunt supradicti *DD.* in
l.benè à Zenone, non procedere in terminis *Re-
giæ Pragmat.* stante maxima rationis diversitate,
58 prout sic decisum in causa Ill. Ducis Seminariæ
in propriis terminis refert *Reg. Molet* in suis *de-
cis. quæst.*15. *art.*2. *in fin. Reg. Revert. decis.*76.
*lib.*2. & *D.de Curt.loc.cit.fol.*71. *num.*58. *vers.ni-
bilominus*, & alias priùs sic judicatum foisse in
causa Thesaurarii cum Comite Placentiæ refert
Marcus Antonius Floccarus Advocatorum tunc
Princeps io ejus allegationibus pro dicto Ill. Duce
Seminariæ, & propterea in hac re propter autho-
ritatem rerum judicatarum quiescendom est, ut
animadvertit *D.de Curte loco superiùs proximè ci-
tato.*

Tertiò, conator Adversarius effugere hanc *prag-
mat.* dum asserit, ipsum noo petere Civitatis re-
stitutionem, sed tantùm excambiom à Fisco, &
proindè non juvatur Civitas *d. pragmat.* quæ ex-
presè loquitur super eisdem rebos concessis, ot
idem *Amat. d.cons.*99. *num.*51.

Hoc eqoidem subtersugium facilè destruitur
moltipliciter, dicimus etenim, & io primis, quod
ex rescripto, quod obtinuit Adversarius ab Impe-
ratore Carolo V. super qoo compilatus est proces-
sus, contrarium manifestè patet, dum in eo in spe-
cie petit hujus Civitatis restitutionem, & in casu,
quo non possit separari à Regali Corona, conten-
tatur de excambio, principaliter igitor petitur Ci-
vitatis restitutio, & in defectum contentatur de
excambio; idque etiam repetit idem *Amat. d. con-
sil.*99. *in fine*, ibi, *consulenda S. M. erit, ut vel
ablata res restituatur, vel æquivalens excambium
præstetur.* Quinimò nec simpliciter de excambio
ad arbitrium S.M. in re dubia contentatur, sed vo-
luit, quod discutiatur, an de justitia ei restitoen-
da sit Civitas prædicta, & deindè constito de ejus
justitia, ablata Civitas restituatur, vel æquiva-
lens præstetur excambium.

59 Dicimus & secundò, quod petitum excambium
eò tantùm casu debetur, si Civitatis restitucio de-
beretur, ergò necessariò videndum, an Civitatis
restitutio fieri debet, cognitio autem hujus justi-
tiæ prætensi spolii, & restitutionis dictæ Civita-
tis prohibetur à *pragmat.* ergò noo habet in quo
se fundet condemnatio in subsidium, quæ præsup-
ponit omninò antecedens necessarium, deberi re-
stitotionem rei, proot loquontor jura, et au hu-
ritates adductæ per eundem *Amat. d. consil.*99.
*num.*26.

60 Et tandem hoc quidem insulsum, & ridicolum
esset, ac contrà mentem, & verba Regis, & le-
gis, ot sobditis provideret, se ipsum ad excam-
bium reddere obnoxium, & dum prohibet, om-
nem controversiam, jure, vel injuria bona capta
sint, non minus prohiberi videtur rei, quam ex-
cambii repetitionem, quia cum de excambio quæ-
ritur, necessariò cootroverteodum est, an jure,
vel iojuria factum processerit.

61 Quartò, prætendit, tunc demum esse locum
prædictæ *pragm.* ubi Rex bona fide rem, credens
esse suam alteri concessit, at ubi rei alienæ scien-
tiam haboisset, tunc possessor tutus esse non potest,
prout in terminis, *l.benè à Zenone*, tradunt *Bar.*
& alii relati per *Amat. ubi supra*, *num.*52. quibus
addi poterunt alii in eisdem terminis adducti per
*Peregr. lib.*6. *de jure Fisci*, *tit.*4. *num.*28. velotì
ex causa salsa moti, obstare ejusdem Regis volun-
tatis defectom.

62 Sed hæc objectio breviter resolvitur. Primò,
quia Rex Ferdinandus de vero domioio penès se
disposuit, ut suprà fundavimus, & sic noo de re
aliena, neque in mala fide fuit. Secundò, etiam re-
spectu malæ fidei nequaquam adaptari possuot ter-
63 mini *d.l.benè à Zenone*, in casu hujus *prag.* illa enim
sapit iniquitatem, & contrà regulas juris, *Hand.*
64 *consil.*38. *num.*51. *lib.*2. et latè *Anna Consiliarius
cons.*112. *num.*32. *lib.*2. & tot habet limitationes,
de quibus per *Peregrin. ubi supra*, & *Capyc.* in
verb. fundat exceptionem, et *Campagn.* in *Cap.Re-*

Ee gni,

gnì, *Et si frequenter*, *in fine*, ut nunquam ip-
fiua regula potuerit practicari, ut testatur *Dom.*
65 *Pont.d.conf.59.num.49. lib.*1. Hæc verò *pragmat.*
favorabilis ad lites tollendas, ac ob bonum, et uti-
litatem publicam enarrata fuit, ut latè fundat *Reg.*
Moles in *d. ejus decif.* super *d.pragm.*edita *Thori*,
quæst.unic. incip. *In ista natura*, et latè *D.de Cur-*
te ubi supra, *num.*47. et *Pisanell. ibid.num.*34. &
hujus *pragmat.* exceptio quotidiè practicatur, pro-
ut sæpissimè practicata fuit, ut ex decisionibus su-
prà relatis.
66 Præterea ubi opponitur exceptio *d.l.bené à Ze-*
nsns, ad merita reservatue indistinctè, ut tradit
67 *Dom. de Franch. decif.*377. exceptio autem hujus
pragmat. nequaquam ad merita reservari potest se-
cundùm veriorem opinionem, ut refert idem *Dom.*
*de Curte num.*54. *in fin.* post *Grammat. decif.*65.
*num.*80. & 81. quem sequitur *D.Rovit.* in *d.prag-*
68 *mat. in princip.* Item quælibet causa levis erroris
facit cessare dispositionem *d. l. Gabriel. lib.*5. *con-*
*cl.*2. *de sequir. poss. num.*35. secus autem in termi-
nis hujus *pragmat.* quæ nudum factum tantum
considerat, ut infrà dicemus.
69 Tertiò, *pragmat.* in illis verbis, *jure*, *vel in-*
juria se spoliatum prætendunt, hunc casum com-
prehendit expressè, injuris enim dicitur spoliatus
rei propriæ, sivè scienter, sivà ignoranter injustè
spoliatur, *text.* ad literam in *l.*1. *in princ. ff.de no-*
vi oper.nunciat. et verbum, *spoliare*, principaliter
malam fidem, et dolum ex parte spoliantis osten-
dit, ut latè *Menoch.remed.*1. *de recup.poss.n.* 84.
Et proindè *pragmat.* non requirit dispositionem
validam ex dictis verbis, sivè jure, sivè injuria,
prout aliàs sic decisum fuit in causa Ill.Marchionis
Padulæ, Magni Admirati, & Illust.Comitis Pla-
centi cum Thesaurario, in qua hæc omnia plenè
discussa fuerunt, & sic decisum.
70 Quartò, colligitur etiam ex illis verbis, *seù*
quovis modo disposita, & *ordinata*, quæ uti uni-
versalissima omnes modos includit, *Corn. cons.*69.
col.fin. lib 3. *Parif. consil.*1. *num.*100. *lib.*3. cum
aliis in principio adductis, ut ex illis verbis, *de*
jure, *vel de factis innovari*, super quorum verbo-
rum explanatione, *Pisanell. ibid. num.*51. inquit,
quòd per illa verba de facto voluit Rex prohibere
etiam illud, quod contrà jus, vel præter jus præ-
tenderetur.
71 Ex his igitur constat, *Pragmat.* non requirere
causam, cur fuerit facta ereptio, vel concessio, sed
nudum, et merum factum considerat, vetuit enim
etiam, justè disceptari de causa, noluit unquam
in judicio posse tractari, an jure, an injuria con-
cessum sit, consideravit enim, an factum sit, non
autem, cur ita factum fuit, *Glos.* in *cap.statuto*,
vers.& pro ea, *de decim. in* 6. *Glos* in *l.stipulatio*
ista, *§.hac quoque*, *ver. stipulatur*, *ff.de verbor.*
obligat.
72 Ex quibus etiam tollitur tacita objectio defe-
ctus voluntatis ipsius Regis; tum quia Rex Fer-
dinandus vera dixit, vera credidit, et de vero do-
minio penès se disposuit, ut latè supra fundavi-
mus; cum etiam quia, ut jam proximè diximus,
hæc *pragmat.* nudum factum tantùm considerat,
et si secùs intelligeretur, ad nihilum serviret; sub
hoc enim colore cognoscendi de voluntate, bona
fide, & causa gestorum ab illis Regibus, lites om-
nes, controversiæque super factis, & gestis ipso-
rum moverentur, quod omni conatu tot gemina-
tis verbis *pragmat.* evadere, ac pœnitùs eradicare
voluit, imponens perpetuum silentium Parti,
tollens Judicibus jurisdictionem contrà gesta, &
disposita per prædictos Reges, nedum judicandi,
sed procedendi, ac cognoscendi quovis modo, &
propterea quis fatuus dubitabit, incidere adver-
sarium in *pragmat.* si velit ostendere, Regem Fer-
dinandum falsum asseruisse, falsa causa motum
concessisse injuria domanium prædictæ Civitati?
Incipiatur, quæsò, principium, medium, & fi-
nis omnis argutiæ Partis adversæ; quoniam nec
verbum quidem eloqui potest, quin prædicti Re-
gis dispositioni contradicere non videatur, ac per
consequens *d. pragmat.* igitur nec potest Adversa-
rius hoc proponere, neque Judex adest, qui pos-
sit audire, & omnis processus esset nullus, etiam
parte non opponente, *l.*1. *§. quod autem*, *ff. de*
aleæ lusor.& aleator.
Nec dicat forsan Adversarius, ipsum non im-
pugnare Regis Ferdinandi dispositionem, at illius
73 falsam assertionem. Ex cujus falsitate ostenditur
74 voluntatis defectus, quoniam vetat *Pragm.* litem
agi de dispositionibus quovis modo factis, & sic
nedum vetat tractari de dispositione, sed de modo
etiam dispositionis, *cap.*1. *de feud. non hab. propr.*
nat.feud.Bald. in *cap.Imperialem*, *de prohib.feud.*
75 *alien.* Et hanc opinionem, quod attendatur tan-
tùm factum Regis, sivè juridicum, sivà injuridi-
cum, sivè erraverit, sivè non, latè comprobat
Reg.Moles, & sic judicatum pluries etiam in Col-
lat.Cons. ipso referente refert in *d.decif.* in *d.Prag.*
*art.*4. *per totum*, *fol.*390. *à terg.* in *manuscript.*
Quintò, *Adversarius* in *d.cons.*99. *num.*57. con-
tendit, hanc *Pragm.* non extendi ad lites penden-
tes tempore *d.Pragm.* prout erat ista, cum legis
76 virtus ad præterita non trahatur; sed ad futura,
*l.*7. *C. de leg.* quod in propriis terminis tradidit
*Afflict.dec.*396.*in fin.num.*11.& *Dede Pont.cons.*47.
lib 2.
Huic verò objectioni deficit factum, & jus in
specie, de qua agimus, cum nequaquam verum
sit, fuisse motam litem antè promulgationem *Prag.*
77 ut ex actis clarissimè liquet, & Parti incumbit hoc
demonstrare, respondit *Bald.* in *l.ei*, *qui C.de ap-*
*pell. num.*4. ubi quod ex inspectione actorum hoc
probatur, adeò quod neque partium statur asser-
tioni, *Dec.cons.*531. & 587.*num.*7. in actis autem
nulla prorsus apparet litis pendentia antè promul-
gationem *d.Pragm.* ergo cessat objectio vana.
Nec fortassè præsumat Adversarius, inductam
fuisse litis pendentiam ex quadam asserta copia
ejusdem assertæ literæ scriptæ à Rege Catholico in
anno 1502. Magno Capitaneo, quod justitiam fa-
ceret, quæ reperitur producta in processu absque
originali in anno 1543. *fol.*24. Quia Adversarius
cœpit litigare in anno 1542. vigore Regiarum lite-
rarum de anno 1539. *fol.*2. & super his literis fuit
compilatus processus, & fundatur judicium, de
quo hodie agitur circa consultationem faciendam
S.M. & vigore dictarum literarum fuit decisus arti-
culus, interventionis Tribun.R.C. quod præten-
dit Reg. Fiscus, & succubuit, & in illis Adversa-
rius ejus intentionem fundavit, nunquam men-
tionem faciendo de prætenso alio rescripto priùs
impetrato, *fol.*24. tum maximè quia in dicto rescri-
pto genericà D.Antonius de Cardona conquæritur
se spoliatum à Ferdinando I. nonnullis terris, & lo-
cis, quæ possidebant nonnullæ personæ, & sic non
facit

Digitized by Google

facit specialiter mentionem de Civitate Rhegii,
78 undè appellatione terræ, & loci non venit Civitas,
l.pupillus 239. *§.urbs*, & *§.oppidum*, *ff.de verb. signif.* cum similibus per *Alber.* in *dictionario*, *verb.*
79 *Oppidum, quod possidetur per Fiscum*, qui appellatione personarum neque venit, tanquam persona ficta, latè *Rom.cons.*400. *num.*6. *Pisanell.* in *d. Pragm. num.*26. & *idem Amat. ubi suprà num.*36. sicuti nec etiam venit Universitas tanquam corpus fictum, & misticum appellatione personæ, *Dec. cons.*486. *Amat.alleg* 53.*num.*24. Nec apparet dictum
80 rescriptum præsentatum Mag.Capitaneo, nec partes citatæ, & proinde lis aliqua fuisse non dicitur,
81 nec ex sola commissione inducitur litis pendantia, quia saltim requiritur citatio *Clem.*2. *ut lite pend.* *Glos.* in *c.ut debitae*, *de appell.* tradit latè *Lancell. de attent.* ubi hanc magis communem opinionem refert *p.*2.*c.*4.*in præf.num.*11. *&* 15. sicuti etiam nec
82 sola rescripti præsentatio tribuit jurisdictionem Judici delegato, non sequuta citatione ad dicendum contrà supplicata, *c.gratum de offic.deleg. c.si autem* 9. *de rescript.* ubi notat *Abb.* in *c.ex conquæstione*, *num.*10. *de rest. spoliat.* Tantò magis dum nunquam usus fuerit illo rescripto, cum originale
83 reperiatur penès eundem Adversarium; & proinde de eo nulla est habenda ratio, latè *Crovett. cons.*500. *num.*9. & in terminis hujus *Pragm. Reg. Revert.dec.*33. *col.*2. *vers.ad hoc dicitur*, *lib.*3. re-
84 quirebatur enim annotatio per Actuarium, & citatio Partis, secundùm *Angel.* in *l.si finita*, *§.si plures*, *num.*3. *ff.de damn.infecto*, *Bal.* in *l.*1. *ff.de in ius voc.* latè ex nostris Pragmaticis *Muscat. p.*2.
85 *Glos. tribunal num.*5. Quinimò etiam ubi adest citatio Partis, nec apparet processum ad ulteriora virtute dictæ citationis, dicitur eo casu citatio circumducta, nec potest dici, ortam fuisse litis pendentiam ità *Felin.* in *cap.illud*, *num.*5. *de rescript.* cum aliis per *Afflict. dec.*336.*num.*14.

86 Insuper etiam si prædictum rescriptum fuisset tunc præsentatum, & intimatum, nullam induxisset litis pendantiam, cum nulla fiat mentio de Civitate Rhegii, quæ sub illa verborum generalitate non comprehenditur, ut suprà diximus, Imò requirebatur specialis mentio, secundùm *Glos.* in *§.illud quoque*, *vers.libellum*, *auth.de exhib.reis*,
87 nec in eo describitur verbum rei, quæ est secunda pars principalis cujuslibet judicii, *c.forne*, *de foro compet.* non enim sufficit dixisse, quod per nonnullas personas possidentur, quia requiritur ex-
88 pressio proprii nominis, & licèt non sint specificatæ in libello, debent nominari saltim in citatione, & citari debent, aliàs non consistit judicium, ut latè probat *Rol.cons.*53.*num.*26.*lib.*4. & *Menoch. remed.*8. *quæst.*2. à *num.*103. *de recuper.possess. usque ad num.*109. in his terminis, præsertim quia D.Antonius asseruit in dicto rescripto terras, quas petebat, reperiri occupatas à nonnullis personis, igitur clarè patet, noluisse comprehendere hanc Civitatem, quæ possidebatur, & possidetur per Fiscum, ipsumque Regem; cum appellatione per-
89 sonæ non veniat Fiscus, ut alià supra fundavimus; & nunc addo *Peregr.tit.*2. *lib.*4.*num.*4. *de jure Fi-*
90 *sci*, tum etiam quia in generali, & indefinito sermone non venit persona loquentis, vulgatis juribus, de quibus latè *Menoch. lib.*3. *præsumpt.*44. quæ eò fortius procedunt in hac re, cum agatur
91 de rescripto delegatorio, quod non extenditur ad res, nec ad personas non expressas, cum sit stricti juris, *c.cum dilecta*, *de rescript. Natta cons.*594. *in fine*, etiam si narratio rescripti sit adeò generalis, ut possit comprehendere aliam causam, *Ang. cons.*138.*num.*2. *Ruin.Bocc.* & alii quos refert, eos sequendo *Gratian.dec.*44. *num.*2. *&* 3. & apertissimè dignoscitur ex modo loquendi, quo usus est idem D.Antonius in aliis rescriptis, seù precibus anni 1539. & 1540. *fol.*2. ubi expressè mentionem fecit tam de Civitate Rhegii, quàm de ipso Rege, qui illam possidebat, à quo spoliatum prætendit, ergò in hoc rescripto, in quo de prædictis nullam fecit mentionem, nec etiam de equivalenti excambio aliud sentiit tam ipse D.Antonius, quàm ipse Rex rescribens.

Nec absonum esset dicere, hanc *Pragm.* includere etiam lites pendantes tempore ejus promulga-
92 tionis, cum tollat jus partium, & sic videtur tollere causæ commissionem, ut in specie tradidit *Abb.* in *cap. causam*, *quæ*, & *ibid. Felin.* sub *num.*10. *versic. sed istam*, *Glos. aut. de testib.* Præcipuè cum
93 *Pragm.* omnes lites tollere voluerit, & sic comprehenduntur etiam præteritæ, in quibus non fuit conclusum, ut voluit *Bart.* in *l.omnes populi*, *n.*43. ubi *addit. ff. de just. & jur.* maximè quia ex motu proprio processit, & non ad partis postulationem, *Imol.* in *c.fin.num.*10.*circà fin.extra de constitut.* sequitur *Felin.ibid.in* 4.*limit.*1.*fallent.* sicque procedit *decisio Afflict.*395. suprà allegata, quia præsupponit causam conclusam, ut *ibid.num.*12.

Ultimo nec me quicquam conturbat replicatio Adversarii adversùs hanc exceptionem, dum asserit, serò hanc exceptionem opponi, cum extent præcipuè quamplurima rescripta S.M. pro facienda consultatione, audito Reg.Fisco, habita informatione, & sic jam compilatus processus, & ideò suc-
94 cedit regula, quod de qua re Judex cognovit, de eadem pronunciare debet, *l.de qua re* 74. *ff.de judiciis*, cum similibus adductis per *Amat.cons.* sæpè *alleg.*99. *num.*59.

Siquidem removetur hæc objectio ex eisdem actis, in quibus patet, fuisse oppositam hanc exceptionem per Reg. Fiscum in eodem anno 1543. quo fuit citatus, *fol.*38. antequam fuisset datus terminus, *fol.*39. & in *art.*17. *fol.*55. & iterum per Civitatem fuit opposita in anno 1544. *fol.*113. & *fol.*119. *à ter.* & fuit provisum, quod Commissarius debità provideret super petitis, *d.fol.*113. quæ provisio hodiè est explicanda, & sic etiam in principio litis per dictam Civitatem fuit opposita, cum prius non fuerat unquam citata Civitas ipsa, non obstantibus pluribus instantiis Regii Fisci, ut audiretur Civitas, *d.fol.*38. undè non est, quod dicatur serò opposita, & corruit falsum adversarii assumptum in facto.

95 Præterea corruit etiam in jure, cum hujus *Prag.* exceptio in 1.*cap.* sit peremptoria, dum perimit, & absorbet totum negotium, ac totum jus actoris, tollit jurisdictionem, denegat audientiam, & perpetuum silentium imponit, perpetua dicitur, & semper agenti obstat, *§.appellatur*, *Inst.de except.* notat *Bald.* in *l.*2. *C.de precib. Imperat.offer.* & in *l.*2.*C.sent.resc.non posse*, *Afflict.* in *Constit.Si civiliter agens*, *num.*18. & in propriis terminis tradit *Regens Reverterius d.decis.*76. *in fin. lib.*2. *versic. Idem dico*, *si tractetur*, & *decis.*31. *col.*17. *versic. quia licet*, in 1.*cap. lib.*1. & potest quandocumque opponi, secundùm *Bart.* in *l.licet C. de procurat.*
96 quem sequitur *Afflict.* in *Constit. Dilationes*, *n.*44.

ubi, quod qualibet exceptio, quæ removet actorem, sivè rerum, sivè Judicem à limine judicii, reddit judicium, & processum retrò nullum, & quod non præcluditur via, quin possit quandocunque opponi, per *l.2.§.fin.ff.qui satisd.cogant.*& per alia jura, quæ ibi allegat, & idem *Afflict.dec.354.num.8.vers.quid autem, Covarr.pract.quæst.cap.35.vers.2. est illud*, sequitur *D.Rovit.* in *pragm.1.n.3.*
97 *de possessor.non turb.* Hinc Judex procedendo ad ulteriora, eam rejecisse non videtur, si opposita fuerit, ut notabiliter tradit *Rip.*in *l.4.§.condemnatum,*
98 *num.25.vers.pro concordia. ff.de re judic.*Imò si opposita esset in vim dilatoriæ, & esset rejecta, posset opponi etiam in vim peremptoriæ, *cap.1.de lit.contest.in 6. l.peremptorias*, ubi *Bald.num.44. C.sent.rescin.non posse*, nec valet sententia, nisi prius Judex super ea judicet, an militet, nec nè, ità in propriis terminis hujus *Pragm.* tradit *D. de Curt. loco cit. num.51. & seq. fol.70.à ter.* adeò quod ne-
99 que ad merita reservari potest, secundùm veriorem opinionem, ut suprà probavimus ex *Gramm. d. decis.65. à num.81. D.de Ponte consil.59. num.5.* & *D.Rovit.* in *d.Pragm.4. in princ.* secundùm quam fuisse judicatum refert *D.de Curt. ubi suprà, n.54. in fin.*

Quinimò etiam secundùm opinionem *Pisanell.* in *d.Pragm.num.54.& seq.* quem sequitur *D.Georgius d. alleg.13. num.1*, quod hæc exceptio debet opponi in termino, servata forma *Regiæ Pragmaticæ 5. de ordine judiciorum*, adhuc *Pisanell.* & *Georgius* non negant, ampliùs opponi non posse, nisi ad finem impediendi processum tantum, sed ad merita reservanda est, servata forma *d.Pragm.*quarè in casu nostro, sivè dicamus, à principio oppositam fuisse, prout suprà probavimus, & res nulla caret dubitatione, sivè dicamus, fuisse oppositam post terminum, & secundum opinionem *Pisanelli* dicitur ad merita reservata, & tamen debet determinari, & cognosci, an obstet, nec ne statim facta publicatione, antequam ad ulteriora procedatur, ut pulchrè distinguendo docet *Affl.* in *Consl.Exceptionem filiationis, num.8. not.3.* videndus, quem sequitur etiam *Muscatell. part.5. Glos.1. num.26. & seq.*

Nec tandem præsumet Adversarius ex geminatis rescriptis Caroli V. & Philippi III. fuisse tacitè dispensatum hujus *Pragmaticæ* exceptioni, cum id tantùm rescripta mandent, ut scilicet Excellentissimus Prorex capta informatione de expositis per Actorem, audito Fisco, illam unà cum voto ipsius, ejusque Regalis Consilii transmittat S.M. ut visa relatione, ac informatione, fiat quod juris est, ut *d.fol.2.* Dum enim Rex voluit, quod fiat justitia, & sic leges servari, omninò servanda est hæc *Prag.* sanctio, ut in simili dicit *Loffred.consl.22.* sub *n.14.* in terminis hujus *Pragm.* confert decisio *Jas.* in *l.libertus, num.3. ff.de in jus voc.* ubi voluit, quod
100 si Princeps concedat alicui Judicem delegatum contrà aliquem, non proptereà videtur eum habilitare ad agendum, sed possunt opponi omnes exceptiones, quæ contra eum opponi poterant. Hinc *Ang.Castr.* & *Alex.* relati per *Jas. ibidem* per
101 illum *text.* volunt, quod Papa dando excommunicato Judicem delegatum, non videtur absolvere eum, ut agere possit per *text.* in *Clem. si Summus Pontifex in principio, de sent. excom.* et quod tradit *Ram.* in *d.l.libertus*, quam legit in *l.quamvis, cod.tit.* ubi quod quando quis prohibetur agere fine certa solemnitate, ut dictat *Pragm.*in *2.capite*, si
102 impetret Judicem à Principe, non videtur dispensatum, ut agere possit. Sed hæc omnia procedunt in terminis *2.capitis d.Pragm.* in quo etsi minor ratio vigeat, quàm in primo, adhuc nec videtur Rex illi dispensasse, nisi expressè dicat, ut jam plenè probavimus, maximè quia *Pragm.* requirit
103 expressam licentiam, ibi, *sine expressa licentia*, ergò neque in terminis *2.capitis* sufficit tacita, ita *Bald.*et *Aret.*in *l.it, qui hæres, §.neque filius, n.8. ff. de acquir. hæred.* licèt sine etiam adæquata utraque capita, cum neque in *secundo* dispensetur, ut tradit *Minad.* in *Constit. In aliquibus, num.39. in princip.de Pont.cons.155.num.60.lib.2.* et *D.Rov.*in *d.Pragm.4.num.6.*

Nos verò sumus in terminis *1.capitis Pragm.* in quo denegatur pœnitùs partibus audientia indistinctè sub nulla spe expressæ, sivè tacitæ licentiæ, quia in hoc viget major ratio, nam in hoc *1. capite* dicti Reges tenuerunt Regnum longa pace, communi justitia, et magna tranquillitate per multos annos, et quæcunque oportuit reformari, et mutari, et benè disponere, fecerunt, undè credendum est, quæ fuerint mutanda, et reformanda, dictos Reges mutasse, et reformasse, et è contrà: In *secundo* verò *capite* propter Regni turbulantias, et bellicas perturbationes, aliasque necessitates non habuerunt dicti Reges spatium componendi, et benè cognoscendi res, et casus, ideò satis minor ratio viget in *secundo*, et proptereà Rex Catholicus in *primo* denegat pœnitùs audientiam; in *secundo* verò secus, nisi ipso consulto.

Hinc si Cæsarea Majestas in literis prædictis anni 1539. et 1540. in quibus rescripsit Excell.Proregi, quod de expositis faceret consultationem, prævia informatione, audito Fisco illaque ad eum transmissa, conscia fuisset, spolium prætensum per D.Alphonsum de Cardona dictæ Civitatis fuisse factum per Regem Ferdinandum I. cum id non expresserit dictus D.Alphonsus in ejus precibus *dict. fol.2.* sed suppresso spoliantis nomine, obtinuit rescripta prædicta, illa utique non impetrasset à dicta Cesarea Majestate, si id expressisset, obstante *Pragm.*in *1.capite* pluries citata.

Ex quibus omnibus apertissimè, & luce clarius liquet, præfatum Ill. Actorem esse repellendum à limine præsentis judicii, & perpetuum silentium imponendum huic liti, & indebitæ prætensioni, sicque consulendam esse S.M. à Prudentissimis, ac Sapientissimis hujus supremi Collateralis Consilii Senatoribus, quibus jurium patrimonii Augustissimi Regis, ejusque Regalis Coronæ, & totius Regni defensio demandata est, cui maximi detrimenti esset hujus tam injustæ vexationis victoria.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis requiritur in præsentatione exempli, vel instrumenti: immò etiam, quod cum instrumento originali sit facta comparatio parte citata: aliàs non probat*, & num.2. 4. & 5. & *an requiratur pro forma præsentia partis, vel procuratoris in collatione*, num.12.

3 *Instrumenta originalia penès acta relinquenda sunt de stricto jure, de stilo tamen Curiæ facta collatione restituuntur parti.*

6 *Scripturæ debent produci parte citata, & earum copia parti est danda, alter non probant*

7 *Scri-*

Digitized by Google

7 *Scribæ causæ, seu actorum Notario attestanti se officia sibi per Judicem commisso non creditur, etiam in actu particulari, maximè in prohibitis, nisi aliundè appareat de commissione, & Dec. contrarium sentiens reprobatur*, num.8. & 10.

9 *Mandatum ad videndum comprobationem instrumenti non probatur, nisi narrativè de illo fiat mentio in instrumento.*

11 *Fisci procurator an valeat aliqua concernentia ejus officium, alteri committere.*

13 *Exceptio quod non fuit citata pars ad videndum collationem scripturarum opponi potest etiam in allegationibus, non obstante, quod sit dilatoria, & quarè*, num.14.

14 *Exceptio dilatoria juris, & facti notoria, opponi potest etiam post conclusum in causa.*

15 *Dilatoria exceptio quandocunque opponitur, cum agitur coràm Principe, vel opponens sit minor, vel persona privilegiata*, num.17. *saltim ope exceptionis, quando est alicujus præjudicii*, num.18.

16 *Exceptio dilatoria, sivè peremptoria fundata in legis prohibitione quandocunque opponi potest.*

19 *Restitutio concessa minori, Fisco quoquecompetit.*

ARGUMENTUM.

Exemplum an probet, si in judicio producatus parte non citata, vel copia ei non tradita, atque non facta comparatione cum originali parte præsente, vel legitimè citata.

RESPONS. XX.

QUoniam in præcedenti causa præter principalem articulum contigit circà prædictas literas Invictissimi Imperatoris Caroli V. emanatas de anno 1539. & 1540. de duobus præcipuè dubitari. Primò scilicet, an exemplis dictarum literarum dumtaxat in actis productis esset deferendum. Secundò, num sub iis earum literarum verbis, quibus à præfata Cæsarea Majestate super supplicatis ab illustri Marchione Julianæ, deposcebatur D. Proregis consultatio, unà etiam cum voto ejus Regalis Consilii, contineretur Tribunal Regiæ Cameræ, propterea, quæ in eam partem pro Fisco præstitimus, operæ pretium duximus hic subnectere.

Obtentis literis ab Invictissimo Carolo Cæsare per Comitem Clusæ directis Domino tunc Regni Proregi de annis 1539. & 1540. pro habenda consultatione jurium per eum prætensorum super Comitatu Rhegii cum Terris, & Castris adjacentibus.

Præsentavit penès acta exemplum actum Panormi in pergameno plurium privilegiorum, & scripturarum, ex quibus majori ex parte fundare nixus fuit suam prætensionem contrà Fiscum super restitutione tam magni Status, sivè æquivalentis cambii; in quo ut obiter hoc non taceam, cum hucusque moratoria cunctatione spatio octuaginta annorum lentissimè progressus fuerit, nunc præcipiti festinatione magnoperè cucurrit in negotio, quod sumpsit initium ab anno 1439. ætate nedum nostra, sed atavorum nostrorum incognitum, prout aliàs maxima cum ratione conquæstus fuit penes acta insignis vir, quisquis ille fuit, quo Fisci partes agebat de anno 1543. *fol.*38.

1 Et cum de jure actor producens in judicio exemplum privilegii, vel instrumenti nedum debeat Adversario præsente, vel legitimè citato id facere, sed necessariò opus sit, ut exempli cum instrumento originali valido sit facta comparatio, parte præsente, & nihil opponente, vel specialiter citata ad videndum comparationem, sivè collationem, & contumace, alioquin exemplum in notis relictum non probat. Quæ cum non fuerint observata in casu præsenti, in quo minus legitimè fuit factus actus comparationis, de causa contendimus, teneri Comitem priusquam ad alteriora procedat, exhibere originalia documenta, prout aliàs pro parte Fisci fuit oppositum; & petitum, *fol.*159. & nos inhæremus.

2 Citatio enim Partis omninò requiritur cum præsentantur scripturæ in judicio in vim probationis, aliàs non probant. *Specul.*& *Jo: Andr. de rescript. præsent.*§.1. *vers. Sed objicitur*, *Bald.* in *l. si quando, in fin. C. de test. Rom. cons.*176. post *nu.*5. *vers.*2. *quia certum est, Covar. lib.*1. *cap.*1. *variar.* post *n.*5. *vers. ex quibus, Marant.* in *speculo par.*6. *act.*8. *n.*35. *Pyrrus Alphanus* Præceptor meus in *repet. auth. si quis in aliquo, num.*111. *in fin. C. de edendo, D. Ro-*
3 *vit.* super *Pragm.* infrà citanda. Et quamvis de stricto jure essent relinquenda originalia instrumenta penès acta, tamen servat ipsa Curia, ut facta collatione restituantur partibus, ut disponitur his ferè verbis in *Ritu M. C.* 176. de quo meminit
4 *Maranta d. actu* 8. *num.*36. Verùm necessariò Pars debet esse præsens, vel legitimè citata ad videndum collationem, *Alex. cons.*6. *ponderatis iis*, *num.*8. *vers. quinimò plus dixit*, *lib.*4. *Ferrettus* in *cap.*1. *num.*54. *de probation. Pacianus de probation. lib.*1. *cap.*76. *num.*78. & 82. *Maranta d. part.*6. *actu* 10. post *num.*3. *versic. quandoque producens*, & *num.*4. ubi dicit, alias dictam copiam nullam fidem facere quamvis collationatam, & monet, id esse perpetuo notandum, quia rarò hoc advertunt litigantes, & actorum notarii, undè in allegationibus juris posset talis scriptura destrui, & ut non authentica expelli, sequitur per eadem verba *Alfan. ubi suprà*
5 *d. n.*111 *in fin.* Quod adeò inconcussè in nostris Tribunalibus servandum est, ut Ferdinandus I. in *pragm.*26. sub *tit. de offic. S.C. in noviss.* his verbis statuerit: *Ut ne à juris tramite discedatur, scripturarum copias, quas exhiberi in actis contigit, si pars, cujus interest, vel ejus procurator præsentes non fuerint, vel saltim requisiti non extiterint, cum originalibus conferri prohibemus, quod si aliter facta fuerit collatio, invalida, nulliusque momenti, aut roboris illam esse declaramus, pœna suspensionis officii ad tempus actorum notarium subjicientes, & amplius ad interesse partis læsæ.* Et ibi in *Comment. D. Rovit.* addit, actorem etiam teneri notificare scripturas ipsas reo convento, aliàs de eis non est habenda ratio.

6 Et ampliùs docuit *Bart.* in *Extrav. ad reprimendum, verbo de plano, versic. & si aliquis habet terminum*, quod ad hoc ut scripturæ, & instrumenta producta in judicio probent, & fidem faciant, non solùm est necesse, quod producantur parte præsente, vel citata, sed est etiam necesse, quod detur ipsarum copia parti cum termino ad opponendum; quod istè extollit exornans *Marsil. sing.*81. incipiente, *advertas ad unum*, dicens de hoc fuisse consequutum maximum honorem Janum, & plures vidisse admirari, *Rebuff. de partium product. tom.*3. *ad Constit. Galliæ*, §.1. *Glos. unica*, *num.*5. & 13. *cum infin.* per *Cacher. dec. Pedem.* 1. *num.*47.

Nec

Nec dicatur, quod etsi non fuerit citatus Fiscus ad videndum collationem, attamen Jo: Vincentius Caldora Scriba mandati fidem facit, se de ordine D. Regentis Cicci Loffredi in præsentia Jo: Petri de Serico Scribæ R. C. ad id deputati, ut retulit per Petrum Masturtium procuratorem Fiscalem comprobasse & collationasse copias, exceptis aliquibus, &c. Duplex enim in primo actu noscitur defectus, uterque insanabilis, sed secundus major primo.

7 Non enim creditur Scribæ mandati attestanti, id fecisse de ordine Regentis Loffredi, proùt alias fuit decisum per totum S. C. concordi sententia, quod non credatur actorum notario attestanti de officio sibi injuncto per Judicem, etiam in actu particulari, utputà quod sibi fuerit injunctum examen testium, vel aliud quidpiam judiciale, nisi aliunde appareat de commissione, ut post *Hosti. Jo: Andr. Bald. Panor*, & alios latè testatur decisum *Affl. dec.* 317.

8 Et licèt *Dec. cons.* 42. ex *num.* 5. relatus per *Ursil.* ad *Affl.* conetur id declarare, & restringere multifariàm, tamen ipsemet *Dec.* non firmat, nec persistit in suis declarationibus, ut est videre post *num.* 6. *vers. est verum*, & à *damnato Authore* in *addit. lit. D.* ejus traditio reprobatur, & verè dum *Dec.* restringit, ut procedat assumptum in commissione universali, non autem in particulari, confunditur ex authoritate *DD.* quos citat *Afflict.* & ex decis. S.C. facta in specie in casu commissionis ad actum certum specialem, cui *decisioni* potius est inhærendum, quam *cons. Decii*, sed quidquid sit in hoc primo defectu, concurrit alter maximus, cum longè minus sit credendum eidem Caldoræ attestanti de mandato injuncto, non sibi, sed Joanni Petro de Serico Scribæ R. Cameræ ad id deputato (ut retulit) per Procuratorem fiscalem, & sic est testis de auditu auditus, scilicet per dictum Scribam sibi fuisse relatum, quod eidem Scribæ fuerat hoc mandatum per Fisci
9 procuratorem. Ut in puncto in terminis mandati dati ad videndum comprobationem instrumenti, non probari mandatum, si in instrumento narrativè fiat mentio de mandato, nisi aliter verè constet de mandato, post *Alexand. Curt.* & alios probat *Avilee* in *ca. prætorum, cap. 6. verbo copia, nu.* 3. *versic. & si in instrumento*, optimè idem *Alex.* post *Alber. Angel. Castr.* & alios *d. cons.* 6, incip. *ponderatis, nu. item* 6. *lib.* 4.

Nec est verisimile, quod Fisci patronus, vel procurator negotium tam grave mandaverint expe-
10 diri per simplicem Scribam. Et ex alio non credetûr, quia cum simus nedum in prohibitis, sed in prohibitione sub pœna gravi suspensionis ab officio injuncta actorum Notario per *Pragm.* non debet stari ipsius assertioni ex *l. si forte*, *ff. de castr. pecul.* cum similibus.

Et si constaret plenè de mandato injuncto per Fisci procuratorem (proùt minimè constat) posset
11 satis dubitari, an potuisset id alteri committere, tum quia in officiis est electa industria personæ, præsertim cum ex legibus Regni Officiales debeant personaliter exercere, non per substitutum, tum
12 etiam quia per *d. Pragm.* 26. prohibitum est cum clausula irritanti, & sub pœna, quod comprobatio fiat præsente parte, vel ejus procuratore, & non aliter; undè est datum pro forma, cui partes renunciare nequeunt.

13 Nec obstat, quod hujusmodi exceptio tanquam dilatoria erat opponenda antè litis contestationem, nec opponi possit post conclusum, ex regula *l. ita demum, C. de procur.* cum vulgatis.

Primò enim dicimus, hanc exceptionem esse privilegiatam, ut etiam in juris allegationibus opponi possit ad finem destruendi scripturas, ut in puncto advertunt *Maranta*, & *Alphan. ubi suprà*.

14 Et ratio est, quamvis isti non dicant, quod regula *d. l. ità demum*, fallit in exceptione dilatoria notoria juris, vel facti, quia ista opponi potest etiam post conclusionem in causa, ex eo quod cessat causæ cognitio, cum in notorio, non requiratur examinatio, sed sufficiat solùm notorium allegare, ut ex *Butrio*, & *Lapo* tradit, *Felin.* in *cap. insinuante*, post *num.* 13. *vers. secundus in exceptione*, *de officio deleg*, sequitur *Jo: Bapt. Asinius* in *praxi judic.* §. 13. in 2. *sublim.* 5. *sublim. fol. mihi* 100.

15 Secundò, exceptio etsi dilatoria potest opponi quandocumque cum agitur coràm Principe, & ipsius Sacro Concistorio, ut coram Papa, *Felin. ibid.* post *num.* 14. *vers. quartus est casus*, *Asin. d. loco* in 4. *sublim.* 5. *sublim.* undè cum hic certum sit, nos esse in Concistorio, ut pluries ex utraque parte est hoc in actis allegatum *fol.* 46. & 103. *à ter. in fin.* cessat regula *d. l. ita demum*.

16 Tertiò, quando exceptio dilatoria, quinimò, & declinatoria fundatur in legis resistentia, & prohibitione, quocunque tempore opponi possunt, cum factum contrà legis prohibitionem sit omninò nullum, *l. non dubium, C. de legibus*, *Bald.* in *l. fin. n.* 7. *ad fi. C. ad Maced. Jas.* in *d. l. ita demum n.* 5. in 16. *limit. Affl. dec.* 354. *n.* 8. & quià quando inhabilitas non pendet à voluntate partium, earum taciturnitas non tollit prædictam inhabilitatem, *Glos. pen.* in *l.* 1. *C. ubi de crim. agi oport.* neque partes legi prohibitivæ renunciare possunt, *Glos.* in *l.* 1. *C. ne fidejuss. dotium dentur*, in terminis *Barbosa* in *l. cum prætor*, §. *fin. num.* 139. & 145. *ff. de judic. Asin. d. loco*, in 8. *principali limit.* unde cum *d. Pragm.* in specie annullet actum, quinimò pœnam addat, hæc exceptio semper opponi poterit.

17 Quartò, & tandem, omissis aliis, limitatur in minore, & cæteris privilegiatis, qui etiam sine ope restitutionis conservantur illæsi, ut valeant dilatoriam opponere, etiam post conclusum, *Felin.* in *cap. exceptionem, n.* 19. *in fin. de exceptio. Bal.* in *l. de*
18 *die*, §. *si servus*, ubi *Castr. n.* 3. *ff. qui satisd. cogantur* & præsertim quando est alicujus præjudicii, quia saltim ope restitutionis indubiè admittitur minor ad opponendum, ut ex *Innoc. Hostiens.* & infinitis de communi probat *Asin. d. loco* in 7. *principali limit.*

19 Nec dubitatur, privilegium restitutionis minori concessum Fiscum comprehendere, *Guid. Pap. q.* 302. *Boer. decision.* 265. cum innumeris per *Sfort. part.* 1. *q.* 3. *art.* 13. *Peregr. de jure Fisci*, *lib.* 6. *tit.* 1. ex *num.* 7. Et eò maximè hoc est admittendum cum in ista copia descripta Panhormi, & in actis deducta cartarum 23. à *fol.* 9. *ad* 32. in pergameno, quæ continet exemplum minuti, & laboriosissimi characteris diversorum privilegiorum documentorum, & scripturarum scriptor fateatur se plures admisisse errores, ut *fol.* 26. *àter.* & *fol.* 31. & in actu comprobationis Scriba Caldora restetur, aliqua originalia non fuisse exhibita, & plures diversitates, & diminutiones repertas, fuisse accomodatas, ex quibus magis necessaria redditur originalium exhibitio, ut Fisci patrono, qui hodie causam tuetur

hæc

hæc omnia oculis subjiciantur, ut alii omissi errores emendentur, & an verè sint originalia quæ pro originalibus habita sunt, consideretur.

Die 10. Maji 1619. fuit decisum, quod non obstante opposita exhibitione originalium procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt pro consultatione facienda. Verùm eodem tempore decretum fuit, & in dict. libris Notamentorum notatum, quòd antè consultationis expeditionem extrà judicialem exiberentur originalia, ut ea tum Fisci patronus, tum etiam Judices videre, ac perpendere potuissent, adeò ut non nisi eis exhibitis, consultatio perfici potuisset.

SUMMARIUM.

1 *Consiliarii Collaterales sunt pars corporis Principis.*

2 *Caput. Monstruum esset sine corpore, & membris existere.*

3 *Caput, qualis cujusque imago sit, commostrat, & proindè si Prorex omissa Consilia Collateralium procederet, quicquid ageret, esset nullum.*

4 *Consilii appellatione ipse Princeps includitur, velut Consilii caput, & sub Collaterali includitur Prorex.*

5 *Votum Proregis formatur ex resolutione Regentium, & in ipsius voto includitur pernecesse votum Regentium, cum sit caput, & Præses Supremi Collateralis Consilii, & DD. Regentes votum habent decisivum, quamvis in regimine consultivum.*

6 *Regentium origo, & potestas undè.*

7 *Consultatio simpliciter à Rege, Proregi demandata, necessariò intelligitur cum vota Regentium, quibus in rebus justitiæ est communicata jurisdictio, ut cum ipsorum voto procedere debeat.*

8 *Princeps non debet sine Procerum consilio legem condere, & ardua statuere.*

9 *Papa non solet ardua explicare absque Collegio Cardinalium.*

10 *Regia Camera Summariæ dicitur quoque Regale Consilium, imò supremum Tribunal in sua cognitione.*

11 *Præsidentes Reg. Cam. dicuntur Procuratores Cæsaris.*

12 *Præsidentes Regiæ Cameræ possunt appellari Regii Consiliarii, & affertur ratio.*

13 *Regia Camera nil aliud est quam Consilium Regale circà patrimonium.*

14 *Subjecta materia est aptima sermonum interpres, & ideò verba Regia,* y de los d'esse nuestro Real Consejo, *necessaria intelligi debent de Tribunali Regiæ Cameræ.*

15 *Verba sententiæ, & statuti sunt improprianda ex subjecta materia.*

16 *Regni hujus omnia negotia pertinentia ad Regale patrimonium, & R. Fiscum remitti, & tractare debent in R. C.*

17 *Consultationes tangentes quovis modo Regale patrimonium spectant ad R. Cam.*

18 *Literæ, & commissiones Cæsareæ Majestatis intelligi debent factæ, & remissæ juxtà ordinarium cursum causarum.*

19 *Rescripta, quàm possibile est, ad jus commune sunt reducenda.*

20 *Sapientia erit, ubi multa Consilia.*

21 *Consultationes quales esse debeant, remissivè.*

22 *Votum Tribunalis Regiæ Cameræ specialis Judicis causarum Regii Patrimonii, non est verisimile, Cæsaream Majestatem excludere voluisse.*

23 *Plures ubi conveniunt, suam quisque partem habet virtutis, atque prudentiæ.*

24 *Verba,* y de los d'esse nuestro Real Consejo, *non debent intelligi de Collaterali Consilio.*

25 *Consuetudo patrisfamilias in quavis dispositione attendi debet.*

26 *Stilus Curiæ, sivè Cancellariæ est attendendus, quæ ubi vult, exprimit, & n. 27.*

28 *Voluntas ubi esset dubia Regis delegantis, consulenda esset eadem Majestas Regia.*

29 *Stilus Cancellariæ Hispaniæ, solet Collaterales Consiliarios nominatim Regentes appellari, &* num. 30.

31 *Regis nostri declaratio, quod votum Regiæ Cameræ cum vota Collateralis Consilii univentur pro consultatione fieri ordinata in fortiori casu.*

32 *Rescripta omnia interpretanda sunt, & intelligenda secundùm justitiam fori, & poli, & æquitati conformanda sunt, etiam si natura verborum non patiatur.*

33 *Rescripta contrà jus civile, municipale, vel consuetudinarium non valent ex defectu voluntatis Principis, qui præsumitur non recordatus, vel deceptus, &* n. 38.

34 *Literæ Regis vim legis obtinent.*

35 *Stilus in rescribendo inducitur, cum pluries eodem modo rescribitur.*

36 *Clausulæ insolitæ si apponuntur in rescripto Principis, vel si cedant jus tertio, non tenet rescriptum.*

37 *Judex cui tale rescriptum, in quo clausulæ insolitæ apponuntur, dirigetur, supersedere debet, & Principem certiorare.*

39 *Superfluitas verborum quandoque toleratur, si aliquam tollit ambiguitatem.*

40 *Rescriptum ex falsa causa redditur nullum.*

41 *Obreptio rescripti in parte vitiat in totum.*

42 *Rescriptum Fisco Regio damnosum, vel est nullum, vel à Judice, cui dirigitur, Principi rescribendum, ut secundam jussionem expectet, &* num. 43.

44 *Rescriptum damnosum est Fisco, si id, quod cum pluribus ex Regiis Senatoribus communicari statutum est, cum paucioribus terminetur.*

45 *Judices injuria afficiuntur quando de spectantibus ad eorum officium alii consulantur, ipsis exclusis.*

ARGUMENTUM.

In consultatione à Reg. Majestate Proregi delegata facienda cum ejus voto in re ad Fiscum Reg. Patrimonii pertinenti, his verbis, *que con el vuestro parecer, y de los d'esse nuestro Real Consejo se l'embie consulta*, an exquirendum, ut interesse quoque debeat votum Tribunalis Reg. Cameræ, ultrà votum Collateralis Consilii, affirmativè, tam ex dispositione juris communis, quàm ex Regiis ordinationibus, stilo, & observantia, resolvitur quod si esset dubium, esse consulendum Regem, expectandamque secundam jussionem. Hinc R. Cam. esse Regium patrimoniale Consilium, & Præsidentes Regios Consiliarios, quibus cura est demandata Regiarum consultationum de rebus patrimonialibus, & plura de stili authoritate, ac rescripto-

Digitized by Google

ptorum, præſertim contrà Fiſcum obtentorum oul-
litate.

RESPONS. XXI.

SI quæ pio Fiſco hac in diſceptatione afferuntur,
ia æquo, ut confido, animo perpendaotur;
non dubito, quio & induſtriæ meæ multum lau-
dis, & ipſi, de qua agitur, rei plurimum tri-
buatur juſtiliæ, per magni eoim iotereſt, quo ſint
animo Judices, ac ſæpè ſæpius accidit, ut plus in
Judicaotium æquitate, quàm in re ipſa poſitum eſſe
videatur. Quod igitur Invictiſſimi, Glorioſiſſimi-
que Imperatoris Caroli V. literæ anois 1539. &
1540. datæ, quihus Dominus Prorex jubetur illi
ſuo cum voto, *y de los d'eſſe nueſtro Reel Conſejo*,
dare per literas conſilium, quo utique decernat,
num prætenſus Rhegii Comitatus, cæteraque Op-
pida ſint Ill. Marchioni Julianæ reſtituenda, an quid
aliud repeodendum, quod, inquam, dictæ literæ ex-
preſsè includant conſilium prædictum fieri non ſo-
lùm debere cum interventu Dominorum Regen-
tium, verùm etiam cum voto, & ſententia Præ-
ſidentium R. Cameræ, ut pluries Fiſcus inſtitit,
fundatur tum in verborum expreſſione, tum in
ipſa Imperatoris mente, ſivè ſeoſu, qui ex litera-
rum contextu optimè colligitur, tum etiam in
exemplis, & præteritorum caluum paritate. Ve-
rùm ſi quid hoc habet ambiguitatis, quæ eſſe nulla
videtur, eſt profectò ad Suam Majeſtatem reſcriben-
dum, quæ viſis, auditiſque Fiſci rationibus, qui
ſeoſus ſit ſuus, quævè mens, oon gravabitur ſi-
gnifi are, atque interim lite, judicioque ſuperſe-
deri poterit.

Dicitur primò, verba, *y de los d'eſſe nueſtra Real
Canſejo*, non eſſe de Supremo Collaterali Domino-
rum Regentium Conſilio intelligenda; nam cum
a meà loquens cum Prorege Imperator dixerit, *con
el voto, y parecer vueſtra*, ſatis clare in voto Pro-
regis Regentium vota incluſit, quando Collate-
1 rales Conſiliarii ſuot pars totius corporis Proregis,
l. quiſquis, Cod l. Jul. Majeſt. undè membra à capite
ſeparari non debent, *Rom. conſ. a 3. num. 3.* & cum
2 ſit caput, monſtrum eſſet ſine corpore, & mem-
bris exiſtere, nec aliquid ad juſtitiam pertinens
3 agere; ſiquidem caput qoaliſcujuſque imago ſit,
commoſtrat, *l. cum in diverſit, ff. de religiaſ. &
ſumpt. func.* & proindè ſi omiſſo Coosilio Collate-
ralium procederet, quidquid ageret, eſſet nullum
cap. novit, de bis, quæ fiunt à Prælatis. Sicut è coo-
4 trà Conſilii appellatione ipſe Princeps includitor
Prorex, ut ex *Luca de Penn. Botr.* & aliis latè fir-
mat *Sargent de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 27. nu. 4. de
Ponte de poteſt. Proreg tit. de delegat. conſ. n. 12. 20.*
5 *&* 25. Quarè cum Prorex Supremi, & Collate-
ralis Conſilii caput ſit, & Præſidens, nulla eſt ma-
jori expreſſiooe opus, ot in voto Proregis incluſa
intelligaotur vota Regentium, quorum ſententiis
una ſormatur Proregis ſententia de iis, quæ tum
ad juſtitiam, tum ad Regium Patrimoniom ſpe-
ctant, (veloti eſt de qua agitor, controverſia) obi
vota Regentiom deciſivè ſe habent, licèt in cæteris
quæ regimen reſpiciunt, vim aliam non habeant,
quàm conſultivam, ot latè poſt *Bellug. in ſpecula
Princip. rub. 10. n. 8. fol. 30.* ubi noſter *Borrellus. in
ſuis remiſſion.* in terminis *de Ponte*, in *dict. tract.
tit. de aſſenſib. Regiis, §. 5. num. 7. &* 8. quod ex or-
dinationibus Reg. Caroli V. & Philippi filii teſta-
tur ſpecialiter proviſum in *tit. de deleg. cauſ. n. 11.*
6 13. *&* 16. de quorum Regentiom origine, & pote-
ſtate plora *Surgent lib. 1. cap. 26. ex num. 16.* & in
Coosultore Siciliæ ultrà Farum in ſimili *Maſtrill.*
7 *de magiſtr. lib. 5. cap. 7. num. 18.* Itaque ſimulatque
ſit quæſtio de Proregis voto, hæc oeceſſariò etiam
votum compreheodit Regentium, quibus in iis,
quæ ad juſtitiam pertinent, communis eſt cum
Prorege juriſdictio, & oiſi cum eorum ſententia
non procedendum eſt, ex Regiis Inſtitutis, ut per
8 *D. de Ponte in d. tit. de deleget. num. 17. &* 18. ſicuti
etiam jure communi Princeps non debet ſine Pro-
cerom conſilio legem condere; ardua ſtatuere, ſi-
cuti & Collegium Cardinalium eſt in poſſeſſione,
9 ut Papa non explicet ardua ſine eorum Conſilio,
Barbat. conſ. 1. num. 6. lib. 1. Padil. in l. ſi univerſi 14.
*C. de diverſ. reſcript. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud.
par. 1. q. 5.* cum aliis per *Andr. Knichen Germ.* in
*Comment. de Saxonico non provoc. jur. cap. 5. § gene-
raliter, num. 83.*

Quamobrem cum Imperator ad alia verba pro-
greditur, *y de los d'eſſe vueſtro Real Conſejo*, hæc
verba neceſſariò aut ſunt capienda pro interven-
to, & voto Tribunalis Cameræ juxtà qualitatem
negotii, de quo agebatur ex ſubjecta materia, & Tri-
bunalis, cui diriguntur, cum res tractetor tam gra-
vis, & quæ Regii Patrimonii maximè intereſt, aut
certè indicant Sacrum Capuanæ Conſilium unà
cum Regia Camera eſſe voto, & ſententiæ ioterve-
10 niendum, quando ipſa Camera dicitur, & verè eſt
Regium Conſilium, immò Supremum Tribunal. Ut
in *Pragmatica* Invictiſſimi Philippi Secundi 6. *in
noviſſ.* ſub *titul. de officio Procuratoris Cæſaris*, ibi,
*Cum Regia Camera Summariæ Supremum qui-
dem Tribunal totius Regalis Patrimonii regimen,
ac gubernaculum teneet*, ut ioter cæteros ait *Regens
Reverterius decision. 7. lib. 1.* ubi agens, de quibus
cauſis poſſit coguoſcere, tam de jure communi,
quàm ex privilegiis Regum noſtrorum, ſubdit poſt
princip. hæc verba, *In primis ſciendum eſt, quod
Tribunal Regiæ Cameræ eſt Conſilium Regium, &
ſupremum, in quo omnia, quæ ſpectant ad Fiſcum, &
Regium patrimonium agitantur, diſcutiuntur, &
11 conſervantur, & qui in dicto Conſilio præſunt di-
cuntur Procuratores Cæſaris*, amplius *Regens Ma-
les de origine Regiæ Cameræ* poſt *deciſion.* 10 §. *e.
bis apparet*, probat Tribunal hoc Regiæ Cameræ
in literis Roberti, & Ritibus Regiæ Cameræ appel-
lari, *Regale Auditorium, & Supremum Tribunal*,
itidem *Dominus Regens Tapia de jure Regni, lib. 2.
in rubric. de officio Procuratoris Cæſaris, num. 5.
fol. 174.* ubi *num.* 13. meminit in Hiſpania vocari
12 *Supremum Conſilium de azienda.* Ipſi quoque Ca-
meræ Præſidentes verè ſunt, & appellari poſſunt
Regii Coosiliarii, non modò ut in Supremo Tribu-
nali, Regioque Conſilio reſidentes; verum etiam
uti in locum ſubrogati Magiſtrorum Rationalium
Siclæ, qui olim Regii Conſiliarii noncupabantur,
ac fori, & jam liaritatis habebant privilegia ut opti-
mè teſtatur *Sargent dicto tract. lib. 1. cap. 7 n. 1.* qui-
buſque Regii Patrimonii cura erat demandata, quæ
poſtea à Carolo I. fuit Regiæ Cameræ Summariæ
commiſſa, ut demum clariùs teſtatur Alphonſus I.,
ſicut idem Alphonſus I. teſtatur in *Pragmatica* 1.
anni 1450. *de officio Procuratoris Cæſaris fol.* 250.
à terg. in noviſſim. ibi: *Ut Officiales ipſi utriuſque
officii prærogativa lætentur, & gaudeant*, & paulò
poſt ante fiocm ſub verbis: *Cæteriſque de noſtro
Con-*

Confilio, clarè includit Confilium Capuanæ, & Re-
giam Cameram, abfque quod particulariter Re-
13 giam Cameram nominet; cum clarum fit, Regiam
Cameram nil aliud effe quam Regale Confilium
circa patrimonium, prout Sua Majeftas Præfiden-
tes nominat in diverfis literis Tribunali fcriptis fub
Confiliariorum titulo, & Regiam Cameram fuum
Regale Confilium, ut notiffimum eft.
14 Secundò dicitur, ejufmodi verba, *T de los de effe
nueftra Real Confejo*, effe neceffariò intelligenda
de Cameræ Tribunali pro fubjecta materia, quæ eft
optima fermonum interpres, etiam fi verba à pro-
pria, & germana fignificatione declinent, & pro ea
quoque materia, in qua ftricta fit interpretatio, la-
tè *Everardus loca à fubjecta materia, num. 2. & feq.*
toleretur enim improprietas, quam lex referiptum
(quæ æquiparantur) communis intellectus, natura
rei, natura contractus, natura judicii, vel confenfus
partium tolerat, *Baldus* in *l. final. quæftion. 14. C.
de hæretic.* & de verbis fententiæ, & ftatuti impro-
15 priandis ex fubjecta materia, licet alias fint ftrictè
intelligenda, *Everard. dicto loco, num. 6. & 7.* ubi
num. 14. tradit hæc pronomina, *meum, tuum, fuum*,
impropriari, & *num. 25.* idem tradit de dictionibus,
alius, alia, aliud, ex fubjecta materia impropriari, ita
ut non fit mirum, fi illa verba, *de effe nueftro Real
Confejo*, ex fubjecta materia impropriari valeant,
16 licet in cafu præfenti nulla fiat impropriatio. Item
quia negotia omnia five Regium Patrimonium, fi-
vè Fifcum fpectantia, legum tùm communium,
tùm municipalium Regni difpofitione ad Regiam
Cameram deferenda, ibique tractanda funt, juribus
citatis à *Peregrina de jure Fifci, lib. 7. titul. 1.* la-
tiffimè *Reverterius dicta decifion. 7. tom. 1. Surgens
lib. 1. cap. 26. num. 23. Dominus Regens Tapia de ju-
re Regni, lib. 2. Pragmat. 1. fol. 174.* & eft expreffa
*Pragmatica Philippi Secundi, in ordine 6. fub ti-
tul. de officio Procuratoris Cæfaris, in noviffim.* inci-
17 piente *Cum Regia Camera*, inperius citata; ex
præfertim confultationes, præceptum eft, longoque
ufu receptum, ut in Cameræ Tribunali fierent,
quæ futurum Regii Patrimonii compendium, vel
damnum vitandum, privatorum merita, atque alia,
de quibus Sua velit Majeftas edoceri, concernunt,
ut in *Pragmatica* à Seniore Offunenfium Duce
edita anno 1586. *num. 63.* cum reformatione alte-
rius ab eodem conditæ anno 1585, *num. 62. §. item
le confulte, fub titul. de officio Procuratoris Cæfa-
18 ris, fol. 268. in noviff.* Idcircò cum ad Regiam Ca-
meram, in qua femper, & ejufmodi negotia acta, &
deliberationes habitæ funt, res tantæ confultatio-
nis fpectet, Imperatoris literas, & commiffionem
intelligendum eft, pro folito, ac legitimo caufarum
curfu fuiffe datas, ut ex *Gemin.* in *cap. quamvis, de
refcript. in 6.* multis etiam juribus citatis adnotavit
19 *Magon. decifion. Florent. 87. num. 6.* & funt quan-
tum poffibile eft refcripta ad difpofitionem juris
communis reducenda, *l. fi quando. 35. C. de inofficiof.
teftament. Aviles in cap. 11. Prætorum Glof. jufgada
num. 2.* Hinc *Dominus Regens Tapia in commenta
Pragmaticæ 1. editæ* per *D. Petrum à Toleda in an-
no 1540. §. infuper præcipimus*, ubi traditur forma
expediendarum confultationum in Regia Camera,
fubjicit hæc verba optima ad propofitum, *cum enim
Rex debeat cuncta facere cum Confilio, ut optimus
rerum omnium finis inde fequatur, de qua diximus.
in Capit. Regni &c.* meritò introductus eft hic
mos, ut cum Rex circa fuum patrimonium vult
difponere, intelligat, quid fuis Confiliariis circa
ejus curam electis videatur, ubi enim funt multa
20 confilia, ibi erit & fapientia, juxtà illud *Salomonis,
&c.* quales autem debeant effe confultationes, co-
21 piosè fcripfit *Cardin. Paleotbus de facri Confifto-
rii Confult.* ex quo clariffimè patet, Præfides Re-
giæ Cameræ effe propriè Confiliarios Regis, ele-
22 ctos ad confulendum de Patrimonio. Et quam-
quam Sacro, & Collaterali Confilio non defuere
unquam viri optimi, atque omni virtutum, ac do-
ctrinæ genere eminentes, quales omnes hac potif-
fimum tempeftate in eo confpicimus, haud tamen
verifimile eft, Suam Majeftatem Cameræ Tribunal,
verum, propriumque Regii Patrimonii Judicem,
iis præfertim in confultationibus, quæ rem patri-
monii tuentur, voto, & fententia exclufum voluif-
fe; ea vel maximè de caufa, quod res tanta non vi-
detur unius dumtaxat Tribunalis, fed complurium
vota requirere, quo facilius, rectiufque de ea fieri
poffit deliberatio; eft quidem numerus confulta-
tionibus habendis accommodatior, non enim vota
unius, vel pauciorum in rebus præfertim arduis,
fed plurium requiri debent, fupplet enim alter
23 quod uni deficit, & cum conveniunt multi, fuam
quifque partem habet virtutis, atque prudentiæ,
funtque quafi unus homo multiplex, & multæ ma-
nus, multis fenfibus, multifque moribus, & intelli-
gentiis præditus, ut ex *Divo Hieronymo, Ariftot. &
Philone* optimè probat in fpecie idem *Dominus Ta-
pia in commenta dictæ Pragmaticæ 1. de offic. Pro-
curat. Cæfaris*, nuncupatim loquens de numero vo-
torum adhibendo in confultationibus concernenti-
bus patrimonium, & dicitur inferius.
24 Tertiò, quod eadem verba, *y de los d' effe nueftro
Real Confejo*, de Collaterali Regentium Confilio
haud funt interpretanda, vel ex eo refcribendi ufu
clariffimè patet, quem alias idem fervavit Imperator,
nam cum Proregem D. Petrum de Toledo de qui-
bufdam pragmaticis pro patrimonio edendis, confu-
leret, & Collateralis etiam Confilii votum, & fenten-
tiam exquireret, his utique verbis ufus eft, *que co-
municandolas con los Rejentes de nueftra Cancelle-
ria, y con los otros Officiales nueftros, que à vos pare-
ciere, &c. in Prag. 2. anni* 1536: *de offic. procur. Cæ-
far.* quod aliis etiam in Pragmaticis, & refcriptis
ejufmodi videre eft; Ex ejufdem igitur Imperato-
ris confueto refcribendi more, & ex ipfa fpeciali Re-
gentium nominatione hoc fatis abundè colligitur,
25 confuetudo enim patrisfamilias, five difponentis in
qualibet difpofitione in primis attendi debet, *l. fi
fervus plurium §. fin.* ibi, *ante omnia, &c. ff. de legat.
1.* cum concordantibus per *Everar. loco ab ordine,*
poft *num. 7.* fic & ftilus Curiæ, fivè Cancellariæ,
26 *cap. ex literis, de Conftit.* cum aliis per eundem
Everard. loco à ftilo Curiæ, Afflict. in terminis *dec.
253. de Ponte conf. 1. num. 67. & 68. lib. 1.* verba illa
generalia, *y de los d'effe nueftra Real Confejo*, non
aliter, quàm pro fubjecta materia funt intelligenda.
Etenim Imperator cum Regentes ad majorem ex-
preffionem nominaffet, id non generali, fed fpeciali
fecit appellatione. Hoc eodem fpecialiter nominan-
di ftilo Philippus III. Invictiffimus eft etiam ufus
in refcriptis pro hac caufa, inftante parte rogatis,
quibus utique licèt fubreptione, quoad obfervan-
tiam invalidis (ut infrà patebit) optimè tamen ha-
betur ufitata formula, qua Regia Hifpaniarum
Concilia in depofcendis Regentium votis utitur;
in iis enim fpecialiter apponitur, *con el nueftro pa-*

Digitized by Google

refer, y el del Colateral specialem igitur expressio-
27 nem, ubi vult, apponit, vulgata *l. unica. §. sin autem deficientis, C. de caduc. tollen.* Quinimò ut *Regens Reverterius* advertit *decis. 7. part. 7.* sum aliàs Regius Fiscus institerit, ut causa inter Suessæ Ducem, & Marchionem Turrismajoris pro suo interesse, licèt non principali, & immediato, sed secundario, (ut ajunt) vel remoto ad Cameræ Tribunal remitteretur, utraque pars contradixit, asserens, causam Domino Proregi, ac Regentibus fuisse specialitèr commissam. Verùm cum ejusmodi controversia non cum Fisco præcipua, sed inter privatos esset,
28 fuit provisum, non esse remittendam. Sed cum incidisset articulus, utrum Regentes veluti ordinarii, an ut delegati processerint, atque ideò esset de mente Regis delegantis quæstio, fuit decretum, Regiam Majestatem esse hac de re consulendam, juxtà *cap. licet, de offic. ordin.* allegatum per eundem *Revert.* quæ Majestas, delata ad Proregem causa, jussit, eum cum Regentium, & Regiæ Cameræ voto ad decisionem progredi, ut re quidem ipsa demum præsti-
29 tum fuit. Ex qua decisione primò colligitur, de
30 stilo Cancellariæ Hispaniarum esse, ut Collaterales Consiliarii proprio nomine appellentur Regentes Cancellariæ, & hac illis appellatione consultationes, & causæ delegentur.
31 Secundò statim atque Regi innotuit, de re agi ad Fiscum pertinente, licèt non præcipua, fuisse tamen adjunctum Cameræ votum, quamvis anteà fuerit decreto Collateralis exclusum.

Quartò dicitur, rem ejusmodi fuisse in ponctto, casusque majore ab invictissimo Rege nostro novissimè declaratam. Nam cum Proregi mandatum fuerit, ut de prætensis Suessæ Ducis promeritorum, sive ut ajunt, servitiorum remuneratione, consultationem haberet, essetque habita cum solo Collateralis interventu, hac de causa à Supremo Italiæ Consilio fuit iterum eidem Proregi commissum, ut quia negotium Fisci interesset, ejusmodi consultatio non modò cum interventu, & voto Collateralis, verùm etiam cum interventu, & voto Cameræ fieret, idque rectum juxtà dispositionem legis communis, & Pragmaticarum Regni, sicut rescripta
32 omnia interpretanda sunt, & intelligi debent secundum justitiam fori, & poli, & juri, & æquitati conformanda sunt, etiam si natura verborum non patiatur, an horitatibus citatis à *Molin. lib. 2. de primogenit. cap. 1. num. 23. versic. rescripta namque,*
33 alioquin rescripta contrà jus civile, municipale, vel consuetudinarium non valent ex defectu voluntatis Principis, qui præsumitur non recordatus, vel deceptus, latè *Rebuff. in præfat. de rescript. quæst. 9. num. 70. cum seq.* Quod postea magno cum Regii Fisci compendio perfectum fuit anno 1616. ut Regentibus, Præsidentibusque, qui hac in consultatione suas dixere sententias optimè constat. Adest igitur particularis decisio, qua habetur, consultationes de patrimonio, quæ Proregi committuntur, esse necessariò faciendas cum interventu, & voto
34 Cameræ, ad quam de jure spectant. Quare ejusmodi Regis nostri literæ vim habent legis, & æquè, ac leges sunt in prædictis casibus observandæ, *l. item veniunt, §. sed Imperator,* ubi *Angel. ff. de petit. hæred. l. 1. verbo, per epistolam, ff. de Const. Princip.* cum aliis latè in terminis congestis per *Jacobum Anton. de Mauro alleg. 18. ex num. 6. Bovadil in Politica lib. 2. cap. 10. num. 59. Rebuffus ad Constit. Gall. tom. 2. tit. de rescript. art. 1. Glos. 1.* Et cum pluries fuerit
35 hoc modo rescriptum, Inductus est ita rescribendi stilus, quo fit, ut deficientibus legibus, ac pragmaticis, rescriptum contra stilum vim habeat nullam, nullamque executionem, non præsumitur enim à Rege, vel ejus Cancellaria emanatum, *cap. porre-*
36 *ctum, de confir. util. vel inutil.* idem si clausulæ insolitæ apponuntur, vel si lædat jus tertii, latè *Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 2. de rescript. in præfat. num. 164. in 2. effectu,* & hoc casu Judex cui diri-
37 gitur debet supersedere, & certiorare Regem, *cap.*
38 *memoria 19. distinct.* & de rescriptis contra stilum, & consuetudinem *Peregr. decis. 97. num. 22. in fin. & 23.* & contra non solita rescripta, & novitates latè *Menoch. de præsumpt. lib. 5. cap. 34. num. 7. & per totum.* Undè ortum vulgare Hispanicum, *Novedad, nò verdad, Bobadil. . . . . .*

Nec obstat, quod literis anno 1539. & 1540. pro hac causa datis, jubeat Imperator, *que se dea notitia all'Abogado, y Procurator fiscales, paraque respondan, &c.* perinde quasi fieret ex hoc clarum, non debere Cameram intervenire, quia si illi interveniendum fuisset, utiquæ non fuisset opus dicere, quod Fiscus audiatur, cum sit pars integrans, & in Camera inclusus. Neque officit quod additur, hoc etiam esse ex longo usu, sivè, ut dicunt, observantia, perspicuum, cum hæc controversia ab anno 1539. ad hæc usque tempora, interveniente nunquam Camera fuerit semper in Collaterali tantum agitata.

Etenim præterquam quod optimè responderetur, latisque esset dicere, mandatum, quo præcipiebatur, omnia esse Fisco notificanda, fuisse ex abundanti, ut scilicet clarè intelligeretur, causæ hujus consecutionem. qualitate, & gravitate magna, maximè à Sua Majestate existimari, atque ideo esse opus, ut fiscalis Advocatus in omnibus audiatur. Et sicuti Sua Majestas dictis Pragmat. c'a, Regiisque literis aliquid negotii Proregi demandat, jussit eum suo, & Regentium Collateralium voto ad illius consultationem, aut decisionem procedere, licet vota Regentium inclusa intelligantur in voto Pro regis, tanquam ab illis individuo, ut supra dictum est. Ita etiam fuit eidem Majestati visum specialiter præcipere, ut Procurator, & Advocatus Fiscales in omnibus audirentur, *para que respondan, y alleguen en contrario, lo que se puede desir en favor, y defension del Fisco, y derechos de nuestra Re-*
39 *gia Corte.* Supervacanea enim tolerantur, cum ambiguitatem tollant, *Cravett. cons. 25. n. 31. Beccius consil. 34. in fin. Surdus decis. 195. num. 10.*

Præterea respondetur, literas duas habere partes, quarum in prima soli committitur D. Proregi, & non aliis, ut Marchionis intelligat rationes, ac scripturas, informationesque recipiat. In his itaque conficiendis, quæ soli Dom no Proregi demandata sunt, & extra Cameram erant agenda, satis justè præceptum est, Fisci Procuratorem, & Advocatum esse audiendos.

In secunda verò parte, post formatum, compilatumque processum mandatur, *que collegido en un mismo el processo juntamente con el voto, y parecer vuestro y de los d'esse Real Consejo, nos lo enbiad los antes, &c.* Quare cum ad hæc, ut prætenditur, procedendum sit cum interventu, & voto Cameræ, nulla fit mentio de Fisco, quippe qui in Regio Consilio Tribunalis Cameræ comprehenditur, & sic non obstat argumentum, quia Fiscus tunc vocatur, cum necesse est.

Quo

Digitized by Google

Quo verò ad oppositionem ex observantia, retorquetur argumentum desumptum ab observantia subsequuta in casu præsenti, quamvis aliàs fortissimum. Siquidem casus, in quo juxtà formam Imperialis rescripti exigendum erat votum R. C. hucusque non evenerat, nil mirum igitur si R.C. non intervenit in præteritum, cum illa solùm ex forma rescripti adjungi debuit collectis probationibus, & compilato processu tempore consultationis faciendæ, ut mox suo tempore Fiscus institit *fol.* 152. & 154. nam licèt scripturarum, probationumque receptio soli D. Proregi fuerit commissa, nulla de Collaterali facta mentione, hoc tamen à Collaterali, quippè à Regente Francisco Loffredo causæ Commissario, ut necessariò intelligendum erat, præstitum fuit. Et pro al quo etiam tempore intervenit, fuitque causæ Commissarius, Cameræ Locumtenens *fol.* 121. Modò verò cum de habenda consultatione agitur, adhiberi debet votum Regiæ Cameræ, quod attentis dictis literis non erat adhibendum, nisi cum in consultatione vota ferrentur, quod hucusque haud opus fuit. Usus igitur, sivè observantia, ut prætendit Fiscus, rectè se habet.

Neque Invictissimi Regis nostri literæ die 15. Septembris anno 1613. ut *fol.* 136. et 15. Octobris anno 1616. ut *fol.* 165. datæ, obstant, cum erranti, fallæque assertioni Partis nitantur: quæ utraque supplicatione asseruit, dictis literis Imperatorem mandasse Proregi, ut quæ esset sua de hac controversia sententia, per literas declararet, hæc tantummodo subnectens verba, *y del Collateral, &c.* Sua igitur Majestas, asserta vera existimans, dictas Imperatoris literas jussit juxta proposita observari. Quod cum aliter se habere comperiatur, eædem literæ, ut subreptitiæ, neque allegari, neque aliquem effectum habere possunt,
40 rescriptum enim ex falsa causa redditur nullum, *Rebuff. d.tit.2. ad Const.Gall.de rescript.* in *præfat.*
*num.*174. Item si præjudicat tertio, *cap.quamvis*,
41 *de rescript. in* 6. et obreptio in parte rescripti, vitiat in totum, *Tepaut tom.*1. *de rescript. col.*2. in *verbo obreptio*, et *verbo subreptio*, *Rebuff.* in *d.loco de rescript.* in *præfat. num.*109. *versic.sæpius etiam.*

Tandem, si qua ex dictis verbis videatur ambiguitas oriri, utrum scilicet illis in consultatione Cameræ votum includatur, an verò eadem excludatur; est utique hujus nodi solutio à sua Majestate precibus contendenda, cui uni id oneris incumbit, ea vel maximè de causa, quod res agitur Fisco haud utilis, et interim non est ad ulteriora procedendum, rescriptum enim Fisco damnosum, vel
42 est nullum, *l.nec damnoso*, *C.de precib. Imperat. offer. Rebuff.* in *præfat. prædicta quæst.*9. *num.*80. *& seq.* & *quæst.*12. *num.*174. vel debent Judices,
43 quibus dirigitur, Principi rescribere, & expectare secundum jussionem, latè *Rebuff. dict. quæst.*9. *num.*85. *vers.unde dicit text. Tepatus d.loco de rescript. vers.Judex videns*, *col.*2. & *vers.Rescriptum contrà jus*, *col.*5. & *col.*9. *vers.jussioni Principis*, quod servandum est etiam si solùm impugnetur rescriptum ex eo, quia contrà stylum, *Everar.* videndus *loco à stylo Curiæ*, *col.*2. *vers. hinc etiam est*, prout ita aliàs servatum refert *Revert. d. decis.*7. *par.*7. Rescriptum est quidem Fi-
44 sco perniciosum, fietque perniciosius, si res à paucis contrà Regias sanctiones decernatur, ut ex pluribus probat *Card. Paleot. de Sacri Concist. par.*1. *quæst.*8. et etiam læditur honor sui Tribu-
45 nalis, quippè R. C. nam injuria afficiuntur Judices, quando de spectantibus eorum officio, alii consuluntur, ipsis exclusis, *Paleot. quæst.*3. *art.*5. & 6. de quo vehementer conqueritur *D. de Ponte in d.tract. d.tit. de delegat. num.*9. 24. & 27.

In præcedenti articolo succubuisse Regium Fiscum, præcedenti Responso principalis quæstionis *num.*77. meminimus.

SUMMARIUM.

1 *Criminis, de quo agitur, immanitas latè detegitur.*

2 *Residuum, peculatus, aliaque delictorum genero proponuntur.*

3 *Peculatus crimen ut locum habeat, publica debet esse pecunia, idem in residuo*, num.4.

5 *Dubium excitatur, num pecunia à vectigalium conductoribus debita, publica dici possit.*

6 *Publicam esse, tum ex subrogationis, tum ex pecuniæ functionem recipientis natura, demonstratur.*

7 *Vectigalia ex sui natura publica, eorumque fructus, & pensiones à conductoribus debitæ.*

8 *Vectigalia in propriori significatu ea dicuntur, quæ pro mercium invectione, & evectione penduntur.*

9 *Publicani nomen traxerunt à vectigalibus, quæ publica dicuntur.*

10 *Vectigalium locatio non minus quàm triennii spatio fieri debet.*

11 *Vectigalia non ideò publica esse deficiunt, quod sint conducta, idemque est, pro Fisco exigi immediatè, vel pro conductore, mercede Fisco soluta*, num.12.

13 *Vectigalia ob publicam utilitatem sunt introducta, & legitimè imposita sunt favorabilia*, num.14.

15 *Residui crimen ab iis committitur, qui publicam pecuniam in usum aliquem destinatam retinent, non erogando, &* num.16.

17 *Pœna restitutionis ejus, quod debetur, & amplius tertia ejus parte est in crimine residui.*

18 *Idem criminalis extraordinaria, sed gravis, & major pœna furti*, num.19. *ac ità delinquens prædo dicitur*, num.20.

21 *Peculatus quoque locum habere clarè convincitur.*

22 Lex Julia de residuis *procedit, cum quis pecuniam à Fisco in usum aliquem delegatam retinet, sed in eum erogatam non dicit.*

23 *Residuum cessat, cum quis pecuniam publicam publico usui non erogatam, quasi erogasset, retinet, & furtum consequenter peculatus propriè dicetur, &* num.27.

24 Text. *in* l.sacrilegi 9. §.fin. ff.ad l.Jul. pecul. *expenditur, ac de peculatu intelligendus esse declaratur, &* num.25.

26 *Jurium diversa dispositio ex eorum verbis expressè colligitur.*

28 Text. l.sacrilegi, §.Labeo, ff. ad l.Jul. pecul. *non obesse, demonstratur.*

29 *Peculatus regulariter à non Officiali committitur &* num.34.

30 *Peculatus committitur, cum quis pecuniæ publicæ periculum à se avertit, quasi eam verè solvisset.*

31 *Tutor de bonis pupilli aliquid auferens, actione rationum distrahendarum obligatur, quod si furandi animo fecit, etiam furti tenetur.*

Digitized by Google

32 Matthæi Wesemb. *verba aurea ad propositum transcripta referuntur.*

33 *Publicus administrator publicam pecuniam surripiens, capitali pœna punitur.*

35 *Peculatus nedum à Publicanis, sivè Arrendatoribus, sed etiam ab arrendamenti Officialibus, & Caratariis committitur.*

36 *Officiales arrendamenti, sivè ejus libros habentes, peculatum admisisse, probatur.*

37 Text. *in* l.hac lege 11. ff. ad l.Jul. pecul. *ad id expenditur, & applicatur,* num.38.

39 *Idem in arrendamenti Caratariis, qui ut principales Arrendatores existimandi sunt,* num.40.

41 *Particeps verè dicitur socius, nec interest, quæ portio in societate habeatur,* num.42.

43 *Vectigalium conductores alios nominare solent, qui tanquam principales conductores censentur, validusque est hujusmodi contractus,* num.44.

45 *Nominatio sociorum retrotrahitur ad tempus conductionis.*

46 *Socii in vectigalibus à conductoribus adhibiti, Reip. ut principales obligantur, &* num.47.

48 *Caratarii nominati, nisi R. C. idonei videantur, repelluntur, quousque idonei nominentur, ex antiqua R.C. praxi.*

49 *Publicanorum vocabulo etiam ii continentur, qui Publicanis ministrant, eorumque edicto subjiciuntur.*

50 *Domini Publicanorum appellantur ii, qui majoritatem, sivè præeminentiam in cæteros habent.*

51 *Administratores pecuniæ publicæ si durante administratione eam interceperint peculatu tenentur, idem in Officiali,* num.52. & 56.

53 Constit. Regni Officiales Reipublicæ, *peculatum administrationis tempore committentes, capite puniri disponit.*

54 Gloss. dictæ Constitut. *de morte naturali,* Afflict. *verò intelligit de deportatione.*

55 Dictæ Constit. *pœna eos quoque afficit, quibus ad pecuniam subtrahendam utitur Officialis, & scienter recipientes.*

57 *Peculatus pœna pecuniaria, si de pecunia Fisco incorporata agitur, quadrupli, si de non incorporato, dupli erit,* num.58.

59 *Pecunia à Fisci debitore exacta haud incorporata dicitur.*

60 *Criminalis pœna, civili jure deportatio,* Digest. Cod. *verò, ac* Constit. Regni *jure capitalis.*

61 *Furti quoque crimine coarguuntur, cum pecuniam fiscalem, Fisci creditoribus exolvendam, occupaverint.*

62 *Administrator, Officialisque quilibet, pecuniam aliis distribuendam recipiens, ac fraudans, cum administris capite punitur.*

63 *Residui, peculatusque pœnis ex delictorum gravitate sepositis, capitalis pœna ex aliis juribus in hujusmodi furti specie constituitur, &* n.64. & 65.

66 Text. *in* l.sacrilegi 9. §.eodem capite, ff. ad l.Jul. pecul. *in proposito expenditur, & ponderatur.*

67 *Debitor pecuniæ Fiscalis post annum residuam pecuniam facit.*

68 *Capitis pœna imposita, cæteræ deficiunt, nisi civiles, quas in hæredes pro eo, quod ad eos pervenerit, competere palam est.*

ARGUMENTUM.

Arrendatorum, sivè publicorum vectigalium Conductorum crimina patefiunt, perniciesque inde sequuta describitur. Residuum, peculatusque ut locum habeant, quæ requirantur. Publicani qui, & an ii dici possint, qui vectigalia conducunt. Residuorum quæ sit pœna tam civilis, quàm criminalis: Inter residuum, peculatumque differentia, & quæ ejus sint pœnæ tam ex jure civili, quàm Codic. ac Regni. *Text.* in *l.sacrilegi*, *§.fin. ff.ad leg.Jul. pecul.* hactenus haud benè perpensus, ac intellectus, expenditur, ac de peculatu loqui clarè detegitur. Ad *text.* in *l. sacrilegi*, *§. Labeo*, exactè, ac plenè respondetur. Officialis, vel Administrator num peculatum committat, & qua pœna plectatur. Caratarii, seù in Arrendamento participes, an verè Publicani existimandi sint, ut conveniri possint. Præter asserta crimina furti quoque, aliorumque graviorum criminum pœnas locum sibi vendicare, latè demonstratur, ac alia de peculatu accuratè differuntur.

RESPONS. XXII.

1 QUanta cum severitate sit animadvertendum in crimen hoc, de quo agitur, facilè dignoscitur, non modò ex læsione tam fraudolenti, & machinationibus repleta, quàm privati homines ferè omnes, & præsertim pauperes, ac miserabiles passi sunt, verùm etiam ex ingenti, & universali, tum privatarum, tum publicarum rerum damno, & diminutione existimationis Fisci, & Regalis Patrimonii tam clarè extrinsecus apparente, cum vero, & intrinseco damno à Regia Curia, et ejus Creditoribus, sivè Consignatariis accepto, et in futurum ex hujusmodi admissione facinoris accipiendo; & cum jactura, etiam publici commercii. Quibus adjungitur violenta, & dolosè extorta remissio proprii juris, sæpius repetita, ac geminata deprædatio Regiæ pecuniæ, ad certos usus destinatæ, in maxima, & ingenti summa; non solùm contrà juris communis, & municipalis certam dispositionem, sed contrà Regias novissimas, & præcisas ordinationes natas ex justa, et necessaria reformatione, & directione Regiæ generalis Visitationis, ob conservationem Regii Patrimonii, ejusque Fisci, in quo constat versari publicam omnium utilitatem, præsertim hisce calamitosis temporibus, in quibus ob bellorum turbines, ferè ubique Monarchia Regis nostri vexatur ab inimicorum fidei, & invictissimi nominis Austriaci solius fidei defensoris, conatibus. Quod crimen, sivè potiùs dixerim, criminum acervus, tot, eaque gravissima delicta admixta complectitur, ut proprium, geminumque illi nomen tribuere ob admissorum copiam, planè sit difficillimum. Etenim Regiæ pecuniæ publico usui destinatæ dilapidatione, quis Regis fidem apud populos imminutam, ejusque iteratas sanctiones, ac de re ipsa instructiones, & præcepta contempta, privatorum denique, eorum cum Regia Curia reditibus pro nihilo palàm ab ipsis emptis, dum integrè solvere tenebantur, extremam rei familiaris jacturam factam non existimet? ut sanè pauca generis hujus delicta enumerari possint, quæ huic, de quo agimus, magnoperè non conveniant: ut certè hujusmodi generis delictum alio congruentiori

Digitized by Google

tiori nomine explicari possit, quàm multiplici quadam criminum appellatione, ad *text.* ad hoc satis pulchrum in *l.eos*, *qui 6. §.nec tamen*, *C.de modo mulct.* Quarè eorum omnium pœnis reos sobigendos esse, admissorum numerus, qualitas, ac pleræque circumstantiæ facinus augentes, epertè conclamant.

Siquidem præter dolum, fraudes, aliasque machinationes ad decipiendum adhibitas, residuo-
2 sum, peculatus, falsi, furtique crimen perpetrasse, facilè ex processu colligitur.

Et quòad primum, & secundum, scilicet residui. & peculatus crimen, ot iis hos publicorum, seù fiscalium vectigalium conductores, & ut vulgo appellantur, *Arrendatores*, convincamus, necessè est probare, pecuniam retentam, ab eisque subreptam, publicam censeri, siquidem *Ulpian.*
3 de peculatu loquens in *l.1. ff. ad l.Jul. pecul.* ait, *l.Jul.peculatus cavetur*, *ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicavè, auferat*, et *Paul.* de resi-
4 duis verba faciens idem requirit in *l.2. ff.eodem tit. l.Julia de residuis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, & neque in eum consumpsit*, & al bi.

Quod ut pateat, dicimus, difficultatem ex eo
5 oriri posse, quod nos non versemur in terminis Officialis, scilicet Thesaurarii, qui pecuniæ Fiscalis administrationem, & custodiam, non item usum habeat, nam eo certè casu certum est, pecuniam nunquam desinere esse Fiscalem, proindè publicam, io qua residuum, peculatusque proculdubio admitti possit, sed cum simus in terminis Conductorum à Regio Fisco publicorum vectigalium, posset ab iis prætendi, tanquam Fisci privatos debitores habendos esse, non fiscalis pecuniæ administratores, cum in eos translato pecuniæ publicæ usu, certis, statutisque temporibus pensiones quasdam ex conductione Fisco, seù Consignatariis à Fisco delegatis inferre, ac persolvere teneantur, ideoque fiscali pecunia propria, ex locationis vi jam effecta, frustrà sese fiscalis pecuniæ administratores, veluti fures, residui, peculatusque pœnæ plecti posse sperarent.

Verùm his potius neglectis, re benè perpensa, facilè ostendetur, pecuniam, quam ipsi Arrendatores ex conductione Fisco, seù ejus creditoribus debent, nihilominus fiscalem, publicamque habendam esse: etenim ex locationis, conductionisque contractu pro pecunia Arrendamenti, quam Fiscn conductoribus assignat, ut ea pleno jure potiantur, ipsi è contra certam pensionis quantitatem persolvendam repromittunt, quæ cum in Fiscalia, publicæque, cujus ipsi domi-
6 nium acquiruot, locum subrogetur, proindè ea quoque publica, fiscalisque dicenda erit, ex subrogationis nature, idque fortiùs, quam ex vi subrogationis, verum est ex pecuniæ natura, quæ functionem in genere suo recipit, ad *text.*in *l.incendium*, *C.si cert. pet.* ut ea de causa in mutuum genus reddendo, ex mutoi natura exsolvitur debitum, magis quàm si eadem pecuniæ species redderetur, ut est *text.* apertus in *l.2. §.mutui datio*, *ff.si cert. pet.* undè remanet pecunia exolvenda occasione pensionis ex fructibus Arrendamenti, pu-
7 blica, cujusmodi constat esse vectigalia, ex sua propria, & peculiari natura, publica, *l. inter publica*, *§.ult.* ibi, *Publica vectigalia intelligere debemus*, *ex quibus vectigal Fiscus capit*, *quale est vectigal portus*, *vel venalium rerum*, *item salinarum*, *& metallorum*, quemadmodum in *l.1. §.familiæ*, ibi, *quæ publico vectigali ministrat*, & io *l.locatio 9. §.ult. ff.de public. l.omnium 6.* ibi, *in publicis functionibus æqua debet esse inspectio*,
8 *C.de vectig.& commiss.* & potissimè in proprio, & potentiori significatu censentur propriissimè vectigalia publica, quæ pro invectione, & evectione mercium penduntur, ot sunt. jura nostræ Dohanæ, *Brisson. de verb. signif. lib.19. vers.vectigal*, licet latiori acceptione extendatur ad omnia, ex quibus Fiscus vectigal capit, *d. §.ult. l.inter publica*, *Regner. de regalibus lib.2. cap.6. de vectig. in princip.* Adeòque publica, jurisque publici sunt
9 vectigalia, ut indè ortum habuerit, conductores vectigalium fuisse *Publicanos* appellatos, tanquam exactiooi publicæ pecuniæ addictos, *l.eum*, *qui ff.de verbor.significat. l.quanta 12. in fin.* ibi, *Publicani autem dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta, ff.de public. Regner. d.cap.6. num.4.*
10 prout conduci, & locari non minori, quàm triennii spatio, quo tempore peracto, iterum licitationum jura, conductionumque recreari oportere, ac simili modo aliis collocari, monet *Imperat.* in *l.penes illum 4. C.de vectigal. & commiss. Boer.* io celebri *decis.249. num.1.* *Peregr. de jure Fisci lib.6. cap.5. num.3.* ut ooxia evitentur demania, in quo illud ad propositom est sommè notandum, *J.C.* in *d.l.quanta 12. §.ult.* ut verissimum suppo-
11 nere, non ideo minus vectigalia, eorumque redditus publica censeri in posse cooductorum, quod probat *text.* epertissimè, quem citat ibi *Gloss.ult.* in *l.1. §.hic titulus*, juncti *Glos.verb.pendant*, illomet *tit.* dum explicat *Ulpian.*qui sint Publicani, ita loquitur, *Publicani autem, qui publicè fruuntur*, *nam inde nomen habent*, *sivè Fisco vectigal*
12 *pendant*, *vel tributum consequantur*, sobdit *Accurs. sivè tanquam procuratores colligendo pro Fisco*, *vel etiam jure suo*, *& ad suum commodum*, *reddendo Fisco certam mercedem*, quam *Glos.* expositam extollit *Bar.* dicens in *d.§.hoc tit. in princip.* esse veram, bonam, & notabilem, & addit, *sivè ergo quis colligat pro Fisco*, *sivè pro se*, *cum Fisco aliquid præstat pro mercede*, *idem est*, adeò ut *Castr.* ità summaverit illum *text.* *Publicanus dicitur*, *qui est positus ad exigendum publicos redditus*, *sivè exigat immediatè pro Fisco*, *sivè immediatè pro se*, *sed aliquid solvit Fisco*, *à quo conduxit*, *vel emit*, hæc dicit, & hos patres sequuntur cœteri omnes, ut supponit *Peregr. dict. lib.6. tit.5. num.17.* nec reperi in hoc contradictorem, quod reditus vectigalium, tam pro Fisco immediatè exacti, quàm locati dicantur publici,
13 publicaque pecunia, cum vectigalia, ob utilitatem, vel necessitatem publicam instituta sint, *l.fin. C. de vectig. l.1. C.nova vectig.* in quibus constare Reipublicæ nervos, nemini dubium esse, statuit *J.C.* in *l.1. §. in causa*, *ff. de quæstion.* etiam si locentur, *l.morit 9. §. sunt autem*, *ff.de pœnis*, &
14 legitimè imposita, sunt favorabilia, *Regner. dict. cap.6. num.35. & 38.* confert *Taciti locus lib.13. annal.* his verbis, *dissolutionem Imperii docendo si fructus*, *quibus Resp. substinetetur diminuerentur*.

Quæ cum ita sint, clarè epparet, eam pecuniam, quam conductores Arrendamenti Fisco persoloturi erant, non solùm uti substinentem vices Fiscalis pecuniæ, & ipsius functionem recipien-

pientem, tam ex pecuniæ, contractusque natura, quàm ex eorum repromissione, & destinatione in publicos usus factam, scilicet dimittendis Fisci consignatariis, publicam, & fiscalem habendam, sed verè, & propriè publicam, & fiscalem esse, ut meritò illam retinens, vel surripiens, residuum, & peculatus crimen perpetrasse videatur.

Quibus jactis fundamentis, residuorum crimen
15 commisisse eos dicemus, qui destinatam solvendis creditoribus Fisci pecuniam retinuerint, nec ero-
§ gaverint, ut vult *text.* expressus in *l. Julia 4. §. lege Julia, ff. ad l. Juliam pecul.* cujus hæc sunt formalia verba, *lege Julia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliavè causa, pecunia publica resedit, & qui pecuniam publicam in usum aliquem acceptam retinuerit, nec erogaverit, hac lege tenetur*, idemque disponitur in *l. 2. ff. eodem tit. lege Jul. de residuis tenetur, qui pecuniam publicam delegatam in usum aliquem retinuit, neque in eum consumpsit*, ubi *Glos.* subdit, *delega-*
16 *tam, idest destinatam*, & sic habemus ex his legibus, quod qui pecuniam publicam destinatam ad usum aliquem retinuerit, eum residui legi obnoxium esse, *Jas. cons. 111. col. 3.* sub *num. 4. vers. nec etiam potest, lib. 1. Ruin. cons. 143. num. 7. & seq.* & *num. 25. lib 5. Menoch. de arbitr. cas. 586.* sub *num. 33. in fin. Capoll. cons. 39. in 3. dubio*, sub *num. 25. Boss. tit. de l. Jul. pecul. & de resid. in princ. Tiber. Decian. tract. crim. cap. 31. de resid. lib. 2. Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 99. num. 33.*

Cujus criminis reos jura afficiunt pœna restitu-
17 tionis ejus, quod debetur, & amplius ejus parte tertia, *text.* in *l. 4. §. sed & qui. ff. ad l. Jul. pecul.* ibi, *qui lege damnatus amplius tertia parte, quam debet, punitur*, ubi *Gloss.* quamvis varios referat intellectus, tamen is apud omnes prævaluit, qui à *Glos.* ultimus relatus est, ut scilicet tertia parte amplius debito puniatur, *Jas. d. consil. 111. lib. 1. Ruin. d. cons. 143. num. 7. lib. 5. Cacher. decis. 70. num. 9. Jo. de Platea in §. sunt præterea*, sub *n. 171. vers. pœnam autem, instit. de publ. judic. Caball. cit. cas. 99. num. 46.*

Quoad verò pœnam criminalem, extraordinariè
18 eos coercendos, ac puniendos esse gravi pœna, post *Glos.* in *d. l. 4. §. sed & qui, verb. tertia parte, Boss.* in suo *tract. crim. tit. de lege Jul. pecul. & de resid. in fin. Capoll.* in *consil. 39.* in *3. dub.* sub *n. 35. & seq. Dec. cap. 31. de resid. num. 5. vers. judicium*
19 *hoc*, qui dicunt, pœnam debere infligi graviorem ea, quæ pro furto infertur, cum sit delictum gravius furto, *idem Boss. tit. de furt. n. 41. vers. nec etiam*, dicens, quod hoc crimen committens, maximam pœnam patitur, *Afflict.* in *Const. Officiales Reip. num. 3. vers. caveant etiam Officiales*,
20 & ita delinquentem prædonem dici, ait *Socin. cons. 46. num. 10. lib. 1. Cacher. d. decis. 70.* sub *n. 9.* latè agit *Caball. d. cas. 99. ex num. 40. usq. ad 46.*

Quod verò attinet ad secundum caput *legis Juliæ peculatus*, ut scilicet isti Arrendatores legis
21 Juliæ, quæ de peculatu est, pœnis distringi debeant, id citrà dubietatem aliquam cuilibet rem benè intuenti, & perpendenti clarum efficietur; etenim cum pecunia ab ipsis Fisco debita, ab eodem in ejus manibus relaxetur, & derelinquatur, ut Fisci consignatariis persolvatur, indè fit, ut cum ab ipsis in eum usum destinata veluti soluta retineatur, non ut simplices fiscalis pecuniæ retentores, seù reliquatores, sed ut fures Fisci, & ejus creditorum pecuniæ, sint meritò existimandi.

22 Siquidem *lex Julia de residuis* tunc locum habet, ut diximus, cum pecuniam à Fisco, in usum aliquem erogandam aliquis retinuerit, nec erogaverit, ut jura suprà allegata disponunt, sed ipse erogatam non fatetur, longè verò diversus est ca-
23 sus, cum quis pecuniam, quam erogandam susceperat, veluti erogasset, retineat, nec verè erogaverit, quoniam tunc furtum publicæ, & fiscalis pecuniæ propriè commisisse intelligitur, in quo furandi animus ex proposito adfuisse necesse est, quod probari posset ex *text.* in *l. hac lege 11. ff. ad l. Jul. pecul.* qua habetur, *peculatus lege teneri eum, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quod venierit, aut locaverit, scripserit, aliudvè quid simile commiserit.*

Sed aliis probationibus consultò omissis, nobis sufficit unus *text.* nostrum definiens casum, scili-
24 cet in *l. sacrilegi 9. § fin. ff. ad l. Jul. pecul.* ubi apertè illud deciditur, his verbis, *Eum quoque, qui pecuniam publicam in usus aliquos retinuerit, nec erogaverit, hac lege teneri*, Labeo 36. *posterior. scripsit*, quem *text.* de peculatu intelligi, non de residuis, convincitur ex eo, quod cum in antecedentibus verbis, & contexto totius illius legis, de peculatu tractetur, & nihil de residuis, postea *I.C.* subnectit, *eum quoque, &c.* quæ dictio eundem sensum continuat, citando in *fin. eundem locum Labeonis lib. 38. poster.* quem supra in *§. Labeo*, de peculatu agentem allegaverat, & quamquam *Glos.* in *verb. aliquos*, intelligat de residuis, idest contra *text.* mentem, & verba, non benè ab Accursio percepta, cui quoniam visum fuit, nisi ita intelligeretur, *d. §.* opponi *textum* in *l. 2.* & *l. Julia, §. sed & qui eod. tit.* proindè de residuo *I.C.* non de peculatu loquentem credidit.

At cum nos longè hos casus inter se differre demonstravimus, & propterea diversæ legum dispositioni subjiciendos, cum duo illa priora jura de eo, qui retinuit, nec erogavit, loquantur, *lex* verò *sacrilegi, §. eum quoque*, agat de eo, qui retinuit, quasi erogasset, meritò in duobus illis prioribus juribus residui crimen locum habere, in hac verò ultima facti specie peculatum admitti,
25 Labeo disponit, quam etiam declarationem confessa est *Glos.* sibi in melius contraria, cum negare nequiverit in *eod. §. eum quoque, verbo, Labeo*, de peculatu agi, ubi dicit hæc verba, *constrans, Labeo ait, non esse actionem residuæ pecuniæ cum eo, &c.* ergo esse peculatum admisit.

26 Quæ jurium differentia ex eorum verbis expressè colligitur, etenim in *l. 2.* & in *l. 4. §. sed & qui.* pecunia in usum aliquem accepta retinetur, nec erogatur, & sic delictum non est aliud, nisi quod non erogatur, sed retinetur, at in casu *l. sacrilegi 9. §. eum quoque*, pecunia publica non dicitur accepta in usum aliquem, nec erogata, sed quod gravius est, dicitur in usus aliquos retenta, nec erogata, quasi verè fuisset soluta, & à debitore retinetur, quo sanè casu cum furtum sit imprudentissimum, lex peculatus pœna cohibendum statuit.

Quarè cum *text.* expressus nobis suffragetur, & *Glos.* prima facie contraria, posteà se corrigens nostram, & *I.C.* sequatur verissimam in jure sententiam, peculatus pœnis reos præsentis causæ

pre-

plectendos esse, proculdubio postulamus.
Cum ergò sint conductores publicorum vecti-
galium Regiæ Dohanæ, & statuto tempore omni-
ne Regiæ Curiæ debuissent solvere certas tertias,
& quantitates Consignatariis, quod non fecerunt,
sed majorem partem retinentes, reliquam partem
27 solverunt, quasi integrum debitum solvissent, me-
ritò fiscalis pecuniæ furtum fecisse dicentur, & pe-
culatus legibus tenebantur, & hic propriè est ca-
sus *text.* in *l. sacrilegi*, *§. cum quoque*, *ff. ad l. Iu-
liam pecul.* de quo latiùs egimus in superioribus.
Nec quicquam nobis adversatur *text.* in *eadem*
28 *l. sacrilegi 9. §. Labeo*, & *§. is autem*, *ff. ad l. Iul.
pecul.* quibus juribus definitur, publicæ pecuniæ,
vel sacræ furtum ab eo non fieri, cujus periculo
fuit, & ideò æditum in iis, quæ ei tradita sunt,
peculatum non admittere.
Quoniam respondetur, jura prædicta loqui de
simplici custode deputato alicujus rei custodiæ,
non item in administrationem habente, ideò dici-
tur, rem ejus periculo esse, cum eam custodire,
ac de ea rationem reddere teneatur, ut ita quoque
intelligit *Accurs.* in *d. §. cum qui*, *verbo*, *quilibet*,
subjungens, custos pecuniæ publicæ, nam etiam
si utatur pecunia fiscali ei credita, eam reddere
postea in computorum redditione compellitur,
quod videtur respexisse *Caball. d. cas. 99. num. 30.*
dicens, in casu per ipsum proposito cujusdam Ca-
merarii, cujus custodiæ, & periculo pecunia fi-
scalis commissa fuerat, ut eam conservaret, & aliis
Officialibus distribueret, quod scilicet in eo, lo-
cum propterea non haberet crimen peculatus,
quod committi ait ab Officiali, cujus custodiæ res
commissa non est, sed tantum residuorum crimen,
ut voluit *Bart.* in *d. l. sacrilegi*, *§. Labeo*, *num. 1.*
ff. ad l. Iul. pecul. ubi eo *text.* notat, Massarium rei
communis, si quid ei ex communi pecunia re-
mansit, peculatum non incurrere, sed residuum,
29 cum peculatum ab eo, qui non est Officialis,
committi voluerint communiter *Angel. Arct.* in
§ item lex Iulia, *Instit. de publ. judic. Ioann. de
Plat. Cæpoll. Ruin. Menoch. Decian.* ac alii relati à
Caball. d. cas. 99. num. 31. & 32. At casus noster lon-
gè diversus est, nam nos non sumus in terminis
Officialis custodiæ Arrendamenti deputati, ut est
æditus in casu *text.* sed sumus in conductoribus
publicorum, & fiscalium vectigalium, qui ratio-
nem aliquam, nisi de extaleo solvi jusso Consigna-
tariis à R. C. quasi Fiscus ipse solveret, Fisco red-
dere non tenentur, proindè pecuniam, quam Fi-
sci nomine creditoribus Arrendamenti solvere te-
nebantur, intercipientes, ac quasi solutam reti-
nentes, peculatum admiserunt, ut Labeo de-
cidit.
Præterea jura supradicta, quæ secundum *J. C.*
mentem, & verba declaravimus, non militans in ca-
su nostro, etiam si in terminis Custodis, & ejus, cu-
jus periculo res esset, versaremur, nam loquuntur,
cum Officialis residuam facit pecuniam, idest solve-
re moratur, ideò ejus periculo, quousque solvat, di-
citur, & residuum locum habet, ut supra fusiùs ha-
buimus: noster autem casus est, cum is, cui est cre-
dita fiscalis pecuniæ administratio, & Consignata-
riis facienda Fisci nomine erogatio, circa eam frau-
dulenter versatur, scilicet cum dicit, solvisse vigin-
ti, & usque non solvit nisi decem, eo enim casu di-
30 cimus, audacter, eum peculatum committere, cum
se subducat periculo, & custodiæ, quasi integrè sol-
visset, quapropter cum ejus periculo amplius id di-
ci non possit, quod solutum simulatur, verè illius
rei furtum committitur, & peculatus crimen insur-
git, sibique locum vindicat, ut est *text.* in *d. l. sacri-
legi*, *§. cum, qui*, *ff. ad l. Jul. pecul.* quo verissimo in-
tellectu attento, *text.* alioquin contrarius non re-
pugnat, legisque ratio concordat.
Atque ita re juxtà veros juris terminos expensa,
& doctrina dicti *text.* *legis sacrilegi*, *§. is autem*
non utcumque extensa, sed ut loquitur de eo dum-
taxat intellecta, qui fiscalis pecuniæ periculum sub-
stinet, cujus contrarium in nostri casus specie veri-
ficari demonstravimus, ubi quoniam prædicti Ar-
rendatores fiscalem pecuniam non quod non sol-
vissent, retinuerunt: tunc enim ejus pecuniæ peri-
culum substinerent, sed quia retinuerunt velut sol-
vissent, ejus consequenter pecuniæ; quam retinue-
runt, quasi solvendo periculo se subduxerunt, re-
manet ex his irrefragabile conclusum, prædictos
Arrendatores eam pecuniam retinendo in crimen
peculatus incidisse, quibus insimul ita enucleatis
clarè intelligemus, nequaquam adversari, aut ad-
versari posse, quinimo nobis favent ea, quæ in ea-
dem materia deduxit *D. Reg. de Ponte decis. 7.* & in
ejus *consil. 22. vol. 1.* adde quod satis à nostro distat
casus in *dicto consil.* discussus.
Prædictis adstipulantur ea, quæ non minus sub-
tiliter, quam verè tradit *Matth. Wesemb.* in *Para-
titl.* seù *comment. jur. civil. ad tit. de leg. Jul. pecul.*
Is enim quamvis dixerit, administratores, eosque,
quorum periculo res est, peculatum non committe-
re; non ideò minus tamen furti pœnis excusari, si
furandi animo furtum commiserint, ad idque alle-
gat pulchrum *text.* in *l. a. ff. de tutel. & rat. distrah.*
31 ubi licet tutor aliquid de bonis pupilli auferens,
de rationibus distrahendis actione teneatur, atta-
men, ut sunt formalia *text.* verba, *si furandi animo
fecerit, etiam furti tenetur.* Ita in simili, licet de re-
siduis administrator obligetur, non peculatus, si ta-
men animo furandi retinuerit, peculatu tenebitur.
Verùm cum *Wesemb.* verba aurea sint, & appositis-
32 ma, ideò extensè descripsimus: *Et hic autem intel-
ligi potest, etiam eos, qui sunt in officio, atque admi-
nistratione furtum facere, & hoc nomine furti actio-
ne, aliisque similibus teneri, nec prætextu officii
quasi Domini sint, aut domesticum furtum fecerint,
excusari, etiam si ex hac causa pœnam mitigari
plerique velint, quando & ii non graviori pœna pe-
culatus, sed leviori de residuis teneantur, nisi admix-
tum falsum, furtum, aut aliæ circumstantiæ pœnam
exasperent, nam lex de reliquatoribus tantum vide-
tur accipienda, quando vel absque furto falsove, re-
liqua debere possunt. Quod si furtum Magistratuum
coarguatur, de peculatu tenentur, & pœnæ capitali
obligantur, §. penul. instit. de public. judic. l. unic. C.
de crimin. pecul.* Hæc ille. En igitur ex ejus verbis
habemus, residuo tantum obligari, cum simpliciter
in solvendo, & in administratione pecuniæ publi-
cæ, moram committunt, & reliquantur, secus au-
tem, cum præter moram, qua pecunia deberi non
negatur, furtum intercedit, quo pecunia adeò reti-
netur, ut ejus debitor, qui administrat, amplius dici
non possit, quod contingit, cum quasi solutam de
Domini mandato profitentur. Hoc etenim casu,
quoniam furtum, falsumque committuntur, resi-
duum minimè locum sibi vendicat, sed peculatus,
de quo loquuntur allegata jura. Cui verissimæ sen-
tentiæ assentitur *Chassan.* in *Consuetud. Burg.* dum
tra-

33 tradit, publicum administratorem, pecuniam publicam furto auferentem, capitali pœna puniri, allegat *text.d.§.item lex Jul.pecul. Instit. de public. judic.* in *tit.des justicez, vers.quæro quando, num.12.*

Qui animadvertendus est, dum dicit, *furto abstulerit*, innuens, administratorem regulariter non
34 censeri auferre animo furandi, ut superius in tutore notavimus; & ita procedunt jura dicentia, cum peculatum non committere, secus autem cum constat, cum animo furandi id facere, tunc enim, cum publicæ pecuniæ sit furtum, peculatus committitur, qui ita definitur, ut propriè contingit in casu nostro, in quo Publicani publicam pecuniam, non quasi ut debitores aliquando restituturi, sed quasi soluissent, eam perpetuò habendi animo, detinuerunt.

Eademque ferè ratione convincitur quod ex adverso jactari forsan suboluimus extrà Arrendamenti Gubernatores, in cœteris nullum posse considerari delictum, unde ii, qui Arrendamenti rationum libris præpositi fuerunt, & vulgò scripturales appellantur, ac Caratarii in *l.Jul. peculatus* non inciderint, ut qui non sint veri administratores, nec Officiales, sed partes, seù caratas habentes in Arrendamento, non item officium; quare in eis delicto cessante, pœnam quoque cessare.

Verùm si res vel extrinsecùs inspiciatur, com-
35 periemus, peculatum omnimodo ab ipsis, sivè officium in Arrendamento gesserint, sivè caratas habuerint, admissum fuisse. Nam aut loquimur de iis,
36 qui scripturam exercebant, & peculatus sunt rei, dum in libris, & mandatis aliter, quam verè soluissent, consignatariis erogasse scripserint, solutis nempè 25. aut 30. in singulos centum, reliquo sub
37 nomine, & colore alagii à Caratariis Arrendamenti, qui ut plurimum officia prædicta administrabant, retento, ita ut sit applicabilis *tex.* in *l. hac lege 11. ff.ad l. Jul. pecul.* cujus de peculatu agentis, hæc sunt verba, *hac lege tenetur qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quid venierit, aut locaverit, scripserit, aliudvè quid simile commiserit.*
38 In casu hujus *text.* venditor, vel locator fiscalis rei scribit, se vendidisse, vel locasse minoris, quàm verè vendidit, vel locavit, illudque plus subtraxit, & retinuit, furtum committendo, in casu contingenti Officiales Arrendamenti scribunt in libris, & mandatis se nomine Fisci plusquam verè solverunt, Consignatariis solvisse, idque, quod solutum non fuit, sed solutum profitetur, ab ipsis retinetur: idem ergò effectus resultat, scilicet occupatio fiscalis pecuniæ, sub specie solutionis apparentis ex apocis, & mandatis ab ipsis confectis. Cœterum hic casus proculdubiò comprehenditur in seqq. *text.* verbis, ibi, *aliudvè quid simile commiserit*, quibus denotatur, eandem legem locum habere cum quid simile confingitur, ut fiscalis pecunia subtrahatur, & licitè apud subtrahentem remaneat, ut clarum sit, hunc casum decidi per dictum *text.* qui peculatus pœnis ita delinquentes teneri, statuit.

39 Aut loquimur de Caratariis, seù Conductoribus Arrendamenti, & isti nec justè potuerunt sine pœnarum metu apocas Consignatariorum emere, certam, & exiguam pecuniæ summam in singulos cen-
40 tum solvendo, cum ipsi sint Conductores Arrendamenti, æquè ac ii, qui oblationem principaliter R.C. fecerunt, & ab iis veluti Caratarii ab initio nominati, à Regia Camera acceptati fuerint. Nec enim negari potest, Caratarios inter conductores Arrendamenti, occasione socialis oblationis, quam vulgò *parantiam* dicunt, habendos esse, nam differentia constituenda non est inter socios, & partici-
41 pes, cum particeps dicatur propriè socius, *l.cum in societatis, ff.pro soc.* ubi in casu conductionis salinarum, socius appellatur qui participat in salinis,
42 nec refert, quæ portio habeatur in societate, *l.si non fuerint, ff.pro soc. Jas.cons.33.vol.3.*
43 Insuper isti habendi erunt tanquam principales conductores, cum Arrendatores conduxerint pro se, & nominandis ab ipsis, qui ab initio respexerunt
44 ad nominandos, validusque est hujusmodi contractus, *Alexand.consil.322.volum.6.Dec.cons.* 543. &
45 nominatio hujusmodi retrotrahitur ad tempus conductionis, *Jas.*in *l.si ita stipulatus, num.6. ff. de verb. obligat.* ideò tanquam principales conveniri
46 possunt: imò si conductores vectigalium communicent cum aliis sociis, ut moris est, & socios adhibeant in vectigalibus, contrà hos agi potest per Rempublicam, seù Fiscum locantem, ut post *Angel.* docet *Rebuff.de mercat.art.ultim.Gloss.unica, n.15. Alexand.*in *l.Civitas, ff.si cert. petat.* qui itidem ait,
47 ex contractu Publicanorum obligari socios Publicanorum, optimè *Rot.Genuæ decis.14.ex nu.23. usque ad* 26. ut quotidiè videmus in R.C. discus-
48 sionem fieri de Caratariis nominatis, qui nisi Fisco idonei videantur, rejiciuntur, quousque alii nominentur, ex antiqua, & justa praxi, confirmata ex novissimis Regiis ordinationibus. Patet igitur tanquam principales, nedum ut socios, & participes habendos esse; quod itidem probatur ex *tex.* clarissimo in *l.1.§ familiæ, ff.de publ.* ubi declarans J. C. qui veniant appellatio Publicanorum, idest Conductorum vectigalium, ad *tex.d.l.quanta 12.§. ult.* eorumque familiæ. dicit, comprehendi omnes, qui Publicanis in eo vectigali ministrant, eoque edicto
49 contineri non solum dominos, verum etiam socios vectigalis, licet domini non sint, ut subjicit *Ulpian.* in *l.3.§.1.ff.eod.titul.* & eò magis domini, qui in *d. l.*
50 3.§. 1. non accipiuntur pro Dominis ratione dominii sed de illis, qui habent majoritatem, sivè præeminentiam supra Publicanos delinquentes, ut ipsi antè socios teneantur, quod summè notandum est contrà eos, qui in hoc Arrendamento fuerunt absoluti Domini, & dum debuerunt regere, & corrigere alios, ipsi cœteris exemplum prævaricandi præbuerunt.

Quo respexisse videntur ii *DD.* qui dixerunt, administratores publicæ, & fiscalis pecuniæ, quos resi-
51 dui crimen incurrere diximus, non peculatus, si tamen non finita, sed durante administratione eam interceperint, retinuerint, nec erogaverint, peculatus tamen crimen admittere, quam sententiam amplexi sunt *Hostiens.*in *summa de crimin.pecul. n.1. Jacob. de Belvis.* in *pract. crim. de furt. & latron. num.39. Aretin.*in *§.item lex julia pecul.n.2. Instit. de public.judic Jason.consil.111.circa primum, lib.1. versic.nec hic potest Peguera decis.27.nu. 5. versic. tertius casus, Farinac.de furtis quæst.171.num.63. versic. contrariam, par. 1.* & Officialem publicam
52 pecuniam in rem suam vertentem, peculatus pœna puniri, ex *l.1.C. de crimin. pecul.* ubi *Odofred. Salyc.* & alii, præsertim *Bart.* & *Jo. de Platea*, hoc notantes contrà Conservatores Regiæ monetæ, eam in alios usus convertentes, *Giurba decis.68.n. 6. Dom. Regens Tapia* super *pragmat. 46. de offic. procur. Cæsaris*, dicens, ita practicatum fuisse.

Et videtur pro hac distinctione casus legis aper-
53 tus in *Constitut. Regni Officiales Reipublicæ*, sub

tit.

Digitized by Google

tit. de pœna peculatus, ibi, Officiales Reipublicæ,
vel Judices, qui tempore administrationis pecunias
publicas subtraxerint, abnoxii sint crimine pecu-
latus, capite puniantur, ubi Affl.in princip.hoc
55 advertens dicit, hoc procedere, dum sunt in ad-
ministratione, referens, gloss. in d.Constit. sentire,
illum text. intelligendum esse de pœna mortis na-
turalis, dum dicit, capite puniantur, ipse verò in-
telligit de pœna capitis, ideſt mortis civilis, quæ
est deportatio, sed postmodum fatetur, de jure
novissimo Cod.esse impositam pœnam mortis natu-
ralis, post n.2. vers. & dico unum, & n.3. invehit
contrà retinentes pecuniam fiscalem, & de ea mer-
cimonium exercentes, quam pœnam quoque com-
prehendere eos, quorum ministerio utitur Officia-
lis ad subtrahendam pecuniam,& subtractam scien-
ter suscipientes, ex l.1. C.de crim. pecul. ubi DD.
Decian.d.lib.8.cap.28.n.7. fusissimè de hac re varios
casus firmans, Mastrill. de magistr. lib.6.cap.8.ex
num.71. & seq. tom.2. & maxima cum ratione pon-
56 derandum esse tempus administrationis, ut quis
in crimen peculatus incidat, advertit appositissimè
Reg.de Ponte dec.Collat.7. post num.26. de quo vi-
dendus etiam Petr. Foller. in pract.crim.in fragm.
tit. de crimine pecul.num.143.

Quamobrem, hoc crimine evidenter, ni fallor,
in Arrendatorum personis patefacto, pœnas, quas
substituti erunt, dispicere oportet, & si de pecu-
niaria loquamur, vel dicemus, pecuniam Fisco
tradendam, ab eodem Consignatariis per Arrenda-
57 torum manus solvi jussam, Fisco incorporatam
censeri, quo casu quadruplum solvere cogentur,
l.penult. §. fin. ff. ad l.Jul. pecul. & ibi gloss.fin. post
princip. Aretin.in d.§.item lex Julia, sub n.2.vers.
& advertas, Bart.Jas.Rain. aliique per Cabal.d.cas.
99.num.27. vel saltim dupli pœnam subibunt, quæ
58 pœna locum habet, cum Fisci res surripitur, ei
59 non dum incorporata, ut si auferatur à Fisci de-
bitore, Cepoll.cons.39. num.35. Curt.jun. cons.19.
num.13.vers.circa ultimam, Decian.tract.crim.lib.
2. cap.30. sub num.5. ac alii per eundem Cabal.re-
solut.crim.cent.1.cas.99.num.29. Corporalem verò
60 pœnam si respiciamus, jure civili, aqua, & ignis
olim interdictione, nunc deportatione puniendi
sunt, l.3 ff.ad l.Jul. pecul.Decian.in tractat.crimin.
part.2.cap.30. num.1. Imper. sanctione l.unic. C.de
crimin pecul. & Regni Constitut. capite plectendi
erunt.

61 Furti denique rei manifesti, ex superiùs dictis,
& ex iis, quæ inferius dicentur, puniendi sunt,
cum furtum pecuniæ à Fisco acceptæ Consignata-
riis distribuendæ fecerint, ut pluribus legibus edo-
cemur, ut ex Text. in l.si is, cui, & l. si servum,
16.C.de furt.l. quemadmodum, §. fin.ff.de nox. act.
l.si quis uxori 53. §.Julianus,ff. de furt. ibi, si pecu-
niam quis à me acceperit, ut creditori meo solvas,
deindè cum tantom pecuniam eidem creditori debe-
ret, suo nomine solverit, furtum meum facere, per
quem text. refert Jas.in l.ejus qui in Provincia, §.
quas verò, num.7. ff.si cert. pet. juvenem quendam
fuisse suspensum propter furtum ab eo commissum
ex illa alienæ pecuniæ contrectatione, pro quo
frustrà insudasse Florianum, & Imolam, idem Ja-
son testatur ut propriè contingit in istis Arrendato-
ribus, qui pecuniam aliis exolvendam fraudave-
runt, magnamque illius partem sibi retinuerunt,
62 tunc enim quilibet pecuniæ administrator,non so-
lum Judex, seù Officialis eam intercipiens capita-
liter punitur cum ipsi consentientibus, & adju-
vantibus, doctrina est punctualis Joan. Fabri in
§. item lex Julia, num.3. & 4.Instit. de public. ju-
dic. & subjungit, quod licet non videantur hac
pœna plecti, quando credita fuit ipsis pecunia eo-
rum periculo, quod ipse contrarium decidit, ad-
dens hæc formalia verba, aliàs non haberent un-
quam locum jura superiùs allegata quæ puniunt ad-
ministratores, quod non est dicendum. At quantò
fortiùs eadem in casu nostro locum habebunt, in
quo sub ea furandi specie, prædictos Arrendatores
in simul pecuniæ furatæ periculo se subtraxisse su-
prà demonstravimus.

Cum igitur in casu præsentis inquisitionis con
ductores isti nedum contrà juris præcepta, sed
etiam posthabitis Regiis, Proregisque mandatis,
Cameræ instructionibus, præceptisque, in maxi-
mam Fisci perniciem, & ipsius existimationis di-
minutionem, populi, præsertim pauperum detri-
mentum, tot gravia crimina, fraudes, calliditates,
falsitates, furta, rapinas, extorsiones, dolosque
non semel, sed pluries, palàm, abjecto scelerum
pudore, Dei, Justitiæque metu perpatraverint,
63 admiserintque sepositis ideò particularibus residui,
ac peculatus pœnis; furtorum adeò immanium
pœnis subigendi erunt, quæ dictent, capite esse
privandos, ut statuitur in l.fin. C. de his. quæ ex
public. collat. illata sunt, non usurpand. lib. 11.
& in l.fin. C. de his. qui ex public. rationibus mu-
tuam pecuniam accep.lib.10.quæ jura in casu simili
expendit D.Reg.de Ponte decis. Cons.Collat.7. præ-
sertim post num.30. antè fin. ubi constituit maxi-
mum discrimen inter legem Juliam de residuis,quæ
non in alio consistit, nisi in pecuniis non expensis,
sed simpliciter retentis, describens, crimen residuo-
rum esse retentionem pecuniæ publicæ, quæ apud
aliquem in administratione resedit, in publicum
non relata, citans Petr. de Greg.Cujac. & Jo. Bor-
chol. & subdit, Sed quando non solum adest in Mi-
nistro retentio, sed consumptio in proprios usus,
vel in alios non destinatos, ita quod contrà Fisci vo-
luntatem, contra ordines, & contrà instructiones,
in maximum Fisci damnum, pecunia fiscali usus
sit, tunc non stamus amplius in crimine de residuis,
64 nec peculatus, sed in furto, & delicto, taliter quod
in eo habemus jura particularia, & novissima C.
per quæ pœna capitis est imposita, l.2. sciant omnes
C.de iis, qui ex publicis rationibus mutuas pecu-
nias acceperunt, lib.10. ubi Gloss. dicit, illud de-
lictum includere furtum, peculatum, & falsum,
65 & l.3. quæ est ultima incipiente, Sciant Judices,
C. de iis, quæ ex public. collatione illata sunt, non
usurpandis, lib.11. ubi glos.1. exponens verbum,
Judices, subdit, maximè, nam idem in aliis Offi-
cialibus, & gloss. fin. intelligit, pœnam ibi indi-
ctam gravissimæ severitatis, ut sit pœna capitis,
dum Imper.statuit, Sciant Judices nihil sibi ex pri-
vatæ rei cantone, vel ex eo, quod ex iisdem titulis
exegerint, ad necessitates alias transferre licere,
nisi malint gravissima severitate suam licentiam
coercere, & hanc pœnam inteligendam esse de mor-
te naturali, voluit Affl. in d. Constit. Officiales
Reipublicæ, post num.2. versic. & dico unum, ubi,
quod est ab Officialibus Regiis scribendum literis
aureis, quod si de pecunia Regii Fisci Officiales
facerent mutuum quibusvis personis sine Regis li-
centia, deberent decapitari; & ille, qui recipit,
deportari, & ejus bona omnia Fisco applicari, &

Digitized by Google

publicari, quod si pœna mortis impooitur mutuanti solùm pecuniam publicam, ea ratione, quod ad necessitates alias transferre non liceat sine Principis permissu, quantò graviùs erit delictum, fraudare tot machinationibus Regis creditores, sivè Cōsignatarios, pecuniam ipsis debitam dolosè subtrahendo, & ut redeamus *Reg. de Pontr d.dec.7.nu.30. in fin.* obi hæc verba addit, *& hic est verus, & germanus intellectus ad dicta jura, Cod. de his, quæ ex public. ration. & de iis, qui ex public. collat. ob quod non verentur allegari jura, ff. in casu, de qua agimus.* Hæc ille, ex cujus verbis apparet decisus casus noster, & sic etiam ex istis resolvi posset oppositio *text.in l.sacrilegi 9 § labeo, ff.eod.* ut committatur peculatus ab eo, cujus periculo res fuit.

66 Et tandem hic etiam ad exuberantiam primæ nostræ coocludooois, quinimò iis quoque præcisis, quibus publicam esse pecuniam à prædictis administratoribus interceptam demonstravimus, ex alio capite in pœnam peculatus iodistinctè in ea parte illos incidisse ex *Text.in d.l.sacrilegi, §. eod.capite,* omninò affirmare licebit, ubi *Paulus* ex sententia *Labeonis* in casu ibi per eum posito etiam io privatæ pecuniæ interceptione crimen peculatus contrà auferentem subscriptis verbis adnotavit, *eodem capite inferiùs scribit, non solùm pecuniam publicam, sed etiam privatam crimen peculatus facere, si quis quod Fisco debetur simulans se Fisci creditorem, acceperit, quamvis privatam pecuniam abstulerit,* ergo etiam cum isti administratores ex giratis, & cessionibus dolosè extortis à Fisci creditoribus, se simulantes Fisci ereditores, à Thesaurariis, seù Carseriis tanquam ipsis dabitam pecuniam exegerint, ut plutimum decipientes miseros Consignatarios, non soluta ipsis, nec parte crediti oblata, sed sub spe futuræ numerationis, ut plurimum, non sequutæ, vel diminutæ in tampore, & quantitate, non poterunt etiam ex hac via effogere pœnam peculatus, etiam attento jure Digestorum, ut probatur etiam in *text.* juncta *gloss.* in *l.peculatus 13. ff.eod.tit. Hostiens.in summa ad l.Jul.pecul*
67 *vers.sed & in casu* & simile est in *l.Jul.de residuis*, ut pecunia quæ non est residua, quia illam privatus Fisco debebat, post annum tameo eam qooque *lex Julia* residuam esse jussit, *l. cum eo 10. ff.eod.*

Plura scribenda essent, nisi temporis brevitas
68 me breviorem quoque redderet, quam cum capitis pœnam tot juribus imponendam probaverimus, quippè corum vita deficiente, criminum quoque pœnas in cadavera, defunctorumque hæredes sævire vetuerint leges, nisi in id, quod ad hæredes ex turpi lucro pervenisse dignoscatur.

Hæc causa pluribus objectis impedimentis, non fuit decisa, verum ut in futurum hujusmodi facinus Reipublicæ adeò noxium cohiberetur, & omnis deinceps dubitandi occasio removeretur, edita fuit pragmatica saoctio die 10. Augusti 1640. qua tam Gubernatoribus, ac sociis, quàm quibuscuoque mediatoribus variæ pro actuum iteratione pecuniariæ pœnæ prætar debiti exolutionem, ac etiam corporis afflictivæ pro Excell. Proregis arbitrio ulterà damni refectionem partibus faciendam, statutæ fuere.

ARGUMENTUM.

De Principis potestate in genere, & an ordinaria potestate, etenim sine causâ privilegia, & gratias revocare possit. De ejusdem potestate circa revocationem privilegiorum, etiam quæ in contractum traosierunt, pretio accepto, vel ob merita; subdito, vel non subdito concessorum: & quando in contractum transire dicantur, ne revocari possint, latè disseritur. Princeps justa exigēte causa oum privilegia, & contractus; fortiùs & jus alteri quæsitum auferre possit; & an ad refectionem teneatur, ipsiusque assertioni credendum sit. Rex domanium num revocare possit, & vasallos infeudare, tam de jure, quàm Regni consuetudine. *Text.in l. intellecto, de jure jur.* perpenditur, ac declaratur. Quid si alienatio tendat in magnum Coronæ præjudicium; & quæ ea alienatio dicatur: Dominus directus directum dominium invito vasallo alienare non potest, sicut nec vasallus feudum, quod limitatur eum transfertur utile tantùm, retento directo.

Quid si vasallus cum Castri universitate alienetur de consuetudine vetustissima Rex noster vasallos etenim invitos in feudum tradit; quæ consuetudo ubi viget, servanda: & quid operetur. Conclusio prædicta ampliatur, etiam in alienatione directi dominii in Regno, tam in Rege, quàm in Baronibus, Rege assentiente, ad instar consuetudinis Mediolanensis. Et quid in Rege Galliæ, tàm de jure, quàm de coosuetudine. Promissio de oon alienando, sed de domanio perpetoò conservando justa de causa revocabilis, ipsiusmet contractus natura id suadente. Feudum à Principe etiam pecunia intercedente obtentum, non eò minuserit beneficium; idem in gratia, ac privilegio Principis, ob idque ad nutum revocabile. Quid si non subdito concedatur, fusè differitur. Rex domanium concedens nil juris transfert, sed retinet; Quæ retentio ei revocandi facultatem tribuit, idem cum domanii retentio Principis dignitati efficiat, & deroget. Princeps successorem num ligare possit, ne regalia concedat. De Principis absoluta potestate, & clausulis derogatoriis, & earum viribus Privilegium subdito concessum revocatur, nisi ad mensuram servitiorum, quæ commensuratio ad ea tantùm refertur, ad quæ is minimè tenebatur. Domanium Regi, & Universitatibus quoque damnosum. *D.Reg. Tapiæ* decisio ad id affertur, & prædictis minimè adversarii, evidenter osteoditur. Demùm Regiæ Cameræ consultatio, ac plures Regiæ literæ circà idem afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Periculosum de Principis potestate disserere.*
2 *Princeps supremus nulli adstringitur formæ, nec eius facti ratio exquirenda, &* num.4.
3 *Dispenit ad libitum suprà, contrà, & extrà jus.*
6 *Principes supremam possunt habere potestatem de jure, & usu, ex communi DD. sententia, contraria explosa,* num.5.
7 *Rex Catholicus Stella Matutina inter alios Reges.*
8 *Superiorem non recognoscit.*
9 *Potestate absoluto nunquam usus, nisi ob bonum publicum.*
10 *Principis potestas circà revocationem privilegiorum, gratiarum, contractuum, jurisque quæsiti, vastum Oceanum.*

Priv-

Digitized by Google

11 *Princeps de ordinaria potestate, privilegia, & gratias pro libito, nulla etiam ex causa revocare potest,* & num. 13.

12 *Quæ conclusio inter receptissimas adnumeratur.*

14 *Restringitur tamen ex quorundam DD. sententia, cum privilegium transit in contractum,* & n. 18. *vel si fuerit concessum pro servitiorum remuneratione,* num. 15.

16 *Item si non subdito concessum fuerit, vel subdito accepto pretio, vel alia quavis re loco pretii.*

17 *Restringitur etiam cum ex privilegio dominium directum, vel utile transfertur.*

19 *Privilegium subdito concessum etiam ob servitia, quorum mentio in specie facta non est, non transit in contractum & est revocabile,* & num. 22.

20 *Specifica meritorum mentio in personis prohibitis non sufficit absque alia probatione, quod æquivaleant concessioni, fallit in Principe,* num. 21.

23 *Specifica meritorum descriptio etiam in personis non prohibitis exigitur.*

24 *Privilegium concessum præcedentibus meritis, & pretio, quod tamen concessionem non æquet, in contractum non transit.*

25 *Privilegium remuneratorium in contractum transfusum, ex causa supervenienti revocatur.*

26 *Filius, & uxor, patri, ac viro obsequii operas præstare tenentur.*

27 *Meritum cessat quoties quis ex debito operatur,* & num. 30.

28 *Vasalli tenentur Dominum comitari in bello, etiam extrà Regnum, ampliatur in burgensibus*, n. 29.

31 *Merita non efficiunt concessionem irrevocabilem,* & num. 32. *contrarium*, nu. 363. *sed primum verius,* & *communius*, num. 264.

33 *Fiscus non tenetur ad refectionem subdito ob revocationem concessionis remuneratoriæ, & ità pluries decisum,* num. 35.

34 *Principum donationes sub servitiorum commemoratione æquè, ac gratuitæ, censentur.*

36 Ill. Marchionis Belmontis *authoritas non obesse, ostenditur.*

37 *Privilegium quoties in contractum transit, & est irrevocabile, revocatur tamen cum jurisdictionem concernit,* & num. 42. 43. & 53.

38 Bald. *in* l. qui le patris, C. undè liberi, *circà jurisdictionalium privilegiorum revocationem, expenditur,* & num. 39. 40. & 41.

44 *Discrimen constitui non debet inter concessionem jurisdictionis affirmativè, vel negativè singulis personis, aut Civitatibus factam.*

45 *Privilegium domanii utpotè negativè concessum faciliùs revocatur, quàm affirmativum,* & n. 46.

47 *Privilegium habens tractum successivum in futurum, omninò revocabile.*

48 *Libertas adversus Imperatorem ex ejus patientia, vel privilegia non præscribitur in præjudicium successoris,* & nu. 55.

49 *Veneti libertatem ab Imperio recognoscunt, quod ab eo revocari potest.*

50 *Habens aliquid ex privilegio precaria tenere dicitur, cum revocare valeat.*

51 *Princeps non ligatur ex concessione titulo lucrativo facta, quæ non transit in contractum, nisi adsit pretium, vel commensuratio,* num. 52.

54 *Regalium concessio ad libitum à Principe revocatur.*

56 *Pontifex in beneficialibus liberam, & absolutam potestatem obtinet.*

RESPONS. XXIII.

1 ETsi periculosum sit de Principis potestate
disserere, *l. disputare, C. de crim. sacril.* nam
2 supremus Princeps nulli adstringitur formæ,
nec ab eo est exquirenda ratio, cur ita
facis, secundùm *Bald.* in *l. impetrata, C. sent. rescindi*
3 *non posse*, possunt enim Principes supremi suprà
ius, contrà jus & extrà jus ad libitum disponere,
Speculat. tit. de legibus, §. nunc ostendendum, vers.
89. *Bald.* in *prælud. feud. col. 9. Albert. Brun. cons. 1.*
nu. 33. Joan. Compeg. inter *cons. Bruni cons. 2. n. 38.*
4 Plenitudo enim potestatis nulli est necessitati subjecta,
nullisque juris publici regulis restricta, secundùm
Bald. in *l. 2. num. 39. & 40. C. de servit. &*
aqua Jas. inter *cons. Brun. cons. 8. num. 8.* ut latissimè
post alios prosequitur *Fridericus Prukmannus*
Germanus in *tract.* integro, quem edidit, *De soluta*
potestate Principis, explosa *Covarruviæ*, ac *Pinelli*
opinione, asserentium, non dari in Principibus hu-
5 manis supremam potestatem; dum constat, eos à
communi opinione aberrasse, cùm hæc communi
6 Interpretum consensu, frequentissimo Principum
usu, ac etiam de jure receptissima sit, ut animadvertit
pulchrè *Peregrin. art. 52. num. 124. de fideicomm.*
ubi infert, non inutiliter plura in hac materia
scripsisse *Everard. in loco à plenitud. ne potestatis,*
& *Petram de potest. Principis, cap. 1. in fine.*

Nihilominùs adeò emicat justitia Invictissimi
nostri Catholici Regis, quem uti stellam matuti-
7 nam inter alios Reges intuemur, ut post *Corsetum*
qu. 27. de potest. Reg. exclamat *Joannes Redinus de*
majest. Principis, vers. Imperatoriam majestatem,
num. 62. tom. 16. tractat. nec recognoscit Imperato-
8 rem, aut alium humanum laicum Principem, ut ex
multis probat *Castilla decis. 29. num. 12. tom. 2.* ut
de ipsius potestate subditis disserere permittat; ne
9 quia ille nunquam usus fuerit, nec utatur, nec
etiam ejus Antecessores unquam dicta potestate
absoluta usi fuere, ut refert *Cannet.* in *Extravag.*
Si quis aliquem, fol. 266. num. 111. nisi conjuncta
cum dictamine rationis ob bonum publicum, &
commune, nedùm tot Regnorum suæ Ditioni subjectorum,
sed totius Christianæ Reipublicæ, cujus
fuit, ut erit in ævum acerrimus propugnator.

Cùm igitur pro defensione, & tutamine Romani
Imperii, Invictissimæ, Sanctæque Domus Austriacæ,
Religionis, & Fidei Christianæ ad profligandum
Exercitum Hæreticorum Alemaniæ pro
causa tam pia, urgenti, & necessaria statuerit procedere
ad alienationem, infeudationemque Domanialium
Regni, nè subditi maxima sarcina pro prætesitis
malis, infortuniisque gravati ex causa finitimorum
bellorum, majori præmerentur onere, nemini
licere permittendum est illud injustum asserere,
id, quod Rex tam justissimus, & piissimus, necessitate
coactus, ut justum, ad evitandum majora
mala suis subditis, quos plusquam paterno affectu
prosequitur, faciendum decrevit.

10 Et quia vastum est Oceanum potestatis Princi-
pis, præsertim circa revocationem privilegiorum,
gratiarum tàm simplicium, quam earum, quæ in
contractus transfunduntur, sivè convertuntur, &
procellosum Æquor circà revocationem contra-
ctuum, & de jure quæsito tollendo, & ex quibus
causis id permitti possit, in qua materia tàm latè
patent *DD.* scripta, & traditiones in lecturis, con-
siliis, integrisque tractatibus editis, & in Comment,

legum Roman.communium, & municipalium His-
pan. Italiæ,& singularibus responsis, ut illa omnia
brevi allegatione perstringere essat mare conclcari
haurire, idcircò contentus ero reassomere subscrip-
ta capita, sivè conclusiones magis communes, qui-
bus diversi casus decidendi complecti poterunt.

Prima Conclusio.

PRinceps supremus de consueta potestate or-
11 dinaria potest privilegia subditis concessa, &
gratias illis factas pro libito voluntatis revocare,
& delere, etiam nulla subsistente legitima causa,
Glos. ult. vers.mansurum, in *reg.decret.* 16. *de reg.*
*jur.in 6.l.qui fundat,C.de omni agro deserto,lib.*11.
Butrius, Anchar. Jo: Faber, Paul. Castr. Aret.
Card.Felin.Jas.Dec.Lupus, Curtius, Cassan. Ruin.
Grammat. & alii citati per *Anton. Gabr. de jure*
12 *quæsito non tollendo, concl.* 7. ubi hanc conclusio-
nem adscribit inter receptissimas, & pro ea citat
etiam *Decis.Sac.Consil.Neap. in noviss.* 166. ut de
more is Author citare solet Dom.meum *Anton.*
Capycium infrà alleganda ejus decisio in materia
revocationis domanii. Adeò ut *Rosenth.Germ.* alio-
quin copiosissimus contentus extiterit ad proban-
dam hanc primam conclusionem (quam itidem
communi calculo *DD.* probatam testatur) ferè so-
lius *Gabr.* testimonio, ut rem paucis (ut is dicit)
explicaret *tom.1.de feud.cap.3.conclus.*21. in prima
DD. coacervatione.

Licèt enim privilegia deceat esse perpetua, &
mansura, non tamen ideò minus revocari prohi-
13 bentur etiam sine causa à Principe concedente, se-
cundùm *Gloss.* in *d. regul.* 16. *de regul. jur. in 6.*
*Suar.de legib.cap.*37. cui nunc addo novitèr *Gabr*
Pereyra de Castro moder. Lusit: de manu Regia,
tom.1.cap.6.de concordia,num.7.

Et quamvis plerique ex *DD.* restringant hanc
primam conclusionem. Primò non procedere quan
14 do privilegium non remansit in puris terminis
privilegii, sed transfunditur in contractum, quod
dicunt contingere, cùm Princeps concedens ali-
quid est lucratus à concessionario, putà quia ab eo
recepit aliquam donationem, vel factum, quod ha-
beat perpetuam commensurationem cum re con-
cessa, quia tunc privilegium revocari non potest
sine causa, juxtà Theoricam *Nicol. de Matthar.*
quam refert, & probat *Bal.* in *l. qui se patris*, post
num.mibi 10.*vers.sed Nicolaus,C.unde liberi*, cum
aliis per *Lancell.* in *templo Judicum §.3.lib.1.cap.1.*
de Imperatore,tit. privilegia potest revocare, vers.
ecouè è converso, num.4.fol.76.à ter.

Et hinc plerique ausi sunt extendere dictum
Baldi ad quodlibet privilegium, sivè concessionem
15 factam in remunerationem servitiorum, quod
exindè dicatur transire in contractum, & ex con-
sequenti effici irrevocabile, fatentur tamen, quòd
Matthar. & *Bald.* non loquantur de isto casu, sed
16 dumtaxat de privilegio concesso non subdito, vel
de concesso subdito, accepto ab eo pretio, vel aliqua
alia obligatione, quæ loco pretii succedat, potà si
subditus promittat certum quid facere, & adimple-
re, quod habeat perpetuam, & convenientem com-
mensurationem cum privilegio, vel re concessa, ut
Bald. apertissimè loquitur, & sequitur *Paul.* in *l.di-*
gna vox,num.6.C.de legibus, sequuntur *Aret.n.*18.
*Felin.num.*11 *in cap.novit.de judic.* cum concord.
congestis à *Peregr. de jur. Fisci lib. 1. §. bassenus*
differnimus,num. 18. *vers. intellige tertiò*, ubi in
specie reassumit ex scriptis per majores nostros se
reperire, duobus modis privilegium transire in
contractum. Primò, si conceditur subdito pretio
accepto. Secundò, si concedatur non subdito, ut per
*eum num.*3.

Restringunt etiam secundò, ut ità demum pri-
17 vilegium subdito concessum sit revocabile, si per-
manserit in finibus privilegii, secus autem si ex
privilegio translatum sit in subditum dominium
directum, vel etiam utile, quia tunc cùm dominium
acquisitum sit jurisgentium, licèt modus acquisi-
tionis sit juris positivi, vel civilis, mediante scilicet
privilegio non poterit dominium auferri sine cau-
sa à Principe, ut post *Paul.in d.l.digna vox*, tradunt
*Aret.d.cap.novit.num.*28.*Felin.nu.* 21. *Castr. cons.*
239.*col.fin.lib.*1.*Gabr.lib.3.comm.conclus.tit.de ju-*
re quæsita non tollend.concl.7. num. 3. ubi alios re-
fert; insignis, & maximi nominis *J.C. D.Reg.Rov.*
*in comment.ad prag.de revocat.gratiar.num.*22.
Non tamen istæ restrictiones sunt ità simplicitèr
admittendæ, & si aliquo modo essent tolerandæ, non
comprehenderent casum nostrum revocationis pri-
vilegiorum Domanii; Circumscripto enim articu-
lo: Utrum Princeps possit revocare privilegium,
quod verè, & propriè transit in contractum, juxtà
theoricam *Bald.* & communes traditiones, quod est,
18 cum acceptum pretium, sit vel habitus sit respectus
ad factum commensorativum privilegio concesso,
de quo inferius in ultima conclusione tractabitur.

Dicimus interim, primam restrictionem tradi-
tam, jure potius convertendam esse in ampliatio-
nem.

Ut privilegium subdito concessum sit revocabi-
19 le, etiam si in remunerationem servitiorum sit con-
cessum, cùm de meritis non est facta specialis, &
individua mentio, sed tantum in genere, adeò ut
non constet, merita æquivalere privilegio con-
cesso.

20 Communis enim, & vera est resolutio, quod
aut sumus inter personas prohibitas, & tunc ne-
dùm requiritur meritorum specifica, & individua
enumeratio, sed alinndè probare oportet, & quòd
merita æquivaleant concessioni.

Aut verò inter personas permissas, inter quas
non dubitamus esse Principem, & tunc licèt non
21 exigatur probatio meritorum, attamen necessè
est saltim, quòd merita à Principe sigillatim enu-
merentur, & quod verè sint digna ea remunera-
tione, ut dici possit factum commensurativum,
22 alioquin privilegium nullo modo transfunditur in
contractum, sed remanet in finibus gratiæ revo-
cabilis; prout in puncto post *Tiraquell.in l.si un-*
quam, vers.donationi largitus, num.89.& 91. &
Corasium, qui testatur de communi, prout eum
refert *Villalobos* in *Ærario comm.opin.lit.D.n.*159.
& alios multos tradit optimè *Azeved. lib.5. tit.*10.
*de las donaciones, l.3. num.*31. & melius 33.*in fine.*
23 Et ob id passim *DD.* communiter dicunt, etiam
inter personas non prohibitas exigendam esse ne-
cessariò descriptionem specificam meritorum, ut
post *Soc.cons.*295.*lib.2. Ruin. cons.*372. *n.*12.*lib.*1.
& alios, *Rota Avenion.decis.*22.*num.*10. latè *Hon-*
*ded.cons.*47.*lib.1.num.*55. *in fine* 37.44.& 51. cum
aliis à *Menoch. consil.*112. *num.*22. congestis.

Quinimò cùm privilegium stat in terminis con-
cessionis, etiam quod concessio fuerit facta præce-
dentibus meritis, & quod plus est, etiam median-
te

Digitized by Google

te pecunia, quæ non æquivaleat concessioni, non
24 dicitur transiere in contractum, & sic remanet re-
vocabile, Felin. in d.cap.novit, num.5. vers.nunc
transeo, Socin. cons.4. num.6. in 3. Natto infra ci-
tandus cons.311.512. & 657. Gramm.decis.46.n.5.
Bossius de Principe, num.152. & ità dicit proce-
dere cons.Costr.317. viso, & examinato, col.3.ver-
sic. sed in proposito, lib.1. Amed. d.tit.de his, qui
feud.dar.poss.post num.98.vers.sicut si stat, faciunt,
quæ tradit Menoch. infra cit. cap.29. lib.3. de præ-
sumpt. num.21.
25 Et in privilegio remuneratorio, quod possit ex
justa causa supervenienti revocari, etiam quod tran-
sierit in contractum; nàm si Princeps potest uti re-
bus, subditorum in bonum Reipublicæ, à fortio-
ri poterit limitare, & cassare contractum cum sub-
dito gestum, & revocare concesso, relatis Afflict.
decis.361. num.6. Rolando, Cephalo, Molino de
primog. Gobr. Suar. Cassad. Put. Menoch. Peregr.
Burg.de Paz, Decian. Ozasch. Simoneta de reser-
vatione, & aliis tradit Gabr. Pereyra de manu Re-
gia, tom.1. c.6. num.7. & 8.
Prætereà ex alio merita civium harum Civita-
tum, & Castrorum Regni, qui prætendunt habe-
re privilegia domanii non debent esse tanti ponde-
ris, ut ex eis privilegia efficiantur irrevocabilia;
26 siquidem sicut filius, & uxor tenentur patri, &
viro ad opera obsequii; quæ reverentiæ appellamus
ipso quidem jure divino, ut ex Veteri testamento:
Platone, Aristotele, & Cicer. probant infra citan-
di DD, & proindè nulla possunt considerari merita
filii, & uxoris ergà patrem, & virum, quæ sint
remunera ione digna, ut post Lapum, Tiraquell.
27 & alios probat Dom. de Franch. decis.428. num.5.
nàm cessat meritum, ubi quis ex debito operatur,
juxtà Divi Thomæ sententiam in 1.2.quest.6.art.5.
proindè nulla possunt considerari merita condigna
in his civibus, ex quo fideles se præbuerint Invi-
ctissimis Aragonensibus, & Austriacis Regibus,
& quod hostibus, & invasoribus restiterint, cum
ad id tenerentur ex debito subjectionis, & vassalla-
28 gii, ea præstare, & Dominum comitari in bello,
ibique opem ferre, etiam extrà Regnum Isern. in
cap.1. num.3. quib.mod. feud.amitt. ubi Afflict.n.27.
& decis.265. n.50. ad quam fidelitatem etiam Bur-
29 genses vasalli tenentur, juxtà tradita per Domi-
num meum de Curte in divers.jur. feud.cap. incip.
Tavor ergò, &c. & consequenter tollitur omnis
30 obligatio meritorum, ut dixit Neviz.vulgato con-
sil.12. in lib.Bruni num.90. lib.1. authoritate Lupi
in cap per vestrat, & firmavit optimè Menoch.lib.3.
de præsumpt.c.29. à num.12.ad 21. qui frustrà niti-
tur corrigere suam sententiam in cons.1003. n.68.
& 74. dùm pro Excellentiss.Contestabili Castigliæ
anxiè respondit pro validitate concessionis factæ ab
Henrico IV. Hispaniarum Rege D. Petro de Va-
lasco.
Et quod merita non sint tentifacienda, ut dica-
31 tur privilegiata concessio, rogo videri quæ doctis-
simè considerat Ariat Pinell. in l.1. part.3. post
num.59. à vers.extrà hunc casum, fol.mihi 305. in
parvis, usque ad fol.325. & præsertim illation.13.
14. & 16. ubi in specie concludit, concessionem
ob benemerita, non ideò minus effici irrevocabi-
32 lem, & ob id privilegia, & concessiones Princi-
pum non alterari, etiam si de meritis constet, quod
subtiliter, & latè Pinell. prosequitur, in quo pun-
ctualis est decisio Senat. Lusit. collectore Cabedo
decis.75.p.2.per tot. præsertim num.10.ubi num.11.
& 12. recenset plures revocationes factas per Re-
ges Alphonsum, & Joannem. Adhoc enim ut con-
cessio dicatur facta in remunerationem servitiorum
ex causa præcedentis obligationis, necesse est, quod
servitia illa, quæ remunerantur non sint præstita
à subdito, qui ratione stipendii, vel ex debito of-
ficii ad ea tenebatur, quia tunc non sunt in consi-
deratione ad producendam aliquam obligationem,
33 nec etiam antidoralem, adeò quod Fiscus tali ca-
su ad emendam nequaquam tenetur, ut post Tira-
quell.d.verbo donationis largitur, num.106. Afflict.
decis.307.num.13. Gamma dec.29. post num.1. docet
D. Rov. consult. impressa pro Reg. Curia post ejus
consil. lib.1. num.9. & 10. & antè ipsos D. Reg. de
Ponte, qui sic decisum refert cons.59. num.17. lib.1.
& de potest. Proreg. tit.5. num.24. Costa de remed.
subsidiar. remed.114. num.3. & novissimè post Pi-
nell. proximè citatum Barbos. Surd. Plot. Boss. Be-
rect. & Costam hanc communissimam conclusionem,
34 quod donationes, quæ à Principibus fiunt sub
commemoratione remunerationis servitiorum, ni-
hil distent à gratuitis, sequitur, & perbellè expli-
cat Ill. Marchio Corleti doctrina cum maximo ju-
dicio, & rerum experientia pollens in comment.
d.l.1. & 2. C. de fil. Official. num.38.39. & 40. lib.10.
& ibidem num.42. ex Loffredo, de Ponte, Anna
35 filio, Reverterio & aliis subdit, hinc Principem,
& ejus Fiscum nullatènus teneri de evictione pro
hujusmodi largitionibus meritorum causa factis,
& sic decisum refert in causa Julii de Capua cum
Regio Fisco, & in causa Ill. Ducis Suessæ sic pari-
ter decisum testantur Ursill. ad Afflict. decis.307.
num.8. Cons. Georg. lib.1. repet. feudal. cap.33. n.4.
& 29. Ex quibus planè constat, nil huic commu-
36 nissimæ conclusioni officere tradit per Ill. Marchio-
nem Belmontis meritissimum summi Collateralis
Decanum in dec 6. supremi Senatus; siquidem in
illo casu fuerunt præstita servitia satis longè exce-
dentia debita obsequia, ut ipsemet Dominus Regens
ponderat sub num.27. vers.ex quibus, &c. & sub
num.29. vers dicebatur, &c. quo casu in eo, quod
excedit dicitur remuneratoria, ut probant DD. su-
pra relati.
Sed & si veræ essent, et admittendæ suprà rela-
tæ DD. restrictiones ad hanc primam conclusio-
nem, quod non concedimus. Adhuc tamen in ca-
su nostro viget prædicta conclusio affirmativa pro
Principe, ut valeat omninò revocare privilegia,
quinimò, et contractus, ut infrà, retinendi Ci-
vitates, et Terras sub perpetuo domanio.
Siquidem in casibus in quibus privilegium ex
dominii translatione, vel aliter, ut suprà, transit
37 in contractum, et ideò perficitur irrevocabile; li-
mitatur tamen in concessione jurisdictionis, vel
aliter quomodocunque in jurisdictionalibus quia
jurisdictio adeò cohæret Principi, ut ab eo fluit,
et ad eundem refluit, et tam latè patet ejus pote-
stas, ut omninò quælibet jurisdictionis concessio,
sivè privilegium jurisdictionalia concernens, nullo
modo desinat esse revocabile, undè cùm privile-
gium domanii concernat jurisdictionalia, ut nemo
præter Regem valeat jurisdictionem exercere in
terris domanii, non mirum si hujusmodi privilegia,
etiam quæ effectum sortita sint, ad libitum revocen-
tur, ut probatur in Constit. Privilegia, sub titul.
de privileg. cor. qui citari, &c. & privilegiorum
irritatione, ubi Isern. dicit, quod positive tol-
luus

Digitized by Google

lunt Principes, quando volunt.
38 Sed optimè hoc probat *Bald.* qui, ut persepè in
multis locis omnis dicit, hic uno in loco complevit,
videlicet in *d.l.qui se patris*, *in vers. sed Nicolaus*,
postquam docuit, privilegia esse revocabilia,
nisi accepto pretio, restringit hoc esse verum
in concessis, et promissis, secus verò in pro-
39 missis, et translatis, videlicet per traditionem,
et dominii directi, vel utilis translationem, sicuti
Bald. nuncupatim declarat, *Amed.in repet.cap.1.*
num.97.in fine, *de his*, *qui feud.dar.poss.* impressis
post *tract.de laudem. Gram.dec.30. num.3. Rol.consil.48.
num.21.* et *cons.8. num.15. lib.2. Belluga* in
spec.Princ.rub.25. versic.& quis quotidiana, n.30.
D.Reg.Tap.in rub.de constitut.Princ.cap.4.num.14.
& 15. et *dec.1.num.7.&* 8.

Addit posteà *Bal.* restringens, et tradens casum,
ubi etiam in concessis, et promissis conceditur re-
40 vocatio, ut in jurisdictionalibus, et reddit rationem,
nam in eis semper authoritas superioris, scilicet
concedentis reservatur, et nisi ejus authoritate
non potest exerceri, cùm in eo resideat suprema
potestas inseparabili, undè potest jurisdictiones
aliorum supprimere, non solùm singularium personarum,
sed et Civitatum.

Et subdit, quod in translatis verò quoad directum
dominium, vel utile, et sic extra jurisdictio-
41 nalia, ut colligitur ex illa adversativa, *verò*, etiam
ex eo, quis in jurisdictione non datur propriè dominium,
sed exercitium, non habet locum penitentia,
cùm de jure gentium teneatur ex suo consensu,
quod exemplificat in feudis ablatis, ut indè
pateret, loqui de rebus soli, in quibus consistit
feudum, et cadit propriè dominii saltem utilis
translatio.
42 Et sic *Bald.* optimè excipit quæcunque privilegia
concernentia jurisdictionalia, ut semper revocari
possint, etiam Civitatibus, & Terris, & si
transierint in contractum, idem *Bald.* in *rubr. C.
de precib.Imper. offerend. num.17.* & in *cap.1. §.ad
hæc, de pace jur.firm.* ubi constanter idem asseverat,
sequuntur in *dicto cap.novis Aretin. num.23.*
43 *Felin.num.8. Dec.num.14.*qui in specie loquuntur
etiam in caso, ubi privilegium transierit in contractum,
Gram. videndus *dec.46.num.2. Gabriel.
dicto conclus.7. num.7.* referendo solùm *Gram.dicto
dec.46.Pinell.* plures citans, & inter alios *Afflict.
Bur. Dom.Capyc.Svarez*, *& alios in prima parte
rubr.C.de rescind vend.cap.2.in fin.vers.sed ex proximè
deductis*, dùm intelligit *Afflict.* loqui in jurisdictionalibus,
sivè etiam in Regalibus, & simpliciter
multis relatis concordat *Amed.* in *d.cap.1.*
post *num.95.vers.quod maximè procedit.*
44 Nec est differentia inter concessionem jurisdictionis
factam singularibus personis, vel etiam Civitatibus
(ut *Bald.* loquitur) affirmativè transferendo
in eas jurisdictiones, vel negativè, ut non
possint cognosci, vel conveniri, nisi sub Judice,
vel Capitaneo destinando à Rege, & quod non
possint vendi, vel concedi cuicumque personæ,
itaut neminem recognoscent in Superiorem, nisi
solùm Principem, in quo consistit in effectu privilegium
domanii.
45 Siquidèm facilius revocatur privilegium negativum,
cujusmodi sunt privilegia domaniorum (ut
scilicet vendi non possint subditi) quam affirmati-
46 vum, & in puncto, quod privilegium, ut quis
non adstringatur, nisi sub tali Judice tanquam negativum
possit omninò revocari; quia hujusmodi
privilegia non consumunt effectum suum, nisi in
dies, cum causam successivam contineant, & in
reliquia res dicatur integra pro annis futuris, ideò
facilè possunt revocari, secùs in affirmativis, ut cùm
Rex concedit jus, sivè facultatem; ex *Castr. consil.529.
col.fin. lib.1.* & *Rips*, quem citat *Cephal.*
videndus *cons.435. num.44.lib.3.* & melius *Natta*,
qui non distinguit inter negativa, & affirmativa,
sed dicit, conclusionem procedere in privilegiis ha-
47 bentibus tractum successivum in futurum, ut
omninò possint revocari quoad actus futuros, *consil.511.*post
*num.3.& cons.657.num.7.9.& seq.*quia
pro futuris annis non dicitur effectus consumatus,
ut multorum authoritate fundat *Petra de potest.
Princ.cap.24. num.247.& 264.*

Et in puncto quod Civitates, vel populi, qui
essent liberi ex longeva, & immemorabili præscriptione
per patientiam Imperatoris, vel speciale
48 privilegium, quod possint successores in Imperio
eorum libertatem revocare, & quod ista irrevocabilitas,
sivè potentia revocandi non possit ullo
nunquam tempore præscribi contra supremam potestatem
Imperatoris, vel Regis, qui absolutus est
in terris, docuit ibi *Petra* paucis verbis authoritate
Bart.Bald. in *cap.sicut*, *il secundo*, *num.6.& 7.
de jurejur.* & *Bart.* ipse in *l.hostes*, post *num.4. ff.
de capt. & postlim. revers.* loquens de Civitatibus
liberis, dicit, quod populi, qui non obediunt
Imperatori, nec suis legibus vivunt, & hoc dicunt
se facere ex privilegio Imperatoris, ut Ve-
49 neti ob id, cum libertatem ipsi habere dicant ab
Imperio Romano ex privilegio, quodammodo
precario tenent ab eo, & posset privilegium illud
revocare, quando vellet, cum ei liceat mutare
voluntatem suam, *l. si quis in principio testamentis,
ff. de legat.3.* Sequitur, & latè exornat *Natta*
in præcitato *cons.511.* ubi *num.3. in fin.* 4.5.8.11.
& 12. nonnulla tradit omninò videnda, & in spe-
50 cie colligit ex *Bart.* quod quicunque tenet aliquid
ex privilegio, videtur illud precario tenere,
& ob id si promittat concedens non revocare, non
tenet promissio, ut est generaliter in quocunque
actu sui natura revocabili, in quo non potest quis
sibi abdicare potestatem revocandi, ex *Gl Jo:Andr.
Bar.Anchar.Jo:Monacho*, & aliis, & subdit, quod
51 ubicunque Princeps concedit aliquid privato spectans
ad Principis officium titulo lucrativo, tunc
Princeps non ligatur, quia id non tenet, nisi per
modum privilegii, quod non ligat concedentem,
& sui natura est revocabile, & iste est casus, in quo
Princeps non ligatur ex suo consenso, & potest
jus quæsitum alteri ex sua acceptatione revocare,
52 nec dicitur transire in contractum, nisi adsit pretium,
vel commensuratio, & quia non dicitur
verè contractus, nisi is, qui est ultrò, citròque
obligatorius, & quod ob id valeat Princeps tollere
præscriptionem immemorabilem; & quamcunque
consuetudinem, inferens ex hoc benè consuluisse
Alex. cons.16. lib.5. quod Imperator justè potuit
concedere quoddam Oppidum Duci Ferrariæ, licèt
Civitas Rhegii præscripsisset in illo jurisdictionem
à tempore immemorabili, ex quo dat, & aufert
jurisdictionem ad libitum, quod latiùs comprobat
idem Natta cons. immediatè *seq 512. à n.4.
ad 13.* ubi latè de revocatione jurisdictionalium,
53 inferens ex his ad alia, & latiùs *idem Natta* videndus
cons.636.num.52.& 53. sicuti etiam con-

cessio

Digitized by Google

54 cessio Regalium potest ad libitum Principis revo-
cari, *cap. intellecta, de jurejuran. Io. de Platea*
in *l.fin. C.de loc.præd.civil. lib.*10. *Andr.* in *cap.*1.
de his, qui feud. dar.poss. num. 10. *Mastrill. lib.*3.
55 *cap.*4. *num.*305. *de magistrat.* præsertim à succes-
soribus, in quorum præjudicium minimè alienari
possunt, *Bal.* in *tit. de pace constan. verba succes-
sorum*, *Felin.* in *cap.*1. *col.*4. & *ibid.Dec.de probat.
Brun. conf.*12. *num.*25. *Surd. consf.*210. *num.*62.
*lib.*2. *Afflict.* in *cap.*1. *num.*48. *qui success.tenean.*
Quæ à simili comprobantur ex libera, & abso-
56 luta potestate, quam Canonistæ dicunt habere
Pontificem in beneficialibus, ex *cap.*2. *de præben.
in* 6. & *Clement.*1. *in fin. ut lit. pend.* & ex hoc as-
serunt, non requiri causam ad revocandum, sicut
nec ad providendum, & maximam Summi Pon-
tificis potestatem ampliorem faciunt in beneficiali-
bus in dando, & auferendo beneficia, secundùm
*Rebuff. conf.*8. sicut & Civilistæ augent maximam
Principis potestatem in jurisdictionalibus, ex qui-
bus colligitur principalis secunda conclusio.

S V M M A R I V M.

57 *COncessio Iurisdictionis, seù Regalium de ordi-
naria potestate à Principe revocatur, & n.*58.

Secunda Conclusio.

COncessio, sivè privilegium Jurisdictiona-
57 lium, & Regalium potest de eadem po-
testate ordinaria per Principem revoca-
ri, etiam quod transierit in contractum,
prout clarissimè hanc conclusionem ità reassumit
post *Bald.* & alios *Socin. jun. consil.*126. *num.*33.
in 3. relatus à *Peregr. d.lib.*1. *§.hactenus, num.*31.
58 qui licèt subjiciat aliquas declarationes, nulla ta-
men ipsarum ad casum nostrum est applicabilis, &
in jurisdictione concessa loquitur etiam *Dom.Reg.
Tapia* in *l fin. cap.*9. *n.*58. *part.*2. *de constit. Prin-
cip.* & *Reg de Ponte* in *conf.*15. *num.*6. *lib.*2. inge-
niosissimus, & doctissimus *D. Casanata consil.*43.
*num.*43.47. *& seqq.* omninò legendus, quia om-
nia contraria resolvit magistraliter ex more, *Bar-
bosa* in *l.quia tale* 14. *num.*87. *ff.sol.matr. Mastrill.
lib.*2. *cap.*2. *num.*43. *de magistr. Cardin. Mant. de
conject.ult.volunt. lib.*3. *tit.*1. *num.*32. & *D.Rovit.*
in *pragm.*3. *num.*1. *de sodomia*, & *conf.*22. *n.*13.
*lib.*2.

S V M M A R I V M.

59 *PRinceps ex justa causa revocat nedum privile-
gia in contractus transfusa, sed & contractus
à se gestos, ac dominium indè translatum, etiam
cum juramento, &* num.61.62. & 63.
60 *Item aufert cum causa jus tertio quæsitum de jure
civili, & gentium, &* num.64. usque ad 68.
69 *Rex ob publicam utilitatem domanium donare po-
test, &* num.70.
71 *Princeps pro temporum varietate leges, nedum
privilegia mutare cogitur, nostri Regis exempla,
&* num.72.

Tertia Conclusio.

55 PRinceps existente justa causa, nedum re-
vocat sine dubio quæcunque privilegia,
quæ transfunduntur in contractus mediana-
te pretio, vel æquivalenti commensura-
tione, ut suprà, verùm revocat contractus ipsos
à se gestos, & aufert dominium illorum vigore
translatum, etiam si juramento firmati sint.
60 Sicuti, & quod plus, potest existente causa au-
ferre bona, vel jus tertio utcunque quæsita de ju-
re gentium.
61 Ut primum probant *Omnes* in *cap. quæ in Ec-
clesiarum, de constit. Aret.Felin.* & *Dec.* in *d.cap.
novit, Paul.* in *l. digna vox*, qui loquitur tam in
utili, quàm in directo dominio, *Panorm. Card.
Soc.Raynal. Gozad.Neviz. Crav.Pincll.Molin.* &
alii relati per *Matienz. lib.*5. *tit.*10. *l* 6. *glos.*1. *n.*6.
in 2. *concl. Bal.Card.Felin.Cepoll.* & alii relati per
*Afflict. dec.*361. *à num.*6. *ad* 11. ubi tam in privi-
62 legio concesso non subditis, ut sunt clerici, &
quocunque alio, quod transivit in contractum,
quàm in quolibet jure, sivè dominio quæsito ex
contractu cum ipso celebrato, quod possit Prin-
ceps auferre ex justa causa, ut pro bono pacis, vel
alia causa, *idem Afflict.* in *cap.*1. *§. similiter*, ex
*n.*25. *cum seqq. de capit.qui cur. vend.* Hinc *Aze-
ved. lib.*5. *tit.*10. *lib.*3. postquam ex *num.*2. *ad* 10.
probavit Principem non posse revocare privile-
gium, nec contractum, maximè juratum, limi-
63 tat existente justa causa post *Ias.Cephal. Molin.* &
alios, concordat etiam in contractu jurato *Ferd.
Loazes* celebri *consil. pro Oppido de Mula*, *n.*140.
*cum seq.Petra de potest.Princ.*in 2.*dubit.principa-
li, cap.*1. *n.*249. *in fin. Mastrill.de magistr. lib.*1.
*cap.*12.*num.*20. hanc etiam conclusionem plenissi-
mè comprobat doctissimus *D. Reg.Tap.* in *d.l.fin.
cap.*9. *par.*2. *num.*41. *& seq. de constitut.Princip.*
optimè insignis *D.Reg.Valenz. d.consil.*99. ex *n.*33.
cum seqq.
64 Sicuti & cum causa potest tollere dominium,
& jus quæsitum nedum de jure civili, putà per
sententiam, præscriptionem, vel alium modum
inductum à jure civili, sed etiam dominium quæ-
situm ex contractu, vel titulo jurisgentium, cùm
65 certum sit, utroque casu dominium quæsitum es-
se de jure gentium, licèt varietur modus acquisi-
tionis, *Innoc.* & reliqui in *cap. quæ in Ecclesia-
rum, de constit.Civilistæ* in *l.quoties*, & *l.rescri-
pta, C.de precib.Imper.offer.* & in *l.fin. C.si contrà
jus, vel util.public. Bald.* in *l.donationes, quas Di-
vus, C. de donat. inter vir. & uxor.* cum infinitis
congestis per *Mandos. ad Roman. cons.*352. in *ult.
addit. Cephal. d.cons.*342. *n.*33. *Matienz. d. lib.*5.
*tit.*10. *de don. lib.*6. *glos.*1. *num.*6. in 3.*conclus.* &
*num.*8. *vers.ità etiam*, ubi ex *Crav.cons.*135. *n.*20.
& 241. *num.*12. addit, in eo tantùm versari di-
scrimen inter hos casus, ut minor causa sufficiat
66 ad revocandum titulum acquisitionis juris civi-
lis; quàm de jure gentium, siquidem in tollendo
jure quæsito medio juris civilis, non requiritur
causa respiciens publicam utilitatem principaliter,
sed sufficit alia causa, & si pertineat ad privatam
utilitatem, ut probat *Rimin.Iun. consil.*102.*n.*30.
in princip. sequitur *Petra de potest.Princ. cap.*24.
*num.*94. *in fine.*
67 Et quòd possit Princeps auferre rem alteri quo-
modocumque quæsitam, etiam ex non suo contra-
ctu, & illius dominium in alium transferre exi-
stente justa causa, sunt vulgatissimi *text.* in *l.item
si verberatum, §.*1. *vers.item si fortè, ff.de rei ven-
dic.* in *l.Lucius* 9. *ff.de evict. l.*2. *C. ex quib. caus.
serv.pro præm.libert.acceper.* & alium novum *tex.*
ad hoc perpendit *Prukman fol.*300. à *num.*6. *cum
seqq.* & *Acacius d.lib.*3. *cap.*3. *num.*13. *Afflict.de-
cis.*

*cis.*361. *num.*4. cum aliis per *Borrell.* in *compend. decis.Vaiv.tit.*1 2. *num.*20. *Io. de Amic. consil.*12. *num.*6.

68 In quo licèt *Iason consil.*10. *num.*9. *vol.*2. & in *l.Princeps*, *ff.de legib.* conatus fuerit attentare, quòd illæ leges potiùs, quod aliquando factum fuerat, explicassent, quàm ut regulam gerendis negotiis præscriberent, refert *Petr. d.cap.*24.*n.*79. *in fin.* de quo latiùs *Frecc. lib.*2. *de subfeud. titul. quis dicat.Dux*, *num.*15. nihilominus constat, eos loqui contrà receptissimam traditionem *Bart.* in *proœm.Digest. num.*5. *versic.sed tu dic*, ubi addit *l.venditor* 14. *§.si constat*, *ff.comm.præd.* quam dicit quòad hoc esse meliorem de Mundo, & in *d. l. item si verberatum*, *§.*1. *Isern.in cap.*1. *§.similiter*, *num.*27. ubi latè *de Capit.qui Cur.vend* in *cap.Imper.num.*49. ubi in specie docuit, posse Regem

69 donare domanium ob publicam utilitatem, sicut & res privatorum concedere, *de probib. alienat. per Frider.* in *§.monetæ*, post *num.*23.& in *§.plaustrorum*, *num.*53.*quæ sint regal.* in *cap.*1. *§.post natale*, *num.*26.*in fin. de pace ten.Afflict.*in *d.§.similiter ex num.*65.& in *consilit.Ea*, *quæ ad decus.*

Et subsistente justa causa nullam adesse dubitationem tàm apud Jurisconsultos, quàm apud Sa-

70 cros Theologos, fundat *Menoch. cons.*350.*lib.*4. *num.*27. quamplurimorum etiam Theologorum authoritatibus, inter quos est *D.Antonin. par.*2. *tit.*10. *cap.*1. *de mendac. §.*4. dicens, fidem decere fallere, ubi supervenit causa rationabilis non implendi, hinc etiam Apostolus non est mentitus, non eundo Chorintum, quo ire promisit propter impedimenta supervenientia.

Hinc non erit à potentissimo nostro Rege alie-

71 num, suas leges, privilegia, concessiones, & constitutiones pro temporum qualitate mutare, ac revocare, propter quod, prout conspicimus, habet tot Consilia Regalia, & Comitia quotidiè celebrantur, in quibus de statu omnium Regnorum diligenter scrutatur, secundùm quod examen sæpè sæpius antiquæ, & novæ leges variantur; undè ipsis nedum sapientissimum, & laudabile, verum etiam necessarium est in melius mutare propositum, *l.non videtur*, *ff.de collat.bonor. DD.*in

72 *l.non videtur*, *C.de in integr.restit.* ondè si oportet Principem mutare leges pro temporum varietate, quæ nunquam nisi cum magna deliberatione eduntur, cur non affirmabimus, posse privilegia revocare, quæ non tanta cum deliberatione conceduntur? ut in terminis docet *Eman. Rodriq. tom.*1. *qq.regular. art.*3. *q.*9. *in princ.*

SVMMARIVM.

73 *Princeps alicui rem auferens, ad pretii restitutionem tenetur, quamvis non servetur*, num.74.

75 *Fallit cum condit legem ob publicam utilitatem*, & num.76.

77 *Fallit secundò, ne teneatur statim restituere, sed cum poterit*, & num.78. & 79.

Quarta Conclusio.

73 Licèt Princeps auferendo dominium quæsitum tertio ex proprio contractu, vel aliter rem alterius, utcunque quæsitam ex justa causa, teneatur ad restitutionem pretii sibi soluti, vel aliter ad excambium, ut ex *d.l.venditor*, *§.si constat*, *ff. comm. præd.* & *d.l.*2. *C. ex quibus caus.serv.amitt.* cum aliis suprà citatis tradunt *Innoc.* in *cap.nisi cum pridem*, *in fine*, *de renunc. Isern.* in *loc.alleg.*

74 Quod tamen non servari dixit *Glos.* in *l. si locus* 14. *in fin.ff.quemadm.serv.amitt.* quam sequuntur *Alber.Cæpollæ* relati per *Roland. cons.*69. *num.*14. *lib.*2. *Port.* in *§.fin. Inst.de usucap.* & refert *Pinell.* in 1.*par. rub C.de resc.vend. num.*14. *in fine.*

Nihilominus admissa communi sententia, ut

75 pretium sit restituendum; Restringitur primò, quando Princeps læderet jus tertii, vel auferret dominium ex causa publicæ necessitatis, vel utilitatis, legem condendo generalem, *Bart. Alex.* & alii relati per *Afflict.* in *consil.Ea*, *quæ ad decus*, *n.*13. affirmat *Dec.* post *Alex.* in *plur. cons.* in *cap. quæ in Ecclesiarum*, *num.*21. *vers.secundò hoc intelligitur*, *de consil. Card. Paris. cons.*1. *num.*46. *lib.*1. & pro absoluto probat *Matienz.d.l.*5.*tit.*10. *de donat. l.*6. *gl.f.*1. & 2. *in fin. num.*20. & in dialog.*relat. par.*4. *cap.*12.*num.*3. *Dec.cons.*540.*n.*10. *vers.quia ad hoc*, & novissimè aliis relatis oti communiorem opinionem sequutus est *Franc. Niger Cyriac. tom.*1. *controv.jur. controv.*75.*num.*22. ubi *num.*23. subdit, & fundat, quo dicto casu creditor Principis assertioni, se revocare ex causa publicæ utilitatis, & ideò posset Rex noster stante urgentissima necessitate per viam legis generalis revocare omnia demania. De potestate enim, & justitia Principis legem condentis, etiam si videatur revocare, & restringere quod dedit, dubitandum non esse, ex *Bart. Afflict.* & aliis probat *Pinell.* in 3. *part. l.*1. *illat.*16. *vers. de potestate*, *fol. mihi* 322. *in parvis*, & in puncto post *Ruin.Gozad.Theſ.* & alios, probat hanc opinionem *Reg. de Ponte in repet.feud. lect.*8. *num.*5, tunc autem

76 dicitur derogare privilegiis per viam legis, quando generaliter omnibus privilegiis certum quid continentibus derogat, non autem si quibusdam certi loci, vel certarum personarum, *Ruin. consil.*226. *num.*12. & 228. *num.*4. *lib.*1. quem sequitur *Menoch. lib.*6. *cap.*40. *num.*24. *de præsumpt.*

77 Temperatur secundò, ut non teneatur Princeps restituere pretium, vel restituere justum excambium, cùm dominium alteri ex justa causa, antequam dominium auferat, & neque in ipso ob actionis actu, sed sufficit pretium restituere post rem ablatam, cum primum poterit, ut ultrà *Luc. de Penna* in *l.ult. num.*52. *vers.secundò quæritur*, *C.de loc.præd.civ. lib.*11. quem sequitur disputando *Afflict.* in *§.similiter*, *num.*22. *de capitan. qui cur.vend.*& communiter probari dixit *D.Reg.Tap.* in *l.fin. ff. de constit. Princ. part.*2. *cap.*9. *num.*49. est solemnis doctrina *Isern.* in *d.§.monetæ*, *num.*23. ubi dicit, *accipiet in casu necessitatis res subditorum*, & *tunc tenetur ad pretium*, *si tunc haberet*, *undè solveret*, *si non habet*, *solvet*, *quando habebit*, *quia in hoc est favor communis boni*, *ut differatur solutio*, sequitur *Greg.Lop.* in *l.*2. *cul.pen. in fin. tit.*1. *par.*2. in *verb. buen cambio*, ubi dicit, opinionem contrariam locum habere, cùm Prin-

78 ceps haberet illicò, unde solveret, alias si non haberet, poterit differre solutionem, sequitur *Matienz. d.cap. de donat. num.*13. *in fin.* & *D.Rov. d.cons ult. lib.*1. *num.*8. in casu fortiori, quod pos-

79 sit capere res subditorum dilata solutione pretii, ut solvat quando habebit, ex *Isern. loco cit.* & sic resolvi possunt dicta per *Loffred.* in *d. §.similiter*, & quæ

& quæ tradit *de Ponte d. lect.8. n.24.* qoi de *Isern.* nullam fecerunt mentionem.

SVMMARIVM.

80 *Iusta, ac sufficiens causa in Principe quæ dicatur*, & num.82. *& quæ justissima*, n.110.

81 *Principis assertioni an credatur, affirmotivè resolvitur*, & num.85. 87. 95. & 96. *quam communiorem*, num.97.

82 *Rex pro substinendo exercitu potest revocare privilegia, & contractus, & maximè pro defensione Fidei, & totius Christianæ Religionis*, oum.83.

84 *Bella pro justitia consequenda de jure gentium introducta.*

88 *Regis est solum de causæ justitia cognoscere*, & num.89. 93. & 94.

90 *Authoritas suscipiendi bellum in Principe residet, & in ea præsumitur, etsi non appareat*, n.92.

91 *Barones, & vasalli tenentur Regem extrà Regnum bellantem adjuvara.*

98 *Principis assertio secundùm unam opinionem, si non exactam probationem, inducit; tamen præsumptionem, quæ probandi onus in contrarium transfert.*

99 *Opinio negativa limitatur accedente Quæstoris consilio, & subscriptione, quæ partibus præjudicat*, num.86.

100 *Principi in sua dispositione attestanti, omninò credendum, nullamque in contrarium probatio admittitur*, num.101. *quod ampliatur ad ejus Locumtenentem*, oum.102.

103 *Item cum Princeps asserit aliquid tanquam notorium.*

104 *Principi causam exprimenti credendum est*, & num.107. 108. & 109. *nec à Regibus scrupulosa inquisitio exigenda*, num.106. *quæ sententia verior, & communior*, num.105.

Quinta Conclusio.

80 QUidqoid *DD.* nostri disputent, & in diversas iverint sententias, dùm quærunt, quæ dicatur justa, & sufficiens causa, ut Princeps auferat dominium alteri quæsitum ex proprio, vel alieno cootractu, vel ad rescribendum contra jus tertio quæsitum de jure naturali, vel gentium.

81 Et utrum stetur assertioni ipsius Regis attestantis, se moveri ex justa, vel sufficienti causa, etsi causa respiciat factum proprium, vel alienom, vel etiam si expressa non fuerit, sed verisimiliter imaginari possit, ad materiam *clem. 1. de prob.* in quo *DD.* mirum in modum varios hac in re fuisse colligitur ex relatis per nostrum *Aquilinum* in *repet. §. & quid si tantùm, l.Gallus*, in *vers.quid enim, num.112. & 116. ff.de liber. & posthum.*

Attamen duæ in hoc puncto subdiviso eliciuntur receptissimæ conclusiones.

82 Prima, justam censeri omnioò causam auferendi dominiom, & revocandi privilegia, & contractus ab ipsomet Principe gestos, & juratos, pro substinendo exercito, & solvendis stipendiis militom pro defensione Regni, Statos, & conser-
83 vando honore ipsius Principis, & maximè pro defensione Fidei, & totius Christianæ Religionis,
84 quæ ex conservatione Imperii deducitur. Sunt enim introducta bella pro justitia consequenda de jure gentium, *Castr. cons 399. num.2. & seq.lib.1.* Causas verò justas ex quibus potest Princeps bellum indicere, eoumerat *Afflict.* io *c.1. num.12. hic finitur lex.*

85 Secunda, eredendum esse Principi dum rescribendo contrà jus tertii, testatur se moveri ex justa, & necessaria causa, com subscriptione sui Consilii, & Quæstoris, ut discurrit *Isern.*in *cap.1. num.14. & 16. qui succ.ten. il primo*, ubi *Lipar.* in *addit. lit. I. vers. sed nunquid Afflict. num.68.* et in *cap. unico, de controv. apud pares term.* post *num.13.* & *Lipor. lit.C. vers.quæstoris, Grammat.* latè *decis.65.* ex *num.62. Affl. num.62. vers.unum taman*, idem *Affl.*in *c.Impar. quæst.24. num.65.* in *cap.1. n.15. qui test. sunt necess.* in *cap. sancimus, quo temp. miles*, in *constit.Ut universis, num.40.* et in *cap.1. §.similiter, num.64. de capit. qui cur. vend.* dum se remittit ad dicta per eum post *Isern. de contr.feud.apud pares*, D.meos *Capyc.* in *repet. l.Imperial.col.6. versic.est tamen differentia, car.5.*
86 ubi ex hoc monet Secretarios, & Officiales, qoòd advertant, quæ subscribunt, quia subscribendo præjudicant partibus.

Undè com in casu præsenti Invictissimus Rex noster plenissimè attastetur de maxima, urgentissima, & necessaria causa, quæ etiam notoria est, & omnibus evidentissima, & amplius se necessitate pressum, ut aliter oullo modo consuli possit,
87 quod io suo casu desideravit *D. Capyc.* sæpiùs citanda *decis.166. num.7. & 8.* ubi cum de hoc ultimo non constaret ex dicto Regis, necessarium fuit adhibere oieteous testimonium Dom.Regentium, & tamen fuit admissa probatio ut legitima, casus noster ex his erit extrà omnem dubitationem.

88 Nec esse nostrum, nec minus utriusque Senatus, à qoibus petitur consultatio, discutere de justitia causæ, neque an aliter consuli possit; sed sufficere, Regem piissimum id mandasse, & plenè de necessitate causæ respiciente publicam utilitatem attestatum fuisse, cum consilio eorum, quorum proprium est munus consulere, quæ ad sta-
89 tus, & bellicas expeditiones pertinent, etiam quod concernant hæc bella extra Regnum, latè probat in propriis terminis *D. Rovit. d.cons.ultim. num.1. lib.1. D. Reg. Valenz. d. cons 99. num.1.* & *D.Reg.de Pont.* in *cons.15.* ex *num.12. ad 15.lib.2.* ubi respondit pro Illust Principe Hostiliani contrà Civitates Bitonti, & Vigiliarum in casu excambii Arcis Sabionetæ, in quo facta fuit consultatio per Regiam Cameram in favorem Fisci, & breviter resolvit omnia, quæ in contrarium latè scripsit *Octav.Bammacarius* pro Domaniorum irravocabilitate.

90 Authoritas enim suscipiendi bellum est in Principe, & credi oportet consilio expertorum in arte bellandi, & pareodum est in his, qoæ ad bellom pertinent, & ob id tenentur Barones, & vasalli adjuvare Regem bellantem extrà Regnum, cum hoc totum ad Regis, & nedùm Regni, sed totius Monarchiæ Christianæ Religionis tutelam pertineat, ot Rex ipse plenè testatur, & de se patet, *Isern.* in *cap.1. §.sed neque alia justior*, ex
91 *num.41. versic.si habeat*, ubi ex *Valer.* et *Seneca* commemorat exempla illorum, qui ut optimi Duces decreverunt invadere hostes intrà ipsorum lares, ut arcerent incursus à propriis Regnis, *quæ sit prima caus.benef.amitt.*idem *Isern.*latè in *cap.1. num.6.7. & 8. Hic finit.lex*, sequitur D.meus Ca-

pyc. in repet.l.Imperialem, § firmiter, col.a. verf. fublimita, et Camer. in d.leg. car.34. col.3. in fin. verf.fed tunc videntur, io Principe enim etfi non
92 appareat, præfumitur jufta caufa bellum indicendi, Panorm. in cap.1. de treugua, & pace, eum aliis à Menoch. de præfumpt. lib.6. cap.96. num.a, & 7.

Et quando effet dubium, an jufta fit eaufa bellum indicendi, val ne, fubditis non licet hoc per-
93 quirere, qoia talis perquifitio effet fcrupulofa, nec tenatur Princeps eaufam animi fui motus fubditis patefacere, fed fufficit, quod confilium approbet, alioquin effat in potaftate fubditorum, an vallent Dominum adjuvare, fiquidem negando, efficerent rem dubiam, & fic poffent fe axcufare, quod non eft fcrendum; fufficit anim, Principem effe Confiliarium, ut poft Ifer. io d. cap.1. hic finitur lex, & Afflict. ibid. a. not. num. 7. & feq. tradit Jocobin. in fua invect. ver. & promiferunt, verf.quintò quæro, cum aliis per Rolan. d.confil.1. num.91. cum feq.

94 Solius enim Principis proprium eft, ut ejus facti ratio, & caufa jufta præfumi debeat, etfi non appareat, & coovaoit illud M.Terentii apud Tac. lib.6. annal. Non eft noftrum, inquit, aftimare quem fuprà cæteros, & quibus de caufis extollas, Tibi fummum rerum judicium Dii dedere, nobis obfequii gloria relicta eft; alia plura etiam expendit Aenc.lib.3.c.9.de privil. quem non tranfcribo.

Undè poterimus concedere facultatem aligendi, quid velint advarfarii in hoc articulo. Si enim admittamus opinionem affirmativam. Quod credatur Principi fupremo adeffe juftam caufam, etiam in his, in quibus liberè difponare non po-
95 taft, dum tertio præjudicat in quæfitis jure naturali, vel gentium, etiam fi agatur de gravi præjudicio, cujus fententiæ fuarunt Cyn.Iac.de Arena, et Bal. in l.refcripto, num.10. C. de precib. Imp.off. Butrigl in l.fin. C.fi contrà jus, cum aliis per Alex. conf.203. num.11. verf. & in tali fupremo, lib.6. & meliùs conf.224. num.8. in lib. ubi
96 in fpecie confulvit, potuiffe Pontificem revocare proprium contractum juratum, in quo promifarat inter alia Cardinalibus non infeudare Terras Ecclefiæ, et præfumi id factum ex jufta caufa, in quo eodem cafu confulvit atiffimè Andr. Sicul. conf.fuor.omnium 1.

Quam pro magis recepta ex DD. dinumeratio-
97 ne defcribit Gabr. de prob. concl.2. num.28. & 30. & exprefsè hanc effe magis communem, & ità DD. dicere, affevetavit Iacob.Phil.Portius in fuis concl. lib.5.c.16.verf.tenendo fecundum opinionem, quidquid negativam effa magis receptam dixerit Menoch. lib.2. de præfumpt. c.10. num.55. & 56. cum tamen contrariam affirmativam uti veriorem, & fortè receptioram ipfa fequutus fuerit conf.100. num.26. verf.refpondeo, lib.1.

Et cum hac affirmativa concedit omnibus relatis diftinguendo dicta DD. Mafcard.concl. 1233. num. 107.& 108. qui faltim conceffit, ut affirmativa procedat indubitaoter, ubi Rex expreffit caufam, vel faltim, quod licèt non faciat exactam probationem,
98 operatur taman talem præfumptionem, ut transferat onus probandi contrarium num. 109. & 110.

99 Et fi negativa magis arrideat, Limitatur Primò, non procedere io difpofitione Ragis cum confilio, & fubfcriptione Quæftoris, juxtà fingularem doctrinam Ifer. in cap.1. fub nu.40. quæ fit prima caufa benef.amitt.& ex dec.Capy.166. num. 7. limitat in fpecie Gabr.d.concl.2.num. 34. verf. tertiò limita, latiffimè Rol. infra latius citando conf.1. ex nu. 84. ad 94.& num.193.lib.2. Ubi confuluit, in revocatione privilegii, quod tranfivit in contractum præfumi juftam caufam in Principe, fequitur ramiffivè Mafcard.d.concl.1233.num.115.& D.Reg. de Pon. conf.70.num.36.lib.1. hanc etiam limitationem latè fundat D.Reg.Tap.in l fin.cap.9.p.2.num. 47. de Conft.Princ. videndus Conf.Pofcb.p.1.c.1.num. 78. de virib.patr.pot. & Nicol. de Pafferib. in tract. de verb.enunciat.lib.2.c.4.nu.27. poft tract. de fcript. privata.

100 Limitatur fecundò, non procedere negativam opinionem, ubi Rex teftatur in fua difpofitione, fe difponere ax caufa publicæ utilitatis, vel neceffitatis, quia Principi axpreffà atteftanti fe revocare privilegium, vel etiam contractum ex caufa communis boni, vel alterius cujufcunqua publicæ utilitatis, finà dubio eredendum eft, nec eliud ulteriùs invaftigandum, confuluit Alex. conf. 101. num.7.
101 & 8. in 1.& 216.num.21. in 2. adeò ut nulla admittatur probatio in contrarium, Fulg. conf. 143. num.5. quos refert, & fequitur Affl. in d.c.1.nu.71. in 2.lim.qui fucc.ten. quod latiùs confirmat Rol. d. conf.1.ex num.190.lib.2. D Reg.Valenz.conf. 4. nu. 116.& conf.99.num.1. Farin.qu.63.num.82. Maur. Burg.de mod.proced.ex abrupt.q.6. nu.10. Decian. conf.18.lib.1. num.274. Ill.Card. Tufc. concl. 924. num.4. Mafcar.concl. 1234. & nedum ftatur affer-
102 tioni Principis, verùm etiam ejus Locumtenentis, ut in puncto confuluit D. Camill.de Medic. meus Socer in conf.60. num.1.

103 Tertiò fallit, cùm Princeps aliquid narrat tanquam factum notorium, quia nedum in proprio facto (in quo nos verfamur) fed etiam in facto alieno Principi afferenti aliquid, præfertim motu proprio, plena fides adhibetur, cum id afferere videatur tanquam legitimè informatus, ut eft notorium, de quo in cafu præfenti, Alex. Socin. Cravet. Gram. Rebuff. Parif. & alii relati à Menoch. d. conf. 100. num.22.23.24.& 32.lib.1. Affl.in d.c.1.qui fucceff. ten.in verf.fextò fallit, num.75.

Quinimò generaliter eredendum effe Principi in hac materia, quando caufam exprimit, vel jufta caufa appatet, vel atiam imaginari poteft, & quod DD. in contrarium incautè citati ooo loquantur, cùm ipfe Princeps caufam exprimit; fed quando
104 caufa à Principe non allegatur, nec imaginari poteft, pleniffimè probat ex DD. in contrarium citatorum declaratione Menoch. d. conf. 100. num. 26. verf.refpondeo primò, & meliùs n.31.& 32.& aurea funt verba Bald. in propofito in conf.318.n.8.verf. porrò in Principe, lib.1.& io hac opiniona refidere videtur Peg. poft Ruin. & alios de jure Fifci, lib.1.§.baftandò, num.69.in fin.

105 Et latiffimè haoc opinioonem affirmativam uti veriorem, & magis communem generaliter fubftinet Fardin. Loazer in fæpius citato fing. conf. in refponf.ad 5.& fextum fundamentum part.contr.ex num.134. ubi num.142.ex Bald. probat, non effe à
106 Regibus, qui rationum calculis fuppofiti non funt, exigendam fcrupulofam inquifitionem, quod optimè probat Cavall.lib.1.pract. qq. comm. contr. comm.q.578.ex num. 25. ubi ampliùs dicit io pun-
107 cto, femper effe credendum Regi diceoti affe conftitutum in neceffitate ad defendendam Religio-

gionem Christianam, ex *Oldrad. Alexand. Roland.*
108 & aliis, & quod tam circa justitiam causæ belli indicti, quàm circa necessitatem, qua Princeps premitur, sit eidem omninò credendum, semota omni subtili inquisitione, sicut faciunt quidam Decuriones timoratæ conscientiæ aliquarum Civitatum, quæ à jure improbatur, *l. doli, in fin. ff. de novat.* ut latiùs ipse prosequitur omninò videndus.

109 Et tandem limitatur opinio negativa de consuetudine Regum totius Mundi, ut ubi exprimunt causam, eis adeò credatur, ut contrarium probari non possit, sic testatur *Bal. cons. 326. num. 10. vers. item omnes Reges Mundi, & consil. 228. nu. 8.* quem sequitur *Affl. in d. cap. 1. qui succ. ten. nu. 78. Rolan. d. cons. 1. num. 193. Menoch. d. consil. 100. n. 26. in fin. Mascard. dict. concl. 1233. num. 119. & Jo: Petr. Fontanel. tom. 1. de pact. nupt. clausf. 4. Glos. 10. par. 2. nu. 28.* post alios *ibid.* citatos, & de consuetudine omnium Regum Mundi etiam testatur Dominus meus *Capyc. in c. Imperialem fol. 4. vers. adde.*

Ex quibus evidenter paret, quàm obscurè, & intricatè hanc materiam tractaverit *Petra* sibi sæpiùs de more contradicendo in *d. tract. de potest. Princip. in fin. oper. §. circa secundam principalem conclusionem*, præsertim dum *num. 53. & 54.* ex suo capite recedere conatur à recepta opinione; & diminutè loquutus fuit *Menoch. d. lib. 2. de præsumpt. cap. 10. in fin.* cujus tamen dicta supplenda sunt ex *d.* ejusdem *consil. 100.* ubi optimè de more loquitur.

Nec prætermittendum, justissimam causam dici, nedum quando adest bellum in Regno, verùm
110 etiam si adsit extra Regnum, ex traditis per *D. Consil. Georg. lib. 1. rep. feud. cap. ult. num. 40. & seq. fol. 440.* Modernus *Mansanus* in *l. Imperial. § firmiter, num. 35. & seq. fol. 152. de prob. feud. alien. per Frid. & de Ponte d. cons. 15. num. 11. lib. 2.*

SUMMARIUM.

111 *REx domanium alienare, & vasallos etiam invitos infeudare potest de jure, & Regni consuetudine,* & num. 112. *usque ad* 116. *præcipuè in solitis infeudari,* num. 119.
117 Text in cap. intellecto, de jur. jur. *non procedit in infeudatione, in qua directum dominium à Rege retinetur,* & num. 124. 125. & 131.
118 Oldradi *verba* in cons. 159. *referuntur.*
120 *Alienatio ea tantùm interdicta dicitur, qua graviter bonor Imperii læderetur, & quæ sit,* n. 121. 122. 123. 126. 127. & 143.
128 *Rex noster Monarca, ejusque in suis Regnis potestas,* & num. 129. 137. & 138.
130 *Enormis læsio circà magnam alienationem non consideratur in magno Rege.*
132 *Fallit in alienatione Castrorum limitaneorum, munitorumque proindè exceptorum,* num. 133. *ut est Capua, vel Aversa.* nu. 149. & 150.
134 *Rex, dum tamen cum consilio, etiam magnam Civitatem in feudum concedere potest.*
135 *Donationis magnitudo quomodo consideretur,* & num. 136.
137 *Alienationes diversis temporibus factæ non conjunguntur, ut excessivæ censeantur,* & nu. 138. & 139. *contrarium sentientes refutantur,* num. 14 .
141 *Directi dominii retentio in infeudatione etiam plurium Civitatum, læsionem excludit,* & n. 142. 151. 152. 155. 157. & 158.
144 Martin. Laudens. *aliique non distinguentes, an retineatur directum dominium, vel non, reprobantur,* & nu. 145.
146 *Alienatio ex quibus magna, vel parva judicanda,* & num. 147. *indè ad Regis nostri infeudationem infertur,* num. 148.
153 *Infeudatio etiam in Coronæ detrimentum valet, adjecta clausula,* ex certa scientia, & num. 156.
154 *Immodica introituum Regni, ac jurisdictionis alienatio, læsionem inducit.*
159 *Jura directa de consuetudine in Regno alienantur.*
160 *Dominium directum ex qualitate donantis, scilicet Regis tacitè translatum censetur.*
161 *Vasalli ratione jurisdictionis magis propriè subditi appellantur.*
162 *Dominus directus, directum dominium, invito vasallo in alium transferre nequit, nec è contrà, vasallus feudum, invito Domino,* nu. 167. & 168. *limitatur cum utile transfertur, retento directo,* num. 340.
163 Iser. *locus declaratur usque ad* nu. 166. & n. 169.
170 Tex. in cap. præterea Ducatus *de consuetudine in Regno non viget, sed usus Mediolanensium.*
171 *Dominus directus non potest partem dominii directi alienare, partemque retinere, ad idque Isern. locus expenditur, & declaratur,* num. 172. 173. & 174. *cum distinctione,* num. 175. & 176.
177 *Rex est Dominus personarum, quæ sunt in Regno.*
178 *Vasallus quomodo pluribus Dominis servire dicatur, remissivè.*
179 *Subditi non coguntur duos æquales Dominos cognoscere, limitatur,* num. 180. & 184.
181 *Juramenti, quod à feudatario, & ejus, quod à vasallo burgensi præstatur, differentia, remissivè,* & num. 182.
183 *Vasallus burgensis etsi invitus alienari non possit, cum Castri universitate tamen rectè alienatur,* & num. 186. *verior cum,* num. 190. *usque ad* 195.
185 *Confirmatur argumento de majori ad minus affirmativè.*
187 *Plura transeunt cum universitate, quæ aliàs non transirent.*
188 *Feudum cum Castro, etiam vasallis invitis, in rusticum alienatur.*
189 Affl. *sibi contrarius declaratur.*
196 Nevizan. cons. 12. *lapsus,* & num. 197. *usque ad* 201.
202 *Iterum reprehenditur, dum vasallos Baronum servi parci facit,* & num. 203. & 204.
205 *Rex noster ex veteri consuetudine vasallos cum Castris infeudat, etiam invitos,* & num. 242. 243. 244. 248. & 336.
206 *Quæ consuetudo ubi viget servanda, & multum operatur,* num. 339.
207 *Jurisdictio licèt vendi non possit, ex consuetudine tamen venditur, ex veriori,* num. 211.
208 *Jurisdictio Castri transit in creditorem, cui Castrum pignori datur.*
209 *Consuetudo notoria sufficit, ut allegetur, quamvis non probetur,* num. 210.
212 Andreas de Isern. *dicitur Evangelista in hoc Regno.*
213 Lucæ de Penna *locus examinatur,* & num. 214. *usque ad* 219.
220 Extravag. Innoc. VI. ad Regnum Siciliæ, *ex eo tempore usu non recepta,* & num. 221. 222. & 223.
224 *Jura directa ex consuetudine in Regno alienan-*

 tur,

tur cum Regis assensu, nu. 225. & 226. *ad instar consuetudinis Mediol.* nu. 227. *etiam in præjudicium Coronæ*, nu. 228. & 229.

230 *Rex Galliæ sui Regni Civitates alienare non potest, sed contrar ium servatur*, num. 235. *usque ad* 239. *cum distinctione*, num. 240. *exemplum*, num. 241.

231 Igneus *in* l. donationis, C. de donat. inter virum, & uxor. *declaratur*, & num. 232. 233. & 234.

245 Neviz. *iterum corripitur*, & num. 246.

247 *Princeps etiam absque causa derogat prohibitioni alienationis vasallorum, cum sit de jure positivo.*

249 *Alienatio demanialium permissa, quod magis existente aliqua justa causa nedum necessaria, sed utili*, nu●. 250.

Sexta Conclusio.

REgem posse bona, & Castra sui demanii alienare, & vasallos, sivè subditos etiam invitos cum toto
111 Castro sivè feudo, ex dispositione juris communis aliis inferioribus, maximè infeudando subjicere.

Et fortiùs ex vetustissima consuetudine præ-
112 scripta per Invictissimos Reges nostros in hoc Regno posse Castra, & Civitates quæcunque ad libitum infeudare, etiam subditis reluctantibus.

113 Cujus conclusionis primum caput probat *Isern.* in *cap.* 1. *num.* 10. *de his, qui feud. dare poss. in cap.* 1. *num.* 1. *de natura feud.* in *l. Impar. vers. Nec Dominus*, post *num.* 44. *vers. ex his oritur quæstio, de prohib. alien. per Fred.* ubi refert, quod licèt Papa Honorius suadendo voluerit, Regem Siciliæ abstinere ab alienatione domaniorum, nihilominus ex quo in pactis, & conventionibus Regni inter Romanam Ecclesiam, & Carolum I. hæc non sunt prohibita, videntur concessa, quod addit videri expres-
114 sum in *Constit. Regni Dignum*, ubi de speciali dono Regnum Regni domania conferuntur, sicut est de jure communi, ex vulgato *cap. intellecto, de jure jur.* ubi patet, alienationem permitti, nisi graviter diminueretur, vel læderetur honor, & corona Regis, in quo quidem, ut *Bald.* ibi notat. post *n.* 5. in *d. cap. intellecto*, nulla fit mentio de infeudatione, sed solum de omnimoda alienatione, per quam omne dominium transfertur (*non enim, ut Bald.* subdit, *videtur lege cautum, quod liberi Reges jurent non infeudare, & maximè quando pacem invi-
115 cem faciunt, vel guerram à certo tempore invicem futuram evitant, propter quod in pignus pacis fit infeudatio, etiam maximi Comitatus, vel Ducatus, imò est expressum, quod fieri potest, & servari de
116 jure debet. Prætereo honor Regis augetur per dignitatem subditorum, & fit Status Regis magis potens, honorabilis, & magis timendus, imò ex antecedentis potest contingere, quod eodem die Imperium Regis surgat à mortuis præsupponendo, quod debet præsupponi, scilicet conservativa fidei hinc, & inde*) Ex quibus verbis *Baldi* clarè patet, etiam ponderando dictionem, *maximè*, quod semper infeudatio permittitur, quia per eam nec Status, nec Corona læditur.

117 Et sic quod distinctio *tex.* in *d. cap. intellecto*, ut Imperator, & Rex ita demum possint alienare domanialia, vel Regalia, si alienatio non tendat in gravem Imperii, vel Status læsionem, & diminotionem Regiæ dignitatis, procedat tantum in totali alienatione, ubi dominium directum, & utile, omneque jus à Rege concedente abdicaretur, non autem in infeudatione, quæ velut, ut plurimum utilis generaliter est permissa, ut voluerunt *Inn.* in *cap. grandi, num.* 1. *in fin. de suppl. neglig. prœl. Bal.* in *l.* 1. *C. undè cognati*, & in *prælud. feud. col.* 13. ubi *Præpos. col.* 3. *Panor.* in *cons.* 3. *q.* 35. *num.* 12. *vol.* 2. *Ang.* in *l. contra juris ff. de pact. Castr. cons.* 74. *quia frustrà, num.* 7. *vers. & finaliter, lib.* 1. *Alex. cons.* 1. *num.* 5. *vol.* 5. quos refert, & sequitur *Affl.* in *prælud. Constit. Regni, q.* 24. post *num.* 6.

118 In quo pulchra sunt verba *Oldradi* loquentis de Principatu Achajæ concesso per Regem Carolum III. Principi Tarentino *cons.* 159. post *nu.* 11. (*circa quod etiam attendatur, quod infeudatio facta par Principem non videtur esse talis alienatio, quæ sub permissione non cadat, quia nec alienatio simplex est, sicut dicitur de manumittente servum, quia non videtur totaliter desiisse esse manumittentis, qui de servo factus est liber, ff. de hæred. inst. l. talem*) refert, & sequitur *Grav. cons.* 54. *num.* 2. ubi probat, potestatem magni Principis circa infeudationem consistere in dumanialibus nunquam infeudatis, siqui-
119 dèm quoad solita infeudari nullum est dubium, nàm videmus, magnos Principes infeudare Ducatus, & Marchionatus, undè jura, & *DD.* loquantes de ipsorum potestatè intelligendi sunt de domanialibus non solitis infeudari.

Nec etiam omnis totalis alienatio est interdicta,
120 nisi illa per quam graviter læderetur honor, & Status, Imperii, vel Regalis dignitas, nàm proprium est Ragum donare. *cap.* 1. *de donatio*, ut in specie declarat *Panor.* in *d. cap. intellecto, nu.* 7. post *Innoc.* ibi, *Innoc.* & *Jo: Andr.* in *d. cap. grandi, Bart.* in *l. prohibere, §. planè. ff. quod vi, aut clam*, per *text.* in *cap. Abbate sanè, de re jud. in* 6. cum infinitis concord. per *Garz. Mastril. de magistr. to.* 1. *cap.* 12. *in princ. & per totum.*

121 Dicitur autem alienatio in præjudicium, vel diminutionem Status, Imperii, vel Regiæ dignitatis, quando Imperator alienaret quotam Imperii, putà tertiam, vel dimidiam, secus verò quando donat, etiam si liberè concedat aliquas res, loca, vel Castra Imperii, vel Regn, *Bal.* in *l. si certarum, in fin. vers. ultimò quia, ff. de mil. testam.* ubi facit differentiam inter quotam, & res certas, sivè particulares, & indè infert (*quod licet Imperator non possit donare quotam partem Imperii, potest tamen donare certas Civitates secundùm DD.*) Hæc *Bald*
122 addit *Angel. quod possit donare unam Civitatem, vel plures, quod dicit esse verum, communicando cessionario Imperium, nàm ipse constituit Reges, Principes, & Duces, non autem potest, abdicando à se jurisdictionem omninò*, Hæc ille; vel si alienaret claves Imperii, quæ tenetur conservare successori, alioquin diceretur proditor, vel si viscera Imperii exvisceraret, quia diceretur homicida propriæ dignitatis, sed res, & Castra particularia benè donare potest, *Bal.* in *cap. licèt causam, num.* 6. *de probatio*,
123 & in *cap. fin. extrà de re jud.* Ea enim dicitur alienatio prohibita, cum eo modo plura Castra, & Civitates alienat, expropriando, & pœnitùs abdicando omne dominium, jurisdictionem, & dignitatem, tunc diceretur deformare principatum, juxtà *d. cap. intellecto*, ibi, (*in præjudicium Regni sui, & contrà Regis honorem*) & paulò post, ibi (*quia in sua coronatione juraverat jura Regni sui, & honorem
124 Coronæ illibata servare*) secus verò si alienat retinendo directum dominium, vel saltim superiori-

ta-

tatem, docet *Bald.* distinguendo magistraliter in
*prælud.feud.num.*32. & sequitur aliis relatis *Alex.*
*conf.1.num.*19. *lib.* 5. loquens de concessione facta
per Ducem Regii, ubi *num.* 20. ex eod. *Bald.* pro-
125 bat, Regem posse aliquam partem jurisdictionis
sui Regni alteri quoad utile jus in feudum conce-
dere, ubi Modernus *Paris.* in *add. lit. E.verb.modi-
cum*, allegat ad idem *Isern.Imol.Mart.Laud.Jacob.
Socin.Bertron.Præpos.* & alias se idem dixisse in
Consuet.Paris. & idem *Alex.conf.*24.*num.*22.*lib* 5,
quem latiùs refert, & sequitur *Jason*, omninò vi-
dendus *conf.*10.ex *nu.*4.*lib.*3. qui consuluit, con-
126 cessionem plurium Castrorum, & locorum cum
jurisdictione factam per Marchionem Mantuæ non
fuisse in magnum præjudicium Status Marchiona-
lis, sequitur *Natta conf.* 636. ubi ex *Oldrodo*, *Alb.
Bold.* & aliis probat, omni jure etiam permissam
alienationem plurium Civitatum, & relato *Jo: de
Anan. conf.* 81. qui consuluit, valere donationem
Civitatis Astensis factam per Ducem Mediolani,
127 infert quod si id potuit Dux prædictus, [veluti
Imperii Vicarius multò fortiùs Imperator ipse, cui
addi poterit, quod si id potest Imperator, multò
fortiùs id poterunt Reges, qui pleniorem habent
potestatem in infeudando ipso Imperatore, & libe-
rius infeudant, cum plus juris habeant in suis Re-
gnis, quàm Imperator in Imperio, & maximè in
128 Rege nostro, qui est Monarca, & dicitur in
Regno suo tanquam corporalis Deus, ut ex *Isern.
Bald.Alvar.*& aliis probat *Dominus Capyc. in inve-
stit. ver. feudum dant, versi. Reges etiam, col.* 151.
129 & ita intelligenda sunt dicta per eundem *D. Ca-
pyc.*in *d.ver. feudum dant.* 24. *concl. vers. & dicit
Andr.* Quæ omnia latissimè, & cum judicio, ut so-
let, comprobat *Menoch.de arbit. lib.* 2. *cent.* 6. *cosu*
559. ubi denumerando casus, & *DD.* loquentes de
enormi læsione, quæ insurgit ex magna alienatione,
130 excludit omninò casum, ubi magnus Rex infeu-
dat plures Civitates, & Castra, & ob id dixit *Me-
noch.num.*5.*Neviz. conf.* 12. *num.* 66. salvari posse
ex eo solùm, quod loquutus fuerit de Rege Gall-
rum, qui ut Comes Astensis donare non potuerit
plura Castra d.magni Comitatus.
131 Ex quibus concluditur, quod tunc tantùm di-
ci poterit, Imperium, Regnum vel Provinciam
lædi, & habere locum dispositionem *cap.intellecto*,
cùm ità Castrum, vel Civitas alienatur, ut nedum
nullum dominium directum, nec utile, sed nulla
jurisdictio, nullaque superioritas, nec aliud jus
reservatur alienanti, secus ubi aliquid reservatur,
ut fit in infeudationibus, ut 22. *DD.* cumulat *Me-
noch.conf.*962.ex *num.*21.*lib.*10. & 54 *DD.* descri-
bit idem *Menoch.* in *conf.* 003. *num.*18. *vers.*8. *&
ultimo*, juncto *n.*59.*vers.tertius est casus*, *lib.*11.
post relatos per *Vasq. lib.*1. *contr.ill. cap.*4. ex *n.*1.
ubi fatetur communem.
Vel ubi Castrum, vel Civitas essent in limitibus
132 Imperii, vel ità muniti, ut ex eorum alienatio-
ne magnum detrimentum evenire posset ipsi Re-
gno, ob dubium, ne ab ipso Principe donatore
deficeret, argumento *l.*2. ubi *Glos. C.de fund.lim.
lib.*11. & ex *Neviz.* & *Grato* probat idem *Menoch.
d.conf.*1003.*num.*58. *vers. secundus est casus*, quæ
133 loca, & Civitates Castris munitas, & limitaneas;
quinimò & plures alias Rex noster prudentissimus
expressè excipi mandavit suis in literis in præsenti
casu, in quo & alia quoque Civitates, & Oppida
excipit aliis justis de causis.

Quinimò Rex etiam valdè pretiosa Regni, putà
134 aliquam magnam Civitatem, sivè insignem in
feudum concedere potest, dummodò id faciat cum
consilio, ut ex *Cord. Jas.Curseto*, & aliis probat
*Petr.de Greg.de conces. feud. p.*1. *quæst.*5. *num.*10.
versic. secundò limito, ubi *Mastrill.* in *add.* addit
Bal.Alvar.Felin.Grom.& *Roland.* exemplo Ponti-
ficis, quem decet ardua expedire cum consensu
Cardinalium.
Et licèt Rex faceret multas, & diversas dona-
tiones, quæ simul unitæ videri possunt excessivæ,
135 non tamen revocantur, nisi illæ, quæ verè fue-
rint excessivæ, ut ex *Luca* firmat *Afflict.*in *prælud.
d.quæst.*24.*num.*6.
136 Qui hoc amplius declarat, & limitat, non pro-
cedere in concessionibus factis in feudum, quia
tunc non possunt dici excessivè, & sic cessat revo-
catio, ut rectè legenti *Afflict.* patebit *dict. num.*6.
vers. Et nunc dico unum, quod non dixi.
Quinimò idem *Afflict.* in *l.Imper § præterea Du-
catus, in 3.notab.num.*49. *vers.benè super hoc*, di-
137 xit, quod etiam si plures alienationes, sivè do-
nationes sint factæ diversis temporibus, quæ vide-
ri possunt excessivæ, tamen non fit coacervatio,
& sic nulla ipsarum revocatur, allegans *Glos.* &
DD. in *cap.*2.*de don.& Inalata ibi*, dicentem, quod
hæc est magis communis opinio, & ità sunt decla-
randa dicta per eundem *Afflict.* in *rubr. quæ sunt
regal.in princ.*ex *n.*61. *vers.nunc.venio ad quintum*,
& præcipuè *num.*65. ubi loquens in alienatione
Regalium, ponderando dicta *Lucæ de Penna*, dicit,
138 ipsum non dissidere ab *Isern.* & loquitur expressè
de pluribus donationibus simul junctis, ut expres-
sè post *num.*65. ibi *sicut dicimus, quod plures do-
nationes simul junctæ inofficiosæ revocantur*, *l.*1.
& 2. *C.de inoff.don.* & loquitur etiam de alienatio-
ne Regalium per viam donationis simplicis, non
autem de infeudatione, ut clarè patet ex conte-
139 xtu; Cujus opinio, ut validæ sint concessiones hu-
jusmodi alienationes, & donationes, nec talem
coacervationem ad ipsas infrigendas esse admitten-
dum, ex eo, quod futuræ sint in detrimentum
Coronæ, cum tristes eventus minimè habendi sint
in consideratione, & multò minus in Principibus,
à quibus potiùs sperandum est augmentum Status,
quam diminutio, ex *Divo Augustino*, & aliis latè
firmat *Amed.de Pont. d.tit. de his, qui feud. dar.
poss.*ex *num.*67.in *versic.sed hæc opinio*, ubi ità di-
cit esse intelligenda dict. *Glos.* & *Isern.* in *Const.
Dignum*, & dicta per *Afflict.* in *loc. præd.*
140 Ex quibus patet, non esse admittendam restri-
ctionem eorum, qui contrà receptam, & commu-
nem distinctionem sine fundamento ausi sunt re-
stringere, atque arctare potestatem Principis, etiam
circa infeudationem omni jure permissam.
Ut scilicet nec infeudare valeat Princeps passim
modò unam, modò alteram Civitatem, ne ex suc-
cessivis infeudationibus daretur processus in infi-
nitum, ex quo Regnum exinaniret, vel in totum
annihilaret, seù destrueret, cujus opinionis Au-
ctor assertur *Marin.Laud.*in *c.*1.*num.*25.*de his, qui
feud. dar. poss.* prout ipsum refert *Jas.* in *prælud.
num.*77.& *Jas.* solius authoritate subnixus sequi vi-
detur *D.Capyc.* in *d.vers.feudum dant*, *conclus.*24.
vers. secunda declaratio, *Jacobin. vers. in feudum*,
*num.*2.*in fin. Petr.Greg.d. part.*1.*quæst.*5. in 1.*lim.
num.*10. & refert simpliciter *Intrigl. part.*1.*qu.*53.
*num.*191.

Si-

Siquidem falsum est fundamentum, quod ex in- 141 feudationibus retento directo dominio, & juribus dominicalibus vel etiam salvis, jurisdictionis reservatione facta, læsio nulla contingere possit, etiam si plures Civitates infeudentur, ut ex *Oldrad. Ang. Dec.* in *plur. conf. Socin. Jun. Alber.* & aliis probat *Crav. cons. 999. num. 1. in fin. vers. quin etiam si Civitatis*, ubi amplius subdit, quod tunc tan- 143 tùm dicitur magna læsio, cùm servituti, aut potestati alienæ Regnum subjicitur, ut in casu *Oldrad. consil. 231. in fine*, vel cùm Regni Monarchia, aut ipsius Coronæ honor diminuitur, juxtà exempla *Bald. cons. 271. lib. 1.* & *Soc Jun. consil. 60. num 53. lib. 3.*

144 Nec *Martin. Laud.* dictum obstat, & *Jas.* in *DD. prælud. num. 77. vers. limitat tamen not. Martin.* postquam allegavit generalia, scilicet not. in *cap. grandi*, & in *cap. intellecto*, remittit se ad infrà dicenda, ubi *num. 78. vers. 5. Et sic subtiliter advertit*, subjicit, quod dicta limitatio procedit juxtà opinionem eorum, qui ad cognoscendum, an sit magna, vel parva læsio, non faciunt differentiam, an Princeps abdicet à se omne dominium cum jurisdictione, & dignitate, an verò retineat saltim directum dominium, vel superioritatem, sed solùm juxtà opinionem eorum, qui hoc solum egerunt, an donatio, vel alienatio cedat in magnam diminutionem Regni, an verò in non magnam.

145 Undè cum prædicta opinio sit magis communiter recepta, ut omninò in materia *d. cap. intellecto*, & *cap. grandi*, sit distinguendum; an alienatio fiat in totum, vel directo dominio, aut superioritate retenta, ut suprà, consequens est, ut limitatio prædicta *Mart. Laud.* quæ dumtaxat locum habet data pro vera opinione reprobata magis communi, sit quoque falsa, & contrà communem, et sic cum eo corruunt dicta per *D. Capyc.* et alios.

146 Et quoniam, quæ nam dicatur magna alienatio, vel parva, ex qua insurgat læsio Status, aut Coronæ, est investigandum ex qualitate personæ dantis, accipientis, ex re ipsa concessa, ex causa, ut ex *Luca* in *l. contrà publicam, Cod. de re milit. lib. 12.* tradit *Afflict.* in *d. rub. quæ sint regal. n. 64. & 71. in fine*, ubi dicit *Lucam* in hac quæstione prolixo sermone tandem concludere, respondendum esse juxtà personarum, & causarum qualitates, argumento *l. in fundo, ff. de rei vend.* & *cap. & si quæstiones, de simon. Dec.* infrà allegando *consil. 288.* incip. *non est parvi ponderis, num. 2. vers. accedit*, juncto *versic. ultimò non obstat, in fine* 147 *d. cons.* ubi loquitur de legato facto per Regem Catholicum Reginæ Joannæ sorori relictæ Regis Ferdinandi de bonis, & feudis, quæ tenebat in hoc nostro Regno Neapolitano.

148 Nemo asseverare poterit, immoderatam esse alienationem, quam Rex noster tam maximus Monarcha in præsentiarum facere intendit aliquarum ex Civitatibus domanialibus amplissimi Regni Neapolitani, exceptis limitaneis Principibus Provinciarum, & aliis permultis, quæ quovis modo lædere possunt Coronam.

Non enim agitur de alienanda nulla ex præci- 149 puis Civitatibus Regni, ut de Capua vel Aversa, in specie placuit *Afflict.* exemplum tradere in *d. §. præterea Ducatus*, in 3. *notab.* ubi ex *num. 46.* examinando primam ex quinque quæstionibus per eum paulò antè præpositis, postquam firmavit propositionem generalem, non valere alienationem 150 domanialium factam ergà privatas personas, quia nimis diminuerentur introitus Regni, vel ipsius in Regno jurisdictio, infert ex hoc, quod ideò non posset alienare Civitatem de Domanio Regni, putà Capuam, vel Aversam, quia hæc esset magna donatio, & diminueretur Corona.

Subdit statim limitando, & restringendo propositionem, non procedere, ubi Rex alienaret Ci- 151 vitatem domanialem solùm quòad utile dominium, retento directo, ut contingit infeudando, quia talis alienatio valeret cum clausula, *ex certa scientia*, vel clausula, *non obstante*, & reddit rationem, quæ optimè confirmat præcedentia, quia 152 non diceretur lædi Corona, ex quo retinuit directum dominium, quod habet Rex respectu vasallorum, allegat *Bald. Panor. Præpos.* & *Alex.* & addit, quod licèt *Præpos.* in *d. prælud. d. num. 7.* dicat, quod hoc non potest fieri in detrimentum Regni, ipse 153 hoc intelligit non procedere, ubi adjiciatur clausula, *ex certa scientia*, ex *Iser.* in *Constit. Dignum*, & aliis.

Et sic *Afflict.* intelligit, tunc demum ex alienatione domanialium lædi Coronam, ubi multum 154 diminuerentur introitus Regni, vel jurisdictio in ipso Regno.

Et quòd ubi certum est lædi Coronam, ut ex alienatione magnæ, & præcipuæ Civitatis clavis Regni, ut est Capua, adhuc cessaret læsio, si di- 155 rectum dominium reservaretur.

Et quòd valet infeudatio magnarum Civitatum 156 cum clausula, *ex certa scientia*, & *non obstante*, etiam in detrimentum Regni, ex doctrina *Isern.* & *Alber.* quos citat, & quod ità est declaranda doctrina *Mart. Laud.* qui ab omnibus ut Author citatur in contrarium. Et idem *Afflict.* in *dict. 3. not. num. 72.* subjicit hæc verba. *Ultimò teneatis in cor-* 157 *dibus vestris hoc dictum novissimum, videlicet, quod tunc dicitur res domanialis alienata, quando directum, & utile dominium est alienatum, aliàs si solùm utile dominium est alienatum, retento directo, non dicitur alienata res domanialis*, ex *Bald.* & *Panor.* supra citatis. Hæc *Afflict.* pro coronide, ex quo omnia contraria resolvi possent, idem fermè repetit idem *Afflict.* in § *si quis fecerit, num. 13. quo temp. miles*, & sequuntur alii.

Et idem optimè non solum concedit, sed firmat *Menoch.* qui licèt in *cons. 264.* latissimè respondere videatur contrà nostram opinionem (licet ex aliis 158 non obstet, ut infrà) nihilominus pulcherrimè fundat de communi sententia, quòd etsi Princeps res, & bona domanialia sui principatus alienare non possit invitis subditis, nihilominùs infeudare potest, ex quo retinet directum dominium, & superioritatem, nec desinit esse dominus, & ad eum confugere possunt subditi, si malè pertractentur, clarè innuens, non esse interesse considerabile subditorum, nè inviti infeudentur, cum non sit restringenda hæc facultas à jure Principibus concessa, ubi ultrà *Bal. Jas. Afflict.* hanc esse communem probat ex *Cephal. cons. 155. num. 12. Cravet. consil. 411. num. 23.* & idem ex *Oldrad. Alex. Dec. Castald. Corn. Vasq. Afflict. Alban. Socin.* & *Paris.* probat *Burs. consil. 160. num. 85. & 88. versic. quod servit, num. 2.* qui *in fin. consil.* testatur ità decisum de anno 1575. per Senatum Mantuæ in favorem *DD. de Norto.*

Ultrà quòd hanc disputationem cessare in Re- 159 gno, ubi alienantur de consuetudine, etiam ju-

ra

ra directa, & in praejudicium Coronae, testatur in specie *Comer.in l.Imper.car.71.* in *t.col. in princip.* quem sequuntur *Reg.de Ponte*, & *de Curte*, cum aliis Regnicolis infrà citandis in sequenti articulo, quos sequitur Modernus *Montanus* in *repet. l.Imperialem*, *§. praetereà ducatus*, sub *num.56.* Imò
160 nedùm expressè, sed tacitè ex qualitate Regis legantis censeri translatum, & mediante legatò donatum directum dominium Castrorum, & feudorum Regni nostri, subtiliter etiam de jure communi inspecto latissimè respondit *Dec.* in *dict.consil.288.* in casu legati facti per Regem Catholicum Reginae Joannae sorori relictae Regis Ferdinandi, quod ipsi non auferretur, nec diminueretur aliquid de bonis, quae habebat in Regno Neapolitano *per totum consilium*.

Ex quibus licèt non sit opus, quòad praesentem attinet casum, insistere in illa vulgatissima, et controversa quaestione. Utrum vasalli inviti alienari
161 possint, quod tam in vasallis ratione feudi, quàm etiam ratione jurisdictionis, qui magis propriè subditi appellatur, de quibus in *cap.1.qual.vas.jur.deb.fidel.* confusè tractant plerique ex *DD.* cum id quòad vasallos burgenses, sivè subditos in Regno nostro sit absolutissimum ex notoria, et vetustissima consuetudine, ut infrà.

Nihilominùs, ut necumbra quidem remaneat, & casus distinguantur, suisque sedibus aptentur, subscriptae in hac materia, aequè magis communiter receptae statuendae sunt conclusiones, ex quibus patebit, hanc nostram consuetudinem ex veris juris principiis esse deductam, jurique communi apprimè conformem.

162 Prima, directus dominus feudi regulariter non potest directum dominium, sivè proprietatem feudi, quod sub eo tenet vasallus, sivè feudatarius, in alterum alienando transferre, itàut vasallus, sivè Baro invitus cogatur mutare dominum directum, & novo domino jurare fidelitatem, & hoc latè firmat *Isern.* in *§.praetereà Ducatus in vers.nec Dominus*, *n.43.* ubi pluribus hoc confirmat, ultrà *n.44.* usque *ad vers.ex his oritur*.

Et iterùm post *num.45.in versic. in 2.quaest.* ubi licèt initio proponere videatur *Isern.* utrum Rex possit alienare, vel donare alteri hominem domanii, ut efficiatur homo alterius, & sic utrum subditus, vel subditi possint alienari de per se sinè territorio, vel absque Universitate Castri domanialis, de quo latiùs infrà dicemus.

163 Nihilominùs rectè perpenso *Andreae* contextu, ipse aliquibus intermediis conclusionibus ad materiam pertinentibus (ut ejus est moris) iterum revertitur ad priorem quaestionem de alienatione directi dominii, ut colligitur ex illis verbis, ibi, *quantum ad militem*, *& Baronem domanii*, *videtur quod non*, *per Constitut.Personas*, *&c.* undè cum loquatur de milite, & Barone, clarissimè loquitur de feudatario, ut scilicet simplicem feudatarium sub denominatione militis, & eum, qui baroniam, vel aliud feudum magnum Baronis appellatione includeret, & clariùs ex conclusione, quam reassumit *Isern. d.num.45.antè fin.* ibi, *ubicunque ergo interest vasalli non dari, servabitur aequalitas, ut sicut vasallus non alienat invito Domino, & sine ejus consensu, sic nec è contrà, si verò non interest, dabit, &c.*

164 Et sic clarissimè colligitur, *Isern.* in *d.vers.nec Dominus*, tam in *dict.num.43.* ubi format primam quaestionem usque ad *vers.ex his oritur*, post *n.44.* quàm etiam post *num.45. d vers.* in *2.quaest.* de hac prima conclusione dumtaxat tractasse, scilicet an Dominus directus invito feudatario, sivè Barone, possit in alterum proprietatem, & jura domin calia transferre, ut novo Domino cogatur fidelitatem invitus jurare, & eò tendunt ejus argumen-
165 ta, & rationes, quae quidem quaestio diversissima est; & separata habet principia, ut ratione etiam distat ab altera, scilicèt, Utrum Rex possit alienare domanialia, Civitates, & Castra cum vasallis burgensibus, de qua *Iser.* tractavit ibidem in intermedio discursu in dicto *vers. & ex his oritur*, usque ad *vers.in secunda quaestione*, & affirmativè resolvit cum distinctione, *c.intellecto*, ut suprà diximus.

Et quidem justissimè in hac prima quaestione ne-
166 gativè resolvit *Isern.* ut directus Dominus non valeat alienare proprietatem, non tam ratione antedictae aequalitatis, sivè parilitatis servandae, ut sic ut vasallus non alienat utile dominium sine consensu Domini, sic neque è contrà Dominus proprietatem sine consensu vasalli, quod & si regulare sit, in quo *Iser.* post *num.44.* ponderat verba *l. Cor-*
167 *radi*, *in §. eadem lege*, *in fine*, juncto *§ similiter* ut sicut Dominus non alienat proprietatem, sic similiter nec vasallus feudum sine voluntate Domini, ponderando dictionem, *similiter*, & latiùs per ipsum *Isern.in d.§.ex ead. lege, num.9.in fin. & 10. & in d.§.similiter*, *in princ.* fusissimè *Lipar.ad Isern.in d § Dominus quoquè*, *in addit.magna,lit.F. de forma fidel.* tamen non est perpetuum, quia ut
168 dixit *Isern. d.num.45. antè fin.* aliter tenetur vasallus Domino, quàm Dominus vasallo, quod exemplis probat *ibidem Isern. num. 46.* & optimè probat in puncto *Loffred.in d. §. nec Dominus*, *calum.6. versic. & ad id quod dicitur*, & subtiliter *Natta* videndus omninò *cons.367.num.21.* sed alia fortiori ratione paulò antè per *Isern.* considerata in *2.q.*post *n.44.*ibi, *& est satis rationabile si promisit tibi fidelitatem jurando, quomodo hoc venderet alteri, ut efficiar vasallus illius, cui non juravi, nec promisi, cum obsequialia non possint alii cedi sicut in fructu, vel servitio*, quod iterum repetit post *vers. in secunda quaestione*, ibi, *quantum ad id, quod deberet vasallus in dando, ut pecuniam, vel servitium non posset negare dare, cui vellet Dominus, qui, & nomen debitoris inviti creditor vendere potest, l.1.C.de novat.* quòd latiùs explicat idem *Isernia* in *c.1.§.ex ead.leg. num.9.antè fin.& num.10. de Cap. Corradi*.

169 Et de hac prima quaestione subjicit *Isern.* quòd licèt variae fuissent consuetudines, & sub distinctione hoc diffinierit *Corradus* in *dict.§. ex eadem lege*.

Tamen Imperator Fridericus, qui fuit ultimus post Corradum, & Lotharium declaravit in *d. §. praetereà Ducatus, in fin.*quòd non possit Dominus sine voluntate vasalli, & haec lex. tanquam ultima debet aliquid operari, non enim est dicendum, quòd frustrà repetat dicta per alios Imperatores, ut per *eum in d.§.nec Dominus*, post *num.44. & in d §.nec ex eadem lege*, post *num. 10.* ubi addit *Isern.* hoc etiam expressum in *d.§.praetereà ducatus*, *in fine*, licet multae expositiones dentur in *glos. in ver. ad alium transferat*.

170 Licèt in Regno nostro dispositio *d.text.in d.§. praetereà ducatus* est, ac si non esset emanata lex prae-

prædicta, cum ex particulari consuetudine rece-
ptus sit, & vigeat usus Mediolanensium, ut infrà
in fine hujus conclusionis apparebit.

171 Quæ prædicta conclusio negativa præsertim
locum sibi vendicabit, ubi Dominus directus alie-
nasset partem directi dominii ejusdem feudi, reten-
ta sibi altera parte, adeò ut vasallus cogeretur pro
eodem feudo duos, vel plures agnoscere Dominos
directos, pares ejusdem gradus, ipsisque fidelitatem
jurare, ut apertissimè docuit *Isern.in d §.ex eadem
lege*, post *n.9.vers. idem si partem vellet vendere,
partem retinere Dominus,ut qui prius esset vasallus
unius, esset plurimum, non potest, quia sicut par-
ticularis solutio non minima habet incommoda, sic
è contrà particularis distractio ex parte creditoris,
quoniam non d.bent ad imparia judicari, &c.* &
iterum ibidem post *num.10.* ibi, *maximè quando ef-
ficeretur vasallus plurium, qui erat unius, ff. de
exercit.act.l.in plures*, quod reperit in *cap.1.§.si-
militer potest,in add.num.16. de Cap.qui Cur.vend.
& in §. ita tamen ut vasallus, num.41.in fine, de
probib.feud.alien. per Frider.*ibi, *Non cogetur esse
vasallus duorum, sed eliget quem vult pro Domino,
quia non debet;in plures distirgui qui contraxit cum
uno*, & in *§.omnes filii*, post *num.6.* ubi idem, *& in
vers.in dicta secunda summa.*

Et in hoc casu omninò accipienda sunt, & decla-
172 randa verba *Isern.*post *nu. 47.* ibi *si detur igitur
per Principem, defendet se, quia interest sua non
habere plu es Dominos, &c.* accipiunt enim hujus-
modi necessariam, & præ isam declarationem ex
proximè dictis *d.num.47.* nam continuando eandem
quæstionem suprà propositam post *num.45. vers.
in 2.quæstione*, clarissimè loquitur de Domino di-
recto, qui sicut non aufert feudum invito vasallo,
seù feudatario, sic nec personam vasalli, multò for-
tius dando, alteri quia persona est dignior rebus,
& hoc in his, quæ sunt in obsequio, quod dedi-
gnatur quis facere meliori se, & si melior esset, eo
invito fieri non deberet, quod non est in eo, quod
recipit æstimationem, & potest vendi, & cedi, &c.
Dum igitur continuativè, illativè sequitur, *homo
ergò domanii, &c.* necessariò debet intelligi, re-
tenta eadem positione de homine feudatario, ex
diversis enim, & ad diversa non fit illatio, vulga-
tis legibus.

173 Et hic est verus, & germanus sensus, dictorum
per *Isernia* tam in *dict. vers. nec Dominus*, quàm
in præcedent *vers.ita tamen, ut vasallus, in §.præ-
tereà ducatus*, & in aliis suprà citatis locis.

Et quod in eisdem terminis loquuti fuerint, &
174 omninò accipi debeant dicta pecunia *Innoc.* in *c.
audit, num.3.vers.quoniam de præscript Hostiens.
Io:Andr.* & alii in *c. dilecti filii, de major. & obed.
Bald.*in *cap.si quis, num.5.quo temp.miles*, dum di-
cunt admitti contradictionem vasallorum, ne Do-
minus alienet, & maximè si velit partem aliena-
re, & partem retinere, quia interest subditorum
tot Dominos non habere, ex *dict.cap. dilecti filii.*

175 Et sic etiam esse intelligenda dicta omnium *DD.*
qui passim *Isern. Hostiens. Io:Andr. Isern. & Bald.*
sequuntur,ut scilicet loquantur in alienatione pro-
prietatis feudi, quam facit directus Dominus, præ-
sertim alienando partem feodi, altera sibi retenta,
quo casu feudatarius cogeretur in plures, & di-
versos directos Dominos coæquales distingui, seù
ab eisdem distringi, ut loquitur *Isern.* in *dd.locis.*
176 eisque præter institutum jurare fidelitatem, non
autem de vasallis burgensibus, qui non debent de-
ficere ab ea servitute, in qua nati sunt, ut post
Nev.c.inter cons. Bruni, considerat in puncto
Card Paris. infrà allegando *cons.88. num.90.lib.1.*
177 præsertim in Regno, ubi constat, Regem esse
dominum personarum, quæ in Regno sunt, *Const.
Quia frequenter, in fine*, & omninò transeunt cum
alienatione Castri, vel Civitatis per Castri in feu-
dationem, quam facit Rex, nec sortiuntur plures
directos dominos, sed conservatur illis semper di-
rectum, & supremum Regis dominium, quamvis
sub immediato utili dominio alteriùs, ut ex *Affl.
Alban. Socin. jun. & Paris.* probat in specie *Burs.
cons.160.* post *n.88. vers.quod servit, lib.2.*& infrà
latiùs, quod videtur sentire *Affl.* in *d.§. ex ead.lege
num.7.* juncto *num.14. in 6. not.* ubi declarat quo-
modo intelligitur hoc, quod vasallus sortiatur plu-
178 res Dominos,sed meliùs optimè, & latissimè ra-
tionibus, *DD.* authoritatibus,subtilibus, verisque
ponderationibus fundat *Loffred.* noster omninò le-
gendus in *§. ad d.vers. nec dominus, à versic. quod
vasallus, idest feudatarius*, præsertim *col.5.versic.
non obstante allegata in contrarium*, usque ad *col.8.
vers. & præter prædictos casus*; ubi verè quidquid
desiderari potest, & ità expressè loquitur *Menoch.
cons.377. num.9 cum seq.* ut non cogantur subditi
179 confœderatione inita inter Archiepiscopum Tri-
dentinum, & Serenissimum Archiducem Austriæ
duos æquales Dominos agnoscere, à quibus pre-
mente utriusque necessitate cogi possent eis opem
ferre, ac eo nomine collectis gravari, ut ipse de-
clarat *in princ. d. cons.* Et ità etiam in alienatione
partis feudi,& illius divisione hoc interesse esse con-
siderabile, & non aliter, expressè voluit *Franc.
Marc.decis.337. num.3. par.1.* & ità etiam loquitur
180 *Ursill ad Affl. dec.265. num.36.* ubi limitat de
consuetudine Mediolanensium, & etiam in casu
necessitatis.

181 Et quod inter hæc duo juramenta fidelitatis,
quæ præstantur à feudatariis scilicet,& vasallis bur-
gensibus, longa sit differentia, & differant forma-
liter, & diversus sit illorum effectus, videndus
est omninò *Bald.consil.327. pridiè consului lib.1.*
& quæ tradit in terminis *Natta cons.367. num.19.*

182 Et ideò *Camer.* suo eminenti ingenio, ut osten-
deret ex eventu, & usu declarari, quam magna
sit differentia inter hos casus, postquam proposuit,
& distinxit hanc quæstionem remissivè in *d.§. præ-
tereà, cart.108.col.2.* dixit, se nunquam vidisse
Reges Regni alienasse directum dominium, sed
persæpè utile tantum,concedendo Terras domania-
les, ut infrà.

Undè oritur secunda conclusio subdivisa sub
hac sexta principali conclusione, quod licèt vasal-
183 lus burgensis invitus de per se alienari non pos-
sit, attamen simul cum Universitate Castri, Civi-
tatis, vel Villæ, sivè cum gleba, & territorio,
absque dubio vasalli alienari possunt, neque hoc
casu admittitur ipsorum contradictio, intelligen-
do tamen, retentis terminis habilibus, dummodo
scilicet alienatio non fiat in detrimentum Coronæ,
& læsionem Status, juxtà terminos *cap.intellecta*,
quod suprà probavimus, non comprehendere in-
feudationem omni jure Principibus permissam.

Hæc autem conclusio deducitur ex latere præ-
184 cedentis, sicut Eva ex Adamo. Cum enim ex
lege Corradi in *d. §.ex ead. lege*, regula prohibiti-
va, quod Dominus directus non posset alienare
jus

Digitized by Google

jus superius, eestringeretur non procedere juxtà usum Mediolanensem, ubi ex more recepto poterat Dominus alienando totum feudum, etiam sola Curia retenta, vasallum, & si invitum, alteri subjicere, æquali tamen, vel majori Domino, non autem inferiori, sed alienando feudum totum, etiam translata Curia, sivè Baronia, ut glossat *Isern.* potuisset in quemcunque etiam inferiorem, & rusticum alienare, ut tradit *Glos.* in *l.si quis fecerit, in fin. prima glos. quo temp.mil.* ubi *Isern. num.2. Bald. num.5. Afflict. num.45.* & *Gl.* in *d.§ prætereà Ducatus, ver.ad alium*, ibi, *vel dic referre*, ubi *Isern. num.43. in fin. vers.alii distinguunt*, ut latissimè in *d.§.ex ead. lege*.

Et hoc inferunt *DD.* à majori ad minus affirma-
185 tivè, ut si id, quod minus deberet inesse, & inest, ergò, & id, de quo magis, & ob id infert *Affl.* in *d. §.ex ead. lege num.7.* in 2. *not.* ex *Jacob. Belvis.* ibi, & *Cyno* in *l.1. C. de novat.* ad vasallos
186 burgenses, ut licèt jurisdictio vasallorum ratione feudi non possit alienari de per se separata à feudo, quia non potest Dominus per viam delegationis alienare vasallum invitum; sed benè potest alienare feudum cum Jurisdictione, & Universitate, & sic cum vasallis, etiam in invitis,
187 siquidèm plura transeunt cum Universitate, quæ alià de per se non transirent, juxtà regulam, *l.quædam sunt, ff. de acquir.rer.dom. c.ex literis, de jure patron.* & clarè in *d.§.ex ead. lege*, & idem
188 *Afflict.* in 3. *not. num.11.* ubi dicit, rusticum posse emere feudum, etiam vasallis invitis cum Castro, & hoc sentit ibi *Bald. num.1. in fin.* dum dicit, sed si esset quid universale, putà Plebs, Castrum, vel Villa, etiam rustico alienari possat; ex quibus deliberatè firmatis per *Afflict.* cum *Iser.*
189 in *d.§.ex ead. lege*, sunt omninò declaranda, quæ idem *Afflict.* variando scripsisse videtur in *d.§.prætereà Ducatus*, in 3.*not. num.51. ver.circà secundam quæstionem*, ubi salvari potest, quod vel senserit de donatione Terræ, vel Civitatis in detrimentum Coronæ, non autem de infeudatione, vel quod illa verba initio quæstionis, *donando terram domanialem cum vasallis*, scripta reperiantur vitio Impressionis, cùm in toto quæstionis discursu nullam mentionem fecerit de communi omnium ferè distractione per ipsummet aliàs probata, *aut de per se, vel cum Universitate*, vel ad summum dicimus cum *Camer.* quòd *Afflict.* senio confectus dormitaverit, vel saltim sibi non constare, cùm in diversis locis repugnantia scripserit.

Hoc idem probavit *Panorm.* in sæpè citato *consil.3. num.11.* in 22.*q. in fine*, ubi etiam testatur
190 de consuetudine Regum Franciæ, respondens in casu quorundam Magnatum illius Regni, de quo latiùs infrà.

191 Et idem decisivè respondit *Alexand.* probando hanc opinionem tanquam de jure veram (ut ipse dicit) resolvendo doctrinam *Innoc.Hostiens.* & *Jas Andr.* in *consil.25.* ex *num.19.* & propriè *num.21. lib.5.* idem *Alex.* in *l.2. num.29. versic. ex prædictis, ff. sol.matr.* ubi *add.* post *Aretin.* qui melius loquitur *ibid. versic.arguit etiam hic Bart.*

192 Et antà ipsum optimè *Romanus* videndus, qui hanc nostram secundam conclusionem intrepidè firmat, velut certam, & indubiam, nuncupatim loquens in vasallis burgensibus in *consil.26.pro decisione eorum*, in 6. & *ult. quæst.* ubi *Mandos.* in *duabus postremis addit.* infinitos cumulat concordantes, & dicit communem opinionem, & secundùm eam judicasse Rotam Romanam in quadam Tarraconensi, *Loffred.* latè omninò legendus in *d. parafrasi*, in §. *nec Dominus*, *col.3. versic. est & alia ratio*, *cum seq.col.* & *col.4. in princip.* & in *versic. & ex his concludi posse videtur*, et iterum *col.8. in fine*, ubi dicit, hanc opinionem esse veram, prout omnes *DD.* nemine excepto testantur, *Ripa respons.82.* sub *tit. de jure emphyt. & feud. num.9. Rub. Alex. consil.96. in fine*, *Franc. Marcus decis.337. num.7. & 8. Gulielm.Benedict. c.Raynutius, verbo duas habens filias, num.71. Paris. consil.22. num.82. lib.1.* ubi ex *Baldo*, *Rom. Aret.Alex.Felin. Ias. Dec.* et omnium primo *Azone* relato per *Neviz.* in notissimo *consil.12.* inter *cons.Bruni*, dicit, hanc esse communem, *Roland.* qui in eodem casu Parisii pro Ducissa Mantuæ super validitate concessionis Imperialis Marchionatus Montisferrati, non obstante vasallorum burgensium reclamatione consuluit *consilio omnium primo, num.87. & 91.*

193 Et inter acceptissimas conclusiones adscripsit *Gabr. de jure quæsito non tollendo, conclus.8.n.10.* in *limit.* iisdemque ferè verbis transcripsit *Iacob. Phil.Port. lib.5. concl.2. vers.contrarium Decius.*

Comprobat *Natta cons.367. num.4.* ubi licèt
194 dicat, quod nonnulli tenent contrarium, tamen fatetur, supradictam conclusionem magis communiter à *DD.* approbari, sequitur *Hipp.Rim.cons.6. num.109.* et iterum 601. *num.33. & 39.* ubi fundant latè, ab hac opinione velut à magis communi *DD.* sententia in judicando, et consulendo non esse recedendum *num.34. & seq.* & ita resolvit opinionem *Doctorum*, quos in contrarium citat *Menoch. cons.264.n.30.lib.3.* sequitur *Petra de potest. Princ.* in 2. *dubit. principali*, *§.capio nunc secundum*, *num.130. versic.ista tamen*, *Viv. opin.637.* incip. *Princeps non potest*, *num.2. vers. quæ quidem*, *lib.2.*

195 Et hanc uti veriorem in puncto juris plenius, & subtilissimè de more discusso sensu tam *d. §. ex eadem lege*, quàm *text.cap.1.de Cap.qui Cur.vend.* et citat *Isern.* cum cæteris Feudistis, & omnibus Civilistis, & ut magis, ac magis communem probat doctissimus *Barbos.* in *l.1. in princ.* post *n.41. vers.denique ex prædictis*, & præcipuè *num.43.* et post *num.44.* usq ad *num.46. ff.sol.matr.*

196 Ex quibus patet notissimè, lapsum in hoc, sicut in reliquis *Neviz.* in famoso *cons.12* inter *consil.Bruni*, dum accensus ardenti amore defensionis suæ patriæ Astensis, quam Rex Franciæ infeudaverat, inter alia in *tertiò fundamento*, *n.107.* agens de hac quæstione, Utrum vasalli inviti.

197 Primò confundit has duas propositas conclusiones inter se valdè casu, et ratione differentes.

Siquidèm, ut probaret, quòd vasalli burgenses inviti alienari non possunt, affert disputationem *Azon.* relatam per *Addit.ad Petr. Incol. tit.de caus.ex quib.dom.deb.amit.propriet.* eamque describit ad verbum, quæ ut ipsemet *Neviz.* ponderat, facta fuit pro Duce Britanniæ, quem Rex Francorum delegaverat Regi Angliæ, et eam determinavit ex *l.Imper. §.prætereà Ducatus*, qui *text.* secundum eundem *Azon.* expressè loquitur, ut Dominus directus non possit suum feudatarium invitum alteri subjicere, ut suprà.

198 Secundò *Neviz.* ex *num.109. vers.eandem opi*

nionem, *&c.* affert plures *DD.* qui loquuntur in
terminis quæstionis *Azon.* & sic in terminis primæ
conclusionis suprà firmatæ.

Et ex illis, qui loquuntur in terminis secundæ
quæstionis, Utrum vasalli burgenses possint invi-
ti alienari, plerique tenent affirmativè, quos
199 falsò pro sua opinione citat, ut sunt *Aret. Alex.*
Iaf. et alii suprà citati.

Et reliqui, qui tenent negativam, loquuntur
in alienatione vasallorum, sivè vasallagii de per se,
absque Castro, & Territorio.

Et in casu, quo vasalli burgenses alienantur
cum Universitate, non fuit ausus *Neviz.* negare,
quin fieri possit juxtà receptissimam sententiam,
200 cum & idem *Azo* in fine suæ disputationis hoc
concessit etiam in casu alienationis directi domi-
nii, et sic in terminis fortioribus, ut per *Neviz.*
post *n.*109. dum refert verba *Azon.* dicentis, *Item*
hujus servitio non transeunt, nisi cum Universi-
tate, *C. de contrah. empt. l in mod. cis*. Sed videns
Neviz. non posse directò effugere scopulum, ten-
201 tavit per obliquum, quod non dicatur alienatio
fieri cum Universitate, nisi alienetur totus Comi-
tatus, quòd quàm sit à veritate alienum, & con-
trà communem, & receptam omnium *DD.* opinio-
nem, rogo videatur *Loffred.* noster, qui contrà
Neviz. justissimè invehit, ejusque fundamenta,
ut lævia optimè, & latè contundit in *d. §. nec Do-*
minus, *col. mihi* 7. quæ est *pen. vers. non obstat conf.*
lo: de Neviz.

Sileat quoque, & habeat in Domino patientiam,
Neviz. d. consil. 12. dùm à *num.* 95. adeò execratur,
esse sub Baronum vasallagio, ut hujusmodi vasal-
202 los servis æquiparet, eos verò, qui Regi imme-
dia à subsunt, hominibus liberis, & fatuum esse,
qui talem servitutem non perhorrescat, nisi fortè,
inquit, sit aliquis miser, val desperatus, sileat,
inquam, ut eidem satisfaciendo dicit *lo: Petr. Fon-*
tanel. in *loco* proximà citando, *Vidimus enim nos,*
203 *qui sumus experti*, ait, *Fontanell. in multis occa-*
sionibus pejus ab Officialibus Regiis tractari vasal-
los, quàm à Baronibus, maximo ubi nunquam
ità alienat Rex, ut summum Regaliam subveniun-
di oppressis, & liberandi eos è manu calumnian-
tium à se abdicet? Cum igitur in hoc Regno tot
vias habeant vasalli, quibus à Dominorum oppres-
sionibus casu, quo fierent, se liberent, non est
eorum vita servitus appellanda, & proindè benè
Amadeus de Ponte in *loco* sæpius allegato *n.* 105.
204 fundat, in casu, de quo agimus non tractari
de interesse vasallorum, nec illud considerari quasi
de servis alienandis, vel distrahendis, prout in
terminis prædicta, & alia perspendit *Fontanella*
tom. 1. *de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 10. *par.* 2. à *n.* 52.
usque ad 54.

Quæ omnia, ut patet ex abundanti dicta sunt,
non ad victoriam præsentis consultationis, sed pro
tuenda veritate, & ut à fortiori appareat, amplis-
simam potestatem Regis nostri circa alienationem
domanialium Regni esse juri conformem.

Dicimus, in Regno nostro de hoc dubitari non
posse ex præscripta, & inveterata consuetudine,
205 in qua fuerunt Invictissimi retrò Reges alienan-
di, & infeudandi vasallos quoscunque cum Terri-
torio, Castris, & Civitatibus, & quæcunque
domanialia, etiam invitis, & reclamantibus sub-
ditis.

Existente enim consuetudine, etiam si concede-
remus, esse veram opinionem negativam in secun-
da conclusione, ut vasalli inviti, nec cum univer-
sitate transferri possent, nemo tamen ex nostris
(*Nevizano* solo excepto) dubitavit, quin servan-
206 da sit hujusmodi consuetudo in loco, ubi viget,
ut sumpto argumento ex *d. §. ead. lege*, qui loquitur
in fortiori casu, scilicet alienationis directi domi-
nii, & delegationis fidelitatis, ut suprà, & ta-
men excipit Mediolanum, ubi viget consuetudo
permissiva, ubi *Isern. num.* 9. *in fine*, dicit, *hic*
usus servabitur, ubi est, aliàs ubi non est, ser-
vabitur lex Corradi, firmat *Bald. ibid.* dicens,
207 quod licèt jure communi jurisdictiones non
possint vendi, tamen per consuetudinem est usur-
patum, & quotidiè videmus, Castra, & Villas
emi, & vendi cum mero, & mixto imperio, quæ
consuetudo vincit legem, *Camill. Saler. in Proœm.*
Consuet. fol. 33. *versic.* 3. *clariùs*, *Panor.* in *cap. au-*
ditis, post *num.* 21. *vers. in secularibus*, *de præ-*
script. sequitur *Iaf.* in famoso *conf.* edito in *causa*
Castri de Summaripa Ducatus Sabaudiæ, ubi la-
tè tuetur validitatem infeudationis, *col.* 13. in re-
solutione ad fundamenta Universitatis, *vers. quin-*
tò dicitur, *Lancell.* & *Phil. Decius*, & *Alciat.* in
l. debitorum, *C. de pact.* ubi addit *Phil.* quòd idem
est de jure, quia nihil videtur obstare, quo mi-
nus quis jus, quod habet vendere possit, & quia
208 jurisdictio Castri transit in creditorem, cui Ca-
strum pignoratur, ex *Castr.* quem citat, ubi *Ad-*
dit. addit *Rom. in quodam sing. Ripa resp.* 25. *Franc.*
Marc. dec. Delph. 1. 337. *num.* 11. *Socin. jun. conf.* 94.
num. 29. ubi ad idem citat *Felin. lib.* 2. *Natta dict.*
conf. 367. *num.* 11. & 12.

Quinimò hæc consuetudo est generalis, & no-
209 toria, & sic non est probanda, sed sufficit illam
allegare, licèt non probetur, in quo dicit, non
esse laborandum *Natta consil.* 367. *num.* 6. *in* 2. in
Regnis, & Statibus, in quibus sæpè Principes
concesserunt Castra, & Villas in feudum cum ho-
minibus, & de Marchionibus Montisferrati ipse
testatur, quod in specie probant *Roland. consil.*
omn. 1. *num.* 91. & 92. optimè *Rimin. jun. conf.* 6.
num. 110. *in* 1. & *conf.* 601. *num.* 36. & 37. repre-
hendens ob id *Menoch.* in *d. conf.* 264. *num.* 66. qui
dixerat, hanc consuetudinem probari oportere,
210 prout de dicta generali consuetudine, & in spe-
cie de Ducibus Ferrariæ probat *Marcabr.* infra al-
legandus *conf.* 55. ex *num.* 76. & alii, quos refert
V. vius comm. opin. 637.

211 Et de hac consuetudine Regni primùm atte-
statur *Lucas*, qui licèt in *repetitione l.* 1. *C. de Ca-*
pit. Civ. censib. eximendis lib. 11. videatur tenere
opinionem, ut vasalli burgenses inviti donari non
possint, & multa adducit peregrina, & in fine di-
cat, hanc opinionem esse veram, sicut Evange-
lium, & fortè ex eo, quia dixit, illam tenere
Isern. in *d. §. præterea*, *vers. nec Dominus*, in *2. q.*
212 quem vocamus Evangelistam in Regno in feu-
dis, prout locupletissimus testis est *Hartman.*
Pistor. lib. 2. *qq. juris*, *qu.* 1. *num.* 83. post *Gramm.*
Afflict. Camer. & alios ibidem relatos.

Nihilominùs *Lucas* rectè perpensus, non lo-
quitur in infeudatione cum Universitate, Castro,
213 vel Territorio, sed an Rex possit vasallos, seù
subditos domaniales liberos de per se donare alte-
ri, sivè donare jus vasallagii absque territorio, ut
clarissimè patet ex quæstione per eum formata
col. 2. *versic. item an possit*, juncto *vers. præceden-*
ti,

ti, ibi, *immunia, idest libera*, ubi, cum occasione illius *text.* dubitasset, Utrum Princeps, vel Rex homines hujusmodi liberos à capitatione censuali possit subjicere iterum eidem tributariæ functioni, subjicit immediatè: *Item an possit hujusmodi homines liberos stipendiarios facere alterius, ità quod in ejus dominia transeant. Pone prout peccatis facientibus in Regno frequenter occurrit, Rex habet in terris suis, quæ domanialia sunt, homines liberos ad nullam præstationem personalem, nisi solum ad collectas in certis casibus sibi rationabiliter debitores, an possit illos donare, vel*
214 *vendere Comiti, vel Baroni*. Hæc ille, ubi apertè patet, non agere *Lucam* de infeudatione Castri cum vasallis, & sic cum Universitate, nec de alienatione domanialium, sed secundùm terminos illius *l.unicæ*, quæ loquitur de capitatione, & sic de subjectione, & munere personali, Quinimò expresè *Lucas* excludit concessionem terrarum domanialium, siquidem format casum, an possit Rex homines liberos, quos habet in terris suis, quæ domanialia sunt, facere stipendiarios alterius, & an posit illos donare, vel vendere alteri, & sic excludit Terras domaniales, quæ in suo statu primævo permanere, ut terras domaniales, manifestè supponit, & in toto quæstionis discursu semper de donatione, & addictione in servitute personarum, ipsorumque liberorum hominum de per se agit.

215 Sicut quoque de personali, & absoluta subjectione de per se loquuntur omnes leges, & rationes, quibus ipse adducitur ad astruendam negativam opinionem, cujusmodi est *lex illa unica, C.de capit.civium*, quàm primò pro suæ opinionis fundamento citat, ibi, *è contra est lex ista*, & supra *tit.præced. de agric. & cens. l. servos* 12. quæ de servis, tributariis, & inquilinis loquitur. qui, ut inquit *Bald.* in terminis nostris, inquilini, ascriptitii, & censiti non sunt in commercio, & de per se alienari prohibentur, sicut res sacræ, & religiosæ, secus verò cum territorio, & gleba, ut ex *l.quemadmodum*, fundat *Bald.* in *d.§.ex eodem lege*, post *num.1.& 4. vers. sed quomodo*.

Et sic etiam in *l.generaliter, § ult.* & *l.invitus*,
216 *ff.d. fideicomm.libert.* sicut etiam eò tendit ratio, qua utitur paulò infrà in *vers.item quia non potest pater filium invitum in adoptionem dare, l.in adoptionibus, ff. de adoptionibus*, & ibi, *quomodò poterit hoc Rex de subdito suo homine utique libero, cui potestas in eum est ex quadam præsura juris gentium*, & ibi, *favendum est ergò his liberis hominibus, ut apud se sint, l.fin. ff.de liber.exhib.*

217 Et clarissimè hoc colligitur, dùm in fine pro sua opinione citat *Isern.* in *d.l.imper. vers. nec dominus*, in 2. *q.* in quo loco apertè supra fundavimus, *Iser.* doctrinam supra fundatis conclusionibus non obstare, vel ad summum loqui de alienatione, et subjectione personali de per se, cùm de alienatione, & infeudatione vasallorum cum Universitate egerit suprà in præcedenti separata quæstione, in *vers.& ex his oritur*; Et hoc idem confirmatur ex his, quæ subjicit in *vers. sumpto colore*, dùm dicit, hujusmodi alienationem vasallorum non validari, per *Extrav.Innoc.Sexti*, incip. *ad Regnum Siciliæ*, quæ permittit Regi alienationem infra summam unc. 20. annui redditus, de qua infrà latius. Siquidem, ut subdit *Lucas*, illa *Constitutio* loquitur in bonis domanialibus, non in liberis hominibus, & sic declarat expresè, ipsum loqui in simplici alienatione hominum, & vasallagii, non autem domanialium; undè doctrina *Lucæ*, ut supra declarata, remanet ex suo contextu, & ex legibus, rationibus, & authoritatibus, quibus innititur; & si alitèr voluisset *Lucas*, bene scivisset formare quæstionem expresse, Utrum Rex posit alienare vasallos cum Universitate, vel, ut formavit *Iser.* sub quæstione alienationis domanialium, & sic Civitatum, & Castrorum, et præsertim cum tam maxima adsit diversitatis ratio quòad juris effectum inter hos casus.

218 Et tandem, quidquid voluerit *Lucas* non tantùm nobis officeret illius in contrarium opinio contra magis communem, quæ stat pro nobis, quantùm nobis profuturum est ipsius de consuetudine suis temporibus testimonium, tam enim in principio quæstionis, ibi, *Pone prout peccatis facientibus in Regno frequenter occurrit, Rex an possit vasallos domaniales donare, &c.* quàm *in fin. versic. & breviter*, testatur, suo tempore in Regionali Curia homines territorii Aversani ex quadam villa utique liberos donatos fuisse cuidam militi, ut essent in perpetuum ejus homines, & vasalli.

Et hoc supponit frequenter suo tempore contingisse peccatis facientibus, quod nunc contingit ex necessitate, favore defensionis Fidei, conservationis imperii, & totius Christianæ Reipublicæ suadente.

219 Nec mirum si *Lucas* fuerit adeò rigidus in hac materia, tam in alienatione vasallagii de per se in *d.l.unica*, quàm in alienatione domanialium, de qua agit in *l. quicunque, col 5.* in *versic.igitur quæ dicta sunt in fiscalibus, C. de omni agro deserto, lib. 11.* quia de recenti erat edita *extrav. Innoc. Papæ VI.* prohibitiva, ut is testator *ibid. vers. & certè super hoc emanavit in contrarium temporibus nostris Constit. extrav. Innoc. Papæ VI.* quæ alienationes domanialium, diminutiones redituum, & bonorum fiscalium, magnasque provisiones ultrà viginti uncias annuatim sub excommunicatione, aliarumque graviorum interminatione pœnarum apertissima disertione damnavit.

220 Quam credideim, ex eo tempore non fuisse usu receptam, ut idem *Lucas* innuit, dum majori, quàm par erat zelo succensus, mox subdit, *quas pœnas nonnulli, qui deberent esse reliquis exemplar vitæ, & regula morum, obstinata mente, animoque substinet indurato*.

Quod ex magnis, & frequentissimis concessionibus successivis temporibus factis per hujus Regni Serenissimos Reges, & præsertim Invictissimos Principes Aragoneos, & Imperialis domus Austriacæ satis liquere dicitur, & plusquàm notorium esse apparet, quas tamen iterum centum annorum, vel circà interstitio ob lineam finitam, vel aliter ex natura contractus feudalis in Fiscum redigi, experientia docuit.

221 Et locupletissimi sunt testes *Affl.* qui in *rub. quæ sint regal.* post *num.* 60. nuncupatim loquens de dicta *Const.Innoc.VI.* subdit, *sed hoc hodie temporibus nostris non servatur, nam videmus, Reges magnas provisiones dare, & excessivas Consiliariis, & ejus hæredibus de introitibus feudalibus ex di-*
222 *versis caulis ultrà mille, &c.* & scribebat in anno 1480. tempore, quo Hydruntini à Turcis fuerunt martyrio affecti, ut idem testatur initio *d. rub.* &

idem repetit in *§.prætereà ducatus,3.notab.nu.48. in fine*.

Et D.meus *Capyc.* in *invest.* in *ver. Reges etiam infeudant,vers.limita, nam Rex Siciliæ*, ubi dicit,
223 *d.Constitut.* non servari, licèt viderit in multis alienationibus factis in D. de Sancto Severino, & Marzano, assensus Sedis Apostolicæ, scilicèt ex abundanti, quod jamdiù constat exolevisse.

Et refert,& sequitur D.meus avunculus, & magister *Regent de Curte* in *1.p.tract.feud.c.3.§. licèt autem,num.21.*

224 Et de consuetudine hujus Regni alienandi etiam jura directa,testatur præstantissimus *D. Reg. Tap.*post *Camer.loco citato*,& *Annam* in *d.l.fin.cap. 9. par. 2.* sub *num. 36. de const. Princip. Capibl.*in *pragm. 8. par. 3. num. 148.de Baron.* & novissimè *Mastrill.lib.1.cap.12.num.30.de magistratibus*, & ita semper practicatum ; & observatum, tam à Re-
225 gibus Regni, quam etiam ab ipsis Baronibus, quibus quotidiè permissum est vasallos etiam reluctantes in alios etiam inferiores transferre cum mero, & mixto Imperio, mediante assensu Regis, latissimè probat *Loffred* in *d.§.nec Dominus, col. 3. in fin.& 4.à vers. & alia ratio*, junctis dictis, quæ subdit *col.6. vers. confirmantur hæc ex his, in fin.* ibi, *quia Dominus,idest Rex potest vendere feudum sine consensu vasalli, non sic è contrario*, et resolvit omnes objectiones.

Et sic voluit *Loffred.* in Regno nedum vigere consuetudinem, quod Rex, & Barones prævio assensu possint vasallos invitos in alios transferre, eosque vendere, sed (quod magis est) quod Rex
226 possit directum etiam dominium alienare, transferendo ad libitum vasallos feudatarios, illosque alteri delegare, ut fidelitatem jurent, & sic distinctio negativæ, & affirmativæ conclusionis suprà facta sit necessaria extra Regnum, cum in Regno nostro vigeat eadem consuetudo, quæ Mediolani servatur,de qua in *d. §. ex ead. lege*, ut Rex possit
227 etiam in inferiorem,& inæqualem jus directi dominii alienare,ut expresse firmat *Loffred.d.col.4.*in *vers.& quamvis ille §.* et *col. 6. vers. confirmantur hæc ex his, in fine*, ibi, *quod alibi extrà Mediolanum servatur æqualitas, quæ æqualitas in hoc Regno non servatur,quia Rex,&c.*

Quem *Loffr.* ad hoc in specie ponderat *Lipar.* in *d.§.ex eadem lege,num.9.in fin.vers. ubi est.lit.I.*

228 Et hoc est, quod plenissimè testatur *Camer.* in *l.Imper.car.71.col.1.in princip.lit.A.*in Regno consuetum esse alienare jura directa, etiam in præjudicium Coronæ,ut toties vidimus,authoritate *Isern.* & *Panorm.* quia licet extrà Regnum hæc disputentur longa disputatione per *DD, in locis* allegatis, & per modum tract., tamen propter consuetudinem in Regno non disputamus.

Quod iterum repetit *Camer.* in *§. præterea du-*
229 *catus,car.108.* ubi illud addit, *unum non omittam me nunquam vidisse Regem alienasse suum directum dominium, sed persæpè terras domaniales concessisse, quod Rex Galliarum facere non potest*, ex quibus verbis nedum redditur clara Regni consue-
230 tudo,sed apparet, non obstare dictum *Baldi* dicentis,Regem Franciæ non posse alienare unam ex Civitatibus Regni sui, quod refert *D. Capyc.* in *vers.Imperator, vers.quarta declaratio,car. 150. in invest.* & fuit originale dictum *Hostiens.* in *cap.dilecti*,ubi *Felin.& cæteri,de major. & obed.*

Quia ex tanti Viri testimonio clarè patet, quàm longè distet in præsenti materia consuetudo Regis,& Regni nostri à consuetudine, & usu Regum Franciæ,& propterea à potestate,& more unius ad alterum inferri non posse.

231 Et ob id opinio *Ignei* in *repet.l.donationes,quas divus,C.de donat.int.vir.& uxor.à n.6.vers. quæro igitur,& num.26.cum seq.* nobis obstare nullo modo potest.

Licèt enim ipse probare conatus fuerit, promissa etiam ex causa fœderis à Rege Christianissimo Regi Anglorum non obligare successores: loquitur enim primò attenta antiqua consuetudine illius Regis,& Regni, ubi arctissimè prohibetur aliena-
232 tio domanialium pluribus edictis, & Senatusconsultis diversorum Regum id statuentibus, ubi etiam moris fuit, ut nec Dominus Civitatis, vel Castri posset vasallos alteri subjicere,& admissa fuit contradictio vasallorum, dum allegant, eorum interesse non mutare Dominum, sicut è contra, ut latè in *decis. Cap.Thol.* 486. et juxtà hos terminos loquitur *Renat.Koppin.de doman.gallico.lib.1.tit.1. num.3.*et *Hothomanus qq. ill. omnium prima*.

233 Secundò fatetur, se loqui contrà receptas, et communes traditiones omnium, etiam Gallorum, qui in ea quæstione ob bonum pacis aliter sentiunt,ut ipse fatetur *d.num.26.versic.ego verò contrà omnes præfatos DD. & sequaces eorum, &c.*

Tertiò, opinio *Ignei* nuncupatim reprobatur per modernos,qui post eum scripserunt.

Quartò, posset defendi in casu suo, ad quem se
234 videtur restringere, ut scilicet pactum de annua pensione danda per Regem Galliæ Regi Anglorum, ex quo tacitè fateri videbatur Rex Christianissimus per illam census promissionem, Regem Angliæ directum esse Dominum Regni Franciæ, qui tamen superiorem non recognoscit in temporalibus,retento solùm dominio utili, non valere, velut in diminutionem, & exinanitionem Status Regis, et Regni, et contrà expressam prohibitionem legis Regiæ,ut per *Ign. num.28. & 30.*

Et quintò, nec est omninò verum, et indistinctè
235 Regem Franciæ non posse alienare Civitates domaniales, quia contrarium dixit, se vidisse servari tota die in Francia, etiam vasallis invitis, *Panorm. d.cons.3.in 22.q.par.2.*

236 Et quod ex causa necessaria,et si non maxima, putà propter transitum Principis, vel constructionem viæ publicæ in recompensationem juris alterius, etiam ubi non ità commodè alibi potest fieri recompensa, quod possint etiam in Francia alienari Castra invitis vasallis, non obstante prædicta prohibitione,de qua per *Hostiens.*latè fundat *Francis. Marc.quæst.Delfin.337.par. 1.* ex *num. 7. vers. sed pro contraria parte*, ubi *num. 11.* refert plures alienationes Castrorum factas in Delfinatu temporibus Caroli VII. Lodovici II. et aliorum Principum, etiam si alibi ità commodè non poterant compensari *num.10. & in fin.*

237 Et ob id *Bald*, loquens de donatione, vel legato Civitatis posuit exemplum in Rege Ungariæ, vel Francorum, quod si donarent mihi (ut ipse inquit) Civitatem, in qua jurisdictionem haberent limitatam, solam illam jurisdictionem, quam habebant, donare viderentur, in *l.monumenta 14.C. de legat.* sequitur *Dec.cons.186.& pro tenui,num.3.* respondens pro Guglielmo de Bantio vendicante Castrum Lambisci contra Ducem Lotharingiæ successorem, vel causam habentem à Rege Renato,

pro

pro quo etiam consuluit *Jason*. licèt contrarium in eodem casu pro Duce convento responderit *Rain.* ut observarunt ibi moderni addentes Galli.

Et ampliùs *Guido Papæ dec.*560. incip. *Dominus*
238 *Odoffredus*, post *num.*2. *vers. præterea*, testatur de consuetudine generali Patriæ Delfinatus, & circumvicinatum, Principes infeudare, & in alios transferre, etiam minores eorum Villas, & Castra sine consensu habitantium vasallorum, & idem facere Barones, & refert casus, & exempla, subdens, quod consuetudo in hac materia feudali, obtinet principatum.

239 Et ità sunt intelligenda quæ ipse idem priùs dixerat *dec.*239. incip. *Rex Franciæ*, referendo *Hostiens.* & *Bald.* in contrarium, ubi expressè se remisit ad dicta per eum in *d. dec.*560. quasi dixerit, non procedere de consuetudine generali.

Et quamvis *Matth.* in *noviss. addit. ad dict. decis.* 239. in 1. *addit.* recenseat Senatusconsulta, & edicta prohibitoria illius Regni alienanandi domania, quæ jure jurando rata, & inconcussa confirmant Reges Franciæ cum inaugurantur.

240 His tamen non obstantibus *Ferrer.* in 2. *addit.* declarat, edicta procedere in alienatione omnimoda, per quam Rex abdicaret à se omnem jurisdictionem, dignitatem, & dominium, nihil sibi retinendo, aliàs secus, ex *Oldrad. Hostiens. Panorm. Joan. Sanxone*, *Jason. Chassan. Benedic. Hotbom.* & *Rappino*.

241 Ex qua consuetudine antiquissima infert *Papæ* tam in *decis.*551. quàm in *dict. decis.*560. potuisse Odoffredum Episcopum Vapinensem ducentis annis antè annum 1460. subjicere Villas, & Castra sibi subdita in temporalibus Regi Siciliæ, & homagium ipsi facere sine consensu, & voluntate Civium sibi subjectorum, & recognoscere dictam Civitatem Vapinensem, & Castra adjacentia tenere de feudo tunc Regis Siciliæ, & successorum in dicto Regnu, & Comitatu Forcalquerii, & proindè ipsos effectos homines, & subditos d. Regis Siciliæ, qui fuerat in possessione superioritatis, & majoris domini, & non Delfini Franciæ, quamvis dicta Civitas esset de districtu Delfinatus, & proindè respondit, d. ctum Episcopum, tanquam vasallum Regis Renati, teneri, ut suo Domino subvenire in bello, tunc per eum moto de anno 1460. in invasione Regni Neapolis (quàm ipse falsò recuperationem vocat) & ad alia, ad quæ ex forma fidelitatis tenentur vasallus feudatarius, & ipsius vasalli ex eadem re, et causa, quo casu juxtà dispositionem *l. Imper.* § *illud*, vasallus vasalli mei dicitur adhuc meus vasallus, ut latissimè per eum in *dicta decis.* 551. & 560. ubi pulcherrimè loquitur.

Et sequitur *Dom. meus Reg. de Curte*, qui tam in articulo alienationis domanilium Terrarum, et Castrorum, quàm in altero; utrum vasalli inviti, tam feudatarii, quàm burgenses alteri subjici posse, et vendi, testatur, Reges Regni semper
242 fuisse in hac possessione, et consuetudine alienandi, et disponendi ad libitum in *d. cap.* 3. §. *licet autem*, *num.*23. & *num.*37. *in fin.* & *num.*38. limitat opinionem eorum, qui tenent negativè, ut in Regno de consuetudine non servetur.

Et licèt dicat, opinionem negativam extrà Regnum esse communem (parcat mihi) quia non possum non mirari, quod Vir doctissimus, & Præses rationum in numero *DD.* computando erraverit, ut ex supradictis patet.

Idemque firmat *Vivius*, qui post *Guid. Papæ*
243 *Paris. Soc. Jas.* & alios, dicit, hanc esse generalem consuetudinem, subdens, ipsos fateri veritatem ipsam, & quia ità quotidiè observatur, *inter commun. opin. conclus.*637. *vers. sed contrarium*, *tomo* 2.

244 Sicut utrunque casum includit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de divers. provis.* §. 1. incip. *testigimus suprà num.*4. ubi dicit, quòd vera, & communis est opinio, posse Dominum directum vasallos suos de domanio invitos vendere, & terras domaniales alienare.

245 Ex quibus patet gravior lapsus *Neviz.* dum ausus fuit attentare, hanc consuetudinem, uti irrationabilem, non valere post *num.*118. *vers. non obstat*, suffultus authoritate *Somnii viridarii*, quod verè somniare ipsum fecit, ut optimè ipsum ex more etiam in hoc refellit *Loffred.* noster *d. col.*7. *vers. nec similiter*, ubi ex *Ioan. Fabro*, *Angel. Aret. Jas. Dec. Lapo, Ignea*, & *Curt.* per ipsum met *Neviz.* citatis, bellissimè confutat ejus dicta, & respondet ad *Fabian. de Monte*.

Cui addi potest pro defensione, *Neviz.* ipsum non figere pedes super dicta prima responsione invaliditatis consuetudinis, sed statim ad alteram confugere, scilicet quod *text.* in *d.* §. *ex ead. lege de lege Corradi* loquatur, quando alienatio fit in parem, non autem quando in inferiorem, & quòd hujusmodi consuetudo tanquam facti sit probanda, quia locum non habet extrà Mediolanum, undè vel er-
246 rat *Neviz.* si credimus *Bald.* & aliis suprà relatis, quod consuetudo sit generalis, vel non obstat, cum simus Neap. ubi viget consuetudo Mediolanens. in omnibus, in quo libet advertere *text.* in *d.* §. *ex ead lege* permittere alienationem, etiam in inferiorem, & inæqualem, omninò rusticum, si cum Curia feudum alienetur, juxtà communem sensum *Glos. Ijern.* & aliorum suprà relatorum.

Et ampliùs dixerunt communiter *DD.* circum-
247 scripta prædicta consuetudine Principem etiam absque causa posse derogare prohibitioni, quod vasalli inviti non alienentur, cum dicta prohibitio sit inducta de jure positivo per *d.* §. *ex eadem lege*, et §. *præterea ducatus*, cui Princeps potest derogare pro libito, & sufficit pro ratione voluntas, & derogat cum clausula, *ex certa scientia*, per quam censetur derogare jure communi, vel sub alia simili forma, ut latè *Natta d. conf.*367. *ex num.*7. *ad* 13. *Paris. conf.*22. *num.*87. *vol.*1. *Roland. d. conf.*1. *nu.*90.
248 94. & 96. ubi similiter conjungit casus alienationis vasallorum, & Castrorum, et aliorum bonorum domanialium, ut fecit *Reg. de Ponte suprà*, idem *Hypp. Rimin. d. conf* 601. *num.*42.

Quod si concurrat in alienatione domanialium,
249 vel vasallorum aliqua causa necessaria, nemo etiam ex his, qui negativam tuentur, et circumscripta omni consuetudine, ausus fuit negare, id fieri posse, etiam invitis subditis, ut latè per *Paris. d. conf.*22. *num* 88. et *Rim. Iun. d. conf.*601. *num.*45. ubi dicunt hoc firmare *Isern.* in *cap. t. quæ temp. milit*, et quod eum sequuntur omnes in *d.* §. *præterea ducatus*, *Alex.* in *d. l.*2. *num.*29 *ff. sol. matrim. Barb. conf.*12. *col.*4. & 5. *in secundo*, *Felin.* in *d. cap. dilecti*, *num.*9. *de major.* & *obed. Petr. Gregor. de concess. feud. part.*7. *q.*4. *n.*18. post *Bald. Panorm. Roman. Ias. Iacob.* et alios per ipsum relatos, *Rubeus Alex. d. conf.*96. *in fine*, *vers. item illa immunitas*.

Quinimò id licere, nedum ex causa necessitatis, sed

250 sed etiam utilitatis, probat *idem Rimin.* in *dict. consil.* 601. respondens in casu alienationis Castri Roberti factae per Sereniss. Archiducem Austriae, quod justè fieri potuerit, ut distinctae jurisdictiones penès unum unirentur, quamvis illud Castrum sponte se jurisdictioni suorum praedecessorum subjecerit.

Ex quibus omnibus conclusionibus simul junctis consecutive oritur, & fluit ex veritate praecedentium decisio praesentis consultationis, & erit principalis septima Conclusio.

SUMMARIUM.

251 *Contractus Principum de domania perpetuò conservando, nedum de absoluta potestate, sed ex justa causa revocari, ex ipsorum natura,* & num.252. usque ad 255. & num.361. 362. & 366.

256 *Princeps supremus potest tollere dominium, & jus quaesitum de jure gentium ex plenitudine potestatis, fortiùs justa suadente causa,* nom. 257. et 356. *ampliatur in inferiore à Principe,* num.258.

259 *Contractus cum subdita initus etiam pecunia mediante, de re ad Principem spectante, ab eo revocari potest.*

260 *Contractus feudalis licèt non gratuitus, remanet beneficium,* & nom.261. et 270.

262 *Gratia, pecunia accepta, non definit esse gratia,* & num.263. & 277.

264 *Princeps pecuniam recipiens ex privilegii concessione, non ideò minus id revocare poterit,* & num.265.

266 *Differentia inter concessionem factam Oppido subdito, vel non subdito, refertur,* & n.267. et 268.

269 *Feudum emptum est propriè feudum.*

271 Baldi *doctrina* ex Paulo *declaratur,* & num.272. et 273.

274 *Rex noster in domanii concessione nil juris transfert, sed sibi retinet,* & num.275. 276.357. et 359. & *ideò revocare potest,* n.358. *ac infeudare,* num.360.

278 *Principis promissio retinendi Castra sub perpetuo domanio veluti contrà ipsius dignitatem minimè subsistit,* & n.285. et 286.

279 *Principis proprium est in feudum concedere,* & *de natura dignitatis,* num.280.

281 *Principis concessio tendens ad derogationem ipsius dignitatis, eum non obligat,* & n. 282. et 283. & 365.

284 *Princeps non potest ligare successorem, ne regalia concedat.*

287 *Contrariae* Nevizani *sententiae ratio affertur,* & n.288.289.290.298. et 299.

291 *Praedictae conclusiones* Jas. & Soc. *communiter approbantur, & ad contraria respondetur,* num. 292.usque ad 295. & *ità judicatum,* nom.296. et 297.

300 *Privilegium in contractum transfusum tunc est irrevocabile, cum non subdito, qui ex eo se subjicit conceditur,* & num. 306. *qua in casu contrarii* DD. *consuluerunt,* nom..301.usque ad 305.

307 *Pro qua sententia saepiùs judicatum,* & num.308. & 309.

310 Capyc.dec.166. *examinatur,* & num.312.

311 *Rex non utitur absoluta potestate, cum subest justa causa, cum tunc id faciat etiam inferior à Principe.*

313 *Clausulae derogatoriae à Rege in suis literis adhibitae, undè contradicentes repelli debent,* n.314.

315 *Clausularum praedictarum vis major clausula,* de plenitudine potestatis.

316 *Clausulae praedictae usus Regi tantùm permissus.*

317 *Clausula,* de plenitudine potestatis, *in hoc casu subintelligenda est, cum inspecta causa, legitima censeatur,* & num.318.

319 Capycii decis. *ab omnibus approbatur.*

320 *Celebris decisio in causa Universitatis Seminariae refertur,* & num.322.& 323.

321 *Fidei perseverantia quando excusetur.*

324 *Decisiones duae in hac causa* Reg.Revetter. *recensentur,* & num.325.

326 *Vasalli ex jure communi, & Regni etiam inviti alienari possunt, referuntur exempla,* num.327. usque ad 333.

334 Praes. Vincentii de Franch. *de hac re votum inseritur.*

335 *Ejusdem* Praesidis *laudes.*

341 *Concessa potestate quantumvis libera non videtur concessa potestas, quo quis suo jure, ac libertate privetur.*

342 *Privilegium subdito concessum, de ordinaria potestate revocatur, nisi adsit commensuratio,* num.343.

344 *Commensuratio initi tantùm fit, ad quae faciens non tenebatur.*

345 Consil. Paschal. *opinio refertur, & excusatur,* nom.346.

347 Consil. Georg. *contrariam opinionem in* repetit. *reformavit.*

348 *Conclusiones falsas, vel infirmas in Tractatibus asserere, perniciosum.*

349 *Domanium Regi praejudiciale, pariter & Universitatibus,* num.350.

351 Decisionis Reg.Tap. *ratio particularis affertur,* & num.352.353.& 354. *nec ab hac sententia dissentire ostenditur,* num.367.

355 *Unum altare cooperire, aliudque discooperire non licet.*

368 *Consultatio R. C. Summ. super hac re habita recensetur, & aliquae Regis literae.*

Septima Conclusio.

Contractus, quibus supremi Principes promittunt conservare Castra, & Civitates subditas sub perpetuo ipsorum domanio, seù immediato dominio,
251 & jurisdictione, nedom revocari posse ex plenaria, & libera potestate, quae Principibus jure communi competit jurisdictionalibus, & Regalibus, & quia cum hujuscemodi contractus habeant tractum successivum in futurum, sunt sui natura revocabiles pro futuro tempore, ex quavis justa causa, & si non sit praecisa, & necessaria, ut suprà.
252 Verum existente justa, & necessaria causa, quae includat bonum commune publicae utilitatis, maximè supervenientis post contractum, posse hujusmodi domaniorum contractus revocari, & resolvi,
253 ut iterum loca infeudentur, non obstantibus juramento, & quibusvis amplissimis, & arctissimis clausulis, quibus contractus isti solent roborari, restituto pretio recepto, vel cum promissione de restituendo, cùm primum possit. Idque totum ex natura, & secundùm naturam eorumdem contractuum,

254 ctuum, & facultate à jure concessa. Probatur pri-
mum authoritate *Card. Florent.* incip. *Dominus Ni-
colaus Marchio Æstensis*.
255 Secundò magis in specie latissimè hoc probarunt
coosulendo tres insignes *DD.* nempè *Jas. consil.56.
lib.1.* & latiùs *consil.227. in secunda*, *Bart. Soc. con-
sil 4. in tertio*, & quidam *D. Raynerius Advocatus
Sabaudiensis*, de qoo meminit *Socin.* qui omnes
responderunt, potuisse Ducem Sabaudiæ infeudan-
do cum titulo Comitatus concedere Theodoro de
Rotariis Castra Summaripæ, non obstantibus.
Primò, quòd Dux Philibertus per viam conven-
tionis, & contractus promiserit, dictum Castrum
nullo futuro tempore alienare, nec infeudare rece-
pto pretio florenorum duorum millium.
Secundò, quòd Castrum prædictum esset locus
insignis, & sicut in limitibus dominii Sabaudien-
sis, & magni reditus, & sic alienatio tenderet in
maximum detrimentum Statos ipsius Ducis.
Tertiò, quòd ipse Dux Carolus prohiberetur
per edicta, seù decreta Ducalia, quibus interdice-
batur infeudatio rerum, & Castrorum patrimonia-
lium incorporatorum Cameræ computorum, ut re-
fert *Jas.* in *alleg. consf.* & *col.3.* dum in *vers. aggredior
nunc*, refert fundamenta Procuratoris Fiscalis, qui
ex multis pretendebat infeudationem factam an-
nullare.
Et quartò, quàmvis in isto casu non concurris-
set causa publicæ utilitatis, vel saltim tam ›gens,
& præcisa, quæ includeret commune bonum to-
tius Christianæ Reipublicæ, vel saltim necessaria
pro conservando statu illius Principis, sed tantum
favor remunerandi servitia, & operam jamdiù præ-
stitam per illum Theodorum io matrimonio con-
tracto inter Ducem Carolum, et D. Blancam filiam
Marchionis Montisferrati, ex quo erat acquisita di-
cto Duci spes succedendi Marchioni, qui tunc tem-
poris carebat prole masculina, quæ spes tractu tem-
poris evanuerat ob nativitatem masculorum, ut
testatur *Jas.* in *8. col.* in *8. fundam. pro Rotariis*, *So-
cin. num. 10. vers. tertium quia*.
Et moventur isti tres patres solidissimis rationi-
bus, quæ in dd. Consiliis referuntur. Et inter alia
fundant, ut veras, et communes subscriptas con-
clusiones.
256 Prima, Principem Supremum posse tollere do-
minium, et alia quæsita de jure gentiom, cum clau-
sula, *de plenitudine potestatis*, vel alia simili æqui-
257 pollenti, etiam nulla subsistente legitima caosa.
Sed ex justa, vel necessaria causa indubiè posse tol-
lere ea, quæ sunt juris gentium, et evacuare con-
tractum initum cum privato, cum et possit aufer-
re res privatorum, et tollere eorum dominium,
Jas. latè io *12. & 13. fundamento pro Rotariis*, ubi
dicit hæc verba, *quod ità tenent glossæ ordinariæ
ubique, tam juris Civilis, quàm Canonici, Civi-
listæ, & Canonistæ*.
258 Et ampliat etiam in inferiori à Principe, quod
auferre valeat ex causa jus tertio quæsitum, et in
54. concl. quod Princeps revocet privilegia subditis
concessa, etiam quæ transfunduntur in contractum
ex causa publicæ utilitatis, ex *cap. in nostra*, secun-
dum intellectum *Innocent.* et *Butr. de injur.* cum
aliis quod iterum repetit, et confirmat in resolu-
tione contrariorum idem *Socin. d. consil. 4. num. 10.
vers. sollitur etiam*.
Secundam conclusionem addit *Socin.* in *d. con-
sil. num. 4. 5. usque ad num. 7. vers. præterea*, ubi *d.*
259 *num. 7. in fine* dicit, hoc esse optimum funda-
mentum, quod etiam contractus factus à Principe
cum subdito recepta peconia potest revocari per
Principem de pleoitudine potestatis, etiam sine
causa, vel de potestate ordinaria cum legitima cau-
sa, quando non est simplex contractus, putà ven-
ditionis, vel permotationis, qui inter privatos ce-
lebrari solet, sed de rebus spectantibus ad Princi-
pem, inqnibus semper attenta priocipali intentio-
ne prævalet gratia, et beneficium, aothoritate
Bald. in *prælud. feudor. num. 9. vers. pro intellectu co-
260 rum*, ubi concludit, contractum feudi non ideò
minus censeri beneficium, et gratiam, quin si com-
parentur invicem extrema feudi, scilicet concessio,
et recompensatio beneficiorum, censetur præpon-
derare beneficium, et ideò feuda habent plurimum
261 gratiæ, et rectè appellatur beneficium, qoia
prævalet extremum potentius, quod exemplis com-
probat, ex qua *Baldi* doctrina colligit *Socin.* quòd
262 quando conceditur gratia recepta pecunia, non
desinit esse gratia, quia gratia præponderat, ex *tex.*
pulcherrimo in *l. Titius puerum 3. ff. de obsequiis
à liber. & libert.* &c. ubi *Marcellus* respondit, quòd
qui pecunia servum suum manumisit, jura patro-
natus reservavit, quia et si beneficium manumis-
sionis gratuitum noo fuerit, beneficium tamen est,
ex quo spontè sit, qui *text.* habet concordantes in
decisione principali, ut pecuoia non impediat,
263 quin jura patronatus censeantur reservata, qoan-
do spontè manumisit, *l. 1. C. de bon. libert.* et *l. etiam
C. de obseq. præst.* sed est singularis in ratione, quam
reddit, beneficium esse, licèt gratuitum non sit.
264 Ex quo *text.* infert *Roman.* in individuo, quod
non ideò minus dicatur privilegium, vel benefi-
cium, quando Princeps coocedit aliquid, licèt
pecuniam recipiat, et quod propterea poterit præ-
dictam concessionem revocare, quia verè non di-
citur contractus, sed privilegium, et regulari de-
bet secundùm naturam privilegii revocabilis, de
quo dicit esse casum in terminis in *d. l. Titius pue-
rum*, ut per eum *sing. 463. in Dux Mediolani*, se-
quitur *Carol. Cotta* in *memor. ver. exemptus*, et in
ver. ingratitudo, *vers. secundò confirmo*, qui ita
dicit etiam, et non aliter sentire *Bal.* in *d. l. qui se
patris*, *col. pen. versic. hoc scias*, et sic clarè dicit
Cotta, non adversari prædictis ea, quæ tradit *Bal.*
io *d. l. qui se patris*.
265 Et antè *Roman.* hoc idem expressè firmavit *Castr.*
in *l. 1. C. de liber. & eor. liber.* ubi *num. 2.* expressè
format quæstionem, an privilegium mediante pe-
cunia concessum transfundatur in contractum,
adeò ut efficiatur irrevocabile, et ex *d. l. Titius* di-
cit, se de facto allegasse in quadam quæstione, ubi
quædam Communitas soperior concesserat immu-
nitatem cuidam Communitati subditæ, recepta pe-
cunia, et posteà volebat revocare dictam concessio-
nem, et licèt allegaretur, quòd non posset, quia
266 hujusmodi concessio transiverat in contractum:
Ego tamen dicebam (inquit *Paul.*) *quod lon-
ga est differentia, an superior per pecuniam con-
cedat immunitatem alicui Terræ, sibi tamen sub-
ditæ, & tunc dicitur concedere in privilegium,
& est gratia, licet non gratuita, ut ibi est casus,
privilegia verò concessa subditis possunt per Supe-
riorem quandocunque revocari, ut in cap. veniens,
de præscript. malè tamen facit Superior revocando,*
sci-

Digitized by Google

267 *scilicet sine causa, interdum verò talem immuni-*
tatem concedit Terræ non subditæ, quæ tamen ve-
nit in subjectionem cum illo pacto, & tunc non po-
test revocari, et de utroque dicit esse casum in illa
lege, et *Castr.* sequitur ad unguem *Jacob.* in *d.l.qui*
se patris, in fine, qui addit etiam *Alex.* in *cons.* 101.
post *num.7. lib.1.* qui citat *Butrium* conciliantem
268 *Bart.* cum *Innoc.* ut opinio *Bart.* quod statuta
transfusa in contractum non possint revocari, pro-
cedat in non subdito, opinio verò affirmativa *In-*
noc. procedat respectu subditi.
Et ob id *Socin.* in *d.consil.4.* post *num.6.vers.nec huic*
considerationi, clariùs dixit, prædictæ conclusio-
ni non obstare doctrinam *Bald.* in *d.l.qui se patris*,
quia ibi non declarat, quanta debeat esse pecunia
recepta, ut definat esse beneficium, quod decla-
ratur ex dictis per eum in *prælud.feud.loco supraci-*
tato, vel voluit *Bald.* quòd quantitas recepta per
Principem sit commensurata rei concessæ, ut non
dicatur privilegium, sed conventio, sed quandò
non esset commensurata, clarè sentit, quod adhuc
remaneat gratia in terminis beneficii, vel privilegii.
Nec curat *Socin.* probare minorem, quod in ca-
su suo quantitas soluta non erat commensurata, quia
supponit pro indubitato, in hujusmodi concessio-
nibus, quàs Principes faciunt de retinendo Civi-
tates in domanio, vel ubi aliter suis subditis conce-
dunt immunitates, quòd faciunt ut Principes, non
ut privati, quod semper præponderat gratia, & be-
neficium pecuniæ receptæ, ut clarissimè reassumit
idem *Soc.* in *d.cons.* paulò *sup.num.6.* dum refert, ità
consuluisse *Alex.* in Civitate Vulturana, & pro-
priè in *vers. Ex quibus in proposito dico*.
269 Quod propriè voluisse videtur *Camer.* in *repet.*
l.Imperialem, §.præterea Ducatus, cart.97. col.4.
lit.S. ubi in articulo, an feudum emptum sit pro-
priè feudum, fundat; verè, & propriè feudum
esse, & beneficium, quia considerando dantis pro-
videntiam, licèt negari non possit, quin sinister
oculus fuerit ad pecuniam, post *Lucam de Penna*,
quem citat, tamen non ideò minus concedens de-
xtero oculo fidelitatem intuitur, & sic gratia, &
beneficium adhuc nuncupari debet, nam pecunia
sola non fuit in causa, & potuit utrumque con-
currere, sed adhuc gratia dicetur, citans ad id in
specie *Hosti.vers.* in *sum.de feud.* & dicit, esse casum
singularem de hoc in *d.l.Titius puerum*, & conclu-
dit *col.seq.lit.A.vers.ex quibus*, quòd tametsi feu-
da amore, & non pecunia quærenda sint, non ta-
men ex hoc donata non censebuntur, & sic habe-
270 mus, quòd semper remanet beneficium, & pri-
vilegium, licèt pecunia intercedat, quod latissimè
uti communiter receptum defendit *Reg. de Ponte*
cons.39. post *num.6. usque ad num.13.* & *num.17.*
lib.2. & D.meus Avunculus *Reg.de Curte in 1.p.*
divers.feud.cap. incip. *tenor erga, &c. num.43. &*
seq. fol.36. Nec dissentit *Sola ad Const. Sabaudiæ*,
incip. *quia in plerisque* in *Glos.1.* super *text. n.8.*
Sed ultrà dicta per *Socin.* pro responsione ad do-
ctrinam *Bal.* in *d. l.qui se patris*, utimur doctrina
Castr. qui in *l.digna vox 4.C.de legib.* post *num.6.* re-
271 lata doctrina *Bal.* in *d.l.qui se patris*, quod si Prin-
ceps non gratuitò concessit, transit in contractum,
& efficitur irrevocabilis, subjicit *Paul. sed in con-*
trarium allego text.optimum in d.l.Titius puerum,
ubi libertas data, licèt non gratuitò, potest revo-
cari, & resolvit quod *Bal.* loquitur, quandò Princeps
volebat revocare privilegium concessum mediante
pecunia de plenitudine potestatis sine causa, tunc
enim non potest, si recepit pecuniam, privilegium
enim transfunditur in contractum, scilicet quoad
hoc, ut non possit revocari pro libito voluntatis
sine causa, secus verò cum causa, quia hoc potest,
& ità procedit *d.l.Titius*, dum ibi hæres manumis-
soris, ut ingratum libertum accusare volebat, &
272 subdit *Paul. tene menti*, et sic cum ista notabili
declaratione *Castr.* sunt intelligendi omnes *DD.* qui
sequuntur *Bal.* in *d.l.qui se patris*, quod etiam ne-
gare non potuit *Calcan.cons.52.num.17.*
Secundò addit *Paul.* alteram declarationem in
vers.Prædicta intellige, ut scilicet prædicta, dum
dixit, privilegium sine pecunia concessum posse
revocari sine causa, declaranda sint, quando con-
cessio non continebat translationem dominii directi,
vel utilis, et tradit exemplum in concessione immu-
273 nitatis, secus verò ubi dominium aliquod trans-
latum esset, quia tunc revocari, vel auferri non
posset dominium sine causa, ut videre est in feudo in
tit.de feudo sine culpa non amitt. quod et regulare
est, quod Princeps non auferat dominium rei suæ
sine causa, putà publicæ utilitatis; et tunc debet
restaurare pretium, ut in *l.Lucius*.
274 Et ex hoc inferri potest, quòd cum in hac pro-
missione retinendi Urbes in domanio, nullum do-
minium directum, vel utile in ipsas Civitates, et
Castra Rex ipse transtulerit, sed solùm Rex ità
concedendo, nec donaverit, nec concesserit, sed
solùm retinuerit, quod *D.Capyc.* in specie advertit
infra allegandа *decis.166.* post *num.1.* ubi dicit, po-
275 tius Regem acquirere consolidationem dominii
utilis cum directo, quam ipsum aliquid transferre,
et clariùs, licèt ad alium finem *num.3.* ibi non do-
nat vasallis utile dominium, sed retinet pro se, quam
pulchram esse considerationem dixit, hoc in specie
observans *Amadeus de Ponte* in *dicta repetit.cap.1.*
276 post *num.117.* ubi expressè dicit, quod Rex in
hujusmodi domaniorum concessionibus nihil trans-
ferre, sed retinet, quorum authoritate probatur,
longè distare ab infeudatione, quæ fit in singula-
res personas, in quas verè transfertur utile domi-
nium, et exercitium jurisdictionis, quod propte-
reà hujusmodi promissiones remanent, etiam rece-
pta pecunia, revocabiles, qua etiam ratione inniti
decreta, & decisiones, quibus contractus doma-
niorum fuerunt revocati, consideraverunt *Anna*
infrà citand. *alleg.50.num 4.* & *Reg.Revert.dec.19.*
p.1.in causa Seminaria, car.mihi 7.
Et hæc quoque differentia inter translationem,
& retentionem optimè deducitur ex *Panor.* in *cap.*
auditis, post *num.21. de præscript.* in *vers. finali-*
ter, ubi ex *Innoc.* & communiter, postquam *n.20.*
in terminis nostris tractavit quæstionem. Utrum
intersit subjectorum non mutare dominium, &
è contrà, subdit, quòd aliquando quis possidet ju-
ra aliqua, aliquando non possidet, sed tantùm in
eo, vel super eo possidentur, inter quæ dicit, esse
notandam differentiam, nam Monasterium, de quo
ibi in *text.* quod dicebat, se habere quædam jura,
& possidere jura in quibusdam Ecclesiis, quæ ta-
men Ecclesiæ non possidebant, nec possidere pote-
rant in seipsis, quia nullus potest in seipso jus, vel
servitutem habere, ut in *l.in re communi, ff. de*
serv.urb.præd. & proindè dicit *Panor.* quòd hoc
casu potest agi contrà utrumque, scilicet contrà
de-

detinentem subditos, & contrà ipsos subditos, sed
diverso modo contrà primum, qoia sua interest,
cum sit iu possessione subjectionis, contrà subditos
verò, qui nihil possident, ut patiantur, actorem
uti jure suo in obediendo.

Ex his omninò infertur, ut cum in subditos ex
domaniorum concessionibus nihil transferatur,
qnod ob id juxtà doctrinam *Castr.* possit etiam sine
causa concessio revocari, & saltim cum causa, etsi
non sit necessaria, vel publica, res erit extrà om-
nem dubitationem.

Et hoc idem voluit uno verbo *Bold,* in *d.l.qui se
patrir*, post *num.*10. dum fecit discrimen inter
concessa, & promissa tantùm, dicens, aliud esse
concedere, vel promittere, quàm promittere suprà
tetigit in prima conclusinne.

Et ut redeamus ad *tex.*in *l.Titius puerum*, quod
ex eo *text*. solo determinari possit præses consulta-
tio, novissimè probat doctissimus *Consil. Georg.*
feudorum interpres insignis, in sua *1.p.repet.feud.
cap.*55. *num.*51. *cart.*411. ubi mutata sententia,
quam uti facondissimus Advocatus dasendit pro
Civitate Consentiæ in causà separationis Casalium
in sua *olleg.*15. quam prudentar de more judicavit
transact one terminandam, partes Fisci defandan-
te Domino meo *Regente de Carte*, tandem pro Fi-
sco decidit, hnjusmodi concessiones domaniorum,
& si pecunis madiante, esse revocobiles, cum sint
actus mixti gratia, & contractu, sed plnrimum
277 prævaleat gratia, & sic attenditur id, in qoo
prævalet, idemque latè probat insigois *Garf.Ma-
strill.*in *consf.unico*, post *primam portem decis.n.*43.
Ità ut non sit curandum *de Belluga*, dum in *spe-
culo rubr.*36.*§.grave damnum*, *n.*8.*in fin.cor.*169.
conatur effugere decisionem illins *text*. contrà ex-
pressa verba *J.C.*

Et nt redeamus ad fundamenta *Socini*, tertia col-
ligitur conclusio ex *DD.* per *Socin.*in *d.cons.*4.post
*num.*7. *vers. præterea* quam dicit fuisse fundamen-
tum *Dom.Rayn.* Advocati in illa causa Summaripæ
in suis allegatiooibus.

278 Quod illæ promissiones, quas faciunt Princi-
pes supremi de retinendo Castra sub perpetuo do-
manio, & de non infeudando, de jure non subsi-
stant, uti nullæ, & invalidæ, cum talis prohi-
bitio infeudationis sit contrà naturam, & dignita-
tem Status Principis, & sic non ligant ipsum Prin-
cipem, ex notatis per *Bald.* & alios in *dict.l.digna
vox*.

279 Cum enim proprium sit Principum infeudare,
juxtà *text.* in *cap.*1. *de his*, *qui feud. dar. poss.* ubi
dicunt *DD. J. C.* non fecisse mentionem de Regi-
280 bus, cum id esset indubitabile, quinimò illud
est de natura dignitatis ipsius Principis, probatur
in *§.illud*, *auth.Constit. quæ de dignit.Bald.*in *l.*1.
in princip.ff.de Constit.Princip. cum aliis congestis
per *Cephal. consil.*155. *lib.*2. qui respondit in pol-
chro casu pro Mercurino Georgio Gattinario oepo-
te Mercurii Gattinarii supremi Scribæ Caroli V.
Cæsaris contrà Fiscum Ducis Sabaudiæ, ergò pro-
missio, qua Principis manos ligantur de non in-
feudando (præsertim cum illis exquisitis, & ma-
gno Advocatorum studio adinventis clausulis, quæ
passim de consuetudine horum privilegiorum, sivè
contractuum domaoii circumferuntur) est tan-
quàm Principis dignitati, & potestati præjudicia-
lis, abolenda, & irrita declaranda.

Accedas doctrina *Isern.* in *l.imperialem*, *col.*3.
versic. circa hoc videtur, quòd ubicunque Princi-
281 pis concessio tendit aliquo modo in derogatio-
nem suæ authoritatis, dignitatis, & potestatis, il-
la ad nutum revocari poterit, nec ad illius obser-
vantiam obligari potest, quod authoritate *Panar.
Calder. Felin. Io: Lupi. Io: Neviz.* in *sylvanupt.*
et aliorom comprobat *Grammat. voto* 28. ex *n.*14.
ad 18. *Petra* in terminis nostris *de potest. Princip.
cap.*24. *num.*250. *vers. sextò decloratur*, ad idem
cons.Borbotiæ omnium primum, ubi post *num.*29.
282 concludit, promissionem factam per Papam, qui
inter alia promiserat Collegio Cardinalium, quòd
non posset infeudare terras Ecclesiæ temporali sub-
jectas, oon valere, quia tendabat in diminutionem
suæ Pontificiæ potestatis, & non obstante jura-
meoto potuisse ipsum contravenire, ut per *eum
num.*27.28. & post *num.*29. *versic. & ex istis elu-
citur*.

Addit *Socin.* nullas esse ejusmodi promissiones,
283 etiam ex eo, quia adimitor Prinaipi potestas con-
cedendi Regalia, & jurisdictiones, quas constat
esse de Regalibus, undè cum jurisdictiones, & Re-
galia concedere, & communicare sit proprium Prin-
cipis, à quo fluunt, & refluunt, velut flumina
ad mare, ad tradita per *Mastril.lib.*1.*cap.*10.*& seq.
de magistr.*

Non potarit propterea Princeps ligare succes-
284 sorem, qoominus Regalia concedat ex *Bald.*in *ex-
trav. de pace constantiæ*, *ver. amplius*, & exindè
concludit *Socin.* non posse Principem promittere,
ne Regalia concedat, nevè infeudet, nec alter ejus
jussu Regalia exerceat.

Et sicuti magna alienatio, & expropriatio dire-
cti dominii tendens in præjudicium, & dedecus
Coronæ oon valet, juxtà terminos *cap. intellecto*,
285 nt suprà declaratos, & sic è contra promissio de
non infeudando, quia est contrà naturam dignita-
tis Principatus non valet, nec etiam per promitten-
tem est observanda, & hos casus in specie parificat
sequutus *Socin.* in *d.cons. Petro d.tract. in* 2.*dubit.
princ.§.cupio nunc*, *num.*196. juncto *num.*202.ibi
*sic & promissia de non infeudando fal.*184. & idem
Petra in 2.*concl.princip.§.circa secundum*, *num.*49.
versic.nec obstat primum, ubi in specie probat con-
sultationes *Jas.* et *Socin.* eorumque fundamenta,
ut ex hoc colligere liceat, quòd licèt *Petro* alibi
videatur aliter sentire in conclusionibus generali-
bus, tamen in terminis casus nostri in individuo
stat pro nostra sententia.

Sicuti etiam idem *Petra* in *§. subjiciamus nunc
exempla*, *num.*46. 49. *&* 50. ex *consil.Oldra*1.95.
286 *num.*1.13.*&* 14. loquente de promissione de non
alienando facta per Regem Aragoniæ in statuto ju-
rato, quòd non obstaote promissione jurata non
impediretur dominii translatio, et quòd potuerit
eam ab initio revocare, maximè ex causa, ne in-
cideret in odium Regis Castellæ sui affinis, et aliis,
quos citat iterum sequitur *Socin.*in *dicto consil.* su-
per Castro de Summaripa, et quòd noo obstante
pacto, et stipulatione Principis juramento firmatis
de oon alienando, vel infeudando, non impedia-
tur dominii translatio si Princeps infeudet, et tran-
ferat, latissimè fundat *Bursat. consil.*160. *num.*13.
& 30. *lib.*2.

287 Nec obstat prædictis consultationibus *Ios.* et
Soc. in causa de Sommaripa, quod *Neviz.*in *d.con-
sil.*12. dicat, fuisse judicatum contra dicta consilia
pro Universitate, et Fisco Sabaudiensi, quod di-

cit verum esse, et prolatum arrestum 2.Maji 1499. *Amed.* in *d.c.r.* post *num.66. de his, qui feud.dar. poss.*

Quia, ut dicit idem *Amadeus*, qui testatur se vidisse processum, id potuit evenisse aliis rationibus, & causis, quàm ex eo, quod Princeps non possit alienare domanialia, & in specie, quia Oppidum Summaripæ erat egregium valdè, & positum in confinibus, ut suprà, & alia etiam plura obstabant. & in specie decreta Pedemontana prohibitiva, quibus non erat sufficienter derogatum, & alia.

289 Et nihilominùs posteà de anno 1501. Castrum prædictum adhuc fuerat infeudatum, & reclamatio ab illa sententia anni 1499. adhuc suo tempore pendebat, & sub Judice lis erat inter successores Rotarii, & noviter infeudatos, & fortè in progressu temporis evenire potuit, quòd fuerit revocata.

In casu autem nostræ consultationis sunt jam excepti loci insignes, & limitrophi, & nedum decreta non obstant prohibitiva, quibus derogari necesse non est, sed consuetudo, & mea præscriptus judicandi viget, maximè pro libertate infeudandi domanialia, & revocandi concessiones de non infeudando, ut magis ex sequenti patebit.

290 Et ex consiliis posteà editis per alios insignes *DD* in eadem causa Summaripæ clarissimè ex relatione facti apparet, sententiam illam, instante Fisco Ducali, velut latam ex causis particularibus, & innixam super diverso facto nobis propterea non efficere, & *Menoch. consil.*264. *n.*68. *vers.respond.* 5. *lib.*3. respondens super revocatione Castri Bastitæ Montis regalis Pedemontium, inter multas revoeationes, quas Principes Pedemontium re cognita consueverunt facere, & irritas declarare infeudationes, ponit in primo loco revocationem infeudationis dicti Castri Summaripæ inter revocationes, quas vasalli ipsi vel mendaciis expressis, vel suppressa veritate subrepserant, & hac de causa dicit, revocatas fuisse infeudationes Castrorum Summaripæ, Brigæ, Levaldisii, Montiscaprelli, Castelletti, & Carilii, & sic non est trahenda illa decisio ad exemplum, & fortè etiam, quia Rotarii, et si nonnulla servitia præstiterint, attamen fuerunt etiam rebelles, & velut tales bonis privati, & sic adhuc de fide suspecti, ut patet ex his, quæ in *d.cons.*4. scribit *Socc.num.* 23. *& seq.*

291 Siquidem alioquin conclusiones per *Ias.* et *Socin.* firmatæ in *dd. cons.* communiter à *DD.* probantur, & sunt canonizatæ.

Ut inter alios probat *Roland.* qui in causa reintegrationis octavæ partis ejusdem Castri pro eisdem Rotariis contrà hæredes Comitis Tendæ, cui de novo dictum Castrum infeudavit Dux Sabaudiæ *cons.6. in fin. lib.*3. ubi ità arbitratur ex rationibus *Jas.* et *Soc.* omninò judicandum per S.C. Taurini pro dictis de Rotariis.

292 Et licèt *Cephal.cons.*168.2.*vol.* latissimè respondens in eadem causa pro parte contraria, scilicet hæredum magni Bastardi Comitis Tendæ contrà Rotarios, ubi initio refert totam facti seriem in 2. *dubio*, ex *num.*24. conetur impugnare conclusiones *Ias.* & *Socin.*

293 Tamen *Roland.* in *cons.*32. in 4.*vol.* ex *n.*57. defendit consilia prædicta, & arguit sententiam prædictam latam contra Rotarios de anno 1499. iniquam, injustam, præcipitatam, & nullam.

Et testatur latam tum ex promissione facta in anno 1470. per Ducem Sabaudiæ Amædeum, tempore qoo locus prædictus Summaripæ spontè, & volontariè se reduxit sub dominio Ducis, & cum eo se conduxit, cujus submissionis, et deditionis respectu Dux promisit, ipsum Castrum, nec jurisdictionem alienare, neque infeudare, nisi in primogenitum futurum Ducem cum clausula irritanti.

Tum etiam ex edicto generali condito per Ludovicum Ducem de anno 1445. in quo stipulante Secretario pro se, & successoribus subditis, & omnium quorum interesse poterat, promiserat, nullam ex Civitatibus, Castris, Villis, Terris sui Status alienare, nec infeudare ultrà vitam donatarii cum clausula irritanti.

294 Quibus etiam fundamentis *Cephal.* defendit justitiam dictæ sententiæ ex *num.*30. *vers.primò, quia & num.*32. addit, edictum prædictum prohibitorium Ludovici fuisse factum apud Gebennas, jussu, ac beneplacito Papæ Fœlicis genitoris sui, & proindè non potuisse revocari absque illius consensu, *num.*33. sicut etiam subdubius respondit *Claudius Seysel. Archiep.Taurin.. de feudis*, §. *sed si aliqua lege*, *fol.*155. juxtà impressionem Basileæ.

Et ex *num.*43. *ad* 46. *Cephal.* fundat, edictum prædictum non potoisse revocari per successores, non tam ex eo, quod prædecessor potuerit ligare successorem, quàm vigore expressæ approbationis, & ratificationis dicti edicti, quam fecerat Dux Carolus successor, cui non potuerat posteà ipsemet infeudando contravenire.

295 Et *Socin.* et *Jas.* amplissimè sequitur, & infinitis *DD.* authoritatibus comprobat *Menoch. cons.*962. respondens super validitate infeudationis factæ per eundem Ducem Carolum de Castro Confluentii Principissæ de Lucemborgo à *num.*1. *ad* 38. & idem *Menoch. cons.*103. post *num.*18. respondens super validitate concessionis cujusdam Castri factæ per Regem Henricum IV. Don Petro de Velasco, quam uti validam non fuisse jus revocandi Invictissimo Regi nostro Philippo Tertio ejus successori latè defendit.

Et quòd aliàs in Regno probatum, & canoniza-
296 tum fuerit hoc *Soc.cons.* adeò ut S.C. in Supremo Collaterali cum interventu Regiæ Cameræ, & postmodum in Supremo Consilio Italiæ apud Suam Majestatem hujus *Soc. cons.* authoritate determinaverit, potuisse concessionem domanii onerosam revocari, observavie in specie *Anna alleg.*50.*num.*2. *in fin.* et *alleg.*87. *num.*2. et *alleg.*69. de quo latiùs infrà suo loco.

Unde parum nocere debet, quod in causa, in qua consuluit *Socin.* Senatus Sabaudiensis judica-
297 verit contrà *Socin.* dum Suprema Neapolitana Tribunalia, ubi alia viget consuetudo, nec adsunt edicta prohibitoria, et Supremum à latere Consilium Italiæ residens apud nostrum Regem *cons.Socin.* persæpè probavit.

Ex quibus omnibus patet, conclusiones *Ias.* et *Soc.* esse juridicas, & sententiam contrà ipsos latam, vel injustam, vel etsi justa fuisset, nobis non officere, cum innixa sit causis particularibus, et quæ de facto, et ratione distant à casu præsentis consultationis.

Ubi non agitur de conventione domanii acta cum Civitatibus non subditis, et quæ hujus promissionis intuitu se submiserunt.

Nec

Digitized by Google

Nec in Regno essent adfecta, atque decreta prohibitoria ... cunctionem, quinimò leges, et consuetudines omninò permissivæ.

299 Quam differentiam expressè constituit idem *Jas.* in *cons.56. 1. vol.* ubi respondit pro Baronibus infeudatis de Castro Saviliani, quòd non obstante privilegio concesso Communitati dicti Castri, in quo Dux Sabaudiæ promiserat non alienare, neque jurisdictionem aliquam, vel imperium transferre in aliquem, qui non esset de dumo, & prosapia Sabaudiæ, ac Decretis Ducalibus prohibitivis valere infeudationem, et fundat se in specie post *num.2. vers.est enim in casu nostro*, quod privilegium prædictum fuerat concessum postquam Exercitus Sabaudiensis in bello cum Duce Mediolani armorum impetu perfectè subjecerat dictum Castrum Duci Sabaudiæ, & sic ipsa Communitas effecta erat sibi subdita, dicens, secus esse si antequam fierent subditi ità convenissent cum Duce, et in recompensatione privilegii se subditos fecissent, et ità declarat procedere doctrinam *Bart. in l. omnes populi*, citatam in *princip.* pro parte Communitatis, scilicet quòd

300 privilegium, quod transit in contractum sit irrevocabile, ut intelligi debeat, cum conceditur non subdito, qui sponte hac de causa se subjiciat, quod antè *Jas.* expressè docuerat *Castr.* in *d. l. 1. C. de libert. & eor. liber. in fin. vers. interdum verò*, quem sequitur *Jacob.* in *d. l. qui se patris*, ut supra.

Et cum hac distinctione resolvuntur fere omnia, quæ magis in contrarium vigere videntur.

301 Siquidem *N. viz.* pugnat pro patria sua Astensi, quam fundat ab initio fuisse liberam, et connumeratam Astam inter liberas in *tit. de pace constantiæ*, et ex privilegiis Friderici, et quod sub hac conditione se subjecit Comiti Vietutum Mediolani Domino, à quo causam habuit in Comitatu Astensi Corona R. Franciæ, et nullo tempore, vel modo separari posset ab ejus immediato dominio, et cum nonnullis aliis pactis, & privilegiis per eum latiùs relatis in *d. cons.* ex *num.19.* quorum Rex notitiam non habuerat, per errorem infeudaudo.

302 Sic etiam *Cravett.* in *cons.241.* pro Oppido Brigæ contra Georgium Maloperam fundat se potissimè, quod Castrum illud esset de Comitatu Niciæ, & Vicariatus Sospelli, qui sponte se dederunt Principibus Sabaudiæ, prævio pacto expresso, & solemni stipulatione de non alienando, nec infeudando, ut latiùs per eum *num.9. vers. secundò principaliter*, & iterum post *num.17. vers.4. principaliter*, ubi ex hoc dicit, quod pactum illud veluti initum cum non subdito revocari non possit, cum & in non subditum naturaliter, licet sit subditus Papæ accidentaliter, ut est laicus subditus Papæ accidentaliter tantum in causa spirituali, non quoad bona temporalia, non possit Princeps uti plenitudine potestatis, ut per eum.

303 Et *Menoch* in *cons.264. in 3.* respondit pro Communitate Civitatis Montis Regalis, ut non potuisset ab ejus dominio, et subjectione separari Castrum Bastitæ, quòd antè annum 1300. tempore, quo fuberat Serenissimo Roberto Regi Neap. erat illi subditum, ex eo, quia de anno 1347. ipsa Civitas se sponte submiserat Amadeo Comiti Sabaudiæ, & Principi Achajæ cum expresso pacto, quod ipsi Principes non possent alienare directè, nec indirectè Civitatem, nec loca sibi subdita separare, vel dividere, sed perpetuò penes se retinere sub eisdem privilegiis, quibus fuerant sub Roberto Rege, ut latiùs ex serie facti antè principium consilii.

Et in hoc potissimè fundat suam consultationem

304 *M. noch.* ut post *num.12. vers.2. num.35. versic.6. suffragatur, num.42. vers.10. non mediocriter*, et *num.60. vers. respondetur secundò*, ubi amplè restringit suam consultationem procedere in infeudatione Castri jam uniti, & suppositi jurisdictioni Civitatis, quæ pacto, & conventione inita cum Principe (tempore licet, quòd sponte se dedit, ut supra) Castrum ipsum tanquam proprium obtinet, secus verò quando Princeps infeudat ea, quæ propria, & immediatè sua, idest sui Principatus sunt, quia etsi alienare non possint in totum infeudare tamen possunt etiam invitis subditis, & amplius *Menoch. num.65.* negat vigere in Ducatu Sabaudiæ consuetudinem infeudandi, ex quibus patet, tantùm abesse *Menoch. consil.* nobis obstare, ut pro nobis in casu, de quo agimus, expressè respondisse videatur.

Et quam longè distet casus revocationis privilegii, vel contractus gesti cum subdito à revocatione conventionum gestarum cum Communitatibus, quæ sponte se subjiciunt cum hoc expresso pacto de non alienando, & infeudando, & sic recepta promissione, & juramento antequam efficiantur subditi, patet ex his, quæ doctissimè scribit *Roland. à Valle cons.1.* ex *num.44. ad 48. lib.2.* respondens, potuisse

305 Duces Mantuæ non obstantibus privilegiis transfusis in contractus revocare exemptiones, & immunitates subditis concessas ex justa causa supervenienite.

Ubi authoritate *Bart. Angel. Paul. Castr. Bar-*

306 *bat. utriusque Soc. Decii, Cravett. Paris. & Brun.* probat, Civitates, quæ sponte se submittunt alteri Civitati, vel Principi cum certis pactis, & conditionibus in aliis, vel exceptis remanere liberas, uti de Savona quoad Januam, & aliis, ibi traditur exemplum.

Quod motivum adeò urgere existimavit *Roland.* contra Ducem, pro quo respondit, ut cum ad alia motiva plures accomodaverit solutiones, adhuc respondit fatendo contrarium, verùm in casu suo deficere factum, ut per eum *num.186. versic. ad quintum*.

Et pro hac septima Conclusione urget authoritas

307 rei sæpiùs judicatæ in Supremis Tribunalibus Regni nostri, ubi cum iste articulus revocationis dominiorum pluries acciderit diversis temporibus, semper fuit decisus affirmativè.

Ità enim judicavit Sacrum Consilium Sanctæ Claræ accedente voto Supremi Collateralis die 26. Septembris 1521. super venditione Terrarum Sancti Severii, & Termolarum, in quo consensu interfuerunt decem Viri insignes, eminentis doctrinæ, de quo casu fecit decisionem *Dominus meus Capyc.* in sua celebri *decis.166.* cujus decreti copiam hinc inserere libuit.

309 *Visis literis emanatis à Cæsarea, & Catholica Majestate sua, & venditionibus factis per easdem Majestates Ill. Duci Achajæ de Civitate Teravi, & Illust. Duci Termularum de Terra Sancti Severii, visisque videndis ac attentis attendendis, & considerατis considerandis, privilegiis, & scripturis omnibus allegatis, & productis, tàm pro parte dictorum Ill. Ducum, quàm pro parte dictarum Universitatum, & hominum Civitatis Teravi, & Terræ Sancti Severii, & cujuslibet ipsorum, & ipsorum, Advocatisque, & Procuratoribus illorum, & illorum ad*

plenum auditis, Decernimus, sententiamus, & declaramus, Cæsaream, & Catholicam Majestatem ex causis narratis in privilegiis, & venditionibus factis per easdem Majestates Ill. Duci Achojæ de Civitate Terami, & Ill. Duci Termularum de Terra Sancti Severii, & de plenitudine potestatis, qua uti debuisse, & potuisse visum fuit suis Majestatibus, ex dictis causis potuisse vendere dictas Civitates, & Terram prædictis Ducibus, non obstantibus privilegiis, & scripturis in contrarium allegatis, & productis, & virtute dictarum venditionum prædictas Catholicam, & Cæsaream Majestatem teneri ad tradi faciendum possessionem dictarum Civitatis, & Terræ prædictis Ducibus. Hoc nostrum super prædictis interponendum decretum nomine prædictarum Majestatum Vid. Montaltus Reg. Vid. de Colle Reg. Vid. Marcellus Regens, Vid. Ant. Januarius, Joannes Martialis, Antonius Capyce, Ciccus Loffredus, Nicolaus Majorana, Alexander Severinus, Berardinus Galeota; lectum, & latum fuit præsens decretum per me infrascriptum Regium Secretarium in Castro novo Neap. die 26. Mens. Septembris 1521.

Teron Secretarius.

In quo casu decisus fuit uterque articulus, tàm privilegii domanii concessi ex causa remunerationis servitiorum Civitatis Therami ob multa servitia per eam præstita, ac damna per eam incursa, & passa ab hostibus, & invasoribus Regni pro servanda fidelitate, quam etiam conventionis de retinendo Civitatem Sancti Severii in domanio, soluto pretio Comiti Pipino, qui eam emerat tempore Regis Roberti.

Et nihilominus fuit judicatum, potuisse Carolum V. Invictissimum privilegia transfusa in contractum revocare, & terras alienare, dùm simpliciter asseruit, id facere ob causam necessariam Reipublicæ pro statu pacifico, & aliis justis causis.

Et licèt decisio fundari videatur in prædicta causa necessaria asserta in concessionibus factis Ducibus Hadriæ, & Termularum, & etiam in clausula, *de plenitudine potestatis*, qua uti debuisse, & potuisse, visum fuit. Advertendum est, quod in casu
310 *Capycis* non constabat, alienationem illam fuisse adeò necessariam, quod absque illa non potuisset provideri Statui, & necessitati illius temporis; quinimò nullo modo de hoc constitisse, nec in privilegiis concessionum factarum dictis Ducibus, nec de causa particulari attestatum Imperatorem fuisse apparebat, & ideò dicebat *Capyc.* quòd licèt Principi exprimenti causam cum consilio, & subscriptione Quæstoris credendum sit, cum eo casu vera præsumatur, non tamen præsumitur ex hoc causa, cum illa non exprimatur legitimè, scilicèt cum suis requisitis in ipsomet privilegio, non enim potest præsumi verum quod in privilegio non exprimitur, & subdit *Capy. & hæc difficultas est magni momenti*, ut per eum *num.6.* & *nu.8. vers. aliud ergo videtur.*

Et propterea opus fuit, ut duo ex Regentibus facerent fidem de his requisitis, quæ in privilegiis prædictis non erant expressa, & dubium fuit, an esset credendum attestationi oretenus dictorum Regentium, an verò esset de hoc consulenda Sua Majestas, & interroganda, an ità esset in facto, quod aliter necessitatibus belli subveniri non posset.

Ex quo mirum videri non debet, quòd illa decisio innixa fuerit causis expressis, & etiam clausulæ, *de plenitudine potestatis*, qua in eisdem privilegiis usus erat Imperator, ex quo non omninò de causa legitima secundùm juris requisita constabat.

Undè cum in casu præsentis consultationis, de legitima, justa, & necessaria causa nullo modo dubitari contingat, tum qui de illa Rex noster cum Consilio, & Quæstore plenissimè, ac legitimè attestetur cum omnibus à jure requisitis, et in specie, quòd aliter consuli non potest, tum etiam, quia id, est totum plusquam notorium, et causa est talis quæ et si non esset expressa, cum prævideri posset, quæ manibus tangitur, et oculis prospicitur, haberetur adhuc de jure pro expressa, ideò non est opus in præsentiarum clausula, *de plenitudine potestatis*, nec alia simili.

Siquidem certum est, existente justa, et necessaria causa, præsertim prout est præsens, quæ est omnium, quæ excogitari possunt, maxima, et præci-
311 pua, opus non esse, Regem nostrum uti plenitudine potestatis in derogationem juris tertii; cum jure, et potestate ordinaria id faciant, etiam inferiores Principis, ut præter alios *Thes. dec. 91. in fin.*

In reliquis autem non distat casus *Capyc.* à præsenti, quia in illo casu post concessiones factas illis Ducibus, adjecta clausula, *de potestatis plenitudine*, rescripserat Rex justissimus (ad instantiam illarum Civitatum) se de revocatione contractuum domaniorum conquærentium, ut testatur *Capy.* post *nu. 11. vers. quarta est difficultas*, quod S.C. de justitia judicaret, ut subjicit *num. 9. in fine*, dum dicit, quòd licèt præsumeretur, Regem scire, quod ex causa necessitatis poterant quæcunque privilegia infringi, tamen commiserat, quòd S.C. de hoc judicaret, scili-
312 cet de justitia, quo rescribendi modo satis restrinxerat, et limitaverat clausulam, *de plenitudine potestatis*, adjectam in præcedentibus concessionibus dictis Ducibus factis, ex traditis per *Conf. Ann. cons. 23. lib. 1.* et per eruditiss. ac doctiss. nunc in Supremo Granatensi Consilio dignis. Præsid. *D. Reg. Valenz. cons. 86. num. 44.*

Et in præsenti casu est etiam adjecta in literis, et præcisis ordinibus, et reiteratis mandatis S. Maje-
313 statis clausula derogatoria, his verbis, *Y para que todo lo dicho se pueda exequutar conforme à la orden, que ella dada, y a lo que en este se refiere, derogo, y annullo para este effetto qualquier ley ò ordenança, que en contrario dello aya, &c.* sicut etiam in primis literis dicitur, *non obstante qualesquier ordenes, que aya en contrario.*

Et cum multis aliis clausulis, quibus gravitatem, maximam necessitatem, et extremum desiderium Rex noster insinuat, ut citò tam gravi, et imminenti periculo, totius Christianæ Religionis, et Regnorum Italiæ succurratur, priusquam vulnus seddatur insanabile.

Et ut ostenderet enixam voluntatem Religiosissimus Rex noster flagranti ardore, quo pro conservatione Fidei, et puritate Religionis in suis Regnis, et Dominiis succenditur, post datam literarum, iterum propria manu injungendo, dignatus est mandare celerem negotii exequutionem, undè
314 rejiciendi sunt, ac eisdem imponendum perpetuum silentium, venientibus contra Regis, deliberatam intentionem, *Gram. cons. . 00. num. 6.*

Quæ omnes clausulæ eadem eandem vim, & efficaciam habent, ac si adjecta esset clausula, *de pleni-*
315 *tudine potestatis*, prout de clausula, *Non obstante, & derogatoria* dicunt *Bald. in l. si testamentum, C. de testam.* & in *l. humanum, C. de legibus, Alex. cons.*

215.

Digitized by Google

215 *lib.2.Gram.* aliis relatis *d. cons.* 100. *num.* 35.
316 41. & 99. quarum clausularum usum ad Regem
tantùm spectare tradit *Bovadil.lib. 2.cap. 16.num.*
185.in politica .

Sed longè majoris sunt efficaciæ clausulæ prædi-
ctæ simulunctæ, *Dec.cons.191.* & in propriis terminis
considerat *Reg.Revert.d.decis.19 lib 5 col.antepen.*
317 quam sola clausula *de plenitudine potestatis* , quæ
si deesset , & necessaria foret in casu præsenti , sine
dubio Sacri Senatus , quibus injuncta est præsens
consultatio, possunt, & debent rescriberè Suæ Ma-
318 jestati , ut utatur prædicta plenitudine, eum cer-
tum sit, non fore plenitudinem tempestatis inspecta
causa , sed legitimæ justæ potestatis , ex traditis per
Molinam lib.2.de primog.cap.7.num.31. & 33.
319 Et hanc *decis. D.Capyc.* sequuntur , & probant
nedum Regnicolæ, sed Exteri supra citati, & alii re-
lati per *Mastrill.de magistr.lib.3.cap.10.num.25.*
320 Secundò, celebris fuit decisio in causa Univer-
sitatis Seminariæ cum Ill. Duce ipsius , in qua de
anno 1560. facta relatione per S.C. referente Jo: An-
drea de Curte meo avunculo magno, posteà S. C.
Præside, in Coll.Cons.cum interventu R.C.S. fuit
decisum , Regem potuisse revocare domanium , &
proindè obstitisse Universitati exceptionem Reg.
Prag.editæ Thori , ut his verbis refert *Camill. Sa-
lern.* encomiis extullens communem in *addit. ad
proœm.Consuet.* post *num.305.lit.D.cor.31.* patroci-
nantibus pro Universitate Jo: Marco Aquilino ,
Francisco Antonio de David , & Camillo de Medi-
cis meo Socero , è contra pro parte Ducis Marco
Antonio Floccaro feudorum interprete, Jo: Fœlice
Scaleone , Antonino Monetio , & Jo: Vincen. de
Anna, ut constat ex allegationibus, quæ circumfe-
runtur, & testatur idem *Camil.Salern.*

In qua causa omnes articuli fuerunt discussi, &
quàmvis Universitas præsentasset privilegia Regis
Ladislai, Reginæ Joannæ, & Regum Alphonsi , &
Ferdinandi Primi, & secundi, ac magni Capitanei,
concessa ob servitia specificè enunciata, de quibus
nedum constabat ex Regum ipsorum plenissima
attestatione, sed ex scripturis, & testibus amplissimè
de ingentibus servitiis , majori remuneratione di-
gnis ab Universitate productis , qui deponebant,
quod tempore Regis Ferdinandi Primi , dum Ba-
rones Regni , Oppidaque vicina cœpissent rebella-
re , Seminaria pro fidelitate servanda multa fuit
passa , ex quibus meruit geminatum privilegium,
& tempore Ferdinandi Secundi invaso Regno à
Gallis, Calabria subjugata , Seminaria maximo ap-
paratu, & sumptu se munivit, deindè fuso, ac profli-
gato Regis exercitu, licèt omni spe auxilii destitu-
ta, licèt avidens periculum , et imminentem suam
ruinam prævideret, tamen magis quàm à fide defice-
re, & se Gallis subjicere , pati voluit per vim depræ-
dari, expugnari , et dirui ; ipsique Cives bonis spo-
liati, passi tot stupra , adulteria, incendia, ruinas, per
varia loca dispersi in Civitatem Melfanæ , ad quam
Rex priùs confugerat , se reduxerunt , ubi à Rege
nihil aliud petierunt, nisi conservationem domanii,
quo casu Rege Regnum derelinquente , exercitu
profligato & desperata victoria, prætendebatur po-
321 tuisse impunè hostibus cedere , nec teneri am-
plius in fide perseverare, ut vita servaretur, ex tra-
ditis per *Affl.in Constit. Monarchiam, num.9.*

Et in uno ex prædictis privilegiis legitur addita
clausula , ut dicta Civitas , nec cum Universitate
alienari posset , neposè si tota Provincia Calabriæ
alienaretur ,

Et non obstantibus tot, tantisque reiteratis con-
cessionibus remuneratoriis, jure jurando vallatis, &
habentibus clausulam derogatoriam ad futuras
concessiones, etiam derogatorias, & facultate eidem
Universitati concessa resistendi impunè , etiam ar-
mata manu , quæ supponit actum , contrà quem
exercetur , ipso jure nullum esse : & ex hac causa
posse bellum geri : ac quamvis dicta Terra alle-
gasset, ipsam a tempore , quo condita fuit , semper
stetisse in perpetuo , & immediato Regis dominio
usque ad annum 1504. in quo antiquus status plu-
rimùm prodest ad domanii conservationem: & am-
plius saltim prætendisset , admitti jure prælationis
ad offerendum pretium, quo vendita fuerat Comi-
ti Carolo Spinello, & eo amplius duc.viginti millia
in beneficium R.Curiæ .
322 His tamen , & aliis , quæ longum esset referre,
non obstantibus, semel , atque iterum fuit decisum,
concessiones prædictas revocari potuisse. Primò in
anno 1504. dum Universitas ipsa prætendisset ;
possessionem Terræ prædictæ non debere tradi Ca-
rolo Spinello Avo ultimi Ducis , Magnus Capita-
neus commisit Regiæ Cameræ visionem Privile-
giorum .
323 Et iterum secundo loco de anno 1560. fuit per
S.C. cum interventu R.C. in Collat.decisum , ob-
stare exceptionem Regiæ Pragmaticæ Universitati
petenti domanium, ut testatur *Anna d.alleg.50.nu.
2.in fin.* qui dicit id votatum authoritate *Socin.* in
d.cons.4.vol.3.
324 De qua causa facit duas decisiones insignis *Re-
gens Reverterius in manuscriptis*, scilicet 76.in 2,
par. ubi *car.mihi* 11. testatur votatum nemine dis-
sentiente , obstare dictæ Universitati exceptionem
Regiæ Pragmaticæ editæ Thori in 2. capite .

Idque plenissimè discusso articulo , Utrum Rex
voluerit , vel potuerit revocare concessionem do-
manii, dum Universitas opposuerat de defectu vo-
luntatis Regis , ex concessione domanii cum clau-
sula , *quod potuisset resistere impunè manu milita-
ri* , ex quibus verbis inducebatur clausula deroga-
toria , ex pluribus probat , domanium potuisse
revocari , non obstante dicta clausula , cujus vi-
res pluribus modis enervat ex *versic. quò verò ad
illam clausulam* .
325 Et altera est ejusdem *Revert.19.decis.* in *5.par.*
dùm fuit tractatum de consultatione facienda S.M.
si ad instantiam Universitatis erit dispensandum
super exceptione Pragmaticæ in secundo capite ,
ut ea non obstante potuisset audiri super invalidi-
tate venditionis d. Terræ factæ per Regem Ferdi-
nandum II. Carolo Spinello in præjudicium tot ,
& tantorum privilegiorum domanii, quæ fusiùs
refert *Revert.car.1 à ter.* Et itidem decisum refert
car.15.à ter. Ill.Ducem fovere justitiam notoriam,
clarissimam , et indubitatam in causa principali ,
et tam ibi , quàm iterum in *fine decis.* dicit, fuisse
per omnes Votantes , nemine penitùs dissentien-
te , conclusum , esse consulendam S.M. quod con-
trà concessionem factam dicto Carolo nihil possit
opponi , imò Universitati agenti contrà dictum
privilegium revocationis domanii nihil opponi
posse , ex *§.mos Romanorum* , ubi *Bald. de pace
constantiæ* , & aliis juribus per eum citatis in *dict.
decis.76.* in *2.art.* in *vers.& quia in dicto processu.*

Idquè pleniùs discusso articulo principali , fuit di-
326 cet in *d. decis.19.* quod vasalli tam de jure com-
muni , quàm ex more Regni possunt alienari in-
viti,

viti, *car.2. à ter. versic. tamen his non obstantibus*,
ubi *car.3. vers. in Regno*, amplissimè testatur, in
Regno semper suisse servatum, Regem, & Reg.
Curiam solitos fuisse vendere nedùm Terras sibi
devolutas ex aliqua causa, quæ non erant in do-
manio, sed etiam Terras, Civitates, et Castra,
quæ semper fuerunt in suo domanio, ut fuit ju-
dicatum tempore *Capyc. decis.*166. & in pluribus
aliis causis.

Et addit, plures alias Civitates, et Terras ma-
joris momenti, quàm Seminaria fuisse venditas,
& concessas diversis personis, non obstante, quæ
327 fuissent de domanio, ut Civitas Castrimaris
vendita Sereniss. Octavio Farnesio, Civitas Sul-
monæ, & Civitas Ortonæ maris Ill. D. Carolo del-
la Noy, Civitas Amatricis Alexandro Vitellio Ro-
mano, et Civitas de Penna patria *Lucæ* (qui for-
tè hoc prævidens voluit suis scriptis patriam mu-
nire, sed non probavit) cum aliis pluribus Terris
domanialibus Aprutii fuerunt concessæ Sereniss.
Margharitæ de Austria filiæ Caroli Cæsaris, & uxo-
ri Ducis Octavii Farnesii, & subdit *Revera &*
328 *plures aliæ reperientur Terræ domaniales con-
cessæ, & ità semper fuit in Regno servatum, &
nusquam de hoc indubitatum*, & ità præmissa latis-
sima disputat one omnium juris articulorum, & re-
solutis contrariis, constantissimè affirmat, defen-
sis *cons. Soc.* & *Jas.* à morsibus Advocatorum Vni-
versitatis Seminariæ.

Quam *decis.* probans, & exornans insignis ille
329 *Joann. Vinc. Anna d. alleg.*90. firmat generalem
propositionem *num.*2. Regem posse tollere doma-
nium Vniversitati concessum ex *Iser. Bald. Socin,
Rub. Crovet.* et aliis, & exindè testatur authorita-
te *Socin.* in sæpè citato famosissimo *consil.*4. *lib.*3.
fuisse decisum in S. C. obstare exceptionem Prag-
maticæ Vniversitati Seminariæ petenti domanium
de anno 1560. et habito recursu ad Suam Majesta-
tem pro dispensatione dictæ pragmaticæ, ejusdem
Socin. authoritate fuisse in Supremo Consilio Ita-
lico judicatum, Regem possa domanium revocare.
330 Et addit, ità etiam posteà fuisse obtentum in
anno 1573. in domanio Civitatis Salern. *num.*3.
Et reddit rationem his verbis: *Et non sine ratione,
nam cum per hanc concessionem domanii nullum do-
minium transferatur, nec alteri transferri impe-
ditum sit, idcircò revocari potest, &c.* ex his, quæ
latà suprà probavimus ex mente *Dom. mei Capyc.*
& aliorum in *vers. & en hoc inferri potest*.

Et loquitur expressè *Anna*, tam in concessione
facta ob servitia, et merita, quàm etiam median-
te pecunia, quæ transivit in contractum, prout
loquitur expressè *Socin. in d. cons.*4. et cœteri *DD.*
per *Ann.* citati, & infertur ex ratione prædicta,
qua ipse movetur, quæ utrumque casum pari mo-
do comprehendit.

Et idem *Anna alleg.*87. *num.*2. iterum meminit
de decisione in causa Seminariæ facta, ipso patro-
cinante pro Duce Spinello.
331 Idem *Regens*, & *Marchio de Ponte cons.*70. ex
*num.*35. *per tot. num.*45. *usque ad vers. Sed rursus*,
ubi optimè comprobat ex *Isern.* et aliis ferè omnes
conclusiones superiùs firmatas, nec non *cons. So-
cin.*4. *lib.*3. ut per eum *num.*43. & decisionem in
causa Sancti Severii, et Terami relatas per *D. Ca-
pyc. d. decis.*166. ut per eum *num.*40. & 41. et po-
steriores decisiones contrà Vniversitates Semina-
riæ, et Salerni, *num.*36. & 45. resolvens contra-
ria, ut non valeat Rex revocare absque causa de
novo supervenienti, secus verò existente nova causa
præsertim expressa per Principem eum Consilio,
ut per eum *num.*45. & ità supponit, intelligendas
esse doctrinas per eundem citatas ex *n.*50. *ad* 54.
332 Et iterum idem *Reg. de Ponte d. consil.*15. *lib.*2.
contrà Civitatem Bitonti, et Bisceliarum nervosè,
ac magistraliter prædicta omnia confirmat, nec ad-
mittendam esse in hoc casu disputationem conclu-
dit, secundùm quod fuit in Reg. Camera facta con-
sultatio in beneficium Regii Fisci de anno 1610.
his verbis: *Secondo, che si bene trà li Dottori
è controverso questo articolo, se Sua Maestà può
alienare le Terre, alle quali mediante prezzo hà
concesso per contratto privilegio di domanio: tuttà-
volta volendo tenere la parte del Fisco, che possa
fare, come già in questo Regno stà determinato per
diverse decisioni: mà che si tiene per certo, che
Sua Maestà non lo possa, nè debbia fare de jure sen-
za causa grande, & urgente, che sia de utilità pu-
blica, la quale può vincere lo particolare, & in-
torno à questo se lo escambio di Sabioneta sia tanto
urgente, & all'utilità commune delli Stati d. Sua
Maestà, non est nostrum il giudicarlo: mà di Sua
Maestà, che secondo la sua gran prudenza, & del-
li suoi Consiglieri, che in questo intervengono, giu-
dicarà la qualità di questa causa, & l'urgentia di
quelle.*

Id pariter observatum fuit, dum Fiscus insta-
bat pro venditione Casalium Consentiæ, insisten-
333 do præsertim in consuetudine hujus Regni, tunc
D. Reg. de Curte, qui Fisci partes tuebatur, ut ip-
semet refert in ejus *tract. de feud. fol.*8. *num.*38.
& contradicente Civitate simul, non posse proce-
di ad illorum venditionem, tum quia eorum pri-
vilegia transierant in contractum, & fuerant con-
firmata per successores; tum quia non licebat de
potestate ordinaria, nec aderat justa causa, ut pro
dictis Casalibus consulverunt famosissimi causa-
rum patroni *Dom. Consil. Georg. alleg.*15. *D. Consil.
Thead. allegat.*10. nec non Advocatorum primus
*Dom. meus Camill. de Medicis consil.*118. et tandem
agnoscentes, Casalia prædicta malam fovere cau-
sam, obtulerunt aliud servitium, & sic acquievit
benignissimus Rex noster, ut testantur iidem *Con-
sulentes in fine d. dictarum alleg.*10 & 15.
334 Et quia pervenit ad manus nostras copia voti
celeberrimi, ac præclarissimi illius viri *Vincentii
de Franchis* transmissi ad Suam Catholicam Maje-
statem in causa dictorum Casalium Consentiæ in
beneficium Regii Fisci, libuit hic inserere, cum
335 tanti Viri authoritas nedum apud nos maxima
sit, sed etiam apud exteros, nam eum eruditissi-
mum exclamat *Molin. de ritu nupt. lib.*2. *quæst.*31.
*num.*1. & doctissimum *Menoch. lib.*4. *præsumpt.*83.
num 3. *in fine*, ac doctissimum, & nunquam satis
laudatum prædicat *Dom. Reg. de Ponte cons.*4. *n.*44.
*lib.*1. & primarium in toto hoc Regno insinuat
*Peregr. consil.*11. *num* 5. *lib.*1. adeò quòd S. C. in
dubiis quæstionibus junctis omnibus Aulis adhæsit
opinioni ejusdem, ut testatur *D. Rovit.* in *quæst.
ult. num.*37. impressa post *Comment. ad Pragma-
ticas*.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

D*Ecisio præsentis causæ doctissimè tractata fuit,
& nihil remanet, quod non sit dictum, & nisi*
tant.

Digitized by Google

transmittenda essent vota cum rationibus ad Catho-
licam Majestatem, simpliciter dixissem, concurro,
sed, quia vota sunt mittenda ad Catholicam Maje-
statem, dico, quod ex infrascriptis concurro cum
illis Dominis, qui tenuerunt partes Fisci, scili-
cet quod Majestas Catholica potest alienare casalia
Consentiæ, invita Civitate, & vasallis.
Ex quo, licet aliàs de jure difficultas sit, an va-
salli inviti à Domino possint alienari, nihilominùs
336 hæc difficultas cessat in hoc Regno, stante con-
suetudine alienandi, quæ notoria est, ità post alios
concludit Capycius in investitura, in verbo Impe-
rator, in 4.declarat. fol.150. & in hoc Regno num-
quam de hoc fuisse dubitatum testatur D. Reg. Re-
vert. in ejus vota, quod ad pennam habeo, & osten-
di D. Judicibus in causa Vniversitatis Seminariæ,
ubi enumerat multas Terras in hoc Regno vendi-
tas, quæ erant de domanio, & dictus Dom. Regens
fuit Præses, & Locumtenens R. Cam. longo tem-
pore, & demum Regens, & ideò valdè informa-
337 tus, & hæc consuetudo de jure procedit, quia
Rex in hoc Regno est Monarcha, ut dixit Glos. in
proœm. Constitut. ubi Andr. qui in aliis locis hoc
338 concludit, & plus juris habet Rex in Regno,
quàm Imperator in Imperio, ut dicit Andr. in c.1.
1.col. de his, qui feu.dar.poss. & materia feudorum
fundata est in consuetudine, liber enim feudorum
appellantur consuetudines feudorum, & in mate-
ria domanialium regni, quod operatur consuetudo
339 circà eorum alienationem, allegavi Lucam de
Penn. in l.1. C.de capit.civi. cens. lib.11. dum con-
cludit, non servari in venditione, seù alienatione
domanialium de consuetudine Extravag. Innoc.VI.
Concurri etiam cum illis Dominis, qui tenue-
runt, quod licèt aliàs invitis vasallis non possit fie-
340 ri alienatio, quod hoc intelligitur, quando tota-
le dominium alienatur, secus autem quando rema-
nente directo, utile tantùm alienatur, ut in præ-
senti casu, per text. in cap.intellecto, de jure jur.
& decisionibus allegatis addidi eundem Capyc. in
suprà alleg. loco in 1. & 2. declarat. & Bellug. in
spec.Princip. in tit.de juram. pro min. facto, n.14.
vers.et istud, quod diximus, fol.13. in meo.
Et ex prædictis concludebam, quod dato, quòd es-
set vera opinio, quòd Rex invitis vasallis non pos-
sit eos alienare, quod hoc non procedebat data in
contrarium consuetudine, & quando non transfer-
tur totale dominium.
Et dixi, me valdè miratum fuisse de Advocato,
qui eo tempore erat regis Patrimonii, quod move-
rit hanc litem in dubium, ponendo id, quod in hoc
regno erat plusquàm notorium.
Opponitur pro parte Civitatis de privilegiis do-
manii concessis Civitatis Consentiæ, ad hoc dixi,
prout etiam dictum fuit, quòd de privilegiis con-
cessis antè Reg. Pragm. Thoro editam non erat ha-
benda ratio, ex quo de eis, & eorum possessione
non erat necessaria probatio, quandò pro parte Ci-
vitatis fuit opposita dicta exceptio regia Pragmati-
cæ, & factis probationibus, & productis privile-
giis, & eorum possessione allegata, de eis nota non
fuit habita ratio, & fuit interpositum decretum,
regiam Pragmaticam non obstare, quod decretum
transitum fecerat in rem judicatam, & sic profer-
ri non poterat, si esset habita ratio de privilegiis,
& allegata possessione, & verè omnia privilegia,
si quæ Civitas habeat, ob notorias rebellationes
amissa fuerunt.
Quò verò ad privilegia aliorum Serenissimorum
Regum post Pragmaticas ex verbis earum, & de-
cretationibus apparent, fuisse in forma communi,
& concessa, quatenus in possessione existeret, & sic
nihil operari.
Quoad confirmationem privilegiorum per Ma-
341 gnum Capitaneum factam, & allegatam, dixi,
non esse habendam rationem ex ponderatis per Fi-
scum, & quia in potestate quantumvis cum libera
non videtur concessa potestas, quòd quis privetur
alienatione sibi permissa, & libertate, quam ha-
bet, allegavi text. in simili in l.contrà juris, §.1.
ff. de pactis.
Novissimè dixi, quod dato, quod privilegia præ-
dicta essent valida, prout ex prædictis apparet non
esse, quod nihilominus, quia sunt concessa in me-
342 ram gratiam, & in subditum, possunt ex pote-
state ordinaria revocari, & ultrà decisiones allega-
tas dixi, hanc quæstionem in specie poni per Re-
staus. in tract.de Imper.eligendo in 55.q. ubi quæ-
rit, an Imperator possit revocare privilegium li-
bertatis, vel aliud ab his, qui illud haberent, qui
in subdito ità concludit, & ad nutum posse revoca-
ri concludit in loco præallegato, versic. et scias,
343 fol.18. præterquàm si concedens habuisset à susci-
piente aliquid, quod haberet perpetuam commensu-
rationem cum re concessa, prout etiam tenet Re-
staus. ubi supra, & licèt privilegium, quod fuit
concessum tempore Regis Alphonsi fuisset conces-
sum, ut se traderent fidelitati dicti Serenissimi
Regis, & sic dicant, quod cadat aliqua ex limita-
tionibus in prædictis locis posita, dico, quod non
procedit aliqua ex eis: quia Civitas fecit id, ad
quod tenebatur, dando se vero Regi cum multis im-
probatis pactis, & ea servitia recipiunt commen-
344 surationem cum gratia, ad quæ is, qui ea fecit,
non tenebatur, ut dixit Lupus in repet. cap. per
vestras, §.50. num.5. pro complimento hujus limi-
tationis, & Ripa in suis responsis, tit. de donat.
inter virum, et uxor. in respons. quod incipit,
quia maritus, cum aliis per me congestis in decis.
S.C. 308. Maritus. Undè cùm Civitas Consentiæ
se exemerit ab invasore, & dederit se vero Regi,
fecit, quod debuit, & contrarium faciendo delin-
quebat: Et ex his conclusi, esse judicandum in
favorem Reg. Fisci, salva semper correctione.
Vincentius de Franchis.
Novissimè relatis tàm Exteris, quàm Regnico-
lis, ac prædictis decisionibus hoc idem firmat Do-
ctor Morta in consil.182. per totum, & præsertim
n.33. usque ad 40. modernissimus Mastanus in d.§.
præterea Ducatus, n.147. fol.204. quod nec etiam
negare potuit contrariæ opinionis defensor Consil.
Paschalis par.1.cap.1.de virib.patr.potest. num.83.
345 licèt n.94. id admittat duobus concurrentibus,
scilicèt, qui adsit publica utilitas, aut maxima neces-
sitas, & quod specificè constet, velle Principem re-
vocare, quorum utrumque concurrit in præsenti, de
quo agitur: Et excusatione dignus erit idem Cons.
346 Paschalis si receptissimas, & communissimas, & in
his Summis Prætoriis judicatas conclusiones suprà
firmatas impugnare ausus fuerit, quia eodem ar-
denti amore defensionis patriæ suæ Consentiæ, quo
se decepit Novizanus pro ejus patria Astensi d.con-
sil.18. inductus fuit, ac etiam quia dictam opinio-
nem substinuerat uti Advocatus pro Civitate Tea-
tina, ac Therami, ut ipsemet D.Pasch. testatur sub
num.104. d.cap.1. quarè sibi visum minimè fuit re-
vocare

Digitized by Google

vocare eam sententiam, quam uti Advocatus de-
fenderat, dum pro veritate tractatum imprimen-
dum curavit, qui propterea simpliei, & puræ ve-
ritati adherere debuit, omni animi affectione post-
posita, prout in tractatibus contingere solet, mu-
tata in melius sententia, prout fecit *D.Consf.Georg.*
qui quamvis eandem opinionem tueretur uti Ad-
vocatus pro eadem Civitate Consentiæ; tamen de-
indè in *Repetitionibus feudalibus*, *d.cap.55*, mu-
347 tavit sententiam, agnoscendo veritatem, & quàm
maximi detrimenti fuisset Reipublicæ in repetitio-
348 nibus, & tractatibus conclusiones falsas, vel non
multùm solidas pro veris firmare, & in detrimen-
tum veritatis persuadere conari.

Nec tandem pro coronide prætermittendum,
quod ex domanio nullum Regis consideratur ser-
vitium, at maximum præjudicium, cum proven-
349 tus nunquam in Regis beneficium applicentur,
sed lucro Gubernatoris cedunt; Introitus feuda-
les maximam patiuntur jacturam ex ipsorum dis-
membratione, & sinè Domino, & Administrato-
re cessat spes devolutionis, ac servitium Regis, pro-
pter quod feuda inventa fuerunt, ut perbellè ex-
plicat Dominus meus Avunculus *Reg.de Curte lo-*
co sæpius allegato in *1.par.divers.feud.fol.10.à ter.*
num.74. sicuti etiam nullum consideratur benefi-
350 cium earundem Vniversitatum, sed illarum per-
ditio, ut admonet idem *Dominus de Curte n.75.*
& conferunt tradita per *Frecciam de subfeud.lib.2.*
author.2. sub *num.26.* dum agens de oneribus, &
incommodis, quæ subeunt Vniversitates ex cau-
sa domanii, hæc verba profert, videlicet; *Præ-*
sertim si aliqua Vniversitas ab aliquo proteruo Ci-
ve, vel Notorio subducta sub usuris quæreret pe-
cuniam, duo, aut tres ex eo Oppido excoriant, alios
sub falsa causa, & pauperes gravantur quotidiè
pro usuris, & nullum sentiunt commodum, plures
scimus Vniversitates ex pondere æris locupletes,
pauperiores evasisse, &c. et sequitur, *non sunt au-*
diendi qui tolia offerunt Curiæ, quia fit deterior
conditio Regis, non melior, quæ verba uti aurea
registravit *Dom.Præsid.Rovit.* in ejus doctissimis *lu-*
cubrationibus ad pragm.64.num.19.de offic.procur.
Cæsaris.

His etiam conclusionibus, ut suprà firmatis non
adversatur *decisio 5.supremi Italiæ Senatus* doctis-
simi *Regentis Caroli de Tapia*; quinimmò & senten-
tia, quæ ibidem refertur, ejusque decisionis fun-
damenta pro hac parte potiùs stare manifestissimè
rectè intuenti liquet; Principio advertendum, in
casu illo concurrere quædam adminicula, ex qui-
bus solis pro petente manutentionem domanii po-
terat rectissimè judicari, inter alia enim extat Ci-
vitas Regalis in confinibus Regni, propè fines Sta-
tus Ecclesiastici; habebat etiam Castrum, sivè For-
telitium, ex quo pro conservatione Regni, inte-
rerat illam in Regis domanio remanere, & ex ju-
ris dispositione non decebat privatæ personæ subji-
352 ci, ut conatur probare idem *Dominus Regens* in
*d.decis.num.121.& 122.*ex *l.quicunque, C.de fun-*
*dis limit.lib.11.*ubi *Luc.de Penna*, & alii, & di-
cit facere *tex.in l.si legatum, §.fines publicos, ff.de*
*operibus public.*ibi, *fines publicos à privatis deti-*
neri non oportet, & aliis Doctorum aothoritatibus
ornat *num.123.* Concurrebant etiam in casu præ-
dicto ingentia servitia ejusdem Civitatis, non so-
lum servando assiduam, & nunquàm intermissam
fidelitatem Serenissimis Regibus; sed etiam illius
Cives se vitæ periculo submisisse cum omnibus
ejus bonis, maxima cum sanguinis effusione, præci-
puè in ultima Regni invasione, testimonio Ill.Mar-
chionis Vasti, Ascanii, & Martii Colomnæ, Ill.
Comitis Sancti Valentini, Julii de Capua, Joan-
nis Baptistæ Savelli, & aliorum testium de visu sa-
tis apertè probatum declaravit Invictissimus Impe-
rator Carolus V. ut ex verbis privilegii ejusd. Vni-
versitatis inserti in consultatione facta per Regiam
353 Cameram, ibi: *Como tambien lo continuò ordi-*
nariamente de haver sido fielissima à sus Reyes en to-
das las ocasiones, que se offrecieron en el anno de
1536.teniendo el Invitissimo Emperador Carlos V,
de immortal recuerda verdadera, y bastante infor-
maçion del Marques del Vasto, de Ascanio, y Mar-
cio Colona, del Conde de San Valentin, de Julio de
Capua, y de Juan Baptista Savelo, y de otros mu-
chos, que como testigos de vista lo dieron del bien,
y cumplidissimamente, que sus Citadinos lo havian
hecho en todas las guerras de aquellos tiempos, y
particolarmente en la ultima invasion del Reino con
la vida, sangre, y hazienda, en que padeçieron
sin perdonar à cosas grandes, y extraordinarios
dannos por cuya causa, fielidad, y otra, por ha-
ver mantenido, y defendido de los enemigos la Tier-
ra, su Roca, y Fortelezas, seguieron para el ser-
viçio Real effectos de mucho, y importante consíde-
raçion.

Ex quibus (omissis aliis circumstantiis) etiam se-
cundũ adducta pro parte Ducis D.Alphonsi ad ejus
354 defensionem, debebat succumbere; dicebat enim
Dux, quòd subsistente causa publica Princeps alie-
nare potest domanialia, concessiones revocare, &
dominium auferre, ut probavit in *d.decis.num.88.*
longè antè firmavit in *rubr. de Constit.Princip.* ut
ibidem refertur, ad quod quamplures adducit *DD.*
& nos suprà in tertia conclusione probavimus,
ubi inter alios citavimus eruditissimum *Respon-*
sum eminentissimi viri *Dom. Regentis Ioannis Ba-*
ptistæ Valuenzuela, non minus doctrina, quàm re-
rum experientia, & summa integritate pollentis,
ergò cum magis causa publica concurrebat ex par-
te Vniversitatis, quàm Ducis ex suprà narratis,
etiam secundum ejus adducta, quæ verissima sunt,
et nos etiam fatemur, sed non applicabilia ad ca-
sum suum, debebat succumbere: Imò etiam datis
terminis paribus tam pro parte dictæ Civitatis,
355 quàm Ducis, ad quod non insisto, non poterat
obtinere; cum non sit permittendum, unum al-
tare discooperire, & aliud cooperire, ex *Bald.con-*
sil.327.n.3.lib.1. relato in *d.decis.n.98.*

Cæterùm præcipua fundamenta posita in dicta
decisione proficua etiam fore conclusionibus suprà
firmatis patet.

Primò enim inter alia jactat fundamentum, quod
356 Princeps rem alienam alienare, & alienæ rei do-
minium tollere possit ex causa, *num.32.* quod anteà
etiàm probavit in *rubr.de Constitut.Princ.* & nos
etiam fatemur supra *num.25.* Si ergo potest alienæ
rei dominium tollere, quantò magis domanium re-
357 vocare, in quo casu nullum dominium, utile sci-
licet neque directum in concessionarium transire
probavit, sed solum quodam jus petendi, conser-
vari in domanio antè *num.31.* ad quod etiam verba
D.mei Capyc.decis.166. num.3. inservit *num.47.in*
*fin.*ibi, *tùm etiam quia Rex non donat vasallis uti-*
le dominium, quando concedit domanium, sed re-
tinet pro se.

Se-

Secundò, pro ebfoluto habetur in *d.dec. n.61.*
358 quòd privilegium, per quod dominium non
transfertur, Princeps revocare possit, quod com-
muniter receptum inter *DD.* ait probasse etiam in
rubr. de Constit. Princ. inter quos antesignanum
ponit *Bald.* in *l. qui se patris*, *num.*34. alias *n.*50.
in fine, C.undè liber. ad quod etiam ponderavit *ll.*
Tauri, *num.*64. Et dominium non transferri per
359 concessionem domanii in concessionarium pro-
bavit *d.num.*31.& etiam duplici decisione ejusdem
Supremi Italiæ Senatus id roborevit in causa do-
manii Vniversitatis Seminariæ,& in domanio Vni-
versitatis Salerni, ex *alleg. Annæ* 69.& 50. quo-
rum verba infervit idem *Dam. Regens d.decis.n.*81.
& 82. & propriè *num.*83. Imò etiam non discre-
360 pat à sexta conclusione *n.*137.suprà firmata;quod
Rex, dato quod domanie vendere nequeat contrà
Civium privilegium, possit nihilominùs infeuda-
re, quinimò ex communi *DD.* calculo eam fulci-
ri fatetur *d.dec.num.*100.& 181.

Tertiò,non negatur, in *d.decisione* etiem in fun-
damentis adductis pro parte dictæ Civitatis con-
361 trè Ducem; quòd subsistente causa publicæ uti-
litetis possit Princeps alienare domanialia, non ob-
stante promissione de non elienando; Imò hanc
opinionem probasse fatetur in *rubr.de constitut.*
Princ. & hic eam sequitur *nu.*88. *ad* 97. ubi *n.*95.
refert decisionem S.C. pro hac verissima opinione,
relatam per D. meum *Capyc.decis.*166. & *num.*99.
etiam posito, quòd Princeps non possit revocare
contractum ab ipso, vel eius prædecessoribus ge-
362 stum, limitat; nisi tam urgene, & necessaria
esset causa, quod non possit aliundè subveniri, &
hoc dicit esse *dict. Andr.*in *cap.Imperialem*, *§ præ-*
tereà Ducatus, *n.*49. et illud probasse *Annam.*

Et licèt in illo tantùm articulo, an servitia fa-
ciant donationem remuneratoriam; adeò quod
363 non possit revocari, dicat, non requiri, quòd ser-
vitia sint talia, quòd possint præstare jus agendi,
vel officium Judicis, contrà opinionem *Arii Pi-*
nelli, quam veriorem aliàs dixit in *d.l.fin.de Const.*
Princ. ut refert in *d.decis.num.*49. quam latissimè
suprà uti veriorem, & communissimam conclusio-
nem probevimos *n.*26.& *seq.*& præcipuè *n.*34.Sed
364 post annorum curricula experientia docuit, con-
trariam esse æquiorem, tutiorem, & megis proso-
cuam: Attamen & si hoc concederetur, adhoc non
sequeretur aliud pernecesse, nisi quod non possit
revocare Rex donationem ad libitum absque ju-
sta causa, prout apertà etiam sensisse eundem *D.*
Regentem in *d.num.*49. etiam ex eodemmet *Decia-*
ni responso, quod allegat, cujus verba ibidem re-
fert, quibus apertè ostenditur, Principem non
posse revocare donationem, quia debet esse gratus,
& quod gratitudo præcipua est Principis virtus,
quæ ipsum coronat, & ingratitudini opponitur,
quæ semper exulavit ab Illustrissima Domo Au-
striaca (ut propriè verbis utar) non autem seque-
retur, quòd existente publica, & justa causa, non
possit privilegia revocare, cum possit eo casu Prin-
ceps etiam propriis bonis subditorum uti, secun-
dùm supradicta, quod plus est, quo casu ingrati-
tudo cessat, & considerari non potest, justa cau-
365 sa existente, qua stante, si non permitteretur,
posse domanialia contrà promissionem de non alie-
nando elienare, esset potiùs, non solum Princi-
pem non coronare, sed coronam non conservare,
quod absurdum est, & contra mentem, & verba
ejusdem *Deciani*, secundùm quæ loquutus fuit
idem *D.Regens Tapia*, et intelligi debet secundùm
dictum *Bart.* in *l.non solum*, *§.liberationis verba*,
ff. de liber. legat. & probavit etiam infrà *num.*57.
& 98. posse Principem privilegium domanii ad li-
366 bitum revocare, quando concorrit publica, &
necessarie causa; et quod non possit aliundè sub-
venire, et ità ait *num.*99. *in fine*, intelligenda
esse tradita per *Socin.Jas.* et alios in locis supra ci-
tatis, undè cùm hæc concurrant in præsenti casu,
dicta in illa *decisione* nobis favent.
367 Nequè sententia in illa causa per Supremum
Italiæ Senatum lata pro dicta Civitate à suprà nar-
ratis dissentit; quinimò, & etiam conclusioni-
bus per nos firmatis non solùm non obstat; ve-
rùm etiam illius authoritete magis nitescunt: fuit
enim in illo Sacro Senatu altercatum; an mentis
Catholicæ Majestatis fuerit, privilegii domanii di-
ctæ Civitati concessa derogare voluisse, et negati-
vam sententiam sequutam, ut ex dicta sententia
num. 124. *in fine*; ex quo fit, ut necessariò
fatendum sit, antè omnia pro absoluto fuisse
habitum, posse Catholicam Majestatem dicto
privilegio derogare ex publica, & justa cau-
sa; aliàs frustrà fuisset disceptatum, fuisse nè
vel non Suæ Majestatis mentis illmus privilegio,
derogere; cum eo casu etiem si fuisset dictæ
mentis revocandi, non potuisset, & sententia
debet pcnferri super casu, qui esse possit, licèt
verus non sit.

Nec etiem quicquam officit, quod in consulta-
tione Regiæ Cameræ sub data 22. Octobris 1622.
fuerit facta distinctio Civitatum, et Castrorum
Regni domanialium, distinguendo ipsas Terras
in quatuor ordines, sivè classes. Prima illarum,
quæ obtinuerant Regi sub immediato domanio ex
contractu oneroso soluto pretio. Secunda, ob ser-
vitia præstita, de quibus in privilegiis nostrorum
Regum erat facta specialis, vel generica mentio.
Tertia, ex mera, et pura gratia. Quarta tandem,
ex mixtura gratiæ, et pretii, cum pretium non
fuisset æquivalens gratiæ concessæ; in qua discur-
rendo sigillatim per singulas, et de causis non so-
lùm concernentibus justitiam; sed respicientibus
regimen Status, & Regni gubernium, ex quibus
poterat moveri Rex noster ad conservendum, vel
revocandum domanium; satis ex dicta consulta-
tione videbatur coangustari numerus Civitatum,
et locorum, ad quarum infeudationem ex dicto
voto procedi posset; cum ex variis consideratio-
nibus major pars nedum Civitatum, sed etiam ter-
rarum, præsertim primi ordinis, consultum fue-
sit, retinendas esse.

Dicimus enim, dictam consultationem fuisse
factam in dicto anno 1622. tempore, quo jam
cessaverant turbines bellorum Alemaniæ, & ex
consequenti necessitas præcisa suppeditandi sum-
ptus, undè non mirum, si mutatis temporibus,
et cessante urgentia, visum fuerit æquiùs agere;
et consulere, ut admitterentur quædam exceptio-
nes ad excusandam elienationem domanialium,
quæ nec anteà; nec post dictum tempus fuerunt
admissæ, imò de illis nulla habita ratio, ut infrà;
Idque colligitur in primis ex verbis ejusdem Con-
sultationis, in qua ubi agitur de primo ordine do-
manii onerosi, leguntur hæc verba, *Et natural-*
mente Sua Maestà stà obligata ex contractu onero-
so ad osservarli le promesse, mentre non ce sarà

causa ragionevole, quale de jure si riceerca à receder da detti contratti, et paulò post fundat suum votum R.C. *Secondo, perche nel presente caso non par concorrer causa sufficiente à contravenire alli contratti*, et iterum subdit; *Terzo, perche si è vero, che etiam concorrendo legitima, & sufficiente causa, quale vogliono li Dottori habbia da esser tale, che sia la più prassima al remedia della Republica*, et conatur probare, illam causam in dicto casu non concurrere, et tamen de jure satis suprà fundatum est, non esse subditorum judicare, si causa est sufficiens, et legitima, sed solius Regis cum consilio Procerum, sivè Status, ut in consultatione ejusdem R.C. anni 1610. suprà n. 334. in qua in individuo fuit resolutum, non esse hoc judicium Reg. Cameræ, sed Regis, cujus dicto standum est. Sicut etiam aliæ rationes consideratæ in dicta consultatione prætensæ restitutionis pretii, habito respectu ad præsens tempus, undè videri poterat, satis diminui utilitatem Reg. Curiæ; ex superius deductis, cessare videntur; dum de jure solidissimè fundatum est, solum pretium receptum tempore contractus esse restituendum, nec quidem statim, sed demum cessante necessitate, quæ nunc compellit alienare.

Nec ratio æqualis distributionis oneris, quæ attendenda est in impositione vectigalis, quod æqualitatem, quòad fieri potest, exigit, et tamen potiùs desiderari solet, quàm obtineri, extendenda est, ut impediat Regem, quin sua domanialia, ut libet, & expedit, alienet; prout nunquàm ad alienationem, vel infeudationem deveniri posset, si hæc æqualitas oneris quoad omnes subditos esset semper necessaria.

Et proindè non sine causa non solùm dicta consultatio fuit unquàm per Suam Majestatem approbata, nec responsum quidem, ex quo tacitus consensus, sivè ratificatio induci potuisset. Sed expressè regiis literis sub data 6. Julii 1625. supervenientibus novis bellorum turbinibus Lombardiæ, præcisè jussum, & injunctum Excellentissimo Duci Albæ, ut non obstante consultatione eidem facta per Reg. Cam. cum Collaterali, quæ an ista fuerit, vel alia, me latet, consignarentur Januensibus, qui pecuniam pro sumptibus belli mutuaverant, quatuor ex insignibus Regni Civitatibus, ad quarum appretium procederetur per Reg. Cam. ut pretium declarandum cum mutuo compensaretur; quod per eundem Proregem fuit jussum exequi, & injunctum Reg. Cam. quòd celerrimè procederet ad liquidationem pretii dictarum Civitatum, quod decretis ejusdem referente olim Præside Camillo de Marra sub die 27. Augusti. 3. & 11. Septemb. ejusdem anni 1625. fuit ordinatum, compleri, licèt posteà aliundè paratis pecuniis effectum venditio non habuerit.

In quo notanda sunt verba expressa in dictis regiis literis sub data 6. Julii 1625. ibi, *Porque de todo lo demas havio complida relacion acà, de lo que se podian advertir de ay cerca desto con la consulta de la Camara, y Collateral, que en vuestra carta citatis*, & sic plenam habuit Rex notitiam de motivis deductis in consultatione, & paulò post: *Ni parece, que el sentimiento, que los subditos pueden tener por ello sea de tanta consideraçian, que no preponderc mas la obligaçion de acudir a las necessidades de Lombardia, que son tan grandes, como sabeis*, & in fine additur: *Luego en recivicndo este, lo hagais sin otra dilaçion, ni replica, superando qualquiera dificuldad, porque assi como haveis acudido con otras muchas provisiones de mar, y tierra, de que ya me hallo muy servido, tengo por muy cierto, que no faltareis de hazerlo, tambien en esta provision*.

Ex quibus omnibus apparet hæc Principis potestas in revocandis ex causa domaniis, fundata in solidissimis fundamentis juris communis, & municipalis, usu, & observantia generali ferè omnium Principum, & præsertim Regum nostrorum in nostro Regno, ubi ità semper practicatum, & sæpissimè judicatum, & rescriptis, & jussionibus regiis etiam novissimis remotis contrariis, sancitum, et decretum, ità ut à more majorum nullo modo sit recedendum, sub censura rectiùs sentientia.

Tandem hic ultimò pro complemento ad illud, quod adversùs Fiscum opponi audivimus, videlicet, quod sicuti non potest revocari concessio feodi à vasallo, ità pariter nec domanium à subdito, cui est concessum conservari in domanio: Respondimus diversissimam esse rationem utriusque, cum per concessionem feudi transferatur in feudatarium utile dominium, quod est juris gentium irrevocabile, nisi ex causis, de quo nos suprà n. 15. 41. & 358. & alibi, in quo etiam videndus est *Rolandus cons. 32. num. 60. lib. 4.* secus autem erit in concessione facta Communitati, per quam Communitati conceditur retentio in domanio, ubi potius Princeps retinet, quàm transfert, ut suprà nos probavimus *num. 274. cum seq.* & *num. 357.* & licèt contractus sit juris gentium, attamen hic contractus est talis naturæ, & conditionis intrinsecæ, ut resolvatur superveniente necessitate, ad ea, quæ diximus suprà *n. 252. cum seq.* & *n. 310. cum seq.* & *num. 362.* atque huc refertur communis illa conclusio, quod Princeps valeat revocare privilegium concessum subdito, cum privilegium habet causam successivam, ut post alios *Roud. respons. 10. num. 11. & 12. vol. 2. Regn. Sintin. de Regal. cap. 6. à num. 8. Bern. Grevent pract. canel. concl. 60. consid. 6. coron. 1. ex num. 2. usque ad 3.* nec enim aliter potuit Princeps concedere in perniciem Coronæ, de quo etiam supra *n. 278. cum seq.* & *n. 365. & seq.* Item quod contractus Principis sit irrevocabilis, fortassis procedit in contractu communi, quem facit ut quilibet privatus contrahendo, vel paciscendo ex contractibus juris gentium, vel civilis, emendo, permutando, vel infeudando, secus autem quando id, in quo versatur, & continet contractus, concernit dumtaxat, & convenit Principi, ut Principi, ut suprà demonstravimus *num. 259.* sicuti in casu præsenti est concessio domanii, quæ resolvitur in promissionem retentionis sub immediata Principis potestate, imperio, et jurisdictione, quæ non potest concedi, neque servari, nisi à Principe, tanquam supremam habente potestatem, siquidem in hac concessione negari non potest, gratiam prævalere, & ad eam principalitèr concessionem ordinari, ex regula *d. l. Titius puerum, ff. de obseq. à lib. & lib. &c.* & sic gratiam, & beneficium contineri negare non potest, de quo abundè nos suprà *d. n. 259. cum seq.* quæ gratia à solo Principe procedere, & emanare potest, non ab alio, qui jus illud concedendi non habet, & à quo fluunt, & ad quem refluunt jurisdictiones, & imperia, & in quem ab

ini-

Digitized by Google

initio populus Romanus omnem potestatem transtulit, quæ quidem sunt juris publici, non autem privati, & licèt hæc concessio, quæ gratiam principaliter continet, transfundatur in contractum ob interventum pecuniæ, ex *Bald.ut suprà num.14. cum seq.* attamen non potest ita transfundi, quia gratia non prævaleat, quæ fuit præcipua, at primordialis, & finalis causa; qua motus fuit Princeps, & sic dexter oculus fuit ad beneficium, licèt sinister respexerit ad pecuniam, ad ea, de quibus nos supra *num.260. cum seq.* & *n.273.* & 282. quæ pecunia in gratiis Principum potiùs appellatur servitium subditi, opem præstantis honestiori vocabulo, & inspecta primordiali, & insita à natura obligatione, & debito subditi, vel vasalli, quàm pretium, quod comprobari potest ex iis, quæ tetigimus supra *num.262. & 343. & seq.* quod etiam ex eo patet, quod longè minor summa solet Principi præstari pro domanio, quæ raro, aut nunquam commensuratur vero, & justo pretio ipsius Terræ, quod solet in contractibus privatorum in eorum commerciis, & commutationibus conveniri; Et *Socinus* supponit pro indubitato, in hujusmodi concessionibus, quas Principes faciunt de retinendo Civitates in domanio, vel ubi aliter suis subditis concedunt immunitates, semper gratiam, et beneficium pecuniæ receptæ præponderare ex eo, qui illud Princeps facit, uti Princeps, & non uti privatus, de quo nos suprà sub *num.268.* Adde quod ut plurimùm in his concessionibus retentionis in domanio solent Vniversitatibus concedi corpora de jure Baronum, quæ æquant, ac interdum excedunt æstimationem servitutis; ità ut pretium fuerit commensuratum, et correspectivum ad valorem ipsorum corporum; ex quo consequitur, ut concessio domanii quamvis occasione ipsius venditionis elargita; gratis concessa censeatur, dum pretium fuit exsolutum pro translatione corporum. Vndè dum ex nova causa necessaria Rex non infringit venditionem corporum; sed revocat domanium, quod aut non fuit venditum, vel saltim pecunia æquavit corporum æstimationem; majori quidem, ac fortiori jure isthæc revocatio permitti debet. Accedat etiam, ex retentione domanii maximè præjudicari juribus dominicalibus, quæ interim videntur perempta saltim inspecto præsenti statu; cessant enim relevia, servitia, et alia, quæ exiguntur, & fas-cta tecta ex infeudatione manent.

Ità similiter licèt hæc concessio transfundatur in contractum, non tamen definit esse contractus Principis, qui omninò habet, ut diximus, insitam conditionem resolutivam procedentem à jure publico, cui partium conventione derogari, nec præjudicium aliquod afferri potest, ut ità demum servetur contractus, se jori, & favori publico, conservationi Status, vel Regni damnum non afferat, vel præjudicet, & quousque causa publica urgens superveniens non cogat non tam contractum resolvere, vel ab eo, discedere, quam gratiam effectu suspendere, vel in totum tollere. Et ex his igitur patet, nimiam esse differentiæ rationem, nisi concessionem domanii, & concessionem feudi, ex quibus præfato argumento plenè satisfecisse arbitramur.

Quamplurìbus post annis, quàm hæc dum Fisci partes tueret, scripta fuerint; articulus secundùm hic scripta, me existente Commissario, coràm Excell.Prorege, cum interventu Collateralis Consilii decisus fuit, ut ex decreto sequenti perspicuum est.

In causa Regii Fisci prætendentis, debere procedi ad venditionem, & infeudationem plurium Civitatum, Terrarum, Casalium, & locorum Domanialium Regni, tam eorum, qui fruuntur Regio Domanio ex simplici, & pura gratia, vel propter merita, & servitia præstita, et enunciata in Privilegiis Serenissimorum, & Invictissimorum retro Regum, quàm eorum, qui Domania obtinuerunt, mediante pretio etiam condigno, & æquivalenti per viam contractus cum amplissimis clausulis, idque ob præsentes urgentes necessitates, ob justam; & necessariam causam publicæ utilitatis, et conservationis Regni, ac Status Suæ Catholicæ Majestatis, &c.

Die 25. Mensis Februarii 1638.

Visis actis, et factis relatione per Regiam Cameram Summariæ in Collaterali Consilio sub die 23. prædicti mensis coràm Illustriss.& Excellentissimo Domino Prorege, referente Mag. f. Præsidente Fabio Capycio Galeota, ipsius Reg. Cam. Præsidente, fuit per dictam Reg.Cam. accedente voto Illust.et Spectabilium Reg.Cancellariam Regentium, provisum, et decretum, quod stante prædicta imminenti necessitate includente causam publicam, procedatur ad venditionem, et infeudationem omnium Civitatum, Terrarum, Casalium, et locorum descriptorum in petitione Regii Fisci, etiam illorum, qui pro obtinendo domanio præ licto, quocunque modo, et forma solverunt pretium commensuratum ad concessionem Regii Domanii, exceptis, et reservatis illis Civitatibus, Terris, et Locis, qui fuerunt venditi, vel transacti ab annis quindecim citrà, restituto tamen pretio soluto per ipsas Vniversitates tempore concessionis Domanii in tot functionibus fiscalibus, vel alitar, prout melius tempore habili fieri poterit; deducto tamen pretio corporum, etiam jurisdictionalium de jure Baronum ipsis Vniversitatibus occasione Domanii concessorum, habita etiam ratione adohamm, et servitiorum, etiam extraordinariorum, et releviorum per ipsas occasiones dictorum corporum fortè debitorum, hoc suum, &c.

Post latum supradictum generale decretum, plures alios, eosque particulares articulos in singularum Civitatum, ac locorum venditione tractari, ac discuti oportuit, quorum nobiliores, scituque digniores unà cum eorum decisionibus evulgare operæ pretium duxi.

SVMMARIVM.

1 *Vniversitas cogitur à Fisco vendere feuda, quæ habet stante ejus incapacitate ad ea, vel illa ponere in faciem alicujus ex Civibus, ut Curia non sit in damno circa jura domanialia, & devolutionis, & num.64. & 76.*

2 *Vniversitas cum admittitur ad domanium, redimendo de suo corpora Baronalia, & acquirendo jurisdictionem Regi pro suo proprio Vniversitatis beneficio, ac dignitate, duo secundùm consuetum stilum solent in eo actu adhiberi instrumenta, sive duæ conventiones in uno instrumento, unum scilicet ad commodum Regiæ Curiæ*

quoad jurisdictionem, alteram corporum, & introituum feudalium, & num.7.

3 Universitate se redimente jurisdictio acquiritur Regi exercenda quotannis per Officiales electos à Proregibus, qui pro tempore fuerint.

4 Nomen Regium ad subditorum dignitatem, & praeminentiam spectat, ideò Universitas sub immediato Regis dominio existens, commodum, & honorem inaestimabilem consequitur, & n.6.

5 Universitatis, quae se redimendo intendit fieri domanialis, praecipuus finis est non subjici Baroni.

8 Corpora, & introitus feudales Universitatis distinguuntur in jurisdictionales, in quibus comprehenduntur officia Magistri Actorum, Bajuli, Syclae, ponderum, & mensurarum, catopaniae, & similium, & in immobilia, in quibus sunt nemora, defensae, annui introitus, & caetera.

9 In Regno corpora, & introitus feudales alicujus Terrae dicuntur de jure Baronum, quae tempore domanii cedunt beneficio Universitatis, & adhuc feudales dicuntur, & num.51.

10 Universitas effecta domanialis si publica urgente necessitate Princeps ipsam iterum vendat, consequi debet pretium pro Rege solutum, ut in ejus demanio permaneret, & num.12. & quarè num.13. 17. 19. 24. & infrà num.39. & ità decisum num.25. restitui debet, quod Universitas domanii tempore exsolvit, sine ullo interesse, non autem id, quod plus Terra venderetur, etiam propter augmentum fumantium, num.26. & 35. & quarè num.27. & 39. quid si ipsa eadem Universitas ex causis à domanio velit discedere, num.49.

11 Publica necessitas imminens justa causa est, ut Princeps à suo contractu recedat.

14 Causa redacta ad non causam, & titulo ad non titulum, omnia reducuntur ad pristinum, & n.15. & 16.

18 Quod ex re mea ad alium pervenit, debet mihi omnimodò restitui.

20 Recedere à contractu, quamvis fiat ob publicum, & necessarium bonum defensionis Coronae, non id. à minùs definis esse durum, odiosum, & exor[illegible]ans, & quasi ex dispensatione contrà juris regulas permissum, & num.22.

21 Gravatus in uno, debet in alio relevari.

23 Clausulae, quae solent apponi in contractu, quem gerit Universitas cum Rege, cum sit de domanio.

28 Ut contractus onerosi resolutioni sit locus, pretii etiam augmentum cum interesse licèt restitui debere dicatur, fallit tamen in Principe, & quare, ibidem.

29 Promissio quamvis arctissima facta à Rege non revocandi domanium, intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus, etsi aliter idem ipse Rex voluisset etiam juramento, & quare, num.31. & 32. & causa justo revocandi domanium est, quae de novo supervenit, & retrò à Principe ignorata fuerat, num.30.

33 Rex non ut privatus, sed tanquam Rex necesse est, ut contrahat, & quare, ibidem.

34 Stilus consuetus cum Terra in domanio se constituit, est, ut jurisdictio certo pretio aestimetur, separatim à corporibus Baronalibus.

36 Omnis jurisdictio, & dignitas Regis est, & à Rege fluit, & ad eandem refluit, & num.38.

37 Jurisdictionis commercium est juris publici, & non recipit aestimationem.

40 Universitas domanialis effecta, potest iterum in dominium Baronis redire, nedum Rege cogente ex publicis causis, sed si eadem ipsa Universitas vendere ex causis se velit.

41 Causae, quibus potest Universitas à domanio recedere, enumerantur, & num.42.43. & 45.

44 Perceptores, vel ii, qui ab iis destinantur pro tributorum, & superindictorum exactione, sunt genus hominum vorax, avarum, nec unquam satis condignè punitum.

46 Rex desiderio Universitatis ex justis causis petentis, sub dominio Baronis redire, uti bonus paterfamilias annuere debet, & si non tota, sed major pars Universitatis illud petierit, quinimò etiam multoties illud facere debet ad instantiam minoris partis, num.47. & quare, num.48.

50 In venditione jurisdictionis, quam tenet ipsa Curia absolutum est, requiri subhastationes.

52 Laudatur Dom. Regens Casanata, & ponderatur ejus dubium ex doctrina, Iserniae, cui respondetur, num.56.

53 Feuda ad Dominum reversa efficiuntur allodialia.

54 Feudum est quaedam species servitutis.

55 Res sua nemini servit.

57 Feudum simpliciter devolutum Domino directo per lineam finitam, vel delictum ex lege feudi, & pacto antecedente, usque quò Dominus non declaret, velle illud reconcedere, interim apud eum est allodiale, quid autem ubi devolutio sequitur ex novo titulo, & conventione, ut contingit saltim causativè in materia domanii, & num.58. & declaratur, num.59.

60 Casus in quibus practicatur petitio domanii, requirunt necessariò consensum Regis, Baro autem vendens feudum non potest concedere alia lege, quàm ea, qua ipse tenet, & num.61.

62 Universitas cum sit de domanio, consolidatio corporum Baronalium non fit liberè, sed prout Rex alteri feudatorio erat concessurus in feudum, & sic corpora ipsa uti feudalia pervenire in posse Universitatis, non dubitatur, quod à fortiori deducitur, num.70. & receptum invetcrata praxi demonstratur, num.76. Ideò solvitur de eis relevium singulis quindecim annis, num.64. vel describitur feudum in faciem alicujus ex civibus propter jura dominicalia, & devolutiones, & si non exprimatur, num 65.

63 Praelationis natura est, ut petens praeferri, admittatur sub eadem lege, & conditione, & pactis, adeò ut nec pretium augeri possit in praejudicium juris quaesiti emptori.

66 Vicinitas scripturae, & actuum indicat voluntatem, & ex iis, quae praecesserunt, & sequuntur, tacitè declaratur.

67 Ex Regis libera voluntate dependet, ut feudum devolutum transeat in alium sub eadem natura, qui Rex de allodio potest facere feudum, (& concurrente voluntate Baronis, durante concessione) è contra, & n.68. sicut potest concedere in feudum quaternatum, magnum, vel nobile, etiam quod tale non erat, sicut illi placet, num.69. & quarè, ibid.

71 Feudum erectum à Rege in dubio censetur quaternatum.

72 Affertur ex Isernia discrimen inter feudum devolutum Principi ex pacto, vel ex titulo universali.

73 Regis maximè interest, non dividere corpora feudi,

di, neque ejus membra accessoria, neque illo-
rum naturam mutare, etiam quando necesse es-
set jure Regio procedere iterum ad infeudatio-
nem, restituto pretio, & quare, num.74.
75 *Ementes jurisdictionem à Rege alicujus Terræ do-*
manialis, prætendere possunt redimere corpora
ab Vniversitatibus, vel aliis detentoribus, ut
membra uniantur capiti, vel saltem ipse Rex
ratione jurisdictionis, quam habet in ea Terra
occasione portis vendere totum, & ità decisum
refertur, ibid.

ARGVMENTVM.

Vtrum Terra in regio Demanio existens cum iterum ex causis in dominium Baronis transeat, Jurisdictionis pretium eo casu totum Fisci compendio cedere debeat, vel totum Vniversitati, sivè pars ejus, ut quemadmodum corporum Baronalium pretiom, quæ ut domanii efficerentur ipsa redemerat absque controversia Vniversitati debet restitui, sic etiam jurisdictionis pretii totum, vel partem aliquam prætendere possit, tribus distinctis casibus luculenter explicatur. Insuper corpora, & introitus, quæ Vniversitati tempore domanii per Fiscum ceduntur remanere feudalia demonstratur.

RESPONS. XXIV.

Dubium oritur cum terra, quæ sub domanio est seipsam iterum Baroni vendere intendit, jurisdictionis ne pretium Fisci compendio totum cedere debeat, Universitati verò pars ejus aut totum, quo denique casu debeatur, et quemadmodum corporum baronalium, pretiumque ut, domanii efficerentur, ipsa reemerat absque controversia Universitati debet restitui, sic etiam jurisdictionis pretii partem aliquam prætendere possit, quo in dubio tres casus mihi distinguendos subjicio.

Primus casus est, cum Universitas reemendo
de suo baronalia corpora, ipsorum efficitur utilis
domina, describendo illa in faciem alicujus ex Ci-
1 vibus successorem habentis, vel etiam vendendo,
stante ipsius Universitatis incapacitate, juxtà notam
dispositionem *Pragmaticæ novem capitum, in ca-*
pitulo illius primo, prout hodiè indistinctè serva-
tur, et servari curavi dum Fisci partes agerem, co-
gendo Universitates ad vendendum, et citari fa-
ciendo omnes Cives possessores corporum ad sol-
vendum relevia, et servitia, quamvis antiquitùs
fuerit in hoc aliquantulum negligenter actum, et
corpora assignata simpliciter ipsis Universitatibus,
ut colligitur ex *Dom. de Curte* in 1. *part. de feud.*
*cap.*3.*num.*74.*de Ponte consil.*158 ante *num.*1.et *Ro-*
vita in *Pragm.*63.*num.*17.*de offic. Procur. Cæsar.*
et desumi potest ex iis, quæ inquit doctissimus,
omnique virtutum genere spectabilis *Regens Ca-*
rolus Tapia in *ejus opere de jur.Reg.tom.*5. in *rubr.*
de doman.ab Universitat.petend. post *princip.fol.mi-*
hi 83. jurisdictionem verò Universitas acquisivit
Regi pro suo proprio Universitatis beneficio, ac
2 dignitate, in qua reemptione juxtà consuetum sti-
lum duo instrumenta stipulantur, vel duæ conven-
tiones sub uno, unum scilicet ad commodum Reg.
Curiæ quoad jurisdictionem pertinet, quæ ab ipsa
3 Universitate S.M. beneficio reemitur, ut ejusdem
Regis nomine, et a suis Magistratibus, qui a Pro-
regibus quotannis eliguntur sub ipso immediato
Regis dominio exercere valeat ad ejusdem Univer-
sitatis commodum, ut sub Rege immediatè vivat,
ut advertit idem *D.Regens Tapia loco supra citato*,
& libertate fruatur, juxtà *Isern.* placitum in *§.præ-*
terea Ducatus l.Imperial. sub *num.*45. de quo vide-
tur *text.* in *auth. de hæred. & facil.* in *princ.* ibi,
& Carchedonii antiquam recipientes libertatem,
quamvis nunc primum sub Romanorum facti Repu-
blica inter subjectos habeantur, ut explicat *Glos.*
verbo, *Quamvis*, juxtà primum, & tertium intel-
lectum, & tradit *Lucas de Penna* in *l.*1. *C. de cap.*
4 *civium cens.exim.lib.*11. ubi dicit, nomen Regium
ad subditorum dignitatem, & præeminentiam per-
tinere, cum infinitis concordantibus, quæ congerit
*Bobadil.tom.*1. *lib.*2.*cap.*16. sub *num.*12. *Consil.Pa-*
*schalis tract.de viribus patr.potest.cap.*1.ex *num.*26.
5 *&* 29. *cum seq.* quapropter Universitas, quia est
ejus præcipuus finis Baroni non subjici, commo-
6 dum, & honorem inæstimabilem consequitur; al-
7 terum verò instrumentum est corporum, & introi-
8 tuum feudalium, quæ distinguntur in jurisdictio-
nales, sub quibus comprehenduntur officia Magi-
stri actorum, Bajuli, Portulaniæ per terram, Sy-
clæ, ponderum, & mensurarum, Catapaniæ, &
similium, & alia corpora, quæ in bonis immobi-
libus, defensis, nemoribus, & annuis reditibus,
9 vulgo *detti li renditi*, & aliis, quæ omnia in Re-
gno (de jure Baronum) appellantur, juxtà latis-
simè, & utiliter tradita per *D.Capyc.* in sua peru-
tili *investit.* præsertim in *verbis mero, & mixto Im-*
10 *perio, Bajulatione, & Vasallorum reditibus, &*
per totum, quorum pretium Universitati deber ne-
cessariò restitui, quo casu si Regia Majestas publica
necessitate imminente, quæ cum suprema autho-
ritate uti compellat, illam reemptione non obstan-
11 te, & Universitate reluctante denuò vendat, quæ
justa est causa, ut Princeps à suo contractu recedat,
l.cotem ferro, *§. agri* cum *Glosa* & notatis per *Ca-*
strens. ibi, *ff.de publicanis*, *Bald.* in *l.penult.C.de*
donation. inter virum, & uxorem Bald.Cardin. &
*Alexand.*citati per *Afflict.decis.*361.*num.*6.ubi *Ur-*
*sill. num.*8. *&* 9. optima *decis. Ozasch.*90. *num.*15.
Bart. Soc. Iason, Decianus, & alii, quos ad hoc
congerit *Peregr.de jure Fisci, lib.*6.*tit.*1.*num.*13.
& *lib.*5. *tit.*2. sub *num.*49. & in propriis etiam ter-
minis domanii post *Capyc.* & *Annam* hanc doctri-
nam comprobavit, juxtaque illam decisum retulit
Reg.de Ponte in *cons.*70. *vol.*1. præsertim *num.*42.
usque ad 45.& meminit *Io.Andr.de Georgio* in *ejus*
*allegat.*13. *num.*12. & ante eos *Camill. Salernus* in
addit. ad proœm. Caroli in *Consuetud. Neap. incip.*
Magna est Principis, *fol.*31. *lit.C. versic. si aliqua*
Civitas, & post omnes *Ioseph.de Sesse* in *dec.Ara-*
*gon.*36.*num.*25.absque dubio Fiscus integrum pre-
12 tium ab ea (ut domanii efficeretur) solutum pro
13 redimenda jurisdictione, Universitati restituere
tenetur, licet enim Universitas cum se domanio
subdit, jurisdictionis pretium pro Rege solvat, ut
ipsi Regi acquiratur, ad sui Universitatis commo-
dum, attamen eo usque datum intelligitur, quo-
usque Rex eam domanii esse permittat, & liberta-
tis commoda ipsa percipiat, & honore, & digni-
14 tate fruatur, tum quia cessante causa, ob quam
fuit pretium solutum, cessare quoque debet Uni-
versitatis damnum, & repetitio ejus, quod solvit,
concedi debet Universitati quasi causa data, et non
15 sequuta, quia ubi causa reducitur ad non causam,

tunc

tunc omnia restituuntur ad pristinum statum, *Glos.*
in *l.fidejussor*, *§.in omnibus*, *ff.mandati*, & in *l.Ju-*
lianus, ubi *Bart.Castr.*& *Jas.* *ff.de condit.indebiti*,
quia causa solutionis redacta ad non causam indu-
cit, ut quod antea quis solverat, repetatur, *Alex.*
in *l.eleganter*, *ff.de condit.indeb.* & idem ubi tito-
16 lus reducitur ad oon titulum, tunc regulariter
res cum fructibus restituitur, *Natta consil.*535.
*num.*12. & 16. *Surdus decis.*163. *num.*14. & 15.
& post *num.*19. tum etiam ne Fiscos locupletetur
17 cum aliena jactura, dum pretium, quod exegit
ob libertatis concessionem, adimendo libertatem
contra Universitatis votum retineat, & lucretur,
dum revocato cootractu alteri vendit, à quo pro
eadem re novom pretium recipit, quod jura planè
abhorrent, *l.planè*, *ff. de petit. hæredit l.qui man-*
cipiis, *§. fin. ff. de instit.* quod enim ex re mea ad
18 alium pervenit, omnino debet mihi restitui, ut latè
*Menoch de recuper.possess.remed.*4.*num.*3. *Joseph.Lu-*
dovic. decis.Perusina 14.*num.*10. Item quia si Uni-
19 versitas gravatur in rescissione, & annullatione
20 contractus, quæ res non desinit esse dura, rigida,
odiosa, & exorbitans, quamvis ob publicum, &
necessarium bonum defensionis Coronæ, quasi ex
dispensatione permittatur contra tot juris ootissi-
21 mas regulas, debet omninò in alio relevari, ut in
regul.juris secundum naturam, ne pretiom saltim
22 solutum amittat, concurrerent enim hic plura spe-
cialia ex eodem foote contra *l.*1. *C. de dotis promis*,
ut liceret Principi contractum à se juramento fir-
matum, præsertim cum tot amplissimis clausulis,
quæ in dictis domaniorum contractibus solent ap-
poni revocare, quæ clausulæ sunt, primò, ut nec
23 ex causa necessaria publici, & communis Regni
boni etiam Regni invasionis, belli,& obsidioois re-
cedere liceat, secundò, ut nec in Regis secundoge-
nitum alienari, dismembrari, nec in gubernium
perpetuum,nec ad tempus plurium annorum conce-
di valeat,& tertiò, quod in casu alieoationis, infeu-
dationis,vel cujusvis cootravẽtionis possint subdi-
ti inviti alienati se defendere, & impunè etiam ar-
mata manu emptoribus se opponere, & licitè resi-
24 stere pro observantia contractus. Et quod insuper
revocato contractu jure Regio, & singulari ex cau-
sa tam speciali denegaretur etiam pretii libertatis
causa soluti repetitio, certè hoc planè absurdum
esset, & inhumanum, & contra omnes juris regu-
las, & communem omnium conclusionem, de qua
per *Bart.*in *l.fin.§.*1. *ff.de pignorat.act.* *Jason.*in *l.fin.*
C.si contra jus, vel utilitatem publicam, ut relatis
Glos.Bald.Alex. Dec. Natta, Cravett.Menoch.Ce-
bal.Boss.Roland.& aliis affirmat *Peregrinus d.tract.*
e jure Fisci, *lib.*5.*tit.*2. *num.*52. *Camill.de Lau-*
25 *retha cons.*86. *num.*123. *cum seq.* Et ità uterque Se-
natus Regiæ Cameræ, & Collateralis coràm justis-
simo Domino Duce Medinæ Prorege agnovit, dum
sine ulla controversia in favorem Universitatum
Regni in decreto generali lato me referente, sub
die 25. Februarii 1638. decrevit, esse pretium eis-
dem restituendum.

26 Quod verò Rex, nisi pretium domanii tempore
solutum Universitati restituere minimè teneatur,
& id pretium, quo majoris deinde venditur neces-
sitate urgente, & interesse pretii ejus temporis,
quo Rex eam in domanio habuit, in restitutione
27 non veniat, ea potissimum est ratio, quia Univer-
sitas damnum medio tempore non sensit, cum do-
manii finem medio tempore obtinuisset, cum enim
Rex eam denuò vendit, licet ut contractus onero-
28 si resolutioni sit locus interesse, & pretii augmen-
tum primo intuitu deberi videatur, attamen hoc
non procedit, cum id Rex lege permittente facit,
& resolutio ex natura contractus venit, argumento
29 *l. si familiæ C. famil.ercifcun.* in quo Rex quamli-
bet arctissimis promissionibus domanium, nisi re-
bus in eodem statu permanentibus concedere vo-
luit, ut nuncupatim in puncto advertit *Regens*
*de Ponte consil.*158. *num.*18. *lib.*2. *Peregrin.de jure*
*Fisci lib.*6.*tit.*1. sub *num.*13. & in 1.*part.tit.*3.sub
30 *num.*67. ubi dicit, justam esse causam, quæ de no-
vo supervenit, vel quæ retrò à Principe fuerat
ignorata, *Ozasch.decis.Pedem.*91.*num.*2.& 3.*Surd.*
31 *decis.*163.*num.*53. vel, & si voluisset, non potuit,
32 contractus, qui à Rege non ut privato, sed tan-
33 quam Rege necessè est contrahi, quia non conve-
nit Regi, ut privato, & Rex ut privatus nihil age-
ret, hoc proindè peculiare habeat, ut Rex tum
promissa observare oon teneatur, cum publicæ ne-
cessitates emerserint, & eam vendendi, infeudan-
dique publicis calamitatibus Regi necessitas impo-
natur, aliter enim faciendo læderetur Coronà, &
propterea juramentum pœnitùs oon est servandum,
cap. sicut nostris 27. & *cap.intellecto* 33. cum *Glos.*
magna, *de jurejur.* & plenissimè scripsi in *Respon-*
so Fiscali præcedenti de revocatione domaniorum,
ubi hanc esse differentiam inter privatorum contra-
ctus, et eos, quibus etiam mediante pretio Rex
concedit domania, fortè novis considerationibus
explicatur.

Ejus deoique esse sententiæ, aliquem jure non
posse satis perspicuum mihi videtur, ut hoc etiam
casu Rex contractum revocare, et pretium, vel
saltim ejus partem retinere possit ab Universitate
solutum pro reemptione jurisdictionis, hac demum
conditione Regi donatæ, ut eam in domanio ha-
beret, nec eam boni, politicique regiminis causa
posse defendi, multoque minus Catholici Princi-
pis cujusmodi Regem nostrum Monarcham Invi-
ctissimum esse, Solis luce clarius apparet.

34 Secundus est casus, cum jurisdictio, dum se in
domanio terra constituit certo pretio juxtà consue-
tum stilum fuit æstimata, veluti æstimata fuit ju-
risdictio terræ Molæ anno 1612. per consultatio-
oem 6.Jul.duc.sex mille, relato præcedenti æstimo
duc.4. mille in processu, *fol.*56. & *ater.* quo stilo
solet jurisdictio à corporibus baronalibus separatim
vendi, si verò postea eam Rex vendere intendit,
35 et fumantium augmento, aut aliis majoris venda-
tur, hujus augmenti pretium, totum Fisci com-
pendio cedere omninò debet terræ pretio ab ea pri-
mum soluto tantum restituendo, cum non debeat
Fiscus restituere, nisi id, quod accepit, cum om-
36 nia jurisdictio, et dignitas Regis sit, et à Rege
fluat, et refluat, juxtà ootum dictum *Baldi* in
*cap.*1.*quis dicatur Dux*, tanquam juris publici, ad
text. in *l.*1. *§. hujus studii*, *de justitia*, & *jure*;
37 inde dicimus, commercia jurisdictionum esse juris
publici, et non recipere estimationem, *cap.*1.*§.ad*
hac, *de pace juram. firm. de Ponte consil.*37. *n.*29.
38 & 30. *lib.*2. ipsaque jurisdictio promanat à Rege,
tanquam rivus à fonte, adeò ut à scaturigine sepa-
rari nequeat, non minus, ac radii Solis à Sole, se-
cundùm *Bal. de feudo Marchiæ* in *princ.* cum plu-
ribus ad ornatum per *Knichen.de vestit.pact part* 3.
*cap.*2.*num.*47.*cum seq.* et restitutio procedat ex eo,
39 quod causa domanii, ob quam Universitas pretium

sol-

Digitized by Google

solvit, irritata fit, meritò pretium solutum tantum est rependendum, non aliud, quod jure suo Rex vendidit, ut in puncto decidit *Peregrin.dict. tract. de jure Fisci. lib.5. tit.2.* post *num.52. vers. Ego autem.*

40 Tertius est casus, cum terra jam dominialis effecta soluto pretio corporum, & jurisdictionis, iterum velit se vendere, non quod Rex ex publicis causis contractum velit rescindere, sed quia Universitas se vendere intendat, alterutra ex causa, aut quia id ei opus sit, cum ex causa de novo supervenienti in domanio nequeat diutiùs conservari, ve-
41 luti quia vires amplius non suppetunt, aut æs alie-
42 num emerserit, ut sæpè contingere solet pretio occasione domanii sub usuris accepto, quod experientia compertum fuisse, & hac de causa omnes terras ad domanium admissas iterum ad nihilum redactas, coactas fuisse iterum redire sub domiuio Baronum, testatur Dom. meus *de Curte d.cap.3. in fin.nu.75.*
43 vel ex mala administratione eorundem Civium,
44 vel ex Pereeptorum, eorumque qui ab his destinantur pro tributorum, & superindictorum exactione, avaritia, immò voragine: genus quidem est illud hominum nunquam satis, nec condignè punitum, cui malo tam execrando, hucusque remedium ex temporum injuria inveniri non potuit, Aut
45 quod spontè velit se Baroni subjicere in gratiam alicujus Magnatis, vel præpotentis, sub quo speret melius gubernari, inimicitiasque inter Cives exortas conciliari, aut factiones, plerunque exitiales compooi, aut supprimi, quod satis bonum est, & desiderabile, ut latè *D. de Ponte de provis. fieri soli. rub. 1. tit. 1. ex num.6. ad 8. car.4.*
46 Et ità domanium renunciet, qno casu Rex uti bonos paterfamilias, ut Universitati consulat, eam sub Barone reverti permittit, & quidem eo casu Universitati annuere nedum æquitati, sed juri consonum erit, etenim eadem ratione, qua in casu, quò Universitas petit se admitti ad Regium domanium, debent tunc inspici inter alia ipsius Universitatis vires, reditus an sint sufficientes pro solvendo pretio, vel censu pro pecunia, quam accipiunt solvendam emptori, vel venditori, vel si pecuniam habeat aliundè de sufficienti ad solutionem pretii, & si poterit in domanio permanere, & cætera, prout animadvertit idem *D.Reg.Tapia in præcit.opere de jure Regni, tit.de domanio ab Univers.col. 1. fol.mibi 84.* sic congruum erit, ut rebus aliter repertis, à domanio illi discedere concedatur, & in hoc ani-
47 madvertatur, pluries in contingenti facto totius, & integræ Universitatis consensum adhiberi non fuisse necessarium, sed vel majoris partis, vel etiam ad instantiam minoris partis Universitatis beneficio domanium revocari actum est, ex regula tradita per *Bart.& DD. in l.ambitiosa ff. de decret.ab ordin. fac.* quam in terminis applicat *Rovit. in d. prag. 63.*
48 *num.15.* non esse semper sequendum quod Universitati subditæ videtur, sed quod ei utile, & expediens dignoscitur, ut necessarium decretum interponatur.
49 Et hoc casu cum Rex non resolvat contractum, sed Universitas, vel quia non possit, vel quia nolit in domanio amplius persistere, & ideò ipsa in culpa versetur, nè domanio fruatur, proptereà sequitur, quod jurisdictionis pretium, licet Universitatis pecunia acquisitum, & etiam ea pars ab ea prius persoluta justè Regiæ Curiæ debeat accedere, & in hoc proprio casu loquitur *D. Regent de Ponte d.suo cons. 158. num. 4. lib.2.* dum ita dicit, *hinc semper sumpta est posteà practica, quod cum terræ iterum venduntur, participat Fiscus de pretio ratione sui universalis dominii, & jurisdictionis, nam si dicimus, quod Baro, & verus Dominus terræ dicitur qui habet civilem jurisdictionem, juxtà Capyc.decis. 27. quanto magis erat Dominus Fiscus, qui habet omnimodam jurisdictionem civilem, & criminalem,* clarissimè enim loquitur ipse in casu ubi terra, quæ est effecta de domanio, instet ex supervenientibus necessitatibus, & statu mutato velit iterum redire in posse Baronis, & in eo casu, illum loqui apertè indicant verba formalia, quæ scribit *in princ.ante num.1.* & explicat etiam post *nu. 12. in fin.* ubi dicit, processum esse ad venditionem, nulla præcedente informatione de rei valore, nec de ulla alia legitima causa, per quam potuisset justificari venditio, & ex eo etiam patet, dum *de Ponte* in primo articulo quærit, & disputat. Utrum esset necessaria subhastatio quòad corpora baronalia ip-
50 sius Universitatis, quæ discussio fuisset vana in xenditione jurisdictionis, quam teneret ipsa Curia, ubi absolutum esset, requiri subhastationem, secundùm terminos *text. in l. 1. cum gloss. C. de fide instrument. & jure hastæ fiscalis,* & hic propriè est casus litis, & consultationum factarum anno 1612. inter terram Molæ, & Dominum Comitem Michaelem Vaaz; & sufficeret ut responderetur consultationibus, & specialiter ei, quod fuit tum à Fisco propositum, tum à Reg. Camera agitatum in consultatione 24. Julii 1612. tantum dicere, eum esse casum diversum, eo enim casu actum fuit, volebat Universitas, vel ne, poterat, vel non poterat in domanio permanere. Et tandem dicitur, eam venditionem decreto ultimo, & diffinitivo Collateralis Consilii, à quinque Regentibus subscripto, tum denique fuisse factam, cum Universitas non modò consensisset, sed etiam expressè supplicationem in publico parlamento dedisset, ut venderetur dicto Michaeli Vaaz. Quod decretum hæc verba continet. Die 8. Mensis Augusti 1612. in causa Universitatis, & hominum Terræ Molæ super venditione jurisdictionis, & vasallagii dictæ Terræ, Excell. providet, quod fiat venditio jurisdictionis, & vasallagii dictæ Terræ Michaeli Vaaz juxta formam conclusionis factæ per dictam Universitatem, & homines dictæ Terræ Molæ sub die 28. Julii 1612. in actis præsentatæ pro pretio declarando, ut ex decreto. Et cœpit dictum judicium à controversia exorta inter quosdam, & majorem partem Universitatis, prætendentibus iis dictam Terram in domanio non posse persistere, sed justissimis, necessariisque de causis, sub Baronis dominio iterum redire debere, ut priùs fuerat, & ut quæsierat anno 1587. vendi Comiti Conversani, de quo affertur parlamentum generale, & conclusio, & procurationem fecerunt, quibus continebantur onera, & debita, quæ habebat, & apparet ex memoriale dictorum hominum S.E. porrecto, & inserto primæ consultationi Regiæ Cameræ. Quæ declarationes veræ declaratæ fuerunt ex examine de præcepto Reg. Cameræ ro. testium, qui fuerant Comes Conversani, Dux Vetrii, aliique notæ dignitatis viri, ut refertur in dicta consultatione, ubi urgentissimis ex causis hanc terram vendi oportere demum concluditur.

Et hoc patet ex instantia Fisci inserta dictæ consultationi cum dixerit, *hunc articulum vendendi jurif-*

Digitized by Google

jurisdictionem non posse fieri, Universitatis petitione, quia est Universitati acquisita, cum se domanialem fecit, ut assolet, & ideò pluries cum praaliis terris actum fuit, quod etiam interest S. M. eam in domanio habere, fieri non est permissum, verum ob merita D. Michaelis Vaaz, adidit postea, *propter notoriam necessitatem, qua ut venderetur, adstringebatur, ob ingens debitum, & quod Baronis concessio, maximo ei adjumento fuisset.*

Quibus ex causis Camera dixit, se ejus esse voti & sententiæ, ut consideratione habita causarum in præinsertis memorialibus contentarum, ipsi Reg. Cameræ cognitarum, vendatur jurisdictio dictæ terræ D. Michaeli Vaaz, & hoc, contradictione alterius partis non obstante, quæ Universitatis nomine domanium prætendebat, quibus dictæ Universitatis nomine replicatum fuit ab iis, qui eam vendi quærebant, pro quibus dicta consultatio fuit facta.

Posteà verò cum facta esset secunda consultatio, circa liquidationem pretii jurisdictionis, fuit liquidata duc. 6. mille, quod fuit id pretium, quo prius liquidata fuit anno 1587. cum se vendere egit Comiti Conversani.

Et ideò Fisci instantia quòad secundum caput quo actum fuit totum, ne pretium Fisco cederet, vel pars ejus Universitati deberetur, intelligi debet, expressèque loquitur in suo casu, de quo tunc agebatur, & in terminis instantiæ ab ipso Fiscali factæ in præcedenti consultatione, cum jurisdictio venditur instante ipsa Universitate, rectèque dixit Fiscus, exempla, quæ in contrarium essent, aliquam partem terris concedendi, causam, nisi à mera gratia habere non posse. Et quoniam ii, qui venditionem postulabant deniquè obtinuerunt, & unanimiter fuit conclusum ut dicto Michaeli Vaaz venderetur, quamvis aliam conclusionem revocando, ideò comparuit Paulus Antonius Barbatus procurator specialiter constitutus ad hunc actum, qui petiit ad venditionem procedi.

Quapropter ortum fuit dictum decretum Collateralis 8. Augusti 1615. quod fiat venditio jurisdictionis, & vasallagii dicto Michaeli Vaaz, juxta formam conclusionis factæ ut supra, subscriptum à quatuor Regentibus, & conformiter processit tertia consultatio, qua Fiscus institit circa secundum dictum caput reservatum in dicta consultatione, allegans, totum pretium competere Reg. Curiæ in qua Reg. Camera fuit voti, quod in casibus similibus usitatum erat à Fisco, Universitati restitui partem pretii jurisdictionis, ferè juxtà majorem, vel minorem terræ egestatem, & Præses de Vera Commissarius suo singulari voto Fisci instantiæ adhæsit, cujus etiam sententiæ fuit Mormilis, quod nunquam ei pars pretii data fuerat, nisi misericorditer, & gratis elargita, quod propriè verificatur, cum Universitas ex impotentia venditur, quo R. Majestas, vel ejus Locumtenens moveri solet, ut pars pretii, quod ab Universitate donatur, cum sui culpa venditur, ex gratia remittatur.

Ex quibus omnibus concluditur, dictam distinctionem verissimam esse, & dictam remissionem pretii in suo casu tantum procedere, in quo dicere non omittam, ea, quæ in dicto processu contingerunt, non de facili posse ad aliorum casuum decisionem adaptari, eo quod cum dicta terra, ut dictum est, fuit extraordinariè actum ex iis, quæ in dicta causa acciderunt, ut animadvertitur in memoriali Fiscalis loco primi subrogati in processu dicti Comitis Vaaz cum terra Molæ, & est visum dignum votum trium Advocatorum Corcioni, Caracciuli, & Palmerii, quo etiam prædicta confirmantur in processu in Banca . . . . .

51 Et quoniam superiùs dixi, introitus omnes de jure Baronum inclusis juribus jurisdictionalibus, quæ tempore domanii cedunt beneficio Universitatum, emanere feudales, etiamsi vendantur ipsi
52 Universitati; cum de hoc viderim dubitari in Regia Camera à doctissimo viro D. Regente Matthia de Casanate, ingenio, facundia, & rerum experientia insigni, ex eo quod in posse Universitatis pervenire deberent ut allodiales, ex quo feuda ad Do-
53 minum reversa efficiuntur allodialia, cum constat,
54 feudum esse quandam speciem servitutis, & res sua
55 nemini serviat, juxtà vulgatam theoricam *Isern. in cap. 1 §. hujus autem generis, in additione* sub *nu. 13. ex quibus causis feudum amittatur* cum concordantibus, attamen experientia nos docet, perma-
56 nere feudalia, nec obstat doctrina *Isern. in d. loco;*
57 Id enim procedit ubi feudum simpliciter devolvitur per lineam finitam, vel delictum consolidato dominio utili cum directo, ex lege feudi, & pacto antecedenti, tunc enim quousque Dominus directus non declaret animum suum, velle de novo feudum devolutum reconcedere in feudum, interim apud ipsum est allodiale, & esse necessarium, ut in nova concessione constet per verba apta, velle reconcedere in feudum, & ex quibus verbis id deprehendatur, docet *Isern.* in *d. loco*, ex *d. num.* 13. *&* 14.
58 secus verò ubi devolutio non sequitur ex lege aut natura feudi, sed ex novo titulo, & conventione, ut contingit saltim causativè in materia domanii, quia tunc attenditur voluntas, & intentio contrahentium, & spectandum est quid ipsi voluerint,
59 vulgatis juribus, undè cum tam in casu, quo volente Rege infeudare Castrum existens sub domanio, vel ubi Baro vendat Castrum à se in feudum
60 possessum, quibus in casibus potest practicari petitio domanii, licet in primo casu majori ratione, & justiùs quam in secundo, ut supra diximus ex Domino meo *de Curte par. 1. cap. 3.* sub *num. 39. &* 40. & *Rovito* in *prag. 63. de offic. procur. Cæsar. nu.* 27. in utroque casu requiratur voluntas, & consensus ipsius Regis, adeò ut ex jure ipsius, & non aliter Universitates admittantur, ut idem *D. de Curte d. cap. 3. num. 48. 52. in fin.* & *num.* 75. & clarè con-
61 stet omni casu de expressa voluntate Regis velle concedere in feudum, & itidem Baronis, qui nec si vellet, posset alia lege dare, quam ipse tenet, vulgata *cap. unico §. similiter, versic. profectò, de lege Corradi*, quem *text.* exornat idem Dominus meus *de Curte cap. 6, num.* 8. *&* 12. ex hoc sequitur, quod
62 concedendo, vel consentiendo domanio, consolidatio non fit liberè corporum Baronalium, sed ut Universitati concedantur, si, & prout Rex alteri feudatario erat concessurus in feudum, & sic nullo modo dubitari potest, quin in posse Universitatis perveniant corpora uti feudalia ex voluntate, tam Regis concedentis, dum admittit terram in locum Baronis, cui intendebat concedere in feudum, & ipsius Universitatis, quæ petiit in venditione præfer-
63 ri, de cujus prælationis natura est, ut petens admittatur sub eadem lege, conditione, & pactis, adeo ut nec pretium augeri possit in præjudicium juris quæsiti emptori, juxtà doctrinam *Cunei, Alberici, & Bart.* in *l. jurisgentium §. adeo ff. de pactis Tiraq.* & aliorum, quos citat *Hartman, Pistor. lib. 2. qq.*

juris

juris, *cap.* 12.*num.* 13. *Rosenth.lib.* 1. *de feudis*, *cap.* 9. *membr.* 2. *conclus.* 90. *lit. D.* ubi in specie, quod sub
eisdem conditionibus, & terminis subrogetur retrahere volens, nihilo mutato, ut scripsi in causa domaniali Saubatelli, & pleniùs dicam in decisione
facta in causa Casalis Fractæ majoris, cum Dom. Principe Sancti Severii, & sic cum ab initio sit
actum de concessione feudi, sequitur, ut necessariò eodem modo corpora transeant in Universitatem,
ut illa habeat, & teneat sub natura primæva, & solvat relevium singulis 15. annis, juxta decretum ge-
64 nerale, vel ponat extrà manum suam in faciem alicujus ex civibus, ut Curia non sit in damno circa
jura dominicalia, et devolutiones, quia ut docet *Isern.* in *d.* §. *hujus autem generis*, in *addit.* post *nu.*
14. *vers. quid si non dicat*, etiam si non exprimat
65 Dominus, quod dat in feudum, interdum satis videtur sufficere quodlibet verbum, ex quo id inferatur, maximè quia utilius est pro Curia, quæ sit
feudum, et non præsumitur facilè quem jactare suum, et addit *Isern.* verbum satis notabile in pro-
66 posito, & *vicinitas scripturæ indicat voluntatem*, *l. heredes* §. *sed si notam ff. de testam.* cum aliis, quæ
Isern. ibid. subjicit, ex actuum enim vicinitate, et admissione ad domanium declaratur voluntas Regis in cessione corporum, *Bart. Corn. Decius*, *Tiraquell. Crav.* et alii, quos affert *Consil. Georg. alleg.*
22. *num.* 7. et ex iis, quæ præcesserunt, et sequuntur, mens ipsa declaratur, *Surd. dec.* 54. *num.* 6. & 16. à
67 Regis enim libera voluntate dependet, ut feudum devolutum transeat in alium sub eadem natura, ut
docet idem *Isern.* in notabili quæstione, in *cap.* 1. §. *ille tamen* post *num.* 11. *vers. & si in terra sua*, *de controv. apud pares term.* ubi postquam *num.* 11. *in*
68 *vers. sed an liberat*, plenè docuit, Regem de allodio facere feudum, & è contra concurrente voluntate
Baronis, de feudo posse redire in pristinam naturam, & quod destruet is, qui fecit cum voluntate
ejus, qui concessum est, idest feudatarii durante concessione, vel etiam sine vasalli voluntate, cum
repervenit ad dantem, & in *vers. sed si Rex* tradit,
69 quod Rex dabit in feudum quaternatum, magnum, vel nobile, etiam quod non erat, sicut sibi placet, quia feuda fiunt destinatione patrisfamilias,
vulgata *l. quod in rerum* §. *ult. ff. de legat.* 1. subdit deindè sub *d. nu.* 11. *in fin.* in *vers. & si in terra* in
70 casu longè fortiori, quod si in terra sua existente in manu Regis erigit Rex feudum, quod in dubio
71 censetur quaternatum, deindè repervenit ad Regem, eo Regi aperto, si postea concedat terram, in
qua est hoc feudum, cum juribus, & pertinentiis suis, transibit feudum illud cum tota terra in concessionarium, nisi nominatim excipiat, *l. si quis ædes*
72 *ff. de servit. urban. præd.* & ibid. *Isern.* facit discrimen inter feudum devolutum ex pacto, vel ex titulo universali, ut si fuisset Rex ipse institutus à
feudatario, & hac doctrina utitur in pulchro casu *Reg. de Ponte consil.* 132. sub *n.* 20. *vers. tertiò principaliter*, *lib.* 2. quanto igitur fortius in feudo, quod
manet in sua natura cum suis corporibus, & mem-
73 bria accessoriis, in quibus maximè interest Regis non mutare illorum naturam ob conservationem
74 corporis integralis feudi, ut advertit idem *Reg. de Ponte consil.* 158. *num.* 8. & 9. *eod. lib.* 2. & ut retineat servitia, & jura dominicalia, quæ ex transitu
in aliam bonorum speciem alienabilem, absque consensu Domini, importaret annihilationem ipsius
corporis, sivè capitis, ut docet *D. de Curte d. cap.* 3.
num. 74. de quo ipse latè scripsi *lib.* 2. *controv. cap.* 1. etiam in casu, quando ob publicam causam necessè
esset ex jure Regio iterum procedere ad infeudationem restituto pretio, ut his temporibus evenit,
75 quo casu prætendere possunt emptores jurisdictionis redimere corpora ab Universitatibus, vel aliis
detentoribus, ut uniantur membra cum capite, vel saltim ipse Rex ratione jurisdictionis, quam habet,
poterit occasione partis vendere totum, juxta *l.* 2. *C. de commun. rerum alienat.* & *l.* 1. *C. de vendit. rerum fiscal. cum privat. com. lib.* 10. prout fuit decisum me referente pro Regio Fisco contra Fidelissimam
Civitatem die 18. Septembris 1637. & supra scrip-
76 si, & propterea inolevit praxis, & observantia inconcussè observata in omnibus locis admissis ad
Regium domanium, ut corpora, & jurisdictiones transierint ad beneficium Universitatum, de quarum pecunia fuit obtentum domanium sub eadem
natura feudali, ut supponunt uti indubium *Rovit.* super *d. prag.* 63. *per totam*, præsertim *num.* 17. *Dom. de Curte*, *de Ponte*, & omnes nostrates in præcitatis locis, & ut Fiscalis ipse curavi citari omnes Universitates, & Cives ad docendum de solutione relevorum, & aliorum jurium dominicalium.

SUMMARIUM.

1 *Corpora, & introitus de jure Baronum tempore domanii cedentes commoda Universitatis, remanent feudales.*

2 *Pactum de retrovendendo est pars pretii, &* nu. 25. *expirat transacto redimendi tempore*, num. 7. *efficit, ut res minus justo pretio vendatur*, nu. 26. *& tempore concurrente injustitia efficitur perpetuum*, num. 50.

3 *Domanio revocato, Universitati sunt restituenda corpora retenta per Regium Fiscum tempore domanii, vel pretium ipsorum cum fructibus perceptis, juxtà consuetum stilum.*

4 *Universitate se redimente Fiscus lucratur jurisdictionem ex pecunia ipsius, reliqua verò corpora ad Universitatem pertinent.*

5 *Voluntas, quæ ex facto colligitur non extenditur ultrà quam ex ipso facto de necessitate infertur.*

6 *Cessante causa consensus cessat consensus, etiam quod essemus in Principe habente rem à privato.*

8 *Feuda ex lege investituræ inest, ut aliquando utile cum directo consolidetur dominio, sine quo spe translatio diceretur odiosa*, num. 10.

9 *Nihil habere videtur qui nudam tantum proprietatem habet.*

11 *Domanialia quæ à Regibus tantum ex generali consuetudine distrahuntur, à Proregibus absque speciali mandato alienari prohibentur, &* nu. 12.

13 *Personalia insolita concedi, quæ à Principe perrarò exercentur, in quacunque concessione intelliguntur exceptuata.*

14 *Læsione interveniente, contractus gestus cum Reg. Fisco redditur nullus.*

15 *Universitas ad Regium domanium admissa subrogatur in omnibus in locum primi emptoris, præter quam in expressè reservatis.*

16 *Contractus ex conventione leges accipiunt.*

17 *Rex iterum concedendo feudum sibi apertum non prohibetur legem, quam velit in concessione apponere, facit gratiam prout sibi placet, cum ipsius sit æstimare modum sui beneficii*, num. 18.

19 *Feuda magis à lege conventionis, quam ab alia jure dependent, à lege investituræ naturam accipiunt,*

Digitized by Google

& spiritumvitæ, Rege insufflante, num. 20. *non potest coram forma mutari in præjudicium successorum*, num. 21.
22 *Nemo invitus compellitur rem suam alteri vendere.*
23 *Licitum est contrahentibus in pretio invicem se decipere.*
24 *Domanium competit Universitati ex persona Regis, & ipso nolente excluditur.*
27 *Venditio iusto, vel majori pretio facto luendi spem adimit.*
28 *Nemo præsumitur jactare suum.*
29 *Pactum in venditione adjectum ad commodum venditoris, efficit, ut vilius res intelligatur vendita*, & num. 30.
31 *Enunciatio meritorum in concessione à Domino subditis facto non ideò minus illam gratiosam reddit.*
32 *Obsequia præstita à liberto, uxore, & filiis ergo patronum, maritum, & potissimum pro meritis remunerationi digni non habentur, nec impediunt revocationem virtute legis si unquam*, num. 33.
34 *Vasalli æquiparantur libertis.*
35 *Obligatio antidoralis domini erga subditos non spectatur vim coactivam, sed tantum sufficit ad implorandam Principis munificentiam, quæ non extenditur ad successores.*
36 Afflicti *opinio in dec.* 307. *refellitur, & explicatur* num. 37.
38 *Dom. D. Joseph de Neapoli Regens dignissimus in Italico Cons. pro Siciliæ Regno laudatur.*
39 *Læsionis causa erit tractanda in judicio ordinario, actione proposita, & parte citata.*
40 *Excessus tempore belli permissi, pace redeunte emendari debent, legesque erunt abrogandæ*, num. 41. *jus juridicum ex actibus suæ gestis, non acquiritur*, n. 42. & *rationes dicto tempore dispunctæ revideri possunt*, n. 43.
44 *Utilitas quæ à futuro dependet eventu, non attenditur.*
45 *Venditio, quæ effectum non habuit, vel fuit inutiliter celebrata, non facit ut secunda censeatur in in eius locum subrogata, cum partes sint aliquid non fieri, vel inutiliter.*
46 *Pactum de retrovendendo, de revendendo, & de restituendo, idem continent.*
47 *Læsio in Fisco valdè minor sufficiens est ad rescindendum contractum, sicut in minore, & Ecclesia, licet interveniunt subhastatio, & decretum Judicis*, num. 48.
49 Peregrini *sententia improbatur.*
51 *Supremi Senatus majori pollent authoritate, quàm reliqua Tribunalia, eorum decreta vim legis obtinent*, num. 52. *dummodò in ipsis resideant Reges, vel sententiæ eorum nomine proferantur*, num. 53. & *statuti generalis authoritatem continent*, num. 55.
54 Decium *perterruit authoritas S.C. Neapolitani.*

ARGUMENTUM.

Universitas ad Regium domanium admissa si iterum vendi contingat, an corpora domanialia per Regium Fiscum retenta, & in prima venditione comprehensa erunt ei restituenda.

RESPONS. XXV.

Devoluta Civitate Ostuni in Provincia Hydruntina Regiæ Curiæ, ob mortem Sereniss. Reginæ Poloniæ, quæ tenebat illam in feudum ab Invictiss. Rege nostro, & sic consolidato utili dominio feudatarii cum directo D. Joannes Manriquez Locumtenens Generalis in Regno sub die 19. Augusti 1558. vendidit dictam Civitatem pro subveniendo necessitatibus Regiæ Curiæ Ferdinando Loffredo Marchioni Trevici cum omnibus corporibus, & introitibus, qui erant sub universitate feudi devoluti de jure baronum, inclusis etiam corporibus, & membris jurisdictionalibus, & in specie fuit additum, *cum Dohana*; quarum reditus essent infrà mensem liquidandi per Regiam Cameram, nec non cum ann. duc. 2150. functionum fiscalium, concessis tamen in burgensaticum cum pacto de retrovendendo, sivè cum facultate Regiæ Curiæ reservata luendi quandocunque infrà annum, omnia quidem prædicta pro pretio ducati 55000.

Nondum autem exequuto dicto contractu, post annum, die scilicet 13. Septembris 1559. Dux Alcalanorum Prorex prudentissimus successor admisit dictam Civitatem ad Regium domanium, & narratis jam dicta devolutione, et venditione facta à prædecessore, fuisseque per Civitatem oblatos pro dicto domanio, ac pro bonis, & introitibus Baronalibus, et jurisdictionalibus (excepta tamen Dohana, ejusque reditibus) duc. 40000. eamque oblationem fuisse per Regiam Curiam acceptatam, et de ejus mandato stipulatum instrumentum in dicta Civitate per Doctorem Petrum de Leonibus pro venditione facienda per dictam Reg. Cur. infrascriptorum bonorum, et introituum baronalium infra declarandorum, quæ fuerunt inferiùs declarata, et descripta, his verbis, *nec non altrà concessionem dicti domanii ex causis prænarratis, quæ fuerunt servitio non vulgario*, de quibus supra proximè meminerat, vendidit in feudum subscripta corpora, nec non omnia, et quæcunque jura, membra, et introitus ad dictam Civitatem spectantes, prout erant tempore Reginæ Poloniæ, (excepta tamen Dohana cum juribus suis) verùm Reg. Curia non possit alterare dirictus dictæ Dohanæ.

Ratificavit idem Prorex dictum instrumentum venditionis, & de novo vendidit eidem Civitati cum jure reintegrandi, & confirmatione privilegiorum pro dicto pretio ducati 40. mil. cum pacto tamen de retrovendendo, quoàd corpora Baronalia vendita infrà quatuor annos pro iisdem ducati 40. mil.

1 Et promisit dicta Civitas solvere adoham, ex quo ut incidenter hoc dicam, confirmatur id, quod alibi dixi, & de jure probavi, corpora, & introitus de jure baronum, inclusis juribus jurisdictionalibus, quæ tempore domanii cedunt beneficio Universitatum, remanere feudales, etiam si vendantur ipsi Universitati; quidquid aliquando fuerit de hoc dubitatum, & vigore dicti pacti de retrovendendo anno sequenti 1560. 6. Septembris idem Vicerex asserendo habere dictum jus luendi, sivè redimendi dicta jura, & corpora Baronalia vendita pro dictis duc. 40. mil. vendidit, & remisit dictum jus luendi eidem Civitati Ostuni emptrici pro duc. decem mille, & sic pro quarta parte dicti pretii, confirmando concessionem domanii, pro qua fuit inter partes æstimatum

2 tum jus loendi, juxtà doctè dicta per *Franch.decis.*
95. num.3. ut infrà latiùs.

Vndè cum hodiè v gore decreti generalis sæpè citati, ac per extensum in fine *Responsi* 23. impressi, fuisset de novo exposita venalis jurisdictio dictæ Civitatis, ioter alia multa, quæ ex parte ipsius opponebaotur, ut evitaret revocationem domanii.

Dicebatur io primis, id non expedire Fisco, siquidem in casu alienatioois erat sibi restituendum pretium Dohanæ, quod erat magni valoris, ut iofrà latiùs siquidem licèt de anno 1559. quo obtinuit domaoium, fuerit per Proregem reservatum ad beneficium Regiæ Curiæ corpus Dohanæ cũ juribus suis, id tamen fieri non poterat in præjudicium ipsius Civitatis, quæ ex dicta coocessione domanii subrogata fuerat in locum Marchionis Trevici, qui obtulerat proemptione jurisdictionis, & omoium corporum, & introituom de jure Baroourn, ioclusо in specie jure Dohanæ, quioimò cum aliis duc. annuis 2150. fuoctionum Fiscalium, undè cum ipsa Vniversitas per viam prælationis se redemisset solvendo ducati 50000. in duabus vicibos, oecessariò tunc coosignari debuerant ad soi beneficium omnia corpora de jure baronum, eò modò, prout ad Fiscum pervenerant per mortem Reginæ Poloniæ, & per Regiam Curiam fuerant concessa, & infeudata dicto Marchiooi Trevici, & ideò com per retentionem factam per Ducem de Alcalà, & reservationem jurium Dohanæ ad beneficium Reg. Curiæ fuerit ipsa evidenter læsa, & pateat non jure factam, licebat ipsi Civitati hodiè adversùs præsentem revocationem domanii licitè opponere, quòd quatenùs infrin-
3 geodus esset contractus domanii, pro cujus observaotia insistebat, saltim erat sibi rest tuendum corpus Dohanæ, vel pretium cum fructibus perceptis, quod ex sibi tunc tempore ob eoti domanii consignari debuerat insimul com aliis juribus, & corporibus, juxtà notoriam, & vetustam observantiam, & illum juri suboixum, juxtà quem ex reemptione, quæ fit per Vniversitatem corporum, & jurium ba-
4 tonalium, reteota ad beoeficium Fisci jurisdictiooe, quam lucratur ex facto, et pecunia Vniversitatis, quæ proindè sufficere sibi debet, reliqua omoia corpora transferenda sunt in Vniversitatem, ut sæpè diximus ex *D. Regente de Curte de feudis part.1. cap.3. per totum*, præsertim *num.52. 63.74. & 75. Rovito* super *Pragm.63.de offic.procur.Cæsaris novis. num 17.29. & 30.*

Nec sibi poterat obstare, quod ipsa Vniversitas tunc dictæ reservationi Dohanæ consenserit, et passa fuerit, dictum jus Dohanæ relevari ad beoeficiom Reg Cur.

5 Siquidem primò, de jure certum est, qood voluotas, quæ ex facto colligitur, non extenditur ultra, quàm ex ipso facto de necessitate inferatur; ut probat *Surd.decis.84.num.10. decis.267. num 5. 285.num.3. & decis.317. num.22.* undè si consensit Civitas dictæ retentioni, ut obtineret domaoium, et sic libertatem, quæ res est ioæstimabilis, non mirum si revocato domanio quamvis ex caosa à jure permissa, et sic cessante causa consensus, eaque reducta ad non causam, tanquam cessante consensu,
6 debebat saltim sibi restitui corpus Dohanæ, sivè ipsius pretiom saltim absque fructibus, cum medio tempore gavisa fuerit libertate domanii, ut ex *Bald. in l.servis 36. C. de Episc. & Cler.* tradit *Tiraq. de cess. causa part. 1. num.209.* et in terminis, quod Princeps, qui habuit rem à privato ex certa causa, quam cessante illa causa debeat rem privato restituere, ex *Innoc.* in *cap.quia plerique de immun. Eccles. Butr. Imol.* et *Dec.nu.27.* in *cap.quæ in Ecclesiarum, de constit. Affl.dec.361. num.29. Peregr.de jure Fisci lib.5.tit.2.num 51.*

Et tantò magis, quia ipsa Civitas, ipsiosque opera mediante Regia Curia multum commodi, et utilitatis coosequota fuerat, primò, quia eum vendidisset de anno 1558. dictam jurisdictionem, et redditus dictæ Civitatis Marchiooi Trevici, inclusis nedum Dohana, sed dictis aon.duc.2150. functionum Fiscalium pro doc.55000. ipsa Civitas immediatè, lo anno sequenti 1559. occasione domanii obtulit, et solvit duc.40.mil. et deindè anno sequenti alios decem mille, et sic in totum doc.50. mil. pro eisdem juribus, et introitibus, deducta Dohana magni redditus, et valoris, ut infrà, et dictis functionibus Fiscalibus, cum maximo Fisci compendio.

Item cum in prima venditione fuerit conventum cum dicto Marchione, et concessa Regiæ Curiæ facultas redimendi infrà annom, Civitas deindè prorogavit idem pactum de retrovendendo ad qoatuor annos.

Et tandem dicebatur pro Civitate esse potissimè considerandum aliud maximum commodum Fisco partum, ex oblatione, quam ipsa fecit duc.40.mil. pro domanio, qua mediante Fiscus potuit exercere pactum de retrovendando contrà dictum Marchionem primum emptorem, & sic fuit causa immediata resciodendi veoditionem, & resolvendi contractum, qui evideoter patet fuisse Fisco maximè damnosus, considerato valore jurium, & corporum venditorum, & quantitate pretii, qui elapso anno dato ad redimendum, ampliùs rescindi non potuisset, vel diffi-
7 ciliùs id admissum fuisset, ot tradunt *Gozad.* & *Cagnol.* in *l.2.* uterque *num.64 C.de pact. inter empt. & vend. Curt. Tiraq.* & alii, quos citat *Menoch.lib.2. cent.3 casu 217. num.1. de arbitr.*

Verùm pro parte Fisci adversùs oppositiones prædictas respondebatur.

Et primò negabat Fiscus, ad Civitatem spectasse ullo tempore, neque spectare posse jus aliquod super corpore Dohanæ, siquidem compertum erat, Civitatem ipsam per mortem Reginæ Poloniæ, quæ illam tenebat in feudum, fuisse devolutam Regi, tanquam directo Domino, cum jurisdictione corporibus, & integro statu per viam consolidationis utilis cum directo dominio, quod factum ioficiari noo poterat, quæ consolidatio, sivè reversio ad dominum dicitur factom favorabile, *l.Mævius 66.*
8 *§. cum fundo, ff. de legat.2.* & in feudo est de intrinseca natura, quia ea lege datur, ut utile directo aliquando accedat dominio, quod absque utili inutile censetur, quidquid eoim dixerit *Halliens.* quod uti-
9 le domioium sit chimera, tamen *Isernia* dixit, nihil habere qui nudam habet proprietatem, citans *Poetam*: *Oculus iste parit fructum cum flore favorem. Flos, & fructus erant, hic nihil ille sapit.* in *cap.1.num.3.* ubi *L parulus* addit *Afflict. Loffred. Frecc.* & alios *de investitura de re aliena facta*, quibus addo *Lucam*, *Decian. glos. Paris. Ancharanum, Raudensem*, & alios, quos pro otilitate consolidationis utilis Dominii cum directo congessit *Andr. Knichen de vest.pact.part.1.cap.3.* io *1.part. d.cap.3.* incip. *in Nomothesia*, *num.63. & seq. fol.mihi* 347.
10 sicoti è contrà translatio sinè spe consolidationis est odiosa, *cap. unico, vers. indè potest*, ib., *ideò scilicèt quia nunquam reversurum sit ad dominum, de alien.feudi.*

Et quamvis Locumtenens Regia de anno 1558.
venditerit dictam Civitatem cum juribus suis Mar-
chioni Travici, inclusa Dohania, & functionibus
fiscalibus, præterquam quod de potestate dicti Lo-
cumtenentis alienandi locum insignem non appare-
11 bat, & sic sine speciali mandato domanialia alienari
non potuerunt, cum nec ipsemet Rex possit, id
prohibente *extrav. Innoc.VI.incip. Ad Regnum Si-
ciliæ*, de qua attestatur *Lucas de Penna* in *l.1.Cod.
de capitat.civ.censib.exim.* & in *l.quicunque Cod. de
omni agro deser.lib.11.*& tradunt *Domini mei Capyc.
in Invest.verb. Reges etiam, vers. limita, non Rex
fol.151.in fin.* & *de Curte* in *1.par.c.3.* sub *num.21.*
12 licèt aliud sit de consuetudine urgente necessitate,
quæ tamen consuetudo non extenditur ad Proreges
qui prohibentur generaliter alienare, absque spe-
ciali permissu Regis, juxtà doctrinam *Isern. in l.
Imperialem, num.12. & 13.* ibi *insolita personalia,
quæ nunquam, aut rarò consuevit, non transeunt,*
& inferiùs in *vers.sed an Vicarius*, cujus theoricam
explicant *D.Capyc.* in *ead.l.Imper.car.* nubi 29. sub
vers. Andr. prosequendo *Camer. car.77. col.1. vers.*
13 *& nota, quod Isern.* ubi quod semper censeantur
exceptuata insolita personalia, quæ per ipsum Prin-
cipem perrarò exerceri solent, *l.fin.ff.de senator.* cu-
jusmodi est alienatio domanialium, de qua in *Const.
Dignum, & Eo, quæ ad Decus, idem Comer.d.car.,
77.col.3.litt.N.* de quo latè Authores congerit, &
distinctione explicat *D.de Curte* in *1.par.de feudis,*
14 *cap.3. num.9. & 11. cum seqq.* imò evidanter con-
stabat, prædictum contractum, ex his, quæ dein-
dè supervenerunt, & ex facto superiùs relato fuisse
in evidantem Fisci læsionem, quæ in Fisco, tametsi
adfuisset mandatum (quod negabatur) importasset
nullitatem ipsius venditionis.

Præterea, & secundò dicebatur, quòd licèt oc-
casione dictæ venditionis primo loco factæ R. Cu-
ria admiserit ipsam Civitatem ad fruitionem doma-
nii, non exindè necessario sequitur, ad ipsam per-
tinere omnia jura, & corpora priùs vendita dicto
Marchioni.

Siquidem licèt in dubio, si aliud non conveniat,
nec aliud appareat Vniversitas petens admitti ad do-
15 manium, dum Rex procedit ad illius venditionem,
censeatur subrogata in omnibus vice primi emptoris
Rege annuante, & simpliciter concedante doma-
nium, absque ulla reservatione, aliud tamen est,
si aliud expressè inter ipsas partes fuerit conventum,
& specificè, & expressè cautum, ut factum fuit in
16 casu præsenti, cum satis nota sit regula, contractus
ex conventione legem accipere, & pactum quod
non sit contrà legem, aut bonos mores omninò ser-
vandum *l. jurisgentium §.aded, ff. de pactis*, prout
17 certum est, nullo jure prohiberi Regem dominum
directum effectum plenè dominum ex consolidatio-
ne utilis dominii cum directo posse in venditione,
& traditione rei suæ apponere legem, quam velit, ut
ex *l.legem C.de pactis*, docent Feudistæ *Isern.in cap.1.
§. præterea, tit. quibus modis feudum amittatur, il
primo*, post *num.33. vers. extrà causas expressas,
Petr. de Greg.de concess.feudi, part.1. quæst.5. n.8.*
18 quia Princeps facit gratiam ut vult, et ipsius est æsti-
mare modom sui beneficii, *Baldus, Angelus*, et alii,
quos citat *Knieb.de vest.poct.par.1.cap.2.*sub *n.167.*
19 feuda enim magis à lege conventionis dependent,
quàm proprio jure, et moribus, *Bald.* in *l. fin. §.
20 placuit C. de liberal. causa*, et proindè adsumunt
naturam inducta à lege primæ investituræ, in qua
Rex dicitur illi insufflare spiritum vivendi, et sicut
corpus hominis regitur à spiritu, sic feudum regi-
tur ab ipsa forma primæ investituræ, *Frecc. lib.3.
in princ. tit de formulis, invest. §.quia ex formula,
num.5. in fine & 6. Afflict. decis.195.* adeò ut nec
21 dominus possit immutare formam primæ investi-
turæ in præjudicium successorum, de quo infinitos
congerit *de Ponte tit.de reformat. investit.§.sæpè sæ-
piùs, per tot.car.516.* quinimmò regulæ omnes sunt
22 pro Fisco, ut nemo invitus cogatur vendere quod
non velit, vel expedit, vulgata *l. invitum 11. C.
de contrahenda emptione, & l. nec emere 16. C. de
jure deliberandi*, ad cujus ornatum *lib.3.cap.14.va-
23 rior. resol.* cum limitationibus per *Surd. cons.205.
lib.2.* quinimmò licere contrahentibus in pretio se
invicem decipere, probat *Vlpianus* in *l. in causa
17. §. idem Pomponius ff. de minor.* ibi, *idem Pom-
ponius ait, in pretio emptionis, & venditionis natu-
raliter licere contrahentibus se circumvenire*, quod
communiter declaratur, citrà tamen enormem læsio-
nem, de qua in vulgata *l.2.C.de rescind.vendit.* vel
indistinctè de omni læsione, etiam maxima, ut novè
contrà omnes intelligit *Pinelus* in *repet.d.l.2.par.1.
cap.1. ex n 32.* sed communi opinione probat *Oza-
scbus dec.95.num.1.* qui ampliat, ut permittatur hu-
jusmodi deceptio, nedum jure Civili, sed etiam Ca-
nonico, de quo articulo etiam *Reg.de Ponte de Re-
gal.imposit.§.5.num.7.& 14.*

In præsenti autem casu reservatio juris Dohanæ
ex pluribus apparebit justissimè facta, Primò, quia
Rex tanquam Dominus, ex cujus jure dependebat
24 concessio, et usus domanii aliter non concessisset,
absolutum est quidem, nullum jus competere Uni-
versitati petendi domanium, nisi ex persona Re-
gis, qui gratiosè, et ex suo arbitrio concedat con-
servari Universitates in domanio, undè Rege no-
lente, omni jure destituuntur, et ut dicit post alios
*Dominus de Curte dicta part.1. capit.3. num.52. in
fine, & ex hoc credo, quod totum sit ex voluntate
Domini directi in hisce domaniis*, et parum post,
*hinc esse, quod multoties Proreges cum nolunt do-
manium indulgere, quamvis adsint vires Universi-
tatis, & sint in tempora petendi, illud denegant,
quasi jus prælationis non sit radicatum in personis
eorum sed Regis*, quem sequitur *R.g. de Ponte de
divers. provis. fieri fol. 6. 1.* incipiente, *tetigimus
supra num.14. in tract.de potestate Proregis.*

Secundò, quia prior contractus venditionis fa-
ctæ primo emptori Marchioni Trevici fuit eviden-
ter damnosus, ut pro pretio duc.55. mill. fuisset
concessum nedum domanium, sed omnia corpora,
et introitus cum Dohana, quæ sola potuisset dicto
pretio vendi, ut justà dicitur, ultrà reditus fun-
ctionum fiscalium, undè meritò à successore Pro-
rege in capite, qui melius novit, et curavit jura
Regis, nedum contractus non fuit executus, qui
verè ex processu patet, nullum effectum habuisse,
siquidem ex instrumento concessionis domanii ap-
patet, et constat, jurisdictionem, et corpora om-
nia fuisse usque ad illud tempus penès Curiam, ea-
què à manibus Regiæ Curiæ, quæ illa possidebat,
Civitatem emptricem recepisse, undè non potuit
subrogari Civitas in locum primi emptoris, dum
de prima venditione non fuit habita ratio, sed al-
tera, et secunda facta fuit de novo venditio ipsi
Civitati, quæ ex traditione possessionis suum habuit
effectum; sed cum de nova venditione tractasset
pro justo pretio, sublata Fisci læsione, Civitas ob-
tulit

Digitized by Google

tulit dictum pretium, excepta Dohana, et sic ju-
re fuit facta venditio, quæ justo pretio facta ap-
paret, ut colligitur ex pacto de retrovendendo in-
fra 4. annos Fisco reservato, quod pactum constat
25 importare quartam partem pretii.

Idque comprobatur ex eo, quod fuit posteà per
Civitatem emptum dictum jus luendi duc. decem
mille, ut liberè, et absque dicto onere emptio per
illam facta remaneret, ex quo satis ostenditur, pre-
tium duc.40.mil.priùs per Civitatem solutum fuis-
se potiùs infrà, quàm suprà justum, et commune
pretium, quod ab aliis potuisset offerri, aliàs enim
si pretium ducat.40. mil. primo loco oblatum non
fuisset valdè minus justo, et communi pretio, cu-
jusmodi solet reservatio pacti de retrovendendo ef-
26 ficere, ut res minus justo pretio vendatur, *Tira-
quell. in præfat.retract.convent. n.20. Covarr. lib.3.
var.resol.cap.*10. *Franch.dec.*95.*num.*3. ubi *Horat.
Viscont.in addit.*aggregavit *Roland.cons.*96.*num.*38.
in 2. *Decis. Perus.*97. *num.*6. *Lupum de usur in* 2.
comm. § 5. *n.*129. idemque repetit *idem de Franch.
decis.*105.*num.*19.*Pinel.in d.l.*2.*par.*3.*c.*4.sub *n.*19.
*Surd. decis.*155. *num.*11. inutilis fuisset reservatio
juris luendi facta per Fiscum, nec Civitas spontè
solvisset alios duc.10.mille, ut efficeretur liberè, &
27 absolutè domina corporum venditorum, quia ex
venditione justo pretio, vel majori facta, nulla
superfuisset spes luitionis, argumento *l. statulibe-
rum* 9.*versic.At & si ante, ff.de statulib.*& notatur
in *rubr. C.de luit. pignoris*, & sic frustrà erogasset
28 dictam pecuniam, quod de jure non præsumitur,
quod quis spontè, & sine necessitate jactet suum,
vulgatis juribus.

Tertiò addebat Fiscus, integrum pretium, sci-
licet ducat.40.mil. primo loco oblatum per Civita-
tem, una cum aliis duc.10.mille pro emptione ju-
ris luendi, fuisse solutum pro valore corporum,
siquidem ex instrumento apparebat, Proregem ven-
didisse tantùm corpora, & introitus devolutos pro
dicto pretio, qui fuerunt inter partes æstimati pro
dicto pretio, cum plura essent, & ex ipsorum de-
scriptione, & reditu fortè essent majoris valoris,
domanium verò non fuisse in ipsa venditione in-
troituum fuerit gratis dictæ Civitati concessum ob
ejus servitia, ut clarè colligi videbatur ex verbis
29 instrumenti; quamvis enim pactum, vel onus in
venditione appositum sit veluti quædam pars pre-
tii, & ob id res viliùs censeatur vendi, *l.si vendi-
tor, §.si quid emptor, in fin.ff.de serv.exportandis,
l.hæreditatem Cornelii, ff.de hæreditate, vel actio-
ne vendita, Surd.dec.*82.*num.*7.& *decis.*155.*n.*10.
cum infinitis per *Tiraq.*in *præfat.retractus conven-
tionalis*, sub *num.*21. *vers. & id quidem*, tamen
30 id procedit in pacto apposito in contractu ad com-
modum venditoris, ut clarè habetur in *l.fundi
partem, ff.de contrahenda empt.l.si sterilis, §.si ti-
bi, ff.de action.empti*, ut declarat idem *Tiraquel.
de retractu consanguinitatis, §.*1.*Glos.*18.sub *n.*38.
vers.sicuti, & è diverso; unde dicebatur, de præ-
tensa læsione per Civitatem allegata nullo modo
constare, quinimmo contractum pro Civitate fuis-
se nimis utiliter gestum, cum ultrà corpora, & in-
troitus per ipsam emptos justo, & condigno pretio
lucrata fuerat domanium sibi gratis concessum, si-
quidem quamvis enunciencur servitia præstita, non
31 ideò minus gratiosa censetur concessio facta ob
merita à vasallis, & subditis ex debito præstita, ju-
32 xta placitum *Senecæ lib.*3.*&* 6. *de beneficiis*, & in
uxore, filio, libertò quoad maritum, patrem,
patronum, operas, & obsequia præstita, non ha-
beri pro meritis remuneratione dignis ac ideò non
33 impedire revocationem donationis, vigore *l.si un-
quam*, censuit *Ripa* in *illius l.repet.quæst.*14.*C.de
revoc.donat.Baldus*, & omnes in *l.si donatione, C.
de collation.* cum infinitis traditis per *Tiraquell.* in
repet. d.l.si unquam, Glos.in versic.libertis, & la-
tiùs in *ver. donatione largitus* ex *n.*92. *in* 4. *declar.*
& tradunt *Natta, Cephal. Arius Pinel. Mascard.
Gutierez*, & alii, quos congerit *Cons. Paschalis
de viribus patr. potest. cap.*4. *num.*50. ubi declarat
34 *num.*51.*& seq.* & in vasallis, quos constat equipa-
rari libertis, immò secundum aliquos, etiam ser-
vis, licèt verior sit prima opinio libertis æquipa-
randos, secundùm *D.de Corte d.cap.*3.*num.*44. &
Rovitum in *pragm.*63. sub *num.*25.*&* 27. tradit in
35 puncto *Afflict. noster decis.*307. ex *num.*13. nec
obligationem antidoralem, qua posset teneri domi-
nus respectu liberti, vel subditi, posse parere actio-
nem coactivam ad remunerandum, sed tantùm ad
implorandum Domini, vel Principis magnificen-
tiam, & præsertim mortuo Domino, vel Princi-
pe, cui fuerunt præstita, adeò ut velut persona-
lia non transeat effectus antidoræ ad Principis suc-
cessores, benè explicat idem *Afflict. ibid.* & *n.*14.
ex *Jas.* & aliis in *l.si non fortem §.libertus. ff.de con-
dict. indeb.* quod extendit *num.*15. 16. *ad* 18. quod
subditus, & vasallus præstando servitia, debet ea
recta intentione præstare, tanquam obligatus sub
juramento fidelitatis, non autem sub spe remune-
36 rationis, in quo parcat mihi *Afflictus*, cum &
Deus optimus maximus, quem Reges terræ imita-
ri debent, concedat sibi præstari servitium debitum
ut creatori propter retributionem, juxtà illud
Psalmista psalm. Quomodo dilexi, nisi salvando *Af-
37 flict.* dicamus, illius dictum restringendum ad fa-
cti speciem ibi ab eo propositam de illo nobili vasal-
lo, qui indignatus de mora Regis in remunerandis
servitiis exprobaverat suo Principi servitia præsti-
ta, exponendo quærimoniam per modum manifesti,
ex quo improbo facto subsequuto suspicari pote-
rat, servitia præcedentia minus bono animo præ-
stita, quæ convenit præstari cum omni affectu hu-
militatis, & reverentiæ, ut in *epist. Beati Petri
cap.*2. in quo ultimo optimè loquitur *Afflict.* & in
materia, quando, & quomodo teneatur Rex re-
munerare servitia vasalli, seu feudatarii, videndus
*Cabed. decis.*36. *per totam*, ubi distinctè loquitur
*part.*2. Quam decisionem unà cum *text.*in *d.l.si non
fortem, § libertus, ff.de condict.indeb.* in medium
38 protulit Dom. D. Joseph de Neapoli meritissimus
Regens in hoc Italico Consilio pro Siciliæ Regno,
qui ea juris peritiæ, judicii præstantia, ingenii
acumine, memoriæque admiranda fœlicitate pollet,
ut cunctis in rebus, tum iis, quæ ad civilem scien-
tiam, tum etiam, quæ ad regimen pertinent, ma-
xima jurium, congruentiumque decisionum copia
semper occurrat, nec minori religionis, justitiæ-
que zelo, vitæ integritate, morum candore, ac
pietate præstat. Quas ob animi, ingeniique do-
tes Invictissimi nostri Regis gratiam abundè pro-
meritus est, eaque in existimatione apud supremos
Aulicos habetur, ut in omnibus status consessibus,
seù Junctis, ubi graviora Monarchiæ negotia per-
tractantur, ejus consilium, non ut Siciliæ tantùm
Regentis, sed tanquam unius ex Supremis Hispa-
niæ ministris adhibeatur. Ipsius doctrina, jucun-
dissimaque

dissimaque societate in hoc Consilio, ubi nostri
Regis benignitate, ac munificentia pro Neapolita-
no Regno Regentis munus obeo, nunc admodum
fruor, atque oblector. Deum Optimum Maximum
deprecor, ut eum pro Monarchiæ bono, nobilissi-
mæ suæ domus incremento, amicis, bonisque om-
nibus diù servat incolumem.

39 Et quatenus prætenderet se læsam, id erat à Ci-
vitate proponendum in judicio ordinerio, in quo
citato Fisco, adhibita causæ cognitione, & judi-
ciali ordine servato erat procedendum, juxtà do-
ctrinam *Bart.* in *l.1.C.de conduct.& procur.lib.11.*
ubi etiam *Lucas de Penn.* quamvis summariè, & so-
la facti veritate inspecta, ut in causis privatorum
fieri solet, *Bart.* in *l.res, quæ §.res autem, ff. de
jure Fisci, Surdus decis.*18.*num.*2.& 5. in quibus
est summariè procedendum, *Clem.sæpè, de verb.
signif.* & discurrit plenè *Peregr.de jure Fisci lib.7.
tit.*3.*num.*3. nec poterat hæc prætensio retardare
venditionem domanii, quæ celeritatem deside-
bat, cum exigeret altiorem indaginem.

Et quartò apparebat in promptu, non potuisse
comprendi in venditione Dohanam, ipsiusque re-
ditus, siquidem constabat ex eisdem actis, & scri-
pturis præsentatis pro parte ejusdem Civitatis, re-
ditus Dohanæ ascendere ad duc.5000. & multoties
usque ad duc.septem, & octo mille in singulos an-
nos, ab anno 1606. citrà, & licèt non constet de
reditu in præteritum tempore venditionis de an-
no 1559. attamen etiam si fuisset reditus eo tempo-
re valdè minor, putà si reditus Dohanæ non ex-
cessisset annuos duc.tres mille, adhuc ad rationem
quatuor, vel ad summum quinque pro centum,
sicuti æstimantur jura feudalia, præsertim cum ju-
risdictione, cujusmodi constat exerceri per Doha-
nerios, adhuc pretium solius Dohanæ ascendisset ad
duc.sexaginta mille.

Undè ex hoc dignoscitur, justa, & maxima cum
ratione fuisse reservatum jus Dohanæ, ex quanti-
tate enim pretii dignoscitur quid debuerit in ven-
ditione comprehendi.

Item eadem ratione apparet quàm justè à prima
venditione facta Marchioni Trevici fuerit re integra
recessum, nec exequute; multoties enim Regia Cu-
ria maxima, & imminenti necessitate pressa haben-
di pecunias ob urgentes, & improvisos bellorum
motus, cogitur ad evitandum damnum irreparabi-
le, similes contractus admittere, prout vidimus
nostris temporibus admissa pacta, & tolerata lucra
exorbitantia in partitis ad beneficium Negotiato-
rum, quos Assentistas vocant, quorum insatiabi-
lis cupiditas, immò vorago absorberet Mare Ocea-
num, quæ tamen cessante postmodum illa præcisa
necessitate, quod Deus concedat cum desiderabili
40 pace, non ita de facili admitterentur, quinimmò
jure excessus emendari debent, ex *text.* pulcherri-
mo in *§.privilegia omnia*, ibi, *cassentur, & in ir-
ritum deducantur, de pac.const.* ubi *Glos.*& in *§.sen-
tentiæ quoque* ibi, *quæ occasione guerræ, vel di-
scordiæ latæ sunt in irritum deducantur*, ubi *Glos.
Odoffr.ver.in irritum*, subdit, *debent omnia pacis
tempore in pristinum statum restitui*, inde *Livius
de bello Macedon.lib.*4.refert, legem latam per bel-
41 lum temporibus duris, in pace, & florente Repu-
blica abrogandam esse, eam enim scripsisse Latores,
tandiù mansuram, quamdiù causa mansisset, nam
& quæ in pace latæ sunt, plerunque bellum abro-
gat, itàque in bello pax, & ex *Hostiens. Barbat.
Bellam.* plura tradit *Tiraquell. de cess. caus. part.*1.
42 *num.*42.ex actibus enim coactis tempore belli nul-
lum jus juridicum acquiri potest, quia prævalet
tunc jus, atque coactio rationis, & justi expers
præferendo iniquum æquo, sistiturque *titulus de
justitia, & jure*, dequè *vi, & vi armata* subro-
gatur, & *de eo, quod metus causa, Tiraquell.de
primogen. quæst.*17.*num.*84. & *quæst* 40. *num.*40.
plura curiosè apud *Andr. Knichen. de Saxonico
non provoc.jure, cap.*3.*ex.num.*310.*ad* 315. & pro-
43 indè strenuus Fisci patronus conabitur contra-
ctus, & computa hoc tempore gesta revideri facere,
& dispungere à peritis, & zelantibus Rationalibus,
nedum ut errores computorum, sed ut enormissi-
mæ læsiones emendentur, cum aliquod quietis spa-
tium dabitur, ut frui liceat maximo illo bono pa-
cis, quo in rebus humanis nihil magis gloriosum,
nihil delectabilius, aut utilius audiri, possideri,
aut desiderari possit, ut ex *Divo August.* refert *Al-
beric.* in *d.l.1.in princ.C.de caduc.toll.* ubi plura de
laudibus pacis, de quo plurima per *Barbat.utrum-
que Socin. Beroum*, & alios, quos refert, *Peregr.
de jure Fisci lib.*5.*tit.*2.*num.*50.

Ex quibus non obstant ultimæ oppositiones,
Fiscum multum utilitatis consequutum ex obla-
tione facta per Civitatem, quia aliter Reg. Curia
fuisset coacta concedere nedum Dohanam sed fun-
44 ctiones fiscales, nimis enim remota est illatio, &
utilitas accidens, & incerta, sicut de interesse
extrà rem arguit *J. C.* in *l. si sterilis* 21. *§.cum per
venditorem, ff.de actio. empti*, cum quid futurum
fuisset, & facturus Prorex, ignoramus, & Civi-
tas suum negotium proprium, & utile gessit, non
alienum, quo casu nihil à Fisco est ei rependen-
dum, argumento *text.* in *l. si prior* 13. *§* 1.*cum
glos. verb. gessit, ff. qui potior. in pignore*, quem
text. exornavi in articulo, quando debeatur Inte-
resse alterius interesse, in *addit. ad Cons.D.Camil-
li de Medicis mei Soceri* 86. *num.*13.& 14.

Nec etiam obstat ultima consideratio, quæ ip-
sa Civitas fuerit in causa, ut ex sua oblatione fa-
cta infrà annum Fiscus exercuerit pactum redi-
mendi contrà primum emptorem.

Siquidem in hoc Civitati deficit factum, & ju-
ris dispositio, primum quidem, quia Fisco non
fuit opus exercere pactum de redimendo, cum pri-
ma venditio non habuerit effectum, uti continens
enormissimam Fisci læsionem, & fortè etiam de
emptoris consensu, quem non apparet adimplevis-
se ex parte sua, nec petiisse quidem contractus exe-
cutionem, prout tenebatur, juxtà *l. Julianus,
§.offerri, ff. de action.empti*, & ideò apparet fa-
cta secunda venditio, ac si nunquam prima inter-
45 cessisset; paria enim sunt, non esse, & inutili-
ter esse, *l.4. §.condemnatum, ff.de re judic.* unde
non fuit necessarium exercere pactum de retro-
vendendo, vel de revendendo, aut de restituen-
do, quæ verè idem importare, quidquid alii sub-
46 tilius potiùs, quàm verè distinguere conentur,
ut videre est apud doctiss. *Pinell.*in *repet.l.2.cap.*3.
47 *num.*27.& 28. *C.de rescind.vendit.* in Fisco enim
constat, læsionem valdè minorem sufficere ad in-
star minoris, & Ecclesiæ, quam in rebus priveto-
rum, vulgatis *l. & si sine* 8. *§ quæsitum, ff. de mi-
nor.* & *l.siquidem, C. de præd. min.* idque tametsi
48 intercessisse supponatur decretum, & subhastatio-
nes requisitas, ut in puncto advertit idem *Pinel.*
in *d.l.2.cap.2.* sub *num.*24. *vers.unum vero.* & sub
num.

num.27. ver. denique, & suprà *respons.*14. scripsi
latè pro Fisco ad intellectum dicti *§.quæsitum*, &
de requisitis in venditione bonorum Fisci scribit
Peregr. lib.6. tit.4. in princ. de jure Fisci, qui
tamen sub *num.8. vers.intellige*, est cautè intelli-
gendus, dum tradit, res fiscales vendendas esse
cum temperamento, *d.l.2. C.de resciad.vend.* quasi
necessaria sit læsio ultrà dimidiam, quia id esset
contra *d.§.quæsitum*, & receptissimum tradit, pro-
49 ut benè contrà *Peregr.* advertit *Reg. de Ponte de
potestate Proregis, de regal.imposit.* §5. incip.*Sed
quæ læsio*, ex *num.6. & 19. cum seq.* dicens, com-
munem esse contrà *Peregr.* ad quem pro nunc me
remitto, licèt ipse sub *num.*58. dum explicat do-
ctrinam *Odoffr.* in *l.si tempora, C. de locat. præd.
civil. lib.*11. quod loquatur de tempore præstitu-
to in locatione, ad quinquennium scilicet, vel
plus, aut minus, malè explicet verba *Odoffr.* qui
expressè loquitur de tempore adjectionis, ut alibi
latiùs.

Deficit etiam Civitati jus, siquidem tametsi
prima venditio fuisset exequuta, adhuc pactum de
50 retrovendendo, sivè redimendo temporale, con-
currente injustitia, fuisset effectum perpetuum,
juxtà doctrinam *Hostiens.* in *summa de usuris, §.an
aliquo*, quam sequutus fuit *Jacobinus à S. Gior-
gio in l.2. num.2. ff. si cert. petat. Bertrand. Tira-
quell.* & alii citati per *Menoch. de arbitr. lib.2.
cent.3. casu* 217. *Grivell. decis. Senat. Dolan.*74.
*num.*2. quo pacto redimendi, etiam post annum
potuisset in præsenti casu uti Fiscus etiam secun-
dùm opinionem *Cagnoli*, qui in *l.2. num.65.vers.
secunda limitatio*, voluit, vix hoc procedere, nisi
magnus excessus adfuerit in pretio, qui verè in
præsenti casu intercessit maximus, & opinionem
Hostiens. & *Jacobini* sequuntur *Cassanæus, Ber-
trand. Socin.jun.* & alii, quos post *Annam alleg.*83.
*num.*4. congessit *Consil. Fabius filius in additioni-
bus*, ubi testatur, secundùm opinionem *Jacobini*
passim judicari, *Grammat. decis.*76. *num.*15. *in
fine*, sequitur *Surdus decis.*34. *num.*5. ubi ex *Ti-
raquell.* dicit, hanc sententiam juvari æquitate,
& consuevisse Senatum Parisiensem etiam in con-
tractibus non suspectis aliquid temporis vendito-
ribus indulgere, ultrà conventum, quòd passim
facere assolet nostrum S. C. præsertim quando du-
bitat, bona vendita plus valere, vel reum con-
51 ventum non se defendisse, & meritò subdit *Sur-
dus*, in ejusmodi causis authoritatem Tribunalis
supereminentis plurimum posse, utpotè cum Su-
premi Senatus majus habeant arbitrium, quam in-
feriores Judices, qui sunt magis adstricti judicare
secundùm strictas juris regulas ex *Cravet.* & *Me-
noch.* idem latè *Menoch. de arbitr. lib.2. cent.*1. *ca-
su* 98. *num.*12. & 13.

52 Et ratio est: quia Senatus decreta vim legis ha-
bent, quia jus constituere potest, *l.unica, C. de
Senat. l.non ambigitur* 8. *ff.de legibus*, ubi *Coras.*
ut latissimè prosequitur idem *Menoch. de arbitr.
lib.2. cent.*1. *casu* 68. sub *num.*30. quod intelligen-
53 dum est de Senatibus, qui judicant Rege præsen-
te, vel, ab ejus Senatoribus ipsius nomine profe-
runtur, secus in Consiliis, & Tribunalibus infe-
riorum, latè *Valasc. consult.*148. *num.*26. & 27.
*Gamma decis.*128. & de authoritate sententiæ latæ
in auditorio Imperiali est *text.* in *l.Imperialis* 12.
C.de legibus, & de sententia nostri S. C. *Afflict.
decis.*96. *n.*11. *in fine*, *Franch. decis.*90. *num.*5. cujus
Afflict. in decisionibus nostris Neapol. authorita-
tem apud doctos esse magnam, dixit doctiss. *Pi-
nell.* in 1. *par. l.2. C. de resciad. vend. cap.*4. post
*num.*13. circa medium numeri, idemque affirmat
alter perdoctus *Ignat. Lopez* in *addit. ad praxim*
54 *Diaz cap.58. vers.nec refragatur*, ut non imme-
ritò dixerit *Decius cons.*379 se deterritum consu-
lere contra decisionem nostri S. C. & infinita pro-
pèmodum de sententia Cameræ Imperialis conge-
rit *Kaichen de vestitur.pactian.par.*1. *cap.3.n.*348.
55 ubi quod contineat authoritatem statuti generalia
*num.*349. secus verò in Tribunalibus inferiorum,
num.350. & seq. & quod nostrum S. C. innitatur
æquitati, rejectis juris subtilitatibus, *Reg. de
Ponte cons.*83. *num.*4. in 2.*volum.*

SVMMARIVM.

1 *EVictio inest ex contractus natura, etsi non ex-
primatur.*
2 *Ampliatur in venditione sub hasta.*
3 *Pacto si remittatur evictio, pretium tamen non eo
minus restituendum est.*
4 *Fallit in emptore sciente, ad text. in* l. si fun-
dum 27. C.de evict. & num.13. & *quæ* d.text.
supponat, num.7. *scientia in materia evictionis
cujusmodi requiratur*, num.6.
8 *Rex in Regno quoad domanialia fundatam habet
intentionem.*
9 *Feudo omnia, & castra quaternato in Regno Re-
gis esse præsumuntur, præcipuè contrà Eccle-
siam*, num.10.
11 *Scientia levis litis non habetur in consideratione.*
12 *Necessitatis, aut bellorum tempore, non facilè
pro Fisco decisum præsumitur.*
14 *Discrimen inter stipulatorem, ac rei alienæ empto-
rem, colligitur.*
15 Text. *dispositio in* l.si post perfectam, C. de evict.
recensetur, ac decisionibus exornatur.
16 *Fiscus in terminis d.l. cautionem, sicut nec alius
privatus locuples præstare minimè tenetur.*
17 *Fiscus quando idoneus fidejussor, vel non idoneus
reputetur.*
18 *Idem regulariter privati jure utitur.*
19 *Evictio includit totale interesse, etiam respectu
lucri.*
20 *Dupla etiam non promissa subintelligitur.*
21 *Fallit in Fisco, etsi fuerit promissa.*
22 *Quod declaratur in re proprio Fisci, non autem
in re debitoris Fisci, ab eo vendita.*
23 *Cum aliena jactura locupletari periniquum, ac
legibus exosum.*
24 *Princeps à minus justo lucro abstinere debet.*

ARGVMENTVM.

Emptor Oppidi domanialis in se assumens litis onus,
quæ inter Fiscum, venditorem, & tertium quen-
dam pendebat super ipsius Oppidi jurisdictione,
an decisa jam lite contrà Fiscum pretium simplex
saltim, si non evictionem, repetere valeat, adeò
ut ex eo dubii eventus onere, id remisisse minimè
intelligatur. Item emptoris scientia qualis obsit, ne
evictionem, re evicta, consequatur. Denique
illius oneris suscipiendi consensus quid in casu
præsenti operetur, dilucidè examinatur.

RE-

Digitized by Google

RESPONS. XXVI.

DUM vigeret venditio jurisdictionis in Terris, & Castris domanialibus Regni ob publicam, & necessariam causam belli, essentque illæ expositæ venales, prævia subhastatione in publica auctione, inter alios obtulit Ill. Princeps Noyæ de domo Pignatella, emere jurisdictionem Terræ Montiscorbini pro duc. 48. m. cui venditioni se opposuit procurator Eminentiss. Cardinalis Sabelli Archiepiscopi Salernitani allegantis, adesse antiquum processum in Regia Camera, in quo prædecessores Archiepiscopi Salernitani, in quorum Diœcesi sita reperitur dicta Terra prætendisse, ad mensam Archiepiscopalem spectare jurisdictionem ipsam, aliaque jura, de quorum venditione agebatur, qua ratione instabat, supersederi in dicta venditione, & procedi ad ipsius litis expeditionem, cui oppositioni cum pro Fisco Regii Patrimonii fuisset replicatum, Reg. Curiam jamdudum à tempore rebellionis Principis Salerni de domo de S. Severino, reperiri in legitima possessione dictæ Terræ cum sua jurisdictione, & de lite prædicta non esse habendam rationem, cum ipsamet antiquitas processus, cujus prædecessores Archiepiscopi expeditioni non incubuerant, immò pro derelicto illam habuerant, tati jus minimè fovere, magnam pro justitia Fisci præsumptionem inducebat, prout ex pluribus, quæ in promptu ponderabat ex revolutione processus, vanam reddi Ecclesiæ Salernitanæ prætensionem conabatur demonstrare. His attentis dict. Princeps oblator, qui vehementer optabat illius Terræ emptionem ad effectum perducere ob commoditatem pascuorum necessariam pro animalibus, quæ habebat in suo Statu Lucaniæ, obtulit se paratum complere, & ad effectum deducere emptionem; non obstante prædicta oppositione facta pro parte Ecclesiæ Salernitanæ, declarans, se velle ad emptionis perfectionem procedere, citrà præjudicium status causæ, & cum onere dictæ litis, verùm sequuta, & perfecta dicta venditione, & jurisdictione dictæ Terræ remansa ad extinctum candelæ more solito ad beneficium ejusdem emptoris; quoniam dubitari poterat in futurum, an in casu victoriæ fortè obtinendæ per dictam Ecclesiam contrà Fiscum (tametsi ex meritis processus, jam relatis videtur hoc maxima cum difficultate avenire posse) teneretur ipse Fiscus, si non ad totale interesse, & ad duplam, saltim ad pretii restitutionem, ideò institit emptor, declarari ex consensu per ipsum præstito, dum declaravit, velle ad emptionem accedere, non obstante dicta lite, & in statu, quo reperiebatur cum onere ipsius litis, nihil sibi fuisse præjudicatum, saltim quoad pretii restitutionem, quam eo in casu nullo modo posse per Fiscum evitari, cum ipse non renunciasset evictioni, cui specialiter renunciati debuisset, sed tantum obtulisse emere, non obstante lite, ratus illam non subsistere, prout ipsemet Fiscus constanter asseverabat, & proinde sibi non obsuturam, sed non ex hoc inferri posse, ipsum in casu contrario, quo pro Ecclesia pronunciaretur, voluisse evictioni renunciare, & maximè pretii restitutionem gratis remittere, cum hoc in sua oblatione expressè nec tacitè appareret, nec colligi posset, quinimmò contrarium, dum ipsius oblatio innitetur potissimæ replicationi Fisci, qui nedum apparenter,

sed concludenter ratiocinabatur, Ecclesiæ prætensionem jure non subsistere, contrarium certè facturus, si de justitia Fisci contrà ipsum dubitati potuisset, pro quo emptore urgebat regula gene-
1 ralis, evictionem in contractu venditionis venire de natura contractus, tametsi nihil exprimatur, ut decidit *Alexand. Imperator* in *l. non dubitatur 6. C. de evict. l. si major*, *C. de com. rer. alien.*
2 *l. secunda*, & *l. si in venditione*, *ff. de evict.* idque procedit etiam in venditione sub hasta, *l. si ob causam 13. C. eodem titul. Petra ad D. Capyc. dec. 106.*
3 Quinimmo etiam si quis ex pacto expresso non teneatur de evictione, non tamen negare poterit, quin sequuta evictione teneatur ad pretii restitutionem, *l. emptorem 12. §. qui autem, vers. sed Julianus*, ibi, *& si apertè in venditione comprehendatur, nihil evictionis nomine præstitum iri, pretium quidem deberi re evicta utilitatem non deberi, neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conventionem, ut emptor rem amitteret, & pretium venditor retineret*, comprobat latè *Tiraq. in primo retract. §. 12. glos. 1. n. 10. & seqq. Franch. dec. 239.* ubi amplius refert *Cratum in repet. §. Casto*, vidisse consultum per excellentissimos Doctores, hoc pactum non valere tanquam contrà naturalem æquitatem, licèt communis, & recepta opinio sit in contrarium, aliquid *Latorius consil. 15. num. 31. in fin. Ursill. decis. 191. Vivius decis. 24.*
4 Cui conclusioni non obest, si dicatur, decisionem dictæ *l. emptorem*, *§. qui autem* non procedere in emptore, qui fuit sciens, ut in *l. si fundum sciens 27. C. de evict. & l. si fratres*, ubi dicitur, cessare pretii restitutionem in emptore sciente, nisi sibi caverit de evictionis promissione, ut ità resumit *Gloss. 1.* in *d. l. non dubitatur 6.* citans *l. in venditione, ff. de action. empt.*

Siquidem in casu præsenti negabatur pro parte emptoris scientia rei alienæ, quia ex prænarrato facto colligitur, emptorem tantùm abesse, habuisse certam notitiam, & scientiam rei alienæ, scilicet jurisdictionem cum corporibus illis spectare ad Ecclesiam, prout de jure exigitur, ut quis habere dicatur scientiam, non enim satis est scire aliquid in ge-
5 nere, vel sibi perfunctoriè, aut de jure denunciatum, sed tantùm ille dicitur scire, cui res cum suis qualitatibus perfectè demonstratur, *l. de pupillo §. qui nunciat, ff. de oper. nov. nunciat.* & probat etiam *text.* in terminis evictionis in *l. si rem quam*, ubi *Gloss. ff. de evict.* quæ jura ad hoc citat *Tiraquell. in primo retract. §. 36. gloss. 2. nu. 30. & 32. cum seq.* scire
6 enim est quod per veras causas cognoscimus à primis principiis, usque ad elementa, *Sylvanus* latè *cons. 25. in princip.* sed solam habuit emptor quandam generalem, & incertam notitiam prætensionis Ecclesiæ, cui ex valida, & apparenti Fisci oppositione, & inficiatione verisimiliter credere potuit, & debuit, vera fuisse afferta per Fiscum de non jure Ecclesiæ, unde sequuto præter spem eventu contrario non debet Fiscus evitare posse pretii restitutionem, opponendo de scientia, quam emptor non habuit, nec habere potuit, dum justè credere debuit constanti assertioni Fisci, cujus authoritate decipi
7 non debuit, *text.* enim in *d. l. si fundum sciens*, duo supponit, nempè fundum verè esse alienum, & emptorem habuisse veram, & certam scientiam, rem, quam emerat, esse alienam, hic autem in præsenti casu Castrum venditum nec est alienum saltim quod

quod constat, vel constare possit tempore venditionis, ut quia id non est declaratum, quinimmò Reg. Curia illud pacificè possidet, & tenuit ab antiquissimo tempore tanquam rem domanialem propriam Regis, non obstante lite mota per Ecclesiam de anno .... quæ per tot sæcula fuit sub silentio, & derelicta, immò cum inter Archiepiscopos Salernitanos fuisset annis ab hinc trigiota D. Guzman Beltranus de Goevara, qui ratione authoritatis, veluti Visitator generalis Regni, nactus occasionem, omnes lites Salernitanæ Ecclesiæ, cui præerat, suscitasset, & prosequutus fuisset maximo conatu, & strepitu, de ista tamen nullo modo meminit, & ex consequenti præsumendum est, de jure suo diffidisse, dum alioquin diligentissimus hoc jus indiscussum consultò reliquit, & ultrà debilitatem, & dubietatem iuris resultantem ex antiquissimis titulis priscorum Regum, ultrà ducentum annos inter se nedum diversos, sed etiam planè adversos, qui ex varietate Regnantiom bellorum successus, capitula pacis, & remissiones inter retrò Principes factas, & leges, & edicta pluries diversis temporibus antiquitùs latas pro possessoribus non turbandis, ut in edicto Pentimæ; & in *Pragmatica edita Thori*, maxima ex his, & aliis insurgit juris præsumptio pro justitia præsentis status rerum, & Rege possessore, etiam ex eo, quod cum Fisco instante, ut Ecclesia declararet tempus spolii, nedum tenuit, sed fecit postmodum varias declarationes inter se adversas, adeò ut ex authenticis monumentis fuerit defensor Ecclesiæ
8 convictus, Regem, non Ecclesiam longè antè spolium possedisse tanquam universalem dominum, qui in suo Regno quòad domanialia fundatam habet intentionem contrà omnes, ut ex *cap. omnes Basilicæ 16. q. 7.* tradit *Isern.* in *cap. Imperialem*, *§. illud quoque præcipimus*, *num. 68. in fin.* ubi dicit, quod sicut omnia, quæ in Diœcesi sunt, præsumuntur
9 esse Episcopi, sic omnia, quæ sunt in Regno præsumuntur Regis, sicut sunt omnia feuda, & Castra quaternata, ubi *Liporulus lit. A.* & potissimè con-
10 tra Ecclesiam regulariter feudorum incapacem, cujusmodi in Regno præsumuntur esse omnia Castra, & ex his nullo modo sunt applicabiles termini *d. l. si fundum scient*, siquidem tametsi licitator habuerit notitiam litis, non tamen credere debuit, nec potuit, Castrum possessum per Regem pertinere ad Ecclesiam, sed quo majorem, & magis certam habuit vetustissimæ litis scientiam, eo plus existimare debuit, juxtà Fisci assertionem, litem fuisse inanem, & sine solido fundamento justitiæ, ut in pun-
11 cto advertit *Surdus* in suspitione litis levis, & vanæ, quod non fit in consideratione, tanquam levis, & vani timoris *decis. 183. num. 6.* maximè dum per tot sæcula fuit ipsius expeditio neglecta, & proindè excusandus est, dum promptè se obtulit emere cum onere litis, spe tamen victoriæ Fisco protegente, sub cujus defensione benè emptor existimare poterat, se esse tutum, ex consideratis per
12 *Surd. d. dec. 183. num. 7. & seq.* tempore etenim necessitatis, & bellorum, quibus undique Monarchia conflictatur, non facilè est admittenda decisio *l. non puto ff. de jure Fisci*, nec quod de Trajano refert *Plinius in Panegirico*, aliud verò est in emptore emente scienter rem alienam, qui jure de evictione
13 agere non potest, & etiam carere pretio, quia præsumitur pretium donare venditori, & fatuè agere;
14 quamvis enim stipulator rei alienæ aliquo modo excusari possit, dum agit, ut sibi res aliena promittatur absque pretii erogatione, aliud est autem in emptore fatuè solvente pretium, ut hoc discrimen colligitur ex *l. si it, qui pro emptore, §. fin. ff. de usucap.* ubi *Glo. & DD.* notant, & *Cujacius* advertit, emptorem rei alienæ erogando pretium, maximam fatuitatem committere, quæ sine rubore defendi non potest.

Et si dicatur pro Fisco, quod alioquin illa oblatio, & consensus præstitus per emptorem emendi non obstante lite, & cum ipsius onere, esset superflua, & nihil operari posset.

Prompta est resolutio, siquidem plures effectus potuisset dictus consensus præstitus operari, salvo jure amissionis pretii. Primò enim cum potuisset recedere ab oblatione emendi, etiam si sub hasta
15 fuisset sibi tanquam plus offerenti terra liberata ex notitia supervenientis evictionis in limine contractus, juxtà *tex.* in *l. si post perfectam 24. C. de evict.* exornata per *Afflict. decis. 171. Franc. decis. 555. & 557.* & *Surdum dec. 183.* non licet tamen hoc jure, & remedio uti. Secundò quia per dictum consensum remisit jus, quod offerens habebat, ut si voluisset non obstante notitia litis ad emendum accedere, potuisset Fiscum cogere ad litis expensas subministrandum, & ad promittendum, ipsum emptorem victorem reddere, quamvis Fiscus non te-
16 neatur cautionem præstare, licèt immineat evictio, sicut nec alios privatus dives, qui notoriè sit solvendo, juxtà dictam *decis. Afflicti 171.* quam probavit in Fisco Senatus Mantuanus in dicta *decis. Surdi 183. in fin.* ubi *Surd.* advertit, quod licèt Fi-
17 scus regulariter non sit idoneus fidejussor, ex *Afflict. decis. 88.* tamen id non procedit quando Fiscus est jam obligatus, Et tandem tertiò si non præcessisset prædictus consensus offerentis, quatenus fuisset simpliciter sequuta venditio, Fiscus, qui re-
18 gulariter utitur jure privati, *l. cum quidam §. Fiscus ff. de usuris*, *l. Fiscus 6.* ubi *glos. 1.* citat concordantes *ff. de jure Fisci*, non solùm fuisset adstrictus emptorem ipsum victorem reddere, sed in casu succumbentiæ obligatus fuisset de evictione, quæ im-
19 portasset, quanti emptoris interfuisset rem venditoris fuisse, etiam respectu lucri, *l. venditor 8. ff. de evict.* quamvis ad duplum minimè teneatur, quod
20 aliàs in privatis subintelligitur duplæ promissio, etiam si non sit promissa, *l. si dupla*, quæ est *2. ff. de evictio.* & in Fisco est speciale, ut etiam si Procura-
21 tor Cæsaris rem aliquam vendiderit, & duplum, vel triplum pro evictione promiserit, tamen Fiscus ipse simplum præstabit, *l. si procurator 5.* ubi *glos. 1.* quod nec procurator vendens præstabit, nisi simplum, *ff. de jure Fisci*, cujus *text.* decisionem pro-
22 cedere, cum Fiscus rem vendit ut suam, secus si vendat ut rem sui debitoris, ut declarat *Peregr. de jure Fisci lib. 6. tit. 4.* sub *num. 36.* quibus omnibus per dictum consensum perficiendi, & exequendi contractum cum onere litis, videtur renunciatum sub sola reservatione pretii dumtaxat, cujus restitutioni fatuum fuisset emptori renunciare, & periniquum Fiscū lucrari cum ingenti alterius iactura,
23 quod omnimodo iura abhorrent, cum, teste *Cicerone*, non tam natura à morte abhorreat, quàm quod quis cum aliena iactura locupletetur. præsertim in Fisco, qui Principem repræsentat, ut in *l. 2.* ubi *Glos.* & *Bart. C. de iure Fisci lib. 10.* quem
24 Principem, præsertim supremum, decet se abstinere à lucro minus iusto, longè plusquam alios, ut latè scripsi lib. 1. *Controvers. Illustr. cap. 2.* ex num. 6.

Et ità pro Illustr. Principe Noyæ emptore fuit decisum per Reg. Cameram in Collaterali me referente die Veneris 24. Septembris 1638.

SVMMARIVM.

1 Rex potest belli urgente necessitate pro statu defensione distrahere terras domaniales, non obstantibus quibuscunque privilegiis. Item pro satisfaciendis venditoribus, ex quorum pecunia exercitus fuit servatus, num. 5. & inscitu habenda pacis, num. 22.

2 Defensio, quæ fit in statu Mediolani habetur pro immediata Regni Neapolitani defensione.

3 Pretium proveniens ex venditione domanialium potiùs debet converti in præsentem necessitatem belli, quàm solvi creditori, cujus pecunia in eandem causam fuit erogata, & ità decisum num. 4. sed intellige prout num. 33.

6 Dispositio tex. in l. Lucius 11. ff. de evict. & l. item si verberatum §. item si fortè ff. de rei vindic. pluribus exornatur, & num. 7. & de intellectu, vide num. 10.

8 Princeps ex justa, publica, & necessaria causa potest auferre privatis dominium acquisitum, & jure gentium, refuso tamen pretio, nu. 7. & 16. utitur subditorum divitiis, nu. 15. reditus assignatur, ut non solùm in pace, & justitia Rempublicam conservet, sed etiam ut honorificè vivat, num. 13. pacis occasione tollit, & remittit injurias, & damno subditis illata, nu. 22. in modico potest juri tertii præjudicare, num. 37. & juri quærendo, num. 38.

9 Pretium integrum dici potest modicum respectu voluntatis, dum res ab invito auferatur.

11 Defensio status omnium dicitur causa publica, item conservandæ militiæ, num. 17.

12 Fisci utilitas à nonnullis censetur privata, intellige cum distinctione, de qua num. 14. fisci applicata propter necessitatem belli poterit retinere, quousque bellum durat, num. 41. item pretium terræ venditæ, & redemptæ, num. 42. pro debita Primipili est doti anterior, num. 18. & ratio assignatur, num. 20.

19 Officium Primipili quid sit, quamvis dictum nomen hodie non sit in usu, attamen leges de eo loquentes poterunt practicari in magno Thesaurario, & in eo, qui provisor exercitus nuncupatur, n. 21.

25 Pax est adeò bonum, quod omnibus rebus mortalibus præponderat, non patitur molestari possessores ob res amissas in bello, num. 23. ejus occasione exempti gravantur, quando aliter haberi non potest, num. 24.

26 Pecunia præsumitur versa in publicam utilitatem, quando in eam causam fuit accepta, vel illi causæ confestim satisfactum, nu. 27. sive cum ea redempta res necessariò restituenda pro executione capitulorum pacis, num. 28. aut dimissus creditor, cujus pecunia fuit conversa in eandem causam, num. 29.

30 Ulpiani sententia in l. quæsitum ff. de privil. creditor. loquens de actione funeraria, expenditur, & commendatur.

31 Creditor posterior potior existimatur, si ejus pecunia confestim fuit soluto creditori privilegiata, habet revocationem, si ex ejus pecunia fuit dimissus anterior, num. 32.

34 Causa de præsenti præfertur causæ de præterito, quæ est publicæ utilitatis minoris, cedit majori, num. 35.

36 Alimenta de futuro sunt magis privilegiata, quàm de præterito.

39 Regula de jure quæsito non tollendo, non procedit in jure quærendo, vel sub conditione quæsito.

40 Dilatio quæ à Principe debitoribus conceditur, dicitur res modici præjudicii.

43 Decisio in præsenti causa refertur.

ARGUMENTUM.

Princeps distrahere an possit terras domaniales, non obstantibus quibuscunque privilegiis, ut ex pretio dimittatur creditor, cujus pecunia fuit versa in publicam, utilem, & necessariam causam belli. Et quid si talis creditor retineat bona necessariò restituenda pro executione capitulorum pacis.

RESPONS. XXVII.

Cum per plura decreta, facta relatione per Reg. Cameram in Collaterali Consilio, coràm Excellentissimo Duce me referente, fuisset provisum, esse procedendum ad venditionem, seù infeudationem Casalium Civitatis Nolæ, juxtà decretum generale latum sub die 25. Februarii 1638. non obstantibus amplissimis privilegiis eidem concessis ab Invictiss. & immor. mem. Carolo Cæsare de anno 1533. ejusque fœlicissimis successoribus, etiam ex causa onerosa in manutenendo exercitum Imperialem, maximo sumptu, & egregia fidelitate, & solvendo ingentes pecuniarum summas in subsidium bellorum sub Principe Orangiæ Neapolitano Prorege, & ut obtineret Regium domanium, & se redimeret ab infeudatione facta per eundem Carolum Cæsarem Principi Sulmonis, præter alia servitia cum maxima impensa, deindè successivè Regiæ Coronæ facta, præsertim in substinendo præsidium Hispanæ militiæ, ut prompta esset ad Regni tutelam, vel aliam expeditionem, cum promissione amplius de solvendo ann. duc. 2000. ad murorum separationem pro fortificatione Civitatis, quam usque in hunc diem perfectè implevit, se fidelissimam suis Regibus ostendendo, prout prisco tempore se talem præbuit Romanis cum Senatu regeretur suo, teste Frecc. de subfeud. lib. 1. §. Regnum, num. 2.

Tandem cum occasione capitulationis pacis initæ inter Excell. & strenuos Duces Hispanos exercitus Regis nostri Marchionem scilicet de Leganes Gubernatorem Status Mediolanensis, & Dom. Franciscum de Melo Lusitanum Marchionem ... Siciliæ Proregem cum Serenis. Duce Parmæ, dum is à Regis nostri obsequio defecerat, fuisset eidem Duci promissa restitutio Civitatis Castrimaris de Stabia, & Roccæguglielmæ, quas anteà tenebat in Regno in feudum, & fuerant insolutum data Internuntio Serenis. Regis Poloniæ in satisfactionem duc. 175. mil. quos consequi debebat à Regia Curia potentissimi Regis nostri, & pro redimendis dictis feudis à manu Regis Poloniæ, ut fieret promissa restitutio Duci Parmæ, esset facta consultatio, posse vice dictorum Castrorum assignari dicta Casalia Civitatis Nolæ pro pretio convento, cum potestate vendendi.

Fuit pro parte Civitatis prædictæ, ad impediendam executionem, oppositum, quod quatenus

nus juxtà decretum generale, & alia subsequuta,
potuisset Fiscus procedere ad separationem Casa-
lium ab ipsa Civitate, eorumque jurisdictionis ven-
ditionem sub hasta, id tamen minimè permitti po-
1 terat, nisi ex causa publica necessaria, ut pretium
exinde perveniendum cederet pro substinendis co-
piis militum Regii exercitus in Gallia Cisalpina,
& defensione Status Mediolani adversùs Gallorum
impetum, atque conatum, qui fuit per Regem no-
strum, ejusque Consilium belli, & status habitus
2 pro immediata defensione Regni, ac si invasum es-
set idem Regnum, dum satis compertum, & no-
tum sit, quod irruentibus Gallis in agro Mediola-
nensi, ipsisque ibi admissis, possent vi, aut fœ-
dere cum ipsis inito, Jaunenses cogere, ut à de-
votione nostri Regis discederent, & cum ipsorum
auxilio, vel illis conniventibus, vel invitis, Re-
gnum Neapolitanum, devictis Castris Etruriæ in-
termediis, invadere.

Non autem id permittendum erat pro exoluen-
3 do ære alieno contracto cum dicto Serenis. Rege,
permissum enim ex causa publica, nedum præcisa,
& necessaria, sed urgentissima defensionis Status
Mediolani, ex qua proximè dependebat tutela Re-
gni, & dominii Italici, non debebat extendi ad
aliam, causa dimittendi creditum, tametsi urgens,
& privilegiatum Serenis. Regis Poloniæ.

Idque allegabat Advocatus Civitatis fuisse deci-
sum adversùs Excell. D. Margaritam de Aragonia
4 Principem Bisiniani, quæ cum emisset terram Gra-
niani venditam ex causa pubica, non obstante quod
se redemisset pro obtinendo domanio, & solvisset
emptrix pretium duc. 20. mil. qui fuerunt impensi
ab Excell. Comite Montisregii Prorege, & assigna-
ti Assentistis in satisfactionem literarum cambii
missarum pro substinendo exercitu, cum tamen
visum fuisset Regi nostro clementissimo conser-
vare dictam Terram Graniani in Regio domanio
pro certo oblato servitio, & simul jussisset plu-
ribus Regiis præceptis restitui pretium per em-
ptricem solutum, dum prætendisset illud conse-
qui ex pretio oblato per Casale Afragolæ hujus in-
clitæ Civitatis, quod ad evitandam similem ven-
ditionem obtulit, & postmodum solvit duc. 20. mil.
ex causa transactionis pro conservando domanio,
jam per Fiscum acceptatæ, quamvis allegasset,
non esse inconveniens pretium redactum ex causa
transactionis prædictæ debere cedere in satisfactio-
nem sui crediti, quod fuerat solutum, & versum
in alimonia, & stipendia militum, & sic non minùs
pro ejus credito posse applicari pecuniam perven-
tam ex venditione, vel transactione domaniorum,
quàm si immediatè venderentur domania, ut pre-
tium per Assentistas mediantibus literis cambii re-
mitteretur ad Ducem exercitus, vel solveretur ipsis-
met mercatoribus pro pretio, & valore pecuniæ,
ad exercitum transmissæ. His tamen non obstanti-
bus in dicto casu fuit decisum, pecuniam pervenien-
dam ex dicta transactione oblata per dictum Casale
esse solvendam Mercatoribus, qui literas dederant,
non autem dictæ emptrici pro ejus credito, tametsi
privilegiato, & dependenti ex eadem causa publica,
undè idem videbatur decidendum in casu præsenti,
ut non posse procedi ad Venditionem Casalium
Nolæ pro dimittendo credito, tametsi privilegiato
debito dicto Serenissimo Regi Poloniæ.

Attamen pro Fisco in contrarium dicebatur, pe-
cuniam æris alieni contracti cum dicto Serenissimo
Rege fuisse immediatè, & directò applicatam, &
solutam Negotiatoribus, & Assentistis, qui non
aliter dedissent literas cambii singulis duobus men-
sibus necessariò transmittendas per nostrum vigilan-
tissimum Proregem Ducem Medinæ, Marchioni de
Leganes Duci exercitus Mediolanensis, quod ma-
xima diligentia, & incredibili solertia fuit continua-
tum, nisi fuisset numeratus valor, literarum Nea-
poli, qui fuit de pecunia assignata Regi Poloniæ
super Dohana mænæpecudum, quæ cum debuis-
set solvi Regi, nedum creditori, sed Domino effecto
illorum introituum per assignationem, non solùm
ipso inscio, sed contrà expressam voluntatem sui In-
ternuntii, & ministri Neapoli residentis necessitate
cogente, fuit per Regiam Curiam, & Fisci admini-
stratores soluta pro pretio literarum cambii, & con-
versa in stipendia Exercitus, qui fugavit, & expulit
Gallos ab obsidione Urbis Valentiæ, & dominio Me-
5 diolanensi, undè cum pecunia Regis fuerit Exer-
citus conservatus cum tam grandi publico benefi-
cio, & Regis servitio, quis negare poterit pro satis-
faciendo quod Regi debetur ex tam publica, justa, &
necessaria causa, re tam utiliter, & gloriosè gesta,
posse terras domaniales vendi, ut pretium Regi sol-
vatur, eandemque causam publicam vigere verè, vel
interpretativè, argumento *Glos.* in *l. & an eadem*
14. ver. concurrunt ff. de exception. rei judic. cum
non solùm pro substinendo exercitu pro defensio-
ne status Principis, sed etiam pro remunerandis mi-
litibus, qui strenuè pugnarunt, possit, & soleat Impe-
rator dominium justè quæsitum à privato auferre,
6 ut etiam veteranis in præmium assignetur, *l. Lucius*
Titius 11. ff. de eviction. ubi prædia empta per Lu-
cium Titium, qui partem pretii venditori solverat,
fuerunt veteranis in præmium assignata, quod, ut
subjicit ibi *Accurs.* in 2. *Glos.* faciunt quandoque
Principes, fundos, & agros privatorum militibus as-
signando, modico, honoris gratia possessori dato, *l.*
item si verberatum §. item si fortè ff. de rei vendic.
7 ubi *Glos. ver. honoris* supplet, quasi esset dedecus si
omninò gratis auferretur, cum aliis ad ornatum di-
ctorum jurium adductis per *Felinum in cap. quæ in*
Ecclesiarum, num. 28. de constitution. in quo tametsi
me non lateat, plerosque *DD.* nimium, & variè ra-
stringere decisionem dictorum jurium, ut inter alia
dixerint, quòd licèt id aliquando factum fuerit ab
Imperatoribus gentilibus, non sic tamen hoc saltim
passim eorum exemplo practicandum à Christianis
Principibus, cum regulam futuris negotiis gerendis
non præscripserint, vel saltim sit integrum pretium
exolvendum, & aliter, ut per *Zasium consil.* 10. ex
num. 9. lib. 2. relatum à *Petro Antonio à Petra de po-*
testate Principis, cap. 24. incip. *circà illam quæst.*
sub *num. 79. vers. non obstat decimò*, & iterum in *§.*
superest modo videre de veritate 7. quæst. principa-
lis, num. 49. verb. secunda difficultas, aliquibus in
contrarium affirmantibus, verissimam esse conclu-
sionem, quæ ex dictis juribus ad augendam Princi-
pis potestatem elicitur, & nonnullis ampliùs asse-
verantibus, ut nec teneatur eo casu Princeps pre-
tium restituere, idque authoritate *Glos.* in *l. si locus*
§. fin. ff. quemadmodum servitus vindicetur, quam
refert idem *Petra* in *d. §. superest modò* sub *nu.* 35.
attamen vera, & receptissima est sententia, ut possit
8 Princeps supremus tollere, & auferre privatis do-
minium acquisitum de jure gentium, ex causa ju-
sta, publica, & necessaria, restituto tamen integro
pretio, dicta *l. Lucius ff. de evictionibus*, *l. venditor*,

Nu 2 §. si

§.si constat, ff. communia prædiorum, & l.2.C. quibus ex causis servi pro præmio liberi, accip. Isernia in cap.1.§.similiter, num.27.circà finem, de Capitaneo, qui Curiam vendidit, ubi Afflictus num.6.& in tit. quæ sint regalia num.23.& 53.& in præsud. Constitutionum Regni num.60. Lucas de Penna in l.prædia num.52.circà finem C.de locat. prædiorum civilium, lib.11 Jason in l.Barbarius, num. 36. de offic. Præfecti prætor o. Menoch. de arbitrariis lib.1 cent. 1.quæst.48.num.10.ubi citat Socin. Jason. Ruinum, Gozad. Rubeum, & alios, Afflict. decis.321.num.17. Gabriel communium conclusionum sub tit. de jure quæsito non tollendo, concl.2.nu.25. nec obest textus in d.l.item si verberatum, §. item si fortè cum glosa, qui videtur probare, non esse integrum pretium
9 restituendum, quia vel intelligi debet modicum pretium restitui etiam integrum, habito respectu ad voluntatem Domini, à quo invito extorquetur, l.nec quasi 70. juncta Glos. ff. de rei vendicat. Baldus in l.non interest, quod metus causa, siquidem certum est considerari interesse voluntatis, l.sin. ff. de usu, & habitatione, quam exornat Isernia in l.Imperialem, nu.4. de prohibita feudi alienatione per Federicum, & concordantes citat Episcopus Liparulus in additionibus ad eundem, in cap. 1. versic. & si Dominus, num.9 in fine, lit. F. de milite vasallo, ea ratione, quia qui me cogit, damnum inferet, cum loco damni habeatur, quod amittam voluntatis arbitrium, Baldus in l.1.col.5.2. lect. ff. de legat. 2. facit l. invitum 11.C. de contrahenda emptione, exornata per Covarruv. lib.3. variarum, cap. 14. aut & secundò in d.§.item si fortè, dixerunt aliqui narrari simpliciter factum, quod ibi contingit, ut fuerit modicum datum, non quod de jure sufficiat, quia non quod factum fuit, sed quod fieri debuit, intuendum est, ut intellexit illum text. Isern. in dicto cap.1.§.similiter, post nu.27. versic. item dabit rem alterius, ubi Afflict. num. 6. vel & tertiò sensus illius text.
10 est, ut modicum pretium fuerit datum ab actore reo convento rei vendicatione, cum verò quoad Principem, qui assignavit militibus, remanerent illæsa jura pro consecutione integri pretii, ut latiùs explicat Loffredus in parafrasi in dicto cap.1.§.similiter, de Capitaneo, qui Curiam vendidit, & quod integrum pretium sit restituendum in terminis communiter, infinitis relatis probet Peregr. de jure Fisci lib 5. tit. 2. num.52. ubi subdit, quod condignus satisfactio reputatur pretium rei æquivalens, citat Roland. cons.71. in tertia, & aliquid consil. 69. in secundo, scripsi, & plura allegavi lib. 1. controvers. illustr. cap.52. num.21. cum seq. & 27. defensio autem,
11 & tuitio Regni, vel status, quæ publicam utilitatem omninò censetur includere, cum omnium civium, & subditorum, sivè considerentur illi collectivè sub nomine Universitatis, sivè separatim, & singulariter intersit vim hostium repellere, sivè dicamus id respicere utilitatem Principis, & Fisci, cujus utilitatem constat importare bonum publicum, l.utilitas C.de primipilo, lib. 12. & præsertim hoc est indubitabile in pecunia principaliter destinata ad stipendia, & annonam militum, quo casu dicitur agi de utilitate publica principaliter, cum in militibus consistat defensio, & conservatio totius Reipublicæ, l. missi C. de exactoribus tributorum lib. 10.
12 quamvis enim multi dixerint, utilitatem Fisci non censeri publicam, sed potiùs privatam Principis, ad quod solet citari textus in l.unica §.finali, ubi Salycet. & Corneus C.de caducis tollendis, cum reditus
13 Principi fuerint assignati, non solum ut Rempublicam in pace, & justitia conservet, & ab hostium incursu defendat, sed etiam ut ex illis honorificè, & secundùm dignitatem se, & familiam aleret; ipsa inquam defensio justa, & necessaria causa, ut undè digressi sumus, revertamur, censetur, ut tradit Lucas in l.1.C.ut Rusticani ad nulla obsequia, lib.11. Rolandus consil.1. num.116. lib.2.& est textus in l.11. tit. 28. partit. 3. Attamen cum agitur de pecunia reposita, & deputata in ærario, vel redacta, assignata, expensa, aut etiam destinata principaliter ad publicas necessitates, & maximè ad hostium expulsionem, ferè ab omnibus communi calculo probatur
14 opinio Bart. affirmantis, in Fisco agi de utilitate publica principaliter, Connanus lib. 3. commentar. cap.15. num.5. & in hoc casu cessat regula, quod Fiscus censetur jure privati, de qua per Glosam receptam in l.1.C.d. petit. hæred. ut magistraliter de more explicat Barbosa in l.1. part.7. ex n. 5. & propriè num.6. vers. neque repugnat, num. 8. in fine 9. versic ex quibus, & decimo, ff. soluto matrimonio, ubi num.14. declarando verba Bartoli in d.l.1. num.25. ex Alexand. num.44. & aliis resolvit, quod ubi im-
15 mineat necessitas publica, poterit nedum Princeps, sed Respublica uti divitiis subditorum ad eam necessitatem publicam propulsandam, & subdit in versic. & declarando hoc modo cessare omnes difficultates, quas excitant Doctores in materia dicta legis item si verberatum §.1. ff. de rei vendicat. quod optimè confirmat idem Barbosa num.17. non enim solum nobis nati sumus, sed Reipublicæ, l.1. §.generaliter, ff. de ventre in possessionem mittendo.

Sivè etiam directò respiciamus ipsam utilitatem publicam, & universalem Regni, vel Reipublicæ, constat ex receptissima sententia, Principem posse
16 tollere dominium, & alia jura quæsita de jure gentium, ut latissimè post Bart. in l.fin. C. si contrà jus, vel utilitatem publicam, reassumit latiùs probando Petra in dicto § superest modò, ubi ex Archidiac. Fulgosio, Salycet. Castrens. Panor. Alex. Jason. Decio, Ruino, Zasio, & aliis tradit ibidem Petra num.7. &
17 9. ubi etiam probat, causam conservandæ militiæ pro ipso exercitus, & militum stipendio censeri absque dubio publicam, & necessariam causam concernentem omnium utilitatem, & ob id fuisse concessum Fisco illud maximum privilegium, quod pro debito primipili præferretur etiam doti anteriori,
18 eò quòd primipilo, qui erat primi ordinis in exercitu ductor, idest, qui primum pilum, idest ordi-
19 nem ducebat, cujus milites primipilarii vocati erant, concedebatur etiam dividenda annona militaris, proptereaque, & ipsa annona primipilus est appellata, ut probant lex 3.7. & 8. C. de cohortalibus lib.12. l. sed & milites §. fin. l. non solum §. qui primipilum ff. de excus. tutor. confirmat Lucas in dicta l.utilitas in fine, Alciatus, Pirrus, Bolognetus, Cujacius, Connan. Rota, Vigelius, & alii, quos refert Barbosa in d.7. par.l.1. post num.2.& nu.3. ubi idcò
20 dicit, debitum primipilare esse adeò privilegiatum, quia cessatio, vel feudatio annonæ stipendiorum, & præmiorum militum directò tendit ad eversionem status, & Reipublicæ, siquidem milites privati suis cibariis, & stipendiis, signa, & exercitus deserunt, quo utique Respublica permanet, defenditur, & conservatur, de quo tamen primipilo, eius origine, officio, & aliis ex Plin. Livio, Cicerone, Valer. Max. Halicarnas. Alexand. ab Alexandro, Julio Barbar. Sigonio, Anton. August. & innumeris meliùs omnium,

nium, quos viderim, curiosè tradit *Surgens de Neapol. illustrat. cap. 5. ex num.* 16. undè infertur, quod
licèt hujusmodi officium hodiè quoad nomen non
sit in usu, remanet juris dispositio, quæ practicari
potest in Thesaurerio generali Principis, vel in eo,
21 qui dicitur Provisor exercitus, ut benè advertit *Capycius decis.* 129. *num.* 15. *Peregrinus de jure Fisci, lib.* 6 *tit.* 6. *num.* 43. quod sequitur *Barbosa dicto loco num.* 3. *usque ad finem*, de quo tamen me remitto
ad ea, quæ scripsi supra *Responso* 6. *Fiscali ex n.* 63.
& *Respons.* 8. *num.* 15. *& num.* 16. *versic. rationes*, &
nunc addo *Covarr. variar. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. *Cassanæum in Catal. glor. mundi par.* 4. *consid.* 20. *in fine
part.* 1. *conclus.* 7. *Coras. miscel. lib.* 5. *cap.* 4. & *Brisson.
de verborum significat. lib.* 14. *verbo primipilus*, *&
primipilaris*, & maximè prædicta procedunt, ubi
cum necessaria publica defensione concurrit etiam
bonum firmandæ pacis, ut hic fuit pactum in specie,
ut restituantur terræ confiscatæ, & ablatæ à Duce
Parmæ in executionem capitulorum pacis, quæ pax
aliter haberi non poterat, quam restituta pecunia
Regi, cui Castra Ducis fuerunt consignata pro ejus
credito, quod aliter ad præsens dimitti non poterat,
nisi ex pretio domanialium, nec Rex restituisset
Castra, nisi satisfacto sibi de credito, unde constat,
pacem aliter haberi non potuisse, & ex consequenti
intuitu habendæ pacis, si cætera omnia deficerent,
Casalia ista potuissent alienari, ut pretium solveretur Regi, ad tradita per *Fulgosium consil.* 143. in
pace enim quærenda, & confirmanda consistit præcipuè publica utilitas, *Baldus*, *Angel. Jason*, & alii
relati à *Petra locis* infrà citandis, & occasione pacis
22 tollit, & remittit Princeps omnia damna, & injurias
illatas subditis, ut nec res amissas in bello, nec possessores ipsarum intuitu pacis molestari valeant, *Doctores*, & casus enumerat *Petra* in 2. *dubit. princ.
§. copie nunc secundam*, sub *num.* 39. & latiùs in *§.
subjiciamus nunc exempla, ex num.* 15. *vers. nonus
casus, & num.* 62. *in vers. vigesimus septimus casus*,
& iterum in *§. superest modo, num.* 27. *vers. ista conclusio*, ubi citat, & sequitur *decisionem Capyc.* 166.
num. 6. *&* 7. & *nu.* 32. *versi. & hæc quidem*, ampliat,
23 ut licitè retineri possint bona aliena donata per
Principem in foro conscientiæ, *& n.* 33. quod etiam
exempti gravari possunt quando aliter Princeps
providere non potest publicæ necessitati, & ità sæpè pro bono pacis id practicari à Regibus, testatur
24 *Capycius decis.* 51. *in fin.* & *decis.* 69. *in princ.* quia
tunc Proceres aliter se non concordassent, ex *Capyc.*
in *dict. decis.* 166. probat etiam *Petra* in *d. §. subjiciamus nunc exempla*, dicens cum *Capycio* stare
communem opinionem, in quo videndus est omnino *Peregr.* de jure *Fisci*, *lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 49. *&* 50.
ubi testatur de communi, Principem pro bono pacis, & pro utili statu Regni, & Reipublicæ, & sic ex
causa legitima posse tollere dominium, ex regula
25 *dict. l. Lucius*, quia pax adeò grande bonum est, ut
in rebus humanis nihil gloriosius, nihil delectabilius, aut utilius audiri, aut concupisci, & possideri
soleat, teste *Augustino de Civit. Dei*, relato per *Alberic.* in *l.* 1. *in princ. C. de caducis. tollend.* ubi multa
scribit de laudibus pacis, *Barbat.* & uterque *Socin.
Berro.* & alii, quos refert *Peregrin. d. loco num.* 50.

Et sic duplex causæ, publica, & necessaria hic
concurrit: Prima, ut solvatur debitum contractum
cum Rege, cujus pecunia fuit conversa in alimoniam exercitus, de quo evidentissimè constat, nec
in facto dubitari potest, & si deficeret probatio,
adessent plures juris notoriæ præsumptiones, quæ
sufficerent, Prima etenim cum constet, Reg. Curiam accepisse introitus assignatos Serenissimo Regi
tempore urgentissimæ necessitatis, quo indigebat
pecunia, & accepisse in eam causam, quinimmò
assignasse negotiatoribus pro pretio literarum cam-
26 bii, undè patet versam fuisse in eam causam necessariam, & publicam, juxtà *Glos.* & *Doctores* in *authent. hoc jus porrectum C. de sacrosanct. Eccles. Petrus*, *Cynus*, & *Bald.* in *l. ultim. ff. de exerc. act.*
27 *Salycet. Castr.* & *Dec.* in *l. civitas*, *ff. si certum petatur*. Secundo, cum confestim recepta pecunia fuerit satisfactum illi causæ, quia tunc præsumitur satisfactum ex ea pecunia, ut post *DD.* in *dictis locis*
benè explicat, & confirmet *Menoch. de arbitr. lib.* 2.
centur. 5. *cas.* 432. *num.* 34. *&* 38.

Et altera, quia tametsi ex alia simplici causa non
privilegiata fuisset æs alienum contractum cum
28 Rege Poloniæ, necessariò erat ipsi satisfaciendum
de suo credito, ut sequi potuisset redemptio Castrorum, quæ restituenda erant serenissimo Duci in
executionem capitulorum pacis, ut fundant *Felin.
Capyc.* & alii.

Ut autem conservetur illæsum privilegium causæ, eamdemque effectum producat, nihil interest,
an pecunia redigenda ex venditione Casalium solvatur directè, & immediatè militibus, sivè negotiatoribus pro illa remittenda ad exercitum, pro militum stipendiis, vel quod sit solvenda ei, cujus
29 pecunia fuit conversa in eam publicam causam, ut
mihi videtur respondisse *Ulpian.* in *l. quæsitum* quæ
est *secunda*, *ff. de privil. cred.* ibi *quæsitum est ità
demum privilegium habeat funeraria, si is, cujus
bona veneunt, funeratus sit, an etiam si proponas,
alium esse funeratum*, & hoc jure utimur, ut quicunque sit funeratus, idest sivè is, cujus de bonis
agitur, sivè quid is debuit, quod reddere eum si
viveret funeraria actione cogi oporteret privilegio
30 locus sit, privilegium igitur apertè concedit *Ulpian.* etiam pro ære alieno, quod is debuit, quod
reddere eum cogi posset, & *Glos.* & *Bart.* explicant,
funerariam actionem censeri privilegiatam, sivè fuerit funeratus defunctus, sive alius, cujus onus funerendi ad eum spectabat, & in *l. si ventri* 8. *§. co-
31 rum ratio*, *ff. de reb. author. jud. poss.* idem *Ulpian.*
addit *eorum creditorum rationem priorem esse, quorum pecunia ad creditores privilegiatos pervenit*,
& pervenisse pecuniam decidit, nedum in ea, quæ
statim profecta est ab inferioribus, ad privilegiarios, sed etiam si per debitoris personam, & sic debitoris facto, creditori privilegiario numerata sit,
& ità benignè accipi, si non post aliquod intervallum id fiat, ubi *Glosa ultima* ampliat, etiam si ex
intervallo id fiet, cum pecunia accipitur in eam
causam, confirmatur ex ejusdem responso in *l. ait
Pretor* 10. *§. ità demum*, *ff. quæ in fraudem credi-
32 torum*, ubi creditores præteriti habent revocatoriam, non creditores, quos posteà debitor sortitus est, sed si eorum pecunia, quos fraudare noluit, priores, dimisit, quos fraudare voluit, revocationi locus erit, cum in locum priorum successerit.

Satis autem dictum fuit, esse disparem casum æris
alieni contracti cum Principe Domina Margharita
de Aragonia occasione emptionis terræ Grattanoi,
siquidem non fuit dubitatum, in eo casu ipsam emptricem non remanere creditricem privilegiatam
ex causa dictæ emptionis, dum ipse emerat terram
do-

domanialem venditam ex cauſa publica, ſed cum
adverſo fato, eadem cauſa neceſſitatis belli, nedum
33 perſeveraret, ſed in immenſum creverit, ob quam
pecunia, quæ ex venditione aliorum domanialium
erat adhuc neceſſaria pro exercitus ſubſtentatione,
ea de cauſa viſum fuit Senatui pecuniam prædictam
ex urgentiſſima neceſſitate vigente, & aucta, po-
tiùs illam convertere in cauſam publicam præſen-
tem, quam in ſatisfactionem præteritæ cauſæ; in-
34 ſtans enim, & præſens neceſſitas præfertur præte-
ritæ, quia tametſi in eandem publicam cauſam fue-
rit expenſum pretium Graniani, tamen iſtanti ne-
ceſſitati conceditur potiſſimè privilegium, nè ſta-
tus, vel Regnum pereat, *Alexand. Socin.* & alii
apud *Crovettam conſil.241. column.penult. verſ.ſe-
cundò reſpondeo*, & *verſ.ad quintum*, *Petra* in *d.*
35 *§.ſupereſt modò*, ſub *num.12.*ex *Jaſon.Zaſio*, & aliis
docet, ea, quæ ſunt publicæ utilitatis minoris ce-
dere debere his, quæ concernunt majorem publi-
cam utilitatem, & *num.30.* enumerat quinque ne-
ceſſaria, ut Princeps ob cauſam publicæ utilitatis
præjudicet juri tertii, quæ omnia non dubitatur
hic concurriſſe, regulariter enim, quod magis pri-
vilegiatum eſt, præferri debet, ut ex *Bart.* & *Ja-
ſon.*probat *Barboſa* in *dict.7.parte l.primæ, num.15.*
in *verſ. ſuccedit igitur*, ubi quod utilitas publica
major tanquam magis communis, & latiùs patens
præferenda eſt aliis utilitatibus publicis, quod com-
muniter recipi, ut veriſſimum probat *num.16.* &
17.confert quoque ratio *l.de alimentis* 8.*C.de tran-
ſact.* quod licèt alimenta ſint privilegiata, tamen,
36 ut ait *Baldus*, & *DD. ibi*, multo magis ſunt pri-
vilegiata futura, ex quibus pendet vita hominis,
quam præterita, *Affl.dec.10.Anton.Faber Maynar.
Laffred.Theſaur.Ludovic.Peruſ.* & alii, quos con-
gerit ad *d.l.Epiſ.Ricc.* in *collect.dec.p.3.collect.548.*
nec enim fuit ex hoc denegata in dicto caſu reſtitu-
tio pretii Principi Dominæ Margharitæ, ſed dilata
tantum ſolutio in tempus magis oportunum, cer-
37 tum eſt enim, Principem poſſe in modico præju-
dicare juri tertii, ad notata per *Gloſ.* & alios in
l.quoties, *de precibus Imperatori offerend.* per *Bal-
dum* in *l.1.in 1.lect.num.6. ff.de conſtitutionibus
Principum*, *Petra dict.tract.c.24.* incip.*circa illam
quæſt.n.78.*& iterum in 2.*dubit.§.capio nunc,n.193.*
38 ex quo fortè fluit, poſſe Principem præjudicare
juri alteri quærendo, inde dicunt *DD.* regulam de
jure alteri quæſito non tollendo, non in jure quæ-
39 rendo, vel ſub conditione quæſito, quia æſtima-
tur modici præjudicii, *Romanus,Calderinus, Felin.
Pariſ. Rebuff.* et alii, quos citat idem *Petra* in *§.
aliud quoque*, in *tit. de ſpe, quam quis habet ab
inteſtato*, *num.24.* at in puncto de dilatione ad ſol-
vendum, quam ſæpè ſolet Princeps concedere debi-
40 toribus, quod dicatur res modici præjudicii, ha-
betur in *d.l.quoties*, & in *l.univerſa*, *C.de precibus
Imperatori offerendis*. *Petra d.§.aliud quoque n.59.*
& non mirum ſi applicata Fiſco propter neceſſitates
41 bellorum retineri poſſunt, quouſque bellum ceſſet,
& pace Princeps fruatur, ut ex *Corneo*, *Alciato*,
& aliis probat *Barboſa d. 7.par. l.1. num.18. in fin.
verſ.vel potiùs*, & *num.19. verſic.vel etiam ff.ſolut.
matrim.* Quinimò ſicuti non tenebatur Fiſcus reſti-
tuere pretium terræ Graniani venditæ, niſi cauſa
42 belli ceſſante, ſecundùm *Afflict. cap.1. §.ſimiliter,
num.20. de Capitaneo, qui Curiam vendidit*, poſt
Lucam in *l.prædia C.de locat.prædior.civil.Petra d.
§.ſupereſt modo*, *num.55*, ità pariter non debuit Fi-
ſcus reſtituere pretium ſolutum per D.Margaritam
emptricem, niſi ceſſante neceſſitate belli, & ſic di-
43 verſa ratio inter unum caſum, & alterum. Et ſic
tandem fuit deciſum pro Fiſco contrà dictam Civi-
tatem Nolæ me referente in Collaterali coràm Ex-
cell.D.Duce Medinæ de las Torres Prorege ſingu-
laris prudentiæ die Veneris 18.Maji 1640.

SUMMARIUM.

*1 STilus adeſt receptus in Regno à tempore Regi-
næ Joannæ II. & Alphonſi I. transferendi in in-
feudatione juriſdictionem civilem, & criminalem,
cum mero, & mixto Imperio, & cæteris prærogativis,
& juribus Regiæ Curiæ competentibus*, & num.101.

*2 Dominus Prorex Neapolis ex poteſtate ſibi tributa
alienat domanialia, juxtà deciſionem Collatera-
lis Conſilii ex cauſis ut ibi, quod exceptum re-
peritur etiam quoad Caſalia Urbis.*

*3 Princeps ex privilegia Fiſco competenti poteſt ven-
dere juriſdictionem ſuper ſumantibus in Caſali-
bus domanialibus, cum omni prærogativa, etiam
transferendo juriſdictionum ſpecies, & corpora
per priùs aliis conceſſa, & translata, quæ in
feudum, vel allodium per conceſſionarias juſto ti-
tulo poſſidentur, & ex quo hujus articuli deciſio
pendeat, & in hac materia nihil differre, num
conceſſionarius poſſideat ex titulo lucrativo, vel
etiam onerosa in feudum, vel in allodium*, num.5.

*4 Privilegium Fiſco tributum, ut ratione partis
etiam minimæ vendat totum, vendicat ſibi locum
nedum in toto conſiſtente ſolita, & uniformi, ſed
etiam in toto integrali, ac generali, vel univer-
ſali, præſertim ubi major, & dignior pars con-
ceditur.*

*6 Penès Principem ſupremum omnia in ſui natura
ſunt libera, & allodialia.*

7 Expenditur pro Fiſco in ſuppoſito caſu tex.in l.mul-
tum intereſt, C.de commun.rer.alienat.& l.unic.
C. de vendit. rer. Fiſcal. cum privato common.
& è converſa contra Fiſcum text.l.ſi quis duas 6.
§.ſi quis partem, ff.commun.præd.*cum ſimilibus,
& augetur oppoſitio* num.12. *rurſus opponitur*,
num.16. *& iterum* num.17. & 18. *& ex* Bal.
num.127. *quibus oppoſitionibus reſpondetur*, &
primæ num.19. & num.61. cum ſeqq. *ſecundæ*
num.12. cum ſeqq. *tertiæ* num.27. com ſeqq. &
num.115. cum ſeqq. & num.126. uſque ad fin.

8 Fiſcus ex privilegio ſuo, reprobata opinione Mart.
*ex ratione partis poteſt vendere totum, etiam ſi
res commodè poſſet dividi, illudque privilegium
eſſe clauſum in corpore juris.*

*9 Civitas noſtra Neapolis ex titulo oneroſo, & cor-
reſpectivo, eſt in poſſeſſione juris Portulaniæ per
terram in recompenſationem ingentium, & ma-
ximorum ſervitiorum factorum S. M.*

*10 Communio, ex qua totum reſultet in terminis ſub-
jectæ quæſtionis, an inſpicienda ſit reſpectu cor-
poris, ſivè juris pro indiviſa ſecundùm ea, quæ
opponuntur hic*, num.10. & 11. *vide* num.95.
cum ſeqq. *& in puncto, quod communio Portu-
laniæ cum juriſdictione, & feudo, tum uti ſpe-
cies, & pars juriſdictionis in genere, tum etiam,
quia in eodem feudo, & Caſtra ineſt, velut ne-
bula ſupra paludem*, num.40.cum ſeqq. & n.52.
& ſeq.*vide* num.85. & ſeq. *opponitur ad prædicta
ex* Bald.num.127. *reſpondetur* num.128.*effectus
hujus communionis oſtenditur* num.54.cum ſeqq.

12 Jus

12 *Jus Portulaniæ argumentatur esse de reservatis, & quod in simplici, vel generali concessione feudi non soles comprehendi, neque ut pars, vel portio totius, cum sit diversæ naturæ, idque procedere nedum in iure Portulaniæ per mare, sed etiam per terram*, num.13. *quod an sit verum, & qualiter sit intelligendum, etiam in aliis, respondetur, & enucleatur* num.61.cum seqq.usque ad num.65.

14 *Jus Portulaniæ per mare alio nomine appellatur ius exituræ, &* num.67. *& ad quos eius iuris exactio pertineat*, num.70.

15 *Jus Portulaniæ per terram consistit in sternendis, & aptandis viis, & itineribus intrà, & extrà Urbem, &* num.37. & 71. *& respicit commoditatem subditorum, & vasallorum, qui feudo subiiciuntur*, num.38. *& versatur intrà territorium, districtum, & pertinentias, ibid.*

18 *Privilegium odiosum, & exorbitans est restringendum.*

19 *Communio intercedit iuxtà terminos privilegii fiscalis inter iurisdictionem, quam emit Fiscus cum iure Portulaniæ, sivè aliis iuribus per Fiscum anteà aliis translatis, sivè titulo oneroso, sivè correspectivo contra ea; quæ opponuntur*, num.10.*ad quod vide* d.num.19.cum seqq.usque ad 71.

20 *Appellatione rei comprehenditur quicquid possideri, vel quasi potest.*

21 *Dictio, universa, prædicatur de omni toto, & in qualibet toto verificatur, sive jus sit, sivè corpus.*

22 *Totum in jure tripliciter accipitur, declaratur* num.23. *ejusque natura* num.24. *&* num.28. *& an valeat argumentum à toto integrali, vel essentiali, universali, & similibus ad partem, & quomodo*, num.25. *& in subiecta materia*, n.26. cum seq. *& proviè in iure Portulaniæ*, num.31. *& secundùm* Plat.num.50.*adde* num.112.& seq. *& in tota pars continetur, & quomodo exponitur*, num.27. & seq.

23 *Jus patronatus tanquam pars totius transit sub universitate bonorum.*

29 *Genus continet suam speciem.*

30 *In legato facto uxori à viro de eis, quæ illius causa parata sunt, continentur quæ & empta sunt eius causa.*

32 *Jus Portulaniæ est pars, sivè membrum feudi, cum feudum consideretur tanquam quid universum, sivè facti, sivè juris dicitur etiam pars Castri*, num.33. *Item dicitur pars jurisdictioni*, num.35. 39. 40. & 41. *& ad jurisdictionem, velut speciee pertinet*, num.59.

35 *Ratio concedendi Fisco, ut ratione partis venderet totum, quæ sit, &* num.82. *& seq. &* num.87. *& seq. &* num.104.

36 *Jurisdictio in genere concessa sub se comprehendit plurium jurisdictionum gradus, & species inter se differentes, comprobatur* num.42. *cum seq.*

39 *Jus Portulaniæ non est jurisdictio de per se existens separata, cum sit exercenda respectu ejusdem territorii, & eorundem vasallorum, cum quibus reliqua omnis jurisdictio est exercenda, & vide* num. 102. 105. 108. *& quod pertinet ad speciem jurisdictionis civilis, deducitur* num.129. *& quia penès Regem est*, ibi l. *& seq.*

41 *Jurisdictio in genere dividitur in altam, & bassam, & jurisdictionis nomen esse genericum, comprehendens merum, & mixtum Imperium, & quod jure Magistratus competit cum suis gradibus, usque ad infimam jurisdictionem, demonstratur* num.52.

42 *Feudum an sit universitas juris, vel facti, & quid sub se contineat.*

43 *Territorium à terrendo dictum est, & an* Item.*territorium exponitur, idest jurisdictio, sivè Castrum cum jurisdictione, & territorio.*

44 *Aptitudo potiùs, & natura rei, quàm alicujus accidentis qualitas spectanda est.*

45 *Jurisdictio exercenda est infrà limites territorii, & donec fiat concessio in feudum, residet penès Principem Dominum directum ut allodialis.*

47 *Princeps concedendo territorium universaliter, videtur quoque concedere jurisdictionem, quam universaliter habet in omnes homines, & habitantes, quod non est, si concederet in una particula, quod similiter est in concessione facta Castri cum suis pertinentiis, & integro statu, & quare; &* n.48. *& jurisdictionem cohærere Castro, eoque concesso censeri concessam jurisdictionem omnem, defenditur ibid. &* num.51.

49 *Jurisdictio licèt non sit de essentia feudi, & possit diverso titulo, etiam ab alio possideri adhuc tamen necessariò dicitur Castro cohærere, imò ob necessitatem, & utilitatem habitantium dicitur gerere vicem quatuor elementorum. & esse quid incorporale, individuum, & quomodo posset solum dividi, &* num.131.

54 *Baro jurisdictionis civilis pro ampliando dominio utili, præfertur in emptione jurisdictionis criminalis omnibus aliis extraneis licitatoribus, & ità decisum, & hac ratione communionis, & unionis, & eadem ratione nedum inter condominos in æquali jurisdictione idem observatur, sed Baro primarum causarum præfertur in emptione secundarum causarum, etiam diversæ speciei*, num.56. *& generalitèr ratione communionis, vel consortii conceditur prælatio, sicut multa alia hac ratione conceduntur ibid. & quarè*, num.57.

55 *Divisio jurisdictionis in ea administranda parit plura incommoda, & absurda, & idem vide* num.85. & 103.

57 *Consors dicitur socius, & dominii particeps, & quid secundùm peritiores, & quid consortium.*

60 *Jus inquirendi de legitimis ponderibus, & mensuris, quod jus Siclæ nuncupatur, est species jurisdictionis in genere.*

62 *Regalia in concessione regulariter non veniunt, & quando veniant.*

63 *Appellationum causæ in generali concessione non veniunt.*

64 *Regalia, & causæ appellationum sunt species, & partes jurisdictionis in genere, & potissimi, supremique ordinis.*

65 *Stilus Regiæ Cameræ, ut non veniat in generali concessione nisi quod specificè fuerit dictum, non reperitur descriptus inter Ritus R. Cameræ.*

66 *Non benè infertur à jure Portulaniæ per mare ad jus Portulaniæ per terram, &* num.seq. *& præsertim* num.70. *& seq.*

68 *Liminarchæ appellantur Custodes portuum, constituti in Regni liminibus ad exigendum jus exituræ.*

69 *Portus in Regno custodiuntur per Regios Ministros, qui si permittant extrahi bona vetita, puniuntur:*

72 *Privilegium fiscale, quo Fiscus ratione partis vendit*

dis totum, procedit etiam in re vendita, vel anteà concessa per eundem Fiscum contrà ea, quæ opponuntur num.16.d.num.72.*cum seqq.quod ampliatur habere locum etiam in re Fisco cum aliis obligata, & quare*, num.75.

73 *Verbum*, pertinere, *latè patet, & comprehendit non solùm ea, quæ dominii nostri sunt, sed quæ possidemus licèt dominii nostri non sint, quinimò & ea, quæ nostra esse possunt*, & num.75.

76 *Differentia inter rationem* tituli Cod.ne Fisc.rem, quam vend. evinc. & tit. C.*immediatè præcedens detegitur usque ad* num.94.

77 *Privilegium de venditione rerum fiscalium est apud omnes* DD. *favorabile, ideòque latè interpretandum contrà ea, quæ opponuntur* suprà num.18.& num.80.88. & num.112.

78 *Verbum*, vendere, *generaliter intelligitur pro omni contractu, ex quo transfertur dominium, vel perpetua utilitas, & vide* num.80. *& quid ubi dispositio esset juri communi contraria*, num.81.

79 *Regula juris est, ut cui permittitur majus, permittatur id, quod minus est.*

83 *Utilitas publica in Fisco versatur, & privatæ præfertur.*

84 *Major utilitas est rei in toto respectu totius, quàm rei in parte respectu ipsius partis*, & num.seq.& *hac ratione res quamvis dividua sit sui natura, redditur tamen individua juris intellectu*, nu.86. *& in terminis ex doctrina* D. Regens de Ponte, num.111.

85 *Nemo invitus in unione stare compellitur, in ea enim plura sunt incommoda.*

89 *Princeps est præceptor æquitatis, & justitiæ, & iniquitatem manifestam committit vindicando rem, quam vendidit.*

90 *Stationes fiscales omnes Fiscum pariter repræsentant, dum sunt sub eodem domino, ad quem earum commodum, & incommodum spectat.*

91 *Emptores bonorum fiscalium debitorum, Fisco distrahente, jure hastæ fiscalis servantur immunes super bonis prædictis ab omni alia alterius conventione, & ex constitutione* l.2.& 3. Cod. de quarr. præscript. *alio privilegio, etiam adversùs dominum muniuntur*, & num.93.

92 *Privilegium Fisco concessum, ut ratione partis venderet totum, procedit tam si Fiscus sciverit rem, quam vendit, esse alienam, quàm non, cum* num. seqq.

96 *Expenditur* Text.*in* l.recti dicimus,§.Quintus Mutius, ff.de verb.signif.

97 *Totum, & pars nedum pro indiviso, sed pro diviso dicitur*, & num.seq.

98 *Expenditur, & declaratur ad idem* Text. *in* l. si quis duas, §. si quis partem, ff. de commun.præd. *ad responsionem ejus, pro quo adducebatur* suprà num.11.

99 *Feudi de jure Regni, & potissimè jurisdictionis nulla permittitur divisio, vel saltim difficillimè, & in eo casu non ità dividi potest, quin ejus partes remaneant sub genere, & solus usus, & jurisdictionis exercitium dividitur, vide* num.110.& *seq.* & num.128. *cum seqq.*

100 *Privilegium prædictum Fiscale procedit etiam in re dividua, & in terminis nostris* num.113. *vide etiam ad idem* num.128. & 134.

106 *Terra admissa ad Regium domanium, quod competit ex jure Regis, jurisdictiones ad suum originem, sive fontem redeunt, & remanent exercendæ per Regios Officiales à Proregibus destinandos, corpora autem feudalia, quæ de jure Baronum appellantur, velut redempta pecuniam ipsius Universitatis, vendi permittuntur ad compendium ejusdem.*

107 *Regis potissimè, velut patriæ, & viri Reipublicæ interest, terras sui Regni conservari, & augeri.*

108 *Universitas, quæ ære gravata, Fisco consentiente, velit iterum se vendere, illud facere non potest, nisi sub hasta, & servatis solemnitatibus in venditione rerum fiscalium de jure, & more requisitis nullo discrimine constituto inter venditionem iteratò faciendam jurisdictionis, quæ erat Regiæ, & jurium, sivè corporum Universitati concessorum.*

109 *Principaliter quod fit, attenditur, non quòd accessoriè.*

115 *Privilegium fiscale, quo ratione partis à Fisco venditur totum, extenditur etiam in rebus, quas Fiscus habet communes cum Civitate, Republica, vel aliis privilegiatis contrà ea, quæ opponuntur* num.17.d.num.115.*usque ad* num.126.

116 *Respublica, Civitas, aut Communitas non continetur appellatione privatorum, quid aut accepta comparativè ad Fiscum*, num.121.

117 *Privatæ res sunt res singulorum.*

118 *Privatum jus quod dicatur.*

119 *Privatum opponitur communi.*

120 *Fisci privilegium cessat super juribus, quæ ab his Civitatibus possidentur, quæ privatorum loco non sunt*, ex Brisson.

122 *Civitates, quæ non habent Fiscum, idest quæ non sunt liberæ, sed subditæ, privatorum nomine continentur.*

123 *Fisci bona, & res Fiscales quandoque quasi privatæ, & Principis sunt.*

124 *Fiscus antiquitus erat privatus Principis thesaurus, distinctus ab Aerario publico Pop.Romani, & promptuarium Cæsaris marsupium, & sacculum erat, quod posteà immutatum.*

125 *Regula, quod inter pariter privilegiatos privilegia confundantur, cessat cum non constet de paritate privilegii in eadem specie, vel actu.*

126 *Privilegium, quo Fiscus ratione partis vendit totum, ampliatur etiam ad Ecclesiam.*

127 Bald.cons.175.lib.1. *expenditur, & non obstarè in subjecto articulo, ostenditur cum seqq.*

132 *Castrum extrà Regnum de jure communi non præsumitur feudum quaternatum, sed liberum allodium, sicut in Regno.*

133 *Jurisdictio juris publici est.*

135 *Privilegium prædictum fiscale, quo ratione partis venditur totum, procedit etiam in pœnis, ità ut pœnæ irrogandæ causa, si id scelus tulerit, possit Fiscus totam domum destruere, quam habet delinquens cum altero communem, ubi plura ad hunc titulum afferuntur, & subnectuntur etiam decisiones in dicta materia pœnali, & tandem in principali articulo pro Fisco etiam in terminis nostris fuisse decisum concluditur in fine.*

ARGUMENTUM.

An Princeps ex privilegio Fisco competenti in venditione rerum cum privato communium, possit vendere jurisdictionem super fumantibus in Casalibus domanialibus cum omni prærogativa, etiam transferendo

Digitized by Google

ferendo jurisdictionum species, & corpora per priùs aliis concessa, & translata, quæ in feudum, vel allodium iusto titulo per concessionarios possidebantur, sivè titulo lucrativo, sivè oneroso, latè, & nervosè differitur. Ad quod expenditur pro Fisco *Text.J.multum interest*, *C. de comm. rer. alien.* & *l. unic.C.de vendit.rer.Fiscal.cum priv.comm.* Respondetur ad illud, quod obiicitur ex *Text.* in *l. si quis duas* 65. *si quis partem*, *ff.comm.præd.* & aliis similibus. Demonstratur, prædictum privilegium fiscale sibi locum vendicare, nedum in toto consistente solido, & uniformi; sed etiam in toto integrali, ac etiam generali, vel universali, & latè propterea ad materiam expenditur dictio, *totum*, & præsertim in subiecto casu adinveniri ostenditur communionem, iuxtà terminos prædicti fiscalis privilegii inter species iurisdictionis aliis concessas, & translatas, cum ipsa iurisdictione in prædicto casu transferenda. Illudque privilegium habere locum, etiam in re vendita, vel concessa per eundem Fiscum, & in re Fisco cùm aliis obligata, quinimò et in re, quàm Fiscus habet communem cum Republica, Civitate, vel aliis personis privilegiatis, et procedere etiam in re dividua, et singulariter animadvertitur, extendi etiam in pœnis, illudque esse favorabile, quapropter multa de iure Portulaniæ, sivè per mare, sivè per terram discutiuntur. Et tandem pro Fisco in prædicta quæstione in Collaterali Consilio fuisse decisum concluditur.

RESPONS. XXVIII.

Vendente Regia Curia, sivè infeudante Excellentiss. Prorege ex ordine nostri Invictissimi Regis Casalia tàm Civitatis Neap. tametsi Regni capitis, & Metropolis, quàm aliarum Civitatum domanialium ob bellicas necessitates cum translatione jurisdictionis civilis, & criminalis, cum mero, & mixto imperio, & cæteris prorogativis, & juribus Regiæ Curiæ competentibus, juxtà Regni Consuetudinem, & stilum receptum infeudandi, ut aliàs scripsi *lib.* 1. *controvers.in fin.* in *append.* ad *controv.*53. *art.*2. *num.*6. & *art.*5. *num.*11. & 13. à tempore Reginæ Joannæ II. & Alphonsi I. qui cœperunt transferre in Barones, & Feudatarios merum, & mixtum imperium, de quo aliàs memini *eod. tom.* 1. *controv. illustr. controv.*8. *num.*10. & *eod. lib.* 1. *in fin.in dicto appendic.* ad *dictam controvers.*53. *art.*3. *n.*17. cum in eisdem Casalibus plerique particulares, & Civitates possideant ex legitimo titulo expresso hominis, vel præscripto legis etiam oneroso emptionis quasdam ex prærogativis, sivè speciebus jurisdictionum, & corpora, sivè membra, quæ solent per Barones possideri, cujusmodi sunt jura Portulaniæ per terram, Bajulationis, ponderum, mensurarum, & sim. Piscandi cum facultate prohibendi, Anchoragii, & in aliquibus officium Magistri actorum Curiæ Capitanei. Fuit dubitatum.

1 sitates cum translatione jurisdictionis civilis, & criminalis

2 Utrum Dominus Prorex ex potestate sibi tributa alienandi domania, prout jam decisum fuit solemniter, mediante decreto generali, me referente in Collaterali coràm Excellentissimo Duce Medinæ de las Torres Prorege vigilantissimo, sub die 25. Februarii 1638. Et exequutum reperitur etiam quoad Casalia Urbis, quorum major pars fuit distracta, & infeudata, sequuta etiam posteà Regis ratificatione, & assensu; ac illa possidentibus feudatariis absque ulla molestia, ultrà pleraque Casalia ejusdem Civitatis, quæ admissa fuerunt ad transactionem, subeundo onus solvendi quandam ratam functionum fiscalium, ad quam tenetur Regnum, à quibus Casalia erant immunia, adeò ut minor pars Casalium distrahenda supersit, possit,

3 inquam, Princeps ex privilegio Fisco competenti vendere jurisdictionem, supersumantibus in Casalibus prædictis cum omni prærogativa, etiam transferendo jurisdictionum species, & corpora per priùs aliis concessa, & translata, quæ hodie in feudum, vel allodium per concessionarios

4 justo titulo possidentur, & si privilegium Fisco tributum, ut ratione partis, etiam minimæ vendat totum, ut pretium ex venditione totius augeatur, vendicet sibi locum, nedum in toto consistenti solido, & uniformi, ut est fundus, & ager, sed etiam in toto integrali, ut est Domus, Navis, & etiam generali, vel universali, ut est Castrum, sivè Feudum, ut scripsi post Feudistas *lib.* 1. *Controversiarum Illustrium*, *controvers.*7. *n.*67. præsertim ubi Rex concedit majorem, & digniorem partem, cujusmodi est ipsum Castrum cum universitate jurium, & superiori jurisdictione in homines, distinguendo territorium confinibus designatis, quæ plenior, major est, & potior quibuscunque speciebus, & particularibus corporibus concessis.

5 Hujus articuli, satis, meo judicio, pulchri, & novi, ni fallor, decisio ex eo dependere videtur.

6 tur. Utrum inter Principem supremum, penès quem omnia constat esse in sua natura libera, & allodialia, & concessionarium, qui ex titulo lucra-

7 tivo, vel etiam oneroso possideat aliquod jus, sivè corpus in feudum, vel in allodium, nihil curo, cum diversitas tituli, & modi possidendi nihil impediat juris effectum, quod ex communione oriri potest, ut colligitur ex aliàs à me scriptis *dicto tom.* 1. *controver.in fin.* in *append.ad controv.*53. intercedat aliqua communio, sivè consortium cum privato, qui possideat aliqua jura, vel corpora, quæ in concessione, & infeudatione Castri solent ex præscripto more desiderari, & transferri ad integrandam feudi consessionem, & perficiendum corpus feudi integrum universale, quamvis ipsæ partes non sint de substantia feudi, adeò ut posita inter Principem, & Concessionarium communione verificari possit decisio jurium, quibus in terminis longè fortioribus conceditur Fisco ratione partis, etiam modicæ vendere totum.

8 Fiscus igitur in præsenti casu innititur privilegio clauso in corpore juris, ut ratione partis, etiam minimæ, quæ habet in re aliena, vendat totum, ut rescripsit *Anton.* in *l. multum interest*, quæ est 2. *C. de commun. rer. alien.* ibi, *An verò Fiscus cum partis Dominus esset, soliditatem, juxtà proprium privilegium vendidit, fidem enim ejus infringi minimæ rationis est*, ubi *glos.* in *ver. proprium*, citat concordantem constitutionem *Alexandri* in *l.unico*, *C.de vendit.rer.fisc. cum priv. commun. lib.*10. ibi, *forma est*, *quoties ad fiscum*, *vel minima portio rei pertinet, ut universo à Procuratoribus meis distrahantur*, *sed pretium partis tantum in Fiscum redigatur*, *reliquum Dominis partium restituatur*, ubi *glos. verb. distrahantur*, dicit, esse speciale in Fisco, & reprobata opinione *Martini*, ampliat, ut procedat indistinctè, etiam si res posset commodè dividi, & sub-

Digitized by Google

dit *Glof.* in *verb. redigatur*, ut totum pretium solvatur Fisco, ut irrevocabiliter habeat partem suam, aliam verò spectantem ad socium, ipsi reddat, ex *text. Bald. Salyc. Imol. Felin. Corn. Afflict.* & aliis, quos affert ad hoc *Petr. de pot. Princ. c. 24.* incip. *circa illam*, *num. 79.* & iterum in *cap. 31. §. aliud quoque*, *num. 25.* in *11. limit.*

9 Verùm opponitur ex adverso, quod cum Civitas ex titulo oneroso, & correspectivo sit in possessione juris Portulaniæ per terram ex contractu stipulato novissimè de anno 1635. in recompensationem ingentium, & maximorum servitiorum factorum S. M. dum ab anno 1632. & per totum annum 1639. donavit Regi quinquies decies centena millia, & quingenta quinquaginta millia aureorum, ultrà alia donativa, & servitia ordinaria, non debere licere Fisco infeudare Casalia cum dicto jure, siquidem negatur in præsenti casu inter-

10 cedere communionem aliquam, cum translato iure Portulaniæ in Civitatem, vel alium quempiam, nulla prorsus possit considerari communio in ipso iure Portulaniæ, & minus in aliis iuribus, cum qualibet pars stet ut corpus diversum de per se, ab aliis corporibus segregatum, argumento *legis si quis duos 6. §. si quis partem, ff. commun.*

11 *prædior.* communio etenim est inspicienda respectu eiusdem corporis, sivè iuris pro indiviso, *l. 1. & 2.* & *l. Arbor 19. §. si per eundem*, cum *Gloss. verbo separatim*, *ff. comm. dividundo.*

12 Augetur motivum, quod jus Portulaniæ censeatur esse de reservatis in simplici, vel generali concessione feudi, cum non soleat comprehendi, & specialem concessionem exigere videatur, ad tradita per *Minad.* in *Rub. Constitut. Regni In aliquibus*, *verb. Comitum, & Baronum*, *num. 15.* *Anno singulari* 587. unde absurdum est, posse ha-

13 beri ut partem, vel portionem totius, cum sit diversæ naturæ, & quandam specialem formam præseferat, ut per *Loffred. cons. 24.* idque potest prætendi ex adverso procedere, nedum in iure

14 Portulaniæ per, quod alio nomine appellatur ius exituræ, ut per *Lanar. cons. 76. num. 30.* sed etiam

15 in iure Portulaniæ per terram, quod in sterneodis, & aptandis viis, & itineribus intrà, & extrà Vrbem, ut commeatus non impediatur, consistit,

16 Secundò obiicitur, cessare omninò huiusmodi Fisci privilegium in re vendita, vel concessa per eundem Fiscum, idque fundari videtur ex *tit. C. ne Fisc. rem. quam vendidit, evincat*, qui immediatè subiicitur post *titulum* prædictum *C. de vend. rer. Fisc. cum priv. comm.* quod in puncto videtur voluisse *Lucam* in *d. l. unica*, *verf. hic tamen restringendum est*, quem ad hoc citaverat doctissimus, & insignis Advocatus Civitatis Dominus Carolus Brancacius,

17 Tertiò, cessare hoc privilegium in rebus, quas Fiscus habet communes cum Civitate, Republica, vel aliis privilegiatis, videtur suaderi ex verbis eiusdem *tit.* dum dicitur: *cum privatis communium*, ergo secus in rebus communibus cum Republica, sive cum personis publicis, quæ privatæ non sunt, sed privilegiatæ, privatum enim, & publicum opponontur, *l. sacra 10. ff. de rer. divis.* & *l. illud 32. ff. ad l. Aquil.*

18 Vltimò, & tandem dici potest, privilegium hoc esse odiosum, igitur non extendendum, quinimò velut exorbitans restringendum, cum odiosum, exorbitans, & correctorium iuris communis videri possit, ad tradita per *Romanum*, & alios in *l. si verò*, *§. de viro*, *ff. sol. matrim.*

19 Verùm pro Fisco ad primum responderi potest, quod licèt *Antonius* in *d. l. 2.* meminerit de soliditate, ibi, *soliditatem vendidit*, quod paulò post repetit, non tamen dicimus, hoc restringendum esse ad totum, quod dicitur solidum ejusdem formæ, cujusmodi est fundus, tabula, vel simile quippiam, sed constanter asserimus, nihil prohiberi, quin comprehendatur eadem ratione quidquid totum, legitimè juxtà juris dispositionem dici potest, & venire potest appellatione totius, ut hoc nuncupatim sentire videtur *Imperator* in *d. tit. C. de vendit. rer. fisc.* cum qua concordat altera *rubrica C. de commun. rer. alien.* rei enim appellatio-

20 nem constat tam latè patere, ut quidquid possideri, vel quasi possit, rei appellatione comprehendatur, *l. 5.* & *l. 23. ff. de verb. signif.* & magis in specie *textus* in *d. l. unica*, *C. de vend. rer. fiscal. lib. 10.* ubi *forma*, idest *constitutio juris esse dicitur*, *ut quoties ad Fiscum, vel minima portio rei pertinet*, *ut universo à procuratoribus meis distrahatur*, ponderando dictionem *universo*, quæ omni toto prædicatur, & in quolibet toto verificatur, sivè jura sint, sivè corpora, *l. quod si in diem 18. §. ult. ff. de petit. hered. l. eum, qui 18. §. 1. ff. de his, quæ ut indignis*, *l. ult. §. quatuor filios*, *ff. de legat. 2.* *l. si societas*, *ff. pro socio*, & universus pro toto, sic universus fundus, *l. data 86. ff. de legat. 3.* cum aliis, quæ plenissimè affert *Brisson. de verb. signif. lib. 19.* in *verbo universa bona*, *cum sequentibus*,

21 Totum autem in jure constat variè accipi, undè in omni toto, in quo partes, sivè portiones dantur, hujusmodi privilegium verificari posse, nihil prohibet, nisi divinando contrà verba, & mentem Imperatoris, & sine lege, immò contrà expressa verba juris quis ex proprio marte audeat privilegium restringere à quod favorem publicum continere, non odium, infrà probavimus.

22 Totum enim pluribus modis in jure accipi, & præcipuè tripliciter docuit *Bald. cons. 335. quædam mulier*, *num. 3. verf. ubi sciendum est*, *lib. 1.* ubi docens, quomodo juspatronatus tanquam pars to-

23 tius transeat sub universitate bonorum, dixit, *Totum aliud est integrale, ut fundus, & omne, quod sua integritate continetur, aliud totum generale, quod prædicatur de qualibet specie sub toto contenta, quod dicitur totum universale, sed apud Legistas magis dicitur generale, & tertium dicitur totum numerale, ut decem, & viginti, inferens juspatronatus transire cum toto universali, non autem cum toto integrali, cum nihil aliud sit totum in genere, quam species enumeratæ*, hæc *Bald.* qui citat ibi jura,

Comprobatur, quia non solum dicitur *totus fundus* in *l. 4. §. ult. ff. pro emptore*, *totas ædes*, *l. 7. §. ultim. l. 15. §. ex hoc edicto*, *ff. de damno infect.* & sic in toto integrali, *l. eum, qui ædes*, *ff. de usucap. totam arborem*, *l. 2. §. ultim. ff. pro legato*, sed *totorum bonorum*, & sic totum etiam dicitur generale, vel universale, *l. 3. ff. si à parente quis fuer. manum. §. 1. Instit. de societ.* ubi licèt *Glos. verb. autorum*, dicat hoc nomen totitatem, in una re significare, *Joann. Fab.* ibi subdit, *id esse verum, ubi ad unam rem adjicitur, sed ubi ad universitatem, est collectivum plurium, verùm dic universitate prædicatur quasi de uno, regul. in toto, ff. de reg. jur.*

De

24 De natura autem totius eſt, ut totum inferat
ad quamlibet ſuam partem de neceſſitate, ſivè ſit
totum integrale, *l.ſi quis cum totum 7. in princip.*
ff.de except.rei judic. ibi, *nam in toto pars eſt, reg.*
in toto, & pars, ff.de reg.juris, & ſubdit J.C. *nec*
intereſt utrum in corpore hoc quæratur, an in
quantitate, vel in jure, ubi *Gloſ.verbo, in jure*,
citat *l.qui ſcit 25.* ubi *Gloſ.verbo quemadmodum*,
ff.de uſur. ſivè ſit totum univerſale, *l.Lucius* cum
Gloſ.not. ff. de fund. inſt. l.grege, ubi *DD. omnes*,
ff.de legat.1. l.peculium, l.cum pater, §.menſæ, ff.de
legat.2. ſivè ſit totum generale, *l.ſi ità, ff.de auro,*
& argen.legato, ſivè ſit totum numerale, ſivè in
quantitate, *l.diem proferre, §.ſi plures, verſ.indè*
quæritur, ff. de arb. quoddam enim eſt totum in-
tegrale, vel eſſentiale, ut Domus, Navis, quo-
dam univerſale, ut animal, fundus inſtructus,
grex, peculium, menſa nummularia, familia,
quoddam generale, ut ornamentum, veſtis, &
ſimilia, quodam numerale, ut decem, centum.
25 Et licèt ubi quæritur, utrum valeat argumentum
à toto integrali, vel eſſentiali, univerſali, & ſi-
milibus, ad partem affirmativè, vel negativè, ſit
neceſſaria multiplex diſtinctio, quam poſt *Baldum*
in *l. conventicula, C. de Epiſcop. & Cleric.Cicer.*
26 & *Boet.*in *topicis*, tradit doctiſſimus *Everardus*
in ſua *topica legali*, tamen quod attinet ad rem no-
ſtram, licèt à toto univerſali ad partem ſubiecti-
vam, ſeù prædicamentalem non procedat argu-
mentum, ſi ex ſubſiſtentia totius univerſalis ar-
guere velimus affirmativè ad ſubſiſtentiam partis
ſubiectivæ, vel alicujus particularis præcisè, non
enim ſequitur, eſt animal; ergo homo, eſt grex,
ergo talis ovis, *l.ſi grege, ff.de leg.1.* ſi verò loqua-
mur de vi comprehenſiva, rectè concludit argu-
mentum à toto univerſali ad partem ſubiectivam,
ſeu prædicamentalem affirmativè, undè benè in-
fertur grex legatus eſt, ergo hoc particulare ani-
mal, quod eſt de grege legatum eſt, item legatur
peculium, ergò hæc particularis res, quæ eſt de
peculio, cenſetur legata, *d.l.Lucius*, & *l.cum pa-*
27 *ter, §.menſæ*, cum aliis allegatis, nam in toto pars
continetur, & comprehenditur, quia pars ſubie-
ctiva, ſeù prædicamentalis benè eſt in toto, quò-
ad vim comprehenſivam, ſed non quòad vim illa-
tivam, ſeù conſequentiæ, *l.dotale, §.prædii, ff.de*
fund.dot. cui non contradicit *tex.*in *l.nave 36.ff.de*
evict. iuxtà declarationem *gl.a.ibi*, ut non tenea-
tur venditor actione ex ſtipulatu, ſed benè ex em-
pto, ut optimè declarat *Everard. loco à toto, ad*
partem n.9.& 10. ubi poſt *num.13. verſ.à toto au-*
tem generali docuit, idem procedere in toto ge-
nerali, ut procedat argumentum affirmativè, ut
ex toto inferatur quælibet ejus pars, ſivè ſpecies,
& idem in toto numerali *num.14.* ſubdens ex *Bal.*
veriſſimum, totum inferre quamlibet ſuam partem
de neceſſitate, ſivè ſit integrale, ſivè ſit totum uni-
verſale, generale, vel numerale, jura citat *Surd.*
*decif.78.num.12.Dec.& Cagn.*in *l.in toto, ff.de reg.*
*jur.Steph.Fed.de integr.jur.par.1.num.18.*latiſſimè
Bertaz.de clauſ.inſtr.cap.27.gloſ.19.per tot. ubi lo-
quens in toto univerſali, ut eſt genus, affirmat
comprehendere omnes ejus partes ſubiectivè, quæ
dicto generi ſubjiciuntur, & prædicantur de ge-
nere, & hoc ferè idem eſſe, quod totum genera-
le apud Legiſtas.
Ex quibus clariſſimè apparet, non minus ap-
28 pellatione *totius* comprehendi totum corpus ali-
quod integrum unius conſiſtentiæ, cujuſmodi eſt
fundus, in quo quandoque univerſalitatem con-
tineri dicitur, *l.fundus 31.ver.univerſitatem*, cum
gl.ff.de evict.l.rectè dicimus.ff.de verb.ſign.totus lo-
cus, l.Lictus 2.eod. tit. cum concord. per *Rebuff.*
ad l.nominis, & rei, in fi.ff.eod.tit. quæ etiam com-
prehendi totum univerſale, vel generale, ut eſt
genus comprehendens ſub ſe multas ſpecies ſubie-
ctivè, quæ generi ipſi ſubiiciuntur, & de ipſo ge-
nere prædicantur, *Caldas Pereyr. Menoc.Floren.*
& alii apud *Auguſt.Barb.de diction. dict.353.verb.*
29 *totum*. Genus enim ſivè magis commune infert
ſuam ſpeciem, vel minus commune per continen-
30 tiam, ut ſi uxori legata ſunt à viro quo ejus
cauſa parata ſunt, ergò & empta ejus cauſa cenſen-
tur legata, quia in empto paratum ineſt, *l.ſi quid*
earum, §.inter emptum, ubi *glo.ver.paratum, ff.de*
leg.3. Everar. loco à ſpecie ad genus, ubi optimè
declarat, ſpeciem ineſſe generi, ut partem totius
contentivè, ſivè comprehenſivè, licèt non illati-
vè, vel conſequutivè.
Undè cum jus Portulaniæ tripliciter conſiderari
31 poſſit pars iſtius totius univerſalis, de quo conce-
dendo agit Princeps, Fiſcus videtur habere inten-
tionem fundatam, ut ratione partis vendat totum.
Primò tanquam pars, ſivè membrum feudi, quo
32 conſiderari conſtat tanquam quid univerſum, ſi-
vè ſit univerſitas facti, ſivè ſit juris, ut ex *Camer.*
in *l.Imperialem car.38. col.2. de probi. feud. alien.*
ſcripſi *controv.7.num.63. lib.1.* & *controv.22.n.19.*
lib.2.
Secundò, tanquam pars Caſtri, quo in Regno
33 præſumitur eſſe feudum, ubi enim agitur de con-
cedendo ſivè infeudando Caſtro cum juribus, &
pertinentiis ſuis, jus Portulaniæ tanquam feudi
conſtituendi membrum contineri videtur, & ſi ra-
34 rò concederetur, præſertim ubi aliter conceſſio ef-
fectum ſortiri non poſſet, quia emptores non in-
veniuntur, qui hac ſpecie juriſdictionis carere ve-
lint, quæ fuit potiſſima cauſa concedendi hoc pri-
vilegium Fiſco.
Et tertiò, negari non poteſt, eſſe partem juriſ-
35 dictionis in genere concedendæ cum ipſo Caſtro,
quam conſtat ſub ſe comprehendere plurium juriſ-
dictionum gradus, & ſpecies inter ſe differentes,
36 quæ in contentivè, ſeù comprehenſivè æquè ſub
juriſdictione in genere ſumpta comprehenduntur.
37 Præſertim cum iſtud ius Portulaniæ, quod mun-
ditiam, & latitudinem viarum reſpicit, commo-
38 ditatem ſubditorum, & vaſallorum, qui feudo
ſubiiciuntur, concernat, & intrà territorium, di-
ſtrictum, & pertinentias à Principe ſtatuendas,
& concedendas verſetur, & ſic negari non poſſit,
concernere eoſdem vaſallos, & coarctari ad terri-
39 torium cum ipſo Caſtro infeudandum, & ſic non
eſt iuriſdictio de per ſe exiſtens ſeparata, ſed exer-
cenda reſpectu eorundem vaſallorum, & territo-
rii, cum quibus, & ſuper quo reliqua omnis iu-
riſdictio per futurum conceſſionarium, eumdem-
40 que feudatarium eſt exercenda, undè communio
negari non poteſt, tum ut ſpecies, & conſequen-
41 ter pars iuriſdictionis in genere, quæ dividitur
in altam, & baſſam, & pluribus ramis diffundi-
tur in eoſdem homines, & territorium, tum etiam
quia in eodem feudo, & Caſtro ineſt velut nebu-
la ſuprà paludem.
42 Primum probatur ex doctrina *Iſern.*in *c.1.§.tra-*
ditionibus, verſ. item ſi eſſet verum, quid ſit in-

*vest.*ubi latè disputat, an feudum sit universitas
juris, vel facti, & rasolvit, feudum habere diver-
43 sos agros, territorium, quod à terrendo dicitur,
& jurisdictionem, quia est Judex vasallorum, si
feudum habet vasallos, quod & repetit latissimè in
*l.Imperialem, §.præterea si inter duos,*post *num.*89.
præsertim *in fin.*ibi, *Qui dat territorium, vide-
tur dare jurisdictionem infrà fines ejus*, & paulò
post, *Territorium exponitur, idest jurisdictio, si-
vè Castrumcum jurisdictione, & territorio*, quo
latissimè explicat, & comprobat *Camer.* in *repet.
d.l.Imperialem, car.38.per tot.* ubi *d.car.38.col.3.
lit.O.* & *car.39.col.1 lit.D.*dixit, quod an feudum
sit univesitas juris, vel facti, in facto consistere,
& facti quæstionem esse, quia si constet, feudum
datum esse cum juribus, certum erit esse juris uni-
versitatem, vel saltim facti, cum habeat sub se bo-
na diversæ naturæ, ut post *Camer.Parid.* & alios
scripsi *lib.1.controv.c.7.num.63.* quinimò omni ca-
su dicetur feudum quid universum, etiam si non
haberet diversos agros, nec consisteret in multis
corporibus, sed in uno tantum corpore, vel uni-
44 co prædio, argumento *gl.*in *l.vendicatio,ff.de rei
vendic.* quia aptitudo potius, & natura, quàm ali-
cujus accidentis casus qualitas spectari debet, & sic
quod est in habitu, licèt in actu non sit, ut con-
tra *Camerar.*in hoc optimè fundat *Lipar. ad Isern.*
in *d c.1.quid sit invest.num.4.in fin.*in *addit.*incip.
Vt plurimum, lit.A. et iterum in *addit.*incip. *hæc
in facto sunt, lit.H.in fi.*quòd latiùs ipse compro-
bavi *lib.2. controv.c.53. n.31.* Vndè si feudum sub
se continet territorium cum jurisdictione, quam
uti ordinarius Judex exercet in omnes vasallos in-
45 frà limites territorii, quæ interim donec fiat con-
cessio in feudum, residet penès Principem do-
46 minum directum, ut allodialis, quis negare po-
test, inter Fiscum domini directi, & concessiona-
rium unius jurisdictionis particularis, cujusmodi
est in præsenti jus Portulaniæ communionem in
exercitio jurisdictionis intercedere in eosdem vasal-
los intrà fines territorii, de quo infeudando agitur.
Siquidem, & sumus in secundo, nedum si Prin-
47 ceps concedat unum territorium universaliter, vi-
detur quoque concedere jurisdictionem universa-
liter, quam in eo habet in omnes homines ibi ha-
bitantes, licèt aliud esset, si concederet in una par-
ticula, *Bar.*in *l.1.col.fi,num.16.*ubi *Jacob Jas.Dec.*
& *Sopia, ff.de iurisd.omn. iud.* qui dicunt esse rece-
ptissimam opinionem, *Reg.de Pont.dec.a.num.14.*
sed etiam in concessione Castri cum pertinentiis
suis, & integrò statu, sicut in præsenti necesse
fuit facere similes concessiones casalium annis præ-
teritis ob bellicas necessitates, quas adhuc facere
necesse est, cum eadem causa adhuc in præsentiarum
urgeat, pariter veniunt omnia, quæ cohærent
Castro, & præsertim jurisdictio, *Petr.de Greg.
Ann.*& *Reg.de Pont.cons.63.num.a5.* quos congef-
si *controv.8.n.1.2.3.*& *per tot.lib.1.* & reddidi ratio-
nem, quia nulla est differentia inter concessio-
nem, sivè infeudationem Castri, & Territorii,
cum pariter utraque concessio ex juris intellectu
omnem jurisdictionem in se contineat, ex *Anna
alleg.5 a. num.13.* in *d. controv.8.* ex *n.7. cum seq.*
cum jurisdictio cohæreat Territorio, vel Castro
saltim passivè, ex communi opinione relata per
Reg. de Ponte d. decis.2. num.16. & per me *d. con-
trov.8. num.13.*
Et non minus Castrum esse quid universum,
48 saltim facti, quam ipsum feudum in genere sum-
ptum cum territorio, sivè gleba, optimè docuit
Petr. de Greg. de concess.feud. quæst.1. num.4.p.7.
& scripsi in *addit. ad contr.53. art.a. num.a.& 4.
lib.1.* & concesso Castro, etiam absque alia speciali
mentione venit jurisdictio cum mero, & mixto
imperio, *Loffr. cons.a4. Afflict. dec.122.* scripsi ad
d. controvers.53. art.3. num.27. & antè istos, Ca-
strum etiam jure communi significare universita-
tem quandam, probat *Rom.*in *l.3. n.9, ff.de acqu.
poss.* & *cons.444.n.7. Paris.cons.20. n.30. lib.1. Ja-
cob.de feud. verb.de Castro*, & disputat *Menoch. de
præs.lib.3.c.97. n.12.* & indè consequitur, qui licèt
apud *DD.* anceps sit quæstio: Utrum concesso,
donato, vendito, vel infeudato feudo, præsumatur
concessa jurisdictio, quæ varia casuum distinctione
diffinitur, attamen quando iurisdictio cohæret lo-
co, communiter *DD.* concedunt, in concessione,
vel infeudatione Castri censeri concessam omnem
iurisdictionem, etiam si illa non exprimatur, *Bar.*
in *l.inter eos, ff.de acquir.rer.domin.Roman.Barbat.
Valasc.* et *Covar.* relati per *Menoch.d.lib.3.præs.97.
num.46.* et in dubio præsumi iurisdictionem cohæ-
rere Castro, et ob id sub ipsa concessione contineri
tradit ex *Bart. Roman. Baer.* et aliis idem *Menoch.*
49 *ibid.num.48.* et licèt iurisdictio non sit de essentia
feudi, et possit diverso titulo etiam ab alia diversa
persona possideri, ut quid separatum; attamen
adhuc dicitur necessariò cohærere Castro, imò di-
citur gerere vicem quatuor elementorum, ob ne-
cessitatem, et utilitatem habitantium, quando con-
ceditur super Castro, vel territorio universali, ut
benè fundavi in *d.art.3. num.7.& 10.* latissimè post
longam disputationem *Andr.Knichen de territ.ori-
50 gin.c.1.num.a92.* et ne deficiat decisio punctualis,
quod privilegium hoc Fisci procedat in toto uni-
versali, et in specie in venditione Castri, tradit
Plat. in *d.l.unica*, post *num.1. in prin. vers.& hoc
facit si quis habet Castrum commune, &c.*
Et maximè et tertiò prædicta procedunt conces-
51 so Castro in feudum, in specie cum clausula, *cum
omnimoda iurisdictione, mero, & mixto imperio*,
quo casu translata tota, et integra iurisdictione
censeantur translatæ omnes eius partes, ut ex *l.qui
usumfructum, ff. de verb. oblig.* authoritate *Rom.*
argumentatur in concessione totius iurisdictionis
Menoch.d.præs.97.num.10.& 31.
Et iurisdictionem esse nomen generis compre-
52 hendens sub se merum, et mixtum imperium, et
pro eo, quod iure Magistratus competit cum suis
gradibus usque ad infimam iurisdictionem, notant
Glos. et *Doctores* in *l.imperium, ff. de iurisd. omn.
iud.*et in *l.1.§ fin.ff.de offic.eius*, et est *Glos.*pulchra
in *§.iuriiurandum, in fin. vers.Alber. quæ iurisdi-
ctionet, auth.de defens.civit.* et distinxit ut species
sub genere merum, et mixtum imperium ab infima
iurisdictione in *l.1. num.32. ff. de iurisd. omn. iud.*
scripsi in *addit.ad d.controv.53. num.14.art.3.* quam
alii dividunt in altam, et bassam.
Et ex hoc consequitur necessariò, insurgere com-
53 munionem inter eum, qui possidet aliquam spe-
ciem sivè partem jurisdictionis in loco quoad vasal-
los ibi commorantes cum Reg. Curia administrante
cæteras partes, sivè species jurisdictionis proprio
jure, sivè concessionarium, vel feudatarium, cui
Regia Curia intendit vendere, vel concedere reli-
quam jurisdictionem in homines eiusdem loci, & sic
resultat communio ex unitate rei, non ex discre-
tione,

Digitized by Google

tione, & ſeparatione, ſecundùm *Bal.cit.conſil.*336.
*lib.*5.

Ex qua communione oritur effectus prælationis,
54 undè pro uniendo, ſivè ampliando dominio utili,
Baro juriſdictionis civilis præfertur in emptione
juriſdictionis criminalis omnibus aliis extraneis li-
citatoribus, & ità deciſum per Cameram in Colla-
terali in cauſa Baronis Salviæ refert *Anna alleg.*27.
*num.*21. & fuit conſiderata unio juriſdictionum in
55 poſſe ejuſdem Baronis ad arcendam diviſionem,
quæ in adminiſtranda juriſdictione parit plura in-
commoda, & abſurda, idem *Ann.ſingul.*150.*Mi-
nado.conſ.*1. *num.*26.

Undè eadem ratione nedum inter condominos
56 in æquali gradu juriſdictionis, putà inter haben-
tem primas cauſas civiles, ut præferatur ratione
communionis alteri prætendenti emere juriſdictio-
nem cauſarum criminalium, ſed quod Baro prima-
rum cauſarum præferatur in emptione ſecundarum
cauſarum, etiam diverſæ ſpeciei, non ex alio, niſi
ratione communionis, ex regula *l. ſancimus §. au-
tem, C. de donat. l.*2. *C.de metbat. lib.*11. latiſſimè
ſcripſi *loco ſupra citato* in *addit. ad d. controv.*53. *in*
2.*art.* ex *num.*25. ubi probavi etiam ex legibus Hi-
ſpaniæ, ratione communionis, vel conſortii gene-
raliter concedi prælationem, ad *l.*71.*&* 75.*Tauri*,
ubi *Gomeſ.* & alii, quæ hodie eſt *lex* 14. *titul.*11.
*lib.*5.*novæ recopil. Gutierr.lib.*2.*pract. ad ll.Regiar
c.*165.*Lopez.l.*55.*tit.*5.*par.*5.cum aliis per *Matienz.
l.*13.*tit.*11.*Gloſ.*3.*lib.*5.*novæ recop.Caſtill.lib.*1.*quo-
tid.contr.de uſufr.c.*74.*num.*27.

Multa enim ratio conſortii concedi, probavi
ibid.*num.*36. ex *l.communi liberto, ff.de bon.libert.*
57 & *l.utrum portio, ff.de aſſign.libert.* & quia conſors
dicitur ſocius, & dominii particeps, & ſecundùm
peritiores conſortes dicuntur, quibus una ſors eſt,
& ejuſdem ſortis, & conditionis homines ſignifica-
re notat *Alciat.* in *l.proximi* 155. *in fin. ff.de verb.
ſign.* & ex *Quintilian.Varr.*& *Feſto Pompejo* tradit
*Briſſon.ſuper eod.tit.lib.*3.*ver.conſortes*, undè con-
ſortium pro ſocietate, & communione accipi ſub-
dit, ut latiùs per me *d.art.*2.*num.*37.

Si igitur non poteſt negari communio inter eum,
58 qui futurus eſt feudatarius cum omnimoda juriſdi-
ctione, & illum, qui partem habet, & ſi minimam
reſpectu totius, cujus occaſione ipſi conceditur
prælatio, ex qua reſtringitur libertas directi domi-
ni, ut potiùs habenti partem, quàm alteri juris-
dictio univerſalis cum feudo concedatur, non vi-
deo, cur Fiſco magis privilegiato, ut ratione par-
tis etiam minimæ vendat totum, denegari poſſit
uſus privilegii, ſtante clariſſimo conſortio, & com-
munione.

Negari enim non poteſt, jus Portulaniæ per ter-
59 ram, de qua agimus ad juriſdictionem pertinere,
& unam ex ſpeciebus omnimodæ, & integræ ju-
60 riſdictionis eſſe, ſicut etiam conſtat, eſſe jus in-
quirendi de legitimis ponderibus, & menſuris,
quod jus Siclæ nuncupantur, ut de primo apparet
ex dictis per *Minad.* in *rubr.Conſt.Regn.In aliqui-
bus, verb.Comitum, num.*15.*Ann.ſing.*587.*Loffr.
conſil.*24. & de ſecundo habetur in *Conſt. Regn. Ad
officium Bajulorum*, ubi *Afflict.*& in *Conſt. Ad le-
gitima pondera*, ubi *Iſern.* & idem *Afflict.* & in *al-
leg.*42.*D.Conſ.Georg.* pro Excell.Comite Beneventi
Prorege immortalis memoriæ.

Nec quicquam obſtaret, etiamſi verum eſſet, ta-
61 le ius, quod in generali, & ſimplici juriſdictionis
conceſſione non veniret, quia ſpecialem exigeret
conceſſionem.

Primò etenim dicimus, regalia regulariter in ge-
62 nerali conceſſione non venire, niſi quando conce-
ditur aliquid univerſum, ut caſtrum, vel territo-
rium, juxtà famoſum *conſ.Rom.*271. loquentis in
conceſſione Terræ S.Lucidi facta per Regem Ladis-
laum, vel ſi aliqua regalia ſibi reſervavit, *Menoch.
d.præſ.*97. *lib.*3.*de præſ.num.*35. *&* 37. vel quando
ſunt expreſsè conceſſa aliqua regalia, quia veniunt
ſimilia, & minora, vel etiam ſi concedens non ha-
beat niſi regalia in loco conceſſo, ut hæc, et alia
tradit *Lanar. conſ.*34. *num.*5. *&* 6. ſic et cauſas ap-
63 pellationum in generali conceſſione non contineri,
conſtat, et tamen fatuum eſſet dicere, regalia, et
64 cauſas appellationum non eſſe ſpecies, et partes ju-
riſdictionis in genere, eaſque potiſſimas, et ſupre-
mi ordinis.

Secundò dicimus, non eſſe verum, ſub generali
65 iuriſdictionis conceſſione non venire ius Portula-
niæ, quia *Rom.conſ.*271. in contrarium citatus lo-
quitur de iure exituræ per mare, prout eum benè
citat *Frec.lib.*1.*de offic.magn.Admir.marit,num.*12.
allegatus per *Conſ.de Ann.* in *addit.ad ſing.*587. *ſui
genitoris*, in quo eſt ſpecialis Ritus, ſivè ſtilus
Reg. Cam. ut non veniat in generali conceſſione,
niſi de eo fiat ſpecialis mentio, ut in puncto obſer-
vat *Loffr.conſ.*24.*in princ.* ubi in ſpecie loquitur de
conceſſione immunitatis à jure exituræ, quomodo
ſit accipienda, & poſt *num.*18. qui amplius dicit,
hunc ſtilum non eſſe deſcriptum inter Ritus ipſius
Reg.Cam. Verum *Reg.Lanar. conſ.*76. *num.*30. di-
cit, hodie de dicto ſtilo conſtare per conſultationem
R. C. & licèt non declaret tempus, neque Rege-
ſtrum, illa tamen fuit expedita de menſe Novem-
bris 1534. regiſtrata in *Conſult.*14.*fol.*39.prout te-
66 ſtatur *Reg.Salern.dec.*33. Undè non benè infertur
à jure Portulaniæ per mare, quod dicitur propriè
67 ius exituræ, de quo in *Ritibus* R.C. *de jure exi-
turæ*, & per *N.grum* in 1.*rubr. Capit.Regn.* & in
*c.*1.2.3. ſub *tit.de Portulan.& extractionib.victual.*
68 cuius exactio pertinet ad Cuſtodes portuum con-
ſtitutos in limitibus Regni, de quibus latiſſimè
*Boer. dec.*178.*num.*16.*&* 17. & iterum *deciſ.*177.
ubi agit de bonis exportari vetitis, qui aliàs appel-
lantur Liminarchæ portuum cuſtodiæ gratia, *l.*3.
ff.de ſervit fugit.l.ultim.§ hi quoque ff.de munerib.
69 *& honorib.* qui in Regno cuſtodiuntur per Reg.
Miniſtros, ut per *Dominum Capyc.*in *inveſtit.ver.
partibus*, & *Reg.de Pont.de diverſ.proviſion.tit.*10.
de portu §.ſimiliter, *num.*3. de quorum pœnis dum
ſinè Regis licentia permittunt extractionem bono-
rum vetitorum, latè *Gutier. lib.*2. *canon.quæſtion.
cap.*28. *num.*63. *&* 64. Undè ſtante maxima diver-
70 ſitatis ratione clarè patet, non benè inferri à jure
Portulaniæ per mare, quod propriè dicitur jus exi-
turæ, in quo militant ſpeciales rationes conſidera-
tæ per *Frecc.d.loco*, à *num.*22.*ad* 26. ad jus Portu-
laniæ per terram, in quo agitur de prohibendo tan-
71 tùm occupationem viarum, & locorum publico-
rum, & ſic de valdè minori præjudicio Reg.Curiæ,
undè nihil ſpecialitatis conſiderari poteſt, ut diffi-
ciliùs cenſeatur conceſſum jus Portulaniæ per ter-
ram, quàm alia quævis ſpecies juriſdictionis, vel
aliud quippiam de regalibus.

Ad ſecundum, limitatio, quæ adverſus Fiſci
72 prætenſionem affertur, ut non procedat privile-
gium in re propriùs à Fiſco conceſſa, vel vendita,
ea

ea ratione, ne plura specialia concurrant, & quia
videtur obstare *titul. ne Fiscus rem, quam vendid.
evincat*, qui immediatè subjicitur post *tit. de vend.
rerum fiscalium*, quasi ad declarationem, sivè re-
strictionem *titul.* præcedentis.

Primò dicimus, hanc limitationem à nemine ex
DD. qui de hoc Fisci privilegio exactè egerunt me
legisse traditam. Et in primis *Lucas* in *princip. d.
l. unica*, in loco particulariter in contrarium ci-
tatus, in *versicul. hic tamen restringendum est*,
tantùm abest, ut hanc restrictionem tradat, quinim-
mò, ut illius *titul.* decisionem ampliet, & extendat,
73 dicit enim *Lucas* glossando verbum, *pertineat*, ut
hoc verbum latissimè pateat, ut comprehendat non
solùm ea, quæ dominii nostri sunt, sed quæ possi-
demus, licèt dominii nostri non sint; item & quæ
nulla causa nostra sunt, sed tantùm esse possunt,
l. verbum illud pertinere 181. *ff. de verbor. signific.*
& licèt *Lucas* subdat arguendo, *hic tamen restrin-
gendum est, ut ea modo pertineat, quod distrahere
valeat, alia plura specialia concurrere circa idem;*
74 sed statim subjicit *Lucas*, *vel dicas, quod com-
prehendat etiam rem sibi cum aliis communiter obli-
gatam, vel etiam sibi soli, nam sicut Fiscus potest
rem communem sibi, & aliis vendere, ut hic, ita
rem sibi, & aliis communiter obligatam, ut ff. de
jure fisci. l. res, quæ* 22. *§. res autem nexat, ff. de
jure fisci*, & notat. *d. l. verbum pertinere*, & sic *Lu-
cas* in eo residet, ut Fisci privilegium extendatur
etiam ad rem Fisco obligatam, juxta claram deci-
sionem *d. §. res autem nexas*, nulla habita ratione,
quod videantur plura specialia concurrere, quem
in hoc sequuntur omnes *DD.* communiter.

Et quidem justa ratione cum verbum *pertinere*,
75 quo utitur *Imperator* in *d. l. unica, C. de vend. rerum
fiscalium*, tribus modis principaliter à jure decla-
retur, aut enim pertinere dicitur ratione dominii,
vel possessionis, vel cujuscunque juris, quod su-
per re, vel ad rem nobis competat, ut declarant
Alciat. & Rebuff. qui viginti tres modos, frases,
aut significationes hujus verbi, *pertinere*, affert,
testando, infinitas alias adduci posse, quæ sub di-
ctis tribus modis continantur.

76 Nec ex *d. tit. C. ne Fiscus rem, quam vend. evin-
cat*, quamvis proximè subnectatur post *tit. C. de
vendit. rer. Fiscal.* restrictio aliqua, vel declaratio
desumi potest, cum longè separata, & distincta
facto, jure, ratione, & fine, sit materia privile-
gii fiscalis permittendi Fisco vendere rem commu-
nem cum altero à materia *titul.* prohibentia Fisco
evincere rem à seipso venditam.

77 Primum enim est privilegium, quod apud om-
nes *DD.* creditur, & æstimatur favorabile, & ideò
latè interpretandum, ut in puncto docuit expressè
Bald. consf. 336. *præmitto ad evidentiam, lib.* 5. ubi
glossando *d. titul. de vendit. rerum fiscal.* affirmavit,
verbum illud, *vendere*, generaliter esse intelligen-
78 dum pro omni contractu, ex quo transfertur domi-
nium, vel perpetua utilitas, ut multò fortiùs per-
79 mittatur locatio, & quod hoc casu procedat regu-
la, ut cui permittitur quod est majus, permitta-
80 tur etiam quod est minus, & sic nomen, *venditio-
nis*, sit generale, & proindè Fisci privilegium latè
sit interpretandum tanquam juri communi confor-
me, & ità secundùm *Bald. consil.* fuisse decisum,
& observatum in Camera Patavii, et confirmatum
per Supremum Consilium *DD.* quadraginta testatur
Peregrin. de jure fisci lib. 6. *tit.* 4. post *num.* 23. ubi
licèt dubitet, resolvit tamen in *vers. & hac secun-
do*, hanc opinionem veram, ubi Fisco aliter con-
suli non posset, ut in casu præsenti, ubi non in-
venitur oblatio proportionata, nisi cum hac con-
ditione, citat *Afflict.* in *titul. de duob. fratrib.* et
subdit hæc verba: *aliàs prior observata opinio ex
Fisci privilegio, non est sine fundamento*, licèt aliàs
81 ubi dispositio est juri communi contraria, vendi-
tionis nomine non contineantur alii contractus.

Quæ opinio *Baldi* fundatur authoritate *glos.* in *d.*
82 *l.* 2. *ver. proprium privilegium C. de comm. rer. alien.*
ubi dicit, hoc privilegium ea ratione concessum esse
Fisco, quia meliùs, & utiliùs vendit totum, quàm
partem, & sic in maxima æquitate fundatur, quàm
Glos. omnes *DD.* ibi, & alibi extollunt; & *Cyn.* ibi
subjicit hæc verba: *Et ratio privilegii est, quia ma-
gis libenter, & citiùs dat homo centum libros pro
tota domo, quam decem daret pro parte ejus*, & *Sa-
licet.* subdit, *quod meliùs, & commodiùs venditur
totum, quàm ejus pars*, & *Joan. de Plot.* addit, id per-
mitti ratione utilitatis, venditur enim pluris pars rei,
facta æstimatione totius, quàm solius partis, aliàs
83 enim non posset vendere solidum, nisi verteretur
utilitas Fisci, & consequenter utilitas publica, quæ
in Fisco versatur, & præfertur privatæ *l.* 3. *C. de pri-
84 mipila, lib.* 12. indè *DD.* passim dicunt, quod non
est tanta utilitas, seù æstimatio rei in parte respectu
ipsius partis, quanta in toto respectu totius, *l. si quis
aliam ff. de solut. l. fundus ille*, cum *glos. de contrah.*
85 *empt.* præsertim cum præter intentionem emptor in-
cideret in commonionem, ad quam nemo invitus
compellitur, *l. si non fortam §. si centum ff. de condic.
indeb.* multa enim illa affert incommoda, & difficul-
tates, *l. Sancimus §. ne autem C. de donat.* Undè &
venditio partis multa etiam adducit incommoda,
Bald. in *l.* 1. *§. in primo, C. de caduc. toll.* cum infinitis,
quæ ad hoc congerit *Tiraq.* in *primo retract. §.* 23.
glo. 1. *num.* 17. qui *num.* 18. subdit, quod hac ratione
scilicet quod non percipiatur tanta utilitas in parte
86 respectu partis, quanta in toto respectu totius, res
quamvis sit dividua sui natura, redditur juris intel-
lectu individua, *l.* 1. *§. si pecuniam*, ubi *Bart. ff. depo-
siti*, cum concordantibus per ipsum, quæ omnia ta-
citò *Tiraquel.* transcripsit *Dom. Reg. Constant.* in *d. l.*
87 *unica, num.* 5. *C. de vendit. rer. fisc.* ubi ratione utili-
tatis, & dignitatis, sivè præeminentiæ debitæ Fi-
sco probat esse hoc privilegium concessum *num.* 18.
88 & 19. dicit, non esse exorbitans, neque grave,
sed in æquitate fundatum, cum ipsi socio partis do-
mino integrum suæ portionis pretium reservetur,
immò antè alienationem requirendus est, ac cæteris
præferendus, ex quibus ipse infert, hoc non esse
odiosum privilegium, sed prærogativam quandam
in æquitate fundatam, & *num.* 37. *in fin.* & 38. dicit,
d. l. decisionem tanquam modicum afferens præjudi-
cium non esse strictè accipiendum, sed extenden-
dum, & dilatandum, & *num.* 48. dicit, non esse aliter
odiosum, sed favorabile.

Quod autem Fisco non liceat, rem, quam ven-
didit, evincere, non huc pertinet, sed diversam
omninò continet decisionem, respicit enim rem
omninò diversam; ne scilicet Fiscus rem, quàm
pro debito unius ex stationibus fiscalibus vendidit
& pretium recepit pro debito alterius stationis ven-
dere præsumat, ut pretium iterum rei à se ipso ven-
ditæ recipere audeat, quod gravissimum Imperiali
Majestati, & verecundum, & ut *Lucas* subjicit, *in-
firmissimum, iniquissimum, pessimum, & horrendissi-*

mum

89 *tam*, cum enim Princeps sit præceptor æquitatis, & justitiæ, & in vendicando rem, quam ipse vendidit, sit iniquitas manifesta, quæ omnibus privatis prohibetur, *l. vendicantem ff. de evictionibus*, debet hoc Fiscus præ ceteris abstinere, ut latiùs per *Lucàm de Penna* in *d.l.1.C.ne Fiscus*, & subdit *Platea* declarans, quomodo jungatur ille *titulus* cum præcedenti, ut sicut privatus rem communem venditam à Fisco ratione communionis non revocat, *d.l.unica C. de vend. rer.fiscal.* supple, recepta parte pretii sibi competenti à Fisco, quam ei esse à Fisco mediatè, vel immediatè ab emptore restituendam, omnes *DD.* fatentur post *Salycet.*in *d.l.2. num.1. in principio*, & *num.2.* ità nec una statio fiscalis revocat rem venditam ab alia statione, quæ res communiter spectabat ad utramque stationem, ut
90 hic, & ratio est, quia omnes stationes pariter Fiscum repræsentant, & sic ita in una; sicut in alia, dum sunt sob eodem domino, ad quem spectat commodum, & incommodum utriusque, & sic idem juris effectus sequeretur, si ex alio fiscali debito controversiam pateretur, contrà *tex.*expressum in *l.fin. C de fid. instrumentorum*, *&* *jure hasta fiscalis*, ubi
91 distrahente Fisco bona fiscalium debitorum, emptores earum eerum tantùm pretio obnoxii sunt, quas eos patuerit comparasse, ita ut nullius conventionis reliquorum fiscalium nomine patiantur extrinsecus subire jactoram, quæ *lex fin.* cum proximè præcedat *titulum de venditione rerum Fiscal. cum privatis commun.* qui in medio positus antè *titulum ne Fiscus rem, quam vendidit evincat* ambos *titulos*, præcedentem scilicèt, & sequentem declarat, et tempeist, ut licèt non possit inquietare, nec evincere ob alia credita, vel fiscalia, valeat tamen ratione partis vendera totum, refuso pretio, cum longa sit, & evidens ratio diversitatis inter evictionem, & venditionem cum necessitate restituendi partem pretii aucti ex venditione totius, in quo ex utilitate, quam sentit privatus socius, modicum sentit præjudicium, ut in specie advertit *D.Reg.Const.d.l.unica, num.37.in fin.*

Confirmatur motivum, quia Fiscus licèt rem,
92 quàm vendidit, non evincat, ut iterum efficiatur dominos, vel ut pretium, quod semel ex venditione habuit iterum, licèt ex diversa causa recipiat, *d.l.fi.C.de fid.instrument.* attamen in venditione rei
93 alienæ est adeò privilegiatus, ut bona fide Fiscus vendens rem alienam præjudicet domino, juxtà notissimas *Constitutiones Divi Marci, & Leonis* in *l.2.* ampliatas per *Zenonem* in *l.3.C.de quadrien.præscr.* relatas per *Justin.* in *§ ultim.* *eum, qui à Fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum rei exceptione repellere, I. instit.de usucapio*, de quibus pro fundamento hujus privilegii fiscalis, de quo agimus, fuit memoe *glos.ver. propriam* in *d.l.2. C. de commun. rer.alien.*
94 ubi *Petrus de Bellapert.* subdit hæc verba: *Ego credo, quòd immò Fiscus sciens, & ignorans potest vendere rem alienam, sed in hoc est differentia, quia non est moris Fisco vendere rem alienam, sed moris sui, & irreprehensibile est vendere rem communem cum alio*, verùm *Jacob. de Aren. Cyn. Bart. Bald. Salyc.* & cæteri omnes sequuntur *glos.* & *Fulgos.* addit *in fin.* esse illam *glos.* summè notandam, & sic non mirum si generaliter Fisco permittatur, ut ratione partis etiam minime totum vendat, & sic etiam si à Fisco pars illa ad privatum pervenerit sinè ulla restrictione, cum in hoc sit specialiter Fiscus privilegiatus, & non evincat rem, sed vendat cum augmento, & pretium privato redigat, quod non est in evictione.

Nec obstat, dum ex adverso prætenditur, privilegium hoc fiscale non comprehendere, nisi illud
95 totum, quod est pro indiviso, secus verò in toto, quod pro diviso possidetur, quia tunc quælibet pars de per se stare videtur ut corpus diversum, *l.si quis duas 6. §. si quis partem ff. commun.præd.* ut in puncto videtur firmare *Reg.Constant.*in *d.l.1.n.22.vers. non autem*.

Contrarium etenim in puncto decidit *J.C. Paul.*
96 in *l.rectè dicimus §. Quintus Mutius ff. de verbor. signification.* ubi præposita ratione dubitandi, qua utitur *Dominus Constantius*, oppositum expressè determinat, *Quintus Mutius*, ait, *partis appellatione rem pro indiviso significari, nam quod pro indiviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse, Servius non ineleganter partis appellatione utrumque significari*, ubi *glos.* in *verb. Servius*, suplet his verbis: *corrigendo, quod Quintus Mutius dixit, & ipse addo ultimam opinionem Servii probasse Paul. sicut in principio ejusdem legis*, ultimam quoque opinionem relatam *Juliani* probavit, & ob id *Ulpianus* in *l. si quis cum totum 7.vers.proinde ff.de exception.rei judicat.* dixit, *proindè si quis fundum petierit, deindè partem petat, vel pro diviso, vel pro indiviso, dicendum erit, exceptionem obstare*, & sic totum, & pars
97 utrunque rectè dicitur, nedùm pro indiviso, sed prò diviso ut pluribus juribus in toto, & parte probat *Brisson.de verb.sign.lib.14.ver.partis appellatione*, ad quem nos remittere sat erit.

Nec obstat *d.l.si quis duas 6.§ si quis partem*, quia
98 loquitur in fundo diviso in partes, qui destinatione patrisfamilias potest dividi in plures fundos, ibi, *Planè si divisit fundum regionibus, & sic partem tradidit, potest pro diviso alterutri servitutem imponere, quia non est pars fundi, sed fundus*, subdit *Glos.ver. sed fundus. Nota, quod fundus constituitur ad arbitrium patrisfamilias, l. quod in rerum, &c.* subjicit *text.* quod & in ædibus potest dici, si dominus pariete medio ædificato unam domum in duas diviserit, ut plerique faciunt, nam & hic pro duabus domibus accipi debet, ubi *glos.* subdit, *plus facto in domo dividenda, quam fundo est opus*, undè cum hic sumus, non in divisione fundi, nec domus, sed corporis feudi integralis, & universi, quinim-
99 mò & jurisdictionis, in quibus saltim de jure Regni, & potissimè jurisdictionis nulla cadit divisio, vel saltim difficillimè divisio permittitur, nec dividi taliter potest, quin ejus partes remaneant sub genere, & solus usus, & jurisdictionis exercitium dividitur, cessat omninò decisio *d.§.si quis partem*, cum & in fundo, in quo facillimè cadit divisio, quando non constat, fuisse divisum destinatione patrisfamilias, qui verè voluerit duos fundos constituere, etiam pars fundi pro diviso dicitur idem fundus, *d.l.si quis cum totum 7.* & *glos. ult.* in *d. §. Quintus Mutius d. l.rectè dicimus 25.* & in eo casu loquitur *Regens Constantius*, quando constat de expressa voluntate Regis, licèt nequidem pro opinione contraria afferri possit, cum incidenter, & aliud agens perfunctoriè loquatur, non disputet, nec citet *dicta l.rectè dicimus*, nec resolvat contraria, ut de *DD.* incidenter loquentibus notat *Cannet.*

Et ob id *Peregrin.d.lib.6. tit.4.num.43.vers.item*
100 *amplia*, extendit, ut hoc Fisci privilegium locum habeat etiam quod res sit dividua, modò intersit Fisci

Fisci rem totam vendi respectu majoris pretii ex
Bart. Felin. & aliis, undè etiam si admitteremus,
Fisci privilegium procedere tantùm in Fisco haben-,
te dominium rei pro parte indivisa, non pro parte
divisa, ut cum *Regente Constantia*, his non consi-
deratis, nec discussis sentire visus est *Regens de Pon.
te cons.156. num.3.* Attamen necessariò id est decla-
randum, & restringendum, vel ubi Fiscus ex ven-
ditione partis divisæ potest consequi utilitatem,
quàm consequeretur ex venditione totius, data pro-
portione, et paritate, aliàs secus ut in puncto ve-
rum, et decisum testatur *Peregr.d.lib.6.tit.4.* post
num.23. vers. & hæc secunda,

Vel et meliùs dicimus in præsenti casu, in quo
supponitur post factas per Regem directum domi-
num concessiones quarundam specierum jurisdictio-
num puta Portulaniæ, Siclæ, ponderum, et men-
surarum, et similium particularibus personis in ho-
mines quorundam Casalium, putà Civitatis Nolæ,
vel similis, opus esse necessitate cogente, ex causa
publica belli procedere ad infeudationem eorun-
101 dam Casalium cum concessione universalis juris-
dictionis, mero, et mixto Imperio, et omni po-
testate, quàm ipse habet transferri solita ex more
præscripto post tempora Joannæ II. et Alfonsi I. nul-
lo modo considerari posse partem hanc, quam de
novo Rex est concessurus, velut partem divisam, et
discretam ab illis speciebus jurisdictionis, quas primo
102 concesserat, sivè in feudum, sivè in allodium,
cum ex suprà consideratis appareat, tam jurisdictio-
nes anteà concessas, quæ prima fronte videbantur
divisæ, & separatæ à corpore castri, quàm reliquam
jurisdictionem universalem, ad cujus infeudationem
hodiè Princeps devenire cogitur, versari, & con-
cernere eosdem homines, idemque territorium, su-
per quibus fuerant primo loco concessæ particulares
103 species jurisdictionis, undè quod Princeps habe-
bat commune pro indiviso in homines, & territo-
rium, super quo primus concessionarius habebat par-
ticulares jurisdictiones, efficeretur, hodie commu-
ne cum novo feudatario in locum Principis subro-
gato, qui ideo maximè gravaretur, ut invitus in
communione onerosa persisteret, ut in proprio ter-
ritorio, & in suos subditos, & vasallos alteri jus es-
set cognoscendi de aliis jurisdictionum gradibus, &
104 speciebus; ad quod onus vitandum, & ut Fiscus
possit justo pretio emptorem invenire, proditum est
105 hoc, de quo agimus privilegium, quod & si cesset
in re prorsus divisa, in qua quilibet ex dominis suam
partem discretam plenè possidere potest, cujusmo-
di est fundus, vel domus pariete medio edificato, in
præsenti tamen casu nullo modo considerari, nec
practicari potest possessio pro diviso, tametsi juris-,
dictiones sint distinctæ, dum in eosdem homines,
idemque territorium subjectivà respicit, & versetur

Et ne deficiat decisio Doctorum in puncto, &
individuo in terminis nostris, is est *Reg. de Pon-
106 te cons.158. in 2.vol.* ubi postquam proposuit ar-
ticulum, si terra admissa jam ad fruendum Regio
domanio, sivè dominio, quod constat competere
ex jure Regis Fisco instante, & eligente, & etiam
de stilo, & consuetudine sic judicandi, quo casu
jurisdictione ad suum originem, sivè fontem re-
deunte, remanet exercenda per Reg. Officiales
à Prorege eligendos, introitus verò, sivè corpo-
ra feudalia, quæ de jure Baronum appellantur,
& sunt feudo unita, tanquam reempta ex pecu-
nia, & expensis ipsius Universitatis, ut vendan-
tur ad compendium, & utilitatem ejusdem terræ,
cujus opera, & impensa plena jurisdictio est ad
Principem devoluta, ità tamen ut remaneant in
propria eorum natura feudali posita extrà manum
terræ, servitio devolutioni, & aliis feudorum
nexibus subjecta, ut aliàs plenissimè scripsi supra
Responso Fiscali 23. de revocat. domanii.

His præhabitis proposuit *Reg. de Ponte*, quod si
ex superveniente necessitate, Universitas ære alie-
no gravata, ut persepè evenire solet, comperto
defectu jurium, velit iterum semetipsam vendere
Fisco consentiente, ne mole æris alieni gravata in
107 totum miserè labatur, & ruat, cum Regis potis-
simè, vel Patris, & viri Reipublicæ intersit, terras
sui Regni conservari, & augeri, postquam fir-
108 mavit in *1.art. dictus Regens*, ad iteratam hanc
venditionem jurisdictionis, & corporum deveni-
ri non posse, nisi sub hasta, & servatis solemni-
tatibus in venditione rerum, & jurium fiscalium,
de jure, & more requisitis, subiicit affirmando,
non esse constituendum discrimen inter venditio-
nem iteratò faciendam jurisdictionis, quæ erat
Regis, & aliorum iurium, sivè corporum Uni-
versitati concessorum, reddens rationem, quæ
verè decidit casum nostrum, *num.7. in fine*, ibi,
*Quomodo est admittenda in hoc disputatio, nihil
enim refert, quod terra habeat suos introitus, qui
cum terra venduntur, est dominium terræ, & ter-
ra ipsa cum sua iurisdictione, aliisque iuribus Do-
109 minicalibus, & quod principaliter fit, est at-
tendendum, non quod in consequentiam, & hi in-
troitus venduntur in necessariam consequentiam,
tanquam accessorii ad terram, ideò debet sequi na-
110 turam principalis, etiam ob conservationem cor-
poris integralis feudi, quod in Regno non patitur
111 divisionem, & interest Fisci, vendi iunctum,
& unitim, quia maius reperitur pretium terræ,
112 cuius ad ipsum pars spectat, & de iure explora-
tum est, Fiscum partem habentem in re posse ven-
dere totum, maximè quando eius interest, & tra-
ctatur de corpore unita, & integrali*, ad text. in
l.unica, & *toto tit. C.de vend. rer. fisc. cum priv.
commun. & 2. C.de commun. rer. alien. quæ non sunt
113 disputanda, & cæt.* & sic *Reg. de Ponte*. tan-
quam indubium, ex iuris principiis, & praxi re-
ceptissima Tribunalium, in quibus longo tempo-
re fuit versatus tanquam maximus Advocatus, &
inter supremos Magistratus feudorum, iuriumque
Regni interpres consummatissimus supposuit, in
venditione Castri cum universali iurisdictione,
mero, & mixto imperio facienda per Regem lo-
cum sibi vendicare privilegium Fisci, & decisio-
nem dictorum iurium, ut ratione maioris pretii,
& utilitatis Fisci vendere valeat etiam reliqua cor-
pora, & iurisdictiones, quamvis aliis concessa,
præsertim ponderando illa verba, *maximè quando
eius interest, & tractatur de corpore unito, &
integrali*, undè exprimit casum minus dubitabi-
lem, siquidèm constat, adhuc non obstante con-
cessione aliis facta considerari tanquam membra
unita, & ex sui natura inseparabilia, ex quibus
integratur corpus ipsum feudi.

114 Nec dicatur, in casu formato per *Regent. præd.*
supponi Universitatis consensum in venditione
corporum feudalium, non autem dissensum, non
enim ponderamus casum Consilii, sed illationem,
quam ipse iustissimè fecit ad declarationem dicto-
rum iurium, quorum decisio clarissimè affirmavit
pro-

procedere in venditione, quam facit Fiscus de iu-
risdictione universali Castri, quæ est magis prin-
cipalis, ut iustissimè possit vendere atiam cæteras
iurisdictioner particulares, & corpora, & sic etiam
contrà voluntarem illa possidentium, iuxtà termi-
nos dictarum legum, non enim est novum, Con-
sulentes ut plurimum ad corroborandum decisio-
nem, quæ super facto casus contingentis occurrit,
alia addere, & excedendo cancellos, & terminos
casus extendere, & fulcire eorum opinionem de-
cisionibus, quæ à fortiori reddunt casum indubi-
tabilem, ut rectè intuenti patebit, ipsum fecisse.
115 Non obest denique quod novissimè ponderari
audio exadverso, dum dicit, *tit. C. de vendit. rer.
fiscal. cum privat. commun.* excludete bona commu-
nia Fisco cum Republica, sivè Civitate, aut qua-
116 libet Communitate, quam constat non contine-
ri appellatione privati, vel privatarum persona-
117 rum, siquidem privatæ dicuntur rer singulo-
rum, *l. 1. ff. de rer. divis.* à verbo antiquo, *Prius*,
118 quod singulos significat, undè privatum ius id
essa definitur, quod ad singulorum utilitatem per-
tinet, *l. 1. §. ult. ff. de iustit. & iure*, & privatum
119 opponitur communi, *l. 11. §. si ex privata, ff. de
aqua pluvia arcenda*, indè privata iudicia, & pri-
vata delicta, de quibus latè *Brisson. de verbor. si-
gnif. lib. 14. versic. privata, & privatum*, undè ex
120 hoc infert, cessare privilegium Fisci super iuri-
bus, quæ ab his Civitatibus possidentur, quæ pri-
vatorum non sunt, præsertim, cum saltim æquè
sit privilegiata Civitas regulariter sicut Fiscus,
undè privilegis cessant, & confunduntur ex re-
gulis notis.

Fateor enim, hóc motivum essa satis leve, &
meo qnidem iudicio, ni fallor, tale ut resolutio-
ne non indigeat. Nam quod hoc nomen, *Pri-
121 vatus*, sit æquivocum, omnem tollit dubitatio-
nem, & nuncupatim accipitur peculiari acceptio-
ne, cum de Fisco fit mentio, non enim alio vo-
cabulo uti possumus, cum de omnibus aliis com-
parativè ad Fiscum agimus, quam sub nomine
privatorum; privatus enim omnis dicitur respe-
ctu ad Fiscum habito, *l. Fiscus 6. l. apud Julianum
35. ff. de iure Fisci*; non igitur alia verborum for-
mula uti potuit Compilator tituli illius Codicis,
ut cæteros omnes nominaret respectivè ad Fi-
122 scum, quàm sub nomine privatorum, igitur
omnes Civitates, quæ non habent Fiscum, scili-
cet, quæ non sunt liberæ, sed subditæ, privato-
rum nomine contineri, respectu ad Fiscum habi-
to, satis est notum, cum, & quandoque Fisci
123 bona, & res fiscales, quasi propriæ, & priva-
tæ Principis sint, *l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid
in loco publico*, & Comes rerum privatarum in
rubr. de off. Proc. Cæsar. Quinimmò priscis tempo-
ribus Fiscus erat privatus Principis thesaurus di-
124 stinctus ab Ærario publico populi Romani, &
Fiscus promptuarium Cæsaris marsupium, & sac-
culum erat, *Spartian. in Hadriano, Seneca lib. 7. de
benef. cap.* 6. postcà verò immutatum, ut onera pu-
blica, cuiusmodi sunt tributa, sicut omnia alia
ad Principem pertinentia, fiscalia appellentur,
*l. 3. C. de Episcop. & Cler. l. 1. C. quib. muner. lib. 10.
Brisso. dict. de verb. signif. lib. 6. verb. fiscum, & fi-
scalia*.

Et si hoc privilegio, de quo nus agimus, Civi-
tates, & Urbes excipere voluisset Imperator, cla-
rè hoc decidisset in nigro, nec usus fuisset verbo
æquivoco in rubrica, ut declarationem sic egre-
giam sub ambiguo relinqueret, non fecit, igitur
noluit.

Et si hæc limitatio non fundatur, ut cesset pri-
vilegium adversus Civitatem passivè, fortiùs hoc
privilegio non potitur Civitas activè, sufficit enim
dicere, hoc privilegium tibi non competit, quia
dicens se habere privilegium, quod legi derogat,
probare debet.
125 Undè cessat regula, quod inter pariter privi-
legiatos privilegia confunduntur, quia necesse est
probare de paritate privilegii in illa specie, vel
actu, nec sufficit in genere, cum igitur nullo pri-
vilegio in hoc sit suffulta Civitas subdita, sed so-
lus Fiscus, quinimmò nec minor, vel pupillus,
ex cuius iure descendit privilegium Civitatis, im-
mò specialis ratio militet in Fisco, qui colligitur
ex *l. 3. C. de primipilo lib. 12.* nec unquam audive-
rimus, hoc privilegio alium quempiam ex privi-
legiatis potiri, nisi Fiscum, remanet ob id res in
tuto, & iustitia pro Fisco, quamvis non me la-
126 teat, *Everar.* in sua *topica*, *loco à Fisco ad Ec-
clesiam*, extendere hoc privilegium ad Ecclesiam,
de cuius dicti veritate nunc differere non expedit.
127 Nec obstat prædictum *consil. Bald. 171. lib. 1.*
per unum ex Dominis citatum contrà Fiscum,
dum *Baldus* proposuit casum, quod condamnato
feudatario possessore Castri ad solvendum Came-
ræ Ducali mille florenos pro pœna, & pro ipsa
executo, & addicto Castro, & demum per Ca-
meram vendito dicto Castro, quærit *Bald.* utrum
uxor pro dote, & filii pro legitima possint justè
retinere dictum Castrum, & respondet, dotem
primò debere consignari uxori, & etiam legitimam
filiis, ex forma statuti, quo cavebatur, quod ex-
haustis facultatibus paternis, quod avenerat ex di-
cta condemnationa pœnæ, deberet reservari filiis
portio, quæ ipsis pro legitima competabat. Con-
trà tamen hanc uxoris, & filiorum retentionem
fantiit *Bald.* oppositionem, quam facera poterat
Camera, quod Fiscus ratione parris, scilicet pro
pœna, potuerit vandere totum, verùm decidit
Bald. quod uxor potest esse in possessione suæ hy-
pothecæ, donec sibi fiat dotis consignatio, juxtà
cap. ex literis, de pignor. similiter, & filii donec
fiat eis in pecunia, vel pro diviso consignatio le-
gitimæ, cum isti non delinquerint, & habuerint
justam causam non relinquendi jus eorum iudi-
scussum, ex qua decisione *Baldi* dicebatur pro Ci-
vitate, *Bald.* clarè affirmare, privilegium fiscale
locum sibi vendicare, donec inter fiscum, & pri-
vatum intercedat communio pro indiviso, secus
pro diviso.

Resolvitur enim hæc *Bald.* doctrina. Primò fa-
128 tendo contrarium, nam & si concedamus, citrà
veri præjudicium, cessare privilegium Fisci in re
communi pro diviso, nihil tamen officit articulo,
de quo agitur in præsenti, ubi ex prædictis evi-
denter constat, adesse consortium pro indiviso tam
ratione personarum, & territorii indivisi, quàm
etiam quòad ipsam jurisdictionem in genere, & in
abstracto sumptam, & hoc est novum motivum
pro Fisco; siquidem constat, jurisdictionem in
genere sumptam esse unam certo modo quòad
129 exercitium divisam in species, criminalis, & ci-
vilis; undè cum jus Portulaniæ per terram perti-
neat ad speciem civilis, & sub ea comprehendatur,
& penès Regem resideat integra civilis, sicut &

130 criminalis suprema, & insima, de quasum alienatione agitur, consequens est, concesso jure Portulaniæ, remanere de necessitate consortium inter Regem, & Concessionarium, cui est concessum exercitium unius tantùm ex modis, sivè speciebus exercendi civilem, & sic non solùm remanet communio respectu jurisdictionis in genere, verùm respectu civilis, sub qua comprehenditur hoc jus Portulaniæ, quod negari non potest, & latissimè comprobavi, & exornavi variis decisionibus *lib.1. controversiarum*, in *addit. ad controvers.53. n.30. 31.cum seq.37.* & 46.nam est etenim jurisdictionem ipsam, ex sui natura individuam, cum solùm ipsius exercitium dividi possit, *Curt.senior*, *Pyrrus*, *Dom. Capyc. Covar.* & alii, quos cumulavi *lib.2. controv.Illustr. c.1.num.67.cum seq.* & *cap.2.*
131 *num.70.* ubi probavi, jurisdictionem esse quid incorporale, & individuum, & *num.71.* & *72.* posse solùm dividi exercendo jurisdictionem per quarteria, & etiam per divisionem territorii, & regiogionis, cautionibus interpositis de non impediendo ad invicem, ex *Bart. Bald. Alvar. Alexand. Curt.Capyc.* & aliis, quos ibi citavi, & ipsam jurisdictionem cohærere Castro saltem passivè, & proindè concesso Castro venire jurisdictionem, latè item probavi *controver.8. lib.1.* & in *addit. ad controv.53. num.8.*

Præterea *Bald. d. consil.171*, licèt meminerit de Castro, loquitur tamen in terminis juris communis
132 de Castro extrà Regnum, quo jure attento, non præsumitur feudum quaternatum, sed præsumitur liberum allodium, in Regno autem præsumitur feudum, item non planum, sed quaternatum
133 propter jurisdictionem, quæ est juris publici, ut post *Iserniam* in *cap.1. de controvers. apud pares termin.* declarat *Frecc. author,29. per tot. Regent de Ponte decis.2. num.19.* scripsi *lib.1. controv.7. num.12.* undè non miror, *Bald.* considerasse, posse fieri consignationem legitimæ filiis condemnati in parte Castri pro diviso, ubi agebatur de Castro allodiali sinè jurisdictione cohærente territorio, ut in casu nostro, & sic *consil. Bald.* non meruit allegari ad rem nostram.

Et tandem non admittam, omnino in re posses-
134 sa pro diviso cessare privilegium Fisci de venditione rerum fiscalium cum privatis communium,

Cum idem *Bald* contrarium expressè firmaverit in *l.2. C. de commun. rer. alien.* de quo pro nunc non expedit differere. Verùm tamen non omittam, quod mihi visum fuit mirabile ad ampliationem hujus privilegii fiscalis, de quo in *d.l.2.* cum concordantibus, ut procedat etiam in executione pœnæ irrogandæ contrà delinquentes, adeò ut si Princeps propter aliquod scelus jubeat domum delinquentis destrui, si illa domus communis sit cum altero innocente, poterit tamen integram domum destruere, privando socium innoxium sua portione, ut ex *Bal.in l.1.C.quib.ex caus.servi pro præm. libert.accip.* & *Felin, in d.cap.quæ in Ecclesiarum, num.28. de constitut.* tradit *Petra in tract. de potestate Principis*, sub *rubr.de spe, quam quis hab. ab intestat. in hered.viventis*, *§.subjiciamus nunc, num.14. vers.octavus casus*, *car.mihi* 195. quibus ego addo *Isern*, latè hoc firmantem, & inferentem ad multas illationes in *cap.1. §. receptatoribus*, in *addit.* post *num.33. vers. quærunt Modern. de pace juram. firm.* & inter alia primò advertit, quod si Judex potest diruere partem delinquentis, non debet diruere partem socii innocentis, idque prævia divisione facienda, adhibitis solemnitabus per *Isern.* traditis; si verò sit indivisibilis, vel pars delinquentis inferior, ità ut necesse sit dirui totam etiam superiorem partem, tunc vel abstineat Judex à diruendo etiam portionem delinquentis, sed illam poterit confiscari facere, vel si potiùs expedit dirui, ad inferendum terrorem malis ob commune bonum, ratione publicæ vindictæ, tunc diruet Judex, non tamen tenebitur Judex, sed delinquens socio non delinquenti satisfacere, & pretium reficere, nisi Judex potuisset domum dividere, & non divisit, vel ignorabat hoc, quæ doctrina potuit allegari contrà illum, qui dirui fecit Fundacum in platea Ulmi tempore, quo Regnum moderabatur Eminentiss. Cardinalis Zapat. Et sic habemus ex *Iser.* id necessariò intelligendum esse refuso pretio partis innoxio socio, juxtà terminos dictarum legum, & non aliter, nec ad id teneri Judicem, vel Fiscum, sed delinquentem, quo solus *Isern.* advertit, à qua pœna monerem Principes abstinere, nisi in atrocissimis, ne imitentur quod de anno . . . fuit executum jussu Marchionis de Mondejar Proregis, qui contrà Dominum Decium Como Baronem Casalis Novi pro simplici rixa cum Capitaneo Afragolæ orta ex competentia jurisdictionis, fecit destrui Palatium Baronale dicti Casalis maximi valoris in præjudicium non solum Decii, sed successorum, quæ domus non deliquerat, & ideo non est licitum, ut notat *Glos.in l.si is,cum quo, ff.commun.dividund.* & *text.* expressus in *§. oportet autem te, authent. de mand.Principum*, ubi *Justin.* ità loquitur. *Non enim res sunt quæ delinquunt, sed qui res possident. At illi reciprocant ordinem, eos quidem, qui digni sunt pœna, dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex fortè ad illorum vocavit successionem*, cum aliis per *Afflict.* in *Constit.Citationis literæ, num.6.* & in *Constit.Justitiarii nomen*, in *7.not.* & in *proœm.Const. Aret.Par.de Put.* & alii, quos citat *Addit.ad Affl.* in *d. Const. Citationis litera.*

Et ità tandem in hoc puncto fuit decisum in favorem Fisci contrà Fidelissimam Civitatem die Veneris 18. Septemb.1637. coràm Excell. D. Comite Montis Regii Prorege insignis prudentiæ, & vigilantiæ, me referente, intervenientibus Domino D. Alonso de la Carrera Locumtenente, & Dominis Tapia, Montalvo, Brancia, & Casanate Regentibus, & Præsidentibus Comite Molæ Pappacoda, Caracciolo, Cacacio, Ganaverro de Vera, et Burgueda, et Fisci patrono Fulvio Lanario,

SUMMARIUM.

1 *EXceptio, quæ nihil novi potest adducere, actum non impedit.*

2 *Emptor non prohibetur agere de evictione adversùs venditorem non citatum, si citatus aliquid opponere non potuisset.*

3 *Contractus emptionis quamvis dicatur perfectus quòad obligationem antè traditionem, remanet tamen imperfectus quòad reliqua non sequuta mensuratione reservata.*

4 *Civitas Rhegii habet jurisdictionem civilem Casalis Sanbatelli, quod priùs vocabatur* Mottarussa, & num.5.& 56.

6 *Extractiones, & contrabanna qualiter sint prohibita*

bita, remissivè. Ad hoc ut evitentur quæ remedia sunt necessaria, num.7. & 12. *ipsi præpositi acriter plectuntur, si fuerint reperti in dolo*, num.11.

9 *Portulani, Portulanoti, Secreti, & Vicesecreti, quod officium gerant in Regno, &* n.14. & 15. *Bari, & Capitanatæ sedent in Capella Regis cum Præsidentibus R.C.* num.13. *terrore perterriti à Regni Proceribus eorum officium liberè non exercent*, num.16. *ob delicta extrà officium commissa remittuntur ad R.C.* num.17. *& ità decisum*, num.18.

10 *Tractæ non sunt omnibus concedendæ.*

19 *Officiales debent puris manibus eorum officium exercere, non admittuntur si velint illud emere cum pecunia alicujus Potentis, in quem cadit suspitio*, num.20.

21 *Stilus R.C. in recipiendis oblationibus recensetur.*

22 *Negatio in fine posita tantùm refertur ad immediatè præcedentia.*

23 *Civitas Capuæ tenet sub se Casale Marcianisii.*

24 *Feuda prohibentur virtute Regiæ Pragmaticæ ad manus mortuas, vel semper vivas perveniri.*

25 *Casale à Civitate dividi non debet, & quarè.*

26 *Prælatio debet concedi cum eisdem qualitatibus, & conditionibus in prima venditione insertis, competit ratione dominii*, num.29. *non impedit exequutionem venditionis factæ sub hasta, & ità decisum*, num.31. & 44. *in causa reclamationis Universitati qua ratione permittatur Rege distrahente*, num.45.47. & 53. *non erit concedenda, nisi perfecta venditione, & sequuta traditione*. num.72. *sed contrà*, num.74. & 87. *pro dominio obtinendo differt à jure retractus*, n.75. *ratio differentiæ*, num.82. *fundatur in persona Regis*, num.80. *sinè cujus consensu non concedi-tur*, num.81.

27 *Retrahens subrogatur in locum primi emptoris.*

28 *Reservatio nihil de novo inducit, sed tantum jura tunc fortè competentia conservat.*

30 *Regula, hodiè consilium, hodiè agatur, qualiter, & quando procedat.*

32 *Reclamatio à decretis latis per R.C. in Collater. Consil. juxtà consuetum stilum spectat ad Dominum Locumtenentem.*

33 *Cedularius R.C. quid sit.*

34 *Votorum paritas qualiter dirimatur tam in contentiosis, quàm gratiosis, remissivè, in criminalibus Judices adjuncti debent inclinare in mitiorem partem*, num.35. *tempore decisionis vota scissa repetuntur*, num.41. *non retractantur*, n.42. *nec declarantur, nisi incontinenti*, n.43.

36 *Articulus dubius juris emergens æquiparatur quæstioni facti, quæ solet reddere jus incertum, & ad merita reservari.*

37 *Marcus Antonius Cioffus solertissimus causarum patronus laudatur.*

34 *Praxis, ut pro dirimenda paritate votorum dentur adjuncti desumpta à* pragmat.1. num.6. de caus. decidendis.

39 Jo: *Camillus Cacacius Præsid. R.C. insignis doctrina, eruditione, & vitæ innocentia.*

40 *Parthenius Pitagna Regii Fisci patronus commendatur.*

46 *Pacta, & conditiones extrinsecæ existimantur pars pretii.*

48 Camer. *opinio asserentis, in materia domanii non practicari* titulum de just. & jur. *refellitur, illius revocatio plura mala parit*, num.49.

50 *Vasallis domanialibus competunt interdicta possessoria pro tuenda libertate, non debent subjici odiosis Dominis, vel descendentibus ab eis*, n.57. & 59. *licèt odium esset irrationabile*, num.58. *non possunt petere, ut certæ personæ vendantur*, num.60. *sed contrà*, num.61.

51 *Universitates ad Regium domanium admitti aliquando satis non visum expediens ob dominium, & tyrannidem Potentium, &* num.52. *si à Rege distrahantur, non tantùm ipsis, sed etiam particularibus jus proclamandi ad libertatem competit*, num.63. *etiam aliis contradicentibus, dummodò pretium solvant de proprio*, num.64. *& ità practicatum*. num.65. *quid si Casalia distraherentur, an Civitati dictum jus competat*, num.88. *& qualiter*, num.91.

53 *Baro repræsentat personam Regis, & judicat tanquam deputatus ipsius.*

54 *Subjectio sub æqualibus dura.*

55 *Rex liber urgeri non potest, ut moretur in exercitu alterius Regis.*

62 *Odium inter Civitates confinantes, & Casalia, dato initio, durare præsumitur.*

67 *Princeps subditorum gravaminibus tenetur occurrere, & mederi, dicitur pater patriæ, & sponsus Reipublicæ*, num.68.

69 *Donatio non præsumitur, præsertim temporibus calamitosis.*

70 *Negotiatores cum Reg. Curia citò ditantur ob bellorum necessitates, triplicato cambiorum fœnore, Fisco expilato, & Regno depauperato.*

71 *Oblatio non præsumitur facta de propria pecunia Universitatis, data ipsius inopia.*

73 *Emptio non dicitur perfecta, dum pretium non est certum, nec quantitas rei venditæ liquidata.*

76 *Retractus repugnat juri civili, approbatur à jure Canonico, in Regno habemus Constitutionem Friderici, & in Civitate Consuetudinem, quæ dicitur præter jus*, num.77. *competens privata fundatur in proprio jure residente penès retrahentem*, num.79.

78 Text. *in* l.dudum, ff. de contrah. empt. *declaratur.*

83 Pragmat.63. de offic. Procur. Cæsar. *explanatur.*

84 *Argumentum à contrario sensu cessat in correctoriis.*

85 *Dubia probatio non relevat probantem.*

86 *Præsumptio in dubio potiùs est pro libertate, quàm pro servitute.*

89 *Feudum est caput Baroniæ, & ejus nomine agit Feudatarius, à Monasteriis, aliisque personis, quæ nunquam moriuntur possideri nequit, nisi singulis quindecim annis solvant relevium, vel illud faciant describere in faciem alicujus particularis*, num.90.

92 *Fiscus habet intentionem fundatam tam respectu civilis, quàm criminalis jurisdictionis, præsumitur læsus facta concessione rei, publicum damnum continentis, & ità decisum*, num.94.

93 *Restitutio in integrum non conceditur absque læsione.*

ARGVMENTVM.

Jus Civitati competens tanquam capiti revocandi Casalia distracta ad libertatem domanii, an venditionis exequutionem impediat. *Text. in l. dudum, ff. de contrah. empt.* pluribus exornatur.

Pragmat.63. de offic. Proc. Cæsar. declaratur, ac nonnulla incidenter traduntur apprimè necessaria ad officium Portulanorum, & materiam extractionum, ut fraudibus occurratur.

RESPONS. XXIX.

VEndito, seù infeudato per Excell. Ducem Medinæ de las Torres Vicarium Invictiss. Regis nostri Casali Sambatelli Civitatis Rhegii propè Messanam vigore specialis potestatis sibi concessæ de infeudandis Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, & locis domanialibus, etiam his, quæ mediante pretio aliàs obtinuerunt promissionem, ut retineri deberent, & conservari sub Regis domanio, sivè dominio, refuso tamen pretio servata forma decreti generalis lati me referente per Regiam Cameram in Collat. Consilio, sub die 25. Febr. 1638. & remansa jurisdictione dicti Casalis Ill. Duci Rapollæ, seù Bruzzani fratri Ill. Principis Roccellæ, tanquam ultimo licitatori, & plus offerenti sub hasta pro pretio duc. 52. pro quolibet fumante, juxtà numerationem faciendam, quod pro mille fumantibus, pro quibus obtulit pro nunc solvere emptor salva liquidatione, ascendit pretium ad ducatos 52. mill.

Cum se opposuisset Civitas Rhegii, cui fuerat intimata instantia Fisci pro venditione Casalium die 12. Martii 1638. & sic post interpositum decretum generale, & comparuit sub die 22. ejusdem mensis allegando sua privilegia, & jura, ex quibus pretendebat, ad venditionem suorum Casalium, eorumque separationem ab ipsa Civitate, velut capite, ex pluribus procedi non posse.

Et cum oppositione non obstante, fuisset processum ad subhastationem, ex quo fuit habitum pro indubitato, nihil novi, nec substantiale potuisse opponi, quod venditionem impedire potuisset, &
1 sic frustrà esset aliud expectandum, argumento *l. qui potest invitis*, ubi *Dec.* & *Cagn. ff. de regul. juris*, cum concordantibus per *Surdum decis.* 106. *nu.* 12. exemplo etiam emptoris, qui agit de evictione, etiam si non denunciavit, quando venditor nihil
2 potuisset opponere, *Afflict.* et *Ursill. decis.* 49. cum concordantibus per *Surd. decis.* 22. *num.* 9. prout exitus demonstravit, et proindè accensa candela instante Fisco per Regiam Cameram in Collaterali, ubi prædictæ venditiones ordine S.E. coràm ipso fieri consueverunt, et sub die 27. ejusdem mensis fuisset extincta candela, et remansa in beneficium Magnifici Bartholomæi de Aquino pro persona nominanda, qui nominavit dictum Ducem, qui paulò post solvit ducat. 15. mille in partem pretii liberatos eidem de Aquino in computum crediti cum Regia Curia, ex causa partitorum occasione belli vigentis in Statu Mediolani, Casali de Monferrato, et Sabaudia, et reliquum pretium promisit solvere capta possessione, et facta numeratione fumantium, prout ex instrumento stipulato per Excell. Proregem cum dicto Duce emptore sub die 10. Aprilis 1638.

Iterumque Civitas Rhegii conquereretur re integra, antè numerationem, et appositionem confinium cum designatione, et distinctione territorii pro exercenda jurisdictione, quæ necessariò debebant præcedere possessionis traditionem, siquidem
3 licèt contractus quoàd ob[...]tignem dicatur perfectus, quoàd reliqua dicitur imperfectus, donec sequatur mensuratio, vel numeratio reservata, et necessariò facienda, secundùm *Bart.* et *Castrensem* in *l. Julianus §. si Titius ff. de actio. empti*, ut de vino vendito ad mensuram dicitur in *l. quod sæpè §. in iis de contrahenda emptione*, cum concordantibus per *Paridem de reintegratione feudorum* in §. incip. *miles debebat*, *car.* 18. *à ter.* alios congerit *Surd. decis.* 64. *num.* 13. sicut in specie de confinibus distinguendis, ut fuerant antiquitùs, et juxta antiquam, et inveteratam consuetudinem, et observantiam priscis temporibus possessa declarandam ex probationibus, prout cautum fuerat in oblatione facta per emptorem, et per Fiscum acceptata, seque nimium fore gravatam de venditione quodammodo præcipitanter facta, non proviso super ejus comparitione jam in actis exhibita, quam primùm de prætensione Fisci notitiam habuit, et antè venditionem, præsertim cum decretum generale non potuerit de iure ipsi officere, cum ex Kalendario appareret, illud præcessisse notificationem petitionis Fisci factam Civitati, adeò quòd contrà ipsam nullo præcedente decreto dicebat, de facto, et sic nulliter fuisse processum ad venditionem, et separationem dicti Casalis ab ipsa Civitate, et insuper addebat, ipsam Civitatem Rhegii non solùm esse Casalis caput ex pluribus rationibus inseparabile, sed ipsam Civitatem iustè prætendere, esse non solùm dominam territorii dicti Casalis, verùm esse in possessione exercendi iurisdictionem saltim civilem infrà certam summam vigore tituli, et concessionis sibi factæ per Serenissimum Regem Ferdinandum
4 Primum Aragoneum de anno 1465. ut ex copia Privilegii extracta ex Regio Archivio, et in actis præsentata, ex qua dicebat apparere per Civitatem fuisse ipsi Regi solutos duc. mille, et quingentum, ex causa dictæ concessionis, et exercitii iurisdictionis in homines dicti Casalis, quod eo tempore nominabatur diverso nomine, scilicet *Mottarussa*, & *Asomeri*, & deindè post demolitionem ædificiorum occasione belli cum Gallis, mutato nomine appellatum fuit *Sanbatellum* cum aliis adjacentibus Vil-
5 lis, quibus ab eo tempore fuerunt imposita nova nomina, scilicet Sancti Dominici, Sancti Joannis, & Sanct. Blasii.

Et ex his, & aliis, cum Civitas prædicta Rhegii constanter instaret super nullitate dictæ venditionis, eamque ipsam fuisse nimis gravatam ex pluribus causis, ex quibus in promptu apparebat, non solùm ipsi Civitati uti ejus capiti, & utili dominæ, verùm etiam ipsi Regi, ejusque Fisco damnosa, maximè ex facultate concessa dicto emptori construendi de novo locum navium appulsui facilem, atque tutum, vulgò *lo scaro*, seù *imbarcatura*, quo nimium augebatur occasio extrahendi per mare fruges, victualia, serica, & pecuniam pretiosam, aliaque extrahi prohibita à Regno, & quæ brevi momento transducuntur in Insulam Siciliæ, quo diriguntur hujusmodi extractiones, quæ vulgò dicuntur *contrabanno*, de quorum materia, & de rebus exportari vetitis ad materiam *tit. C. quæ res asport. non deb.* &
6 *tit. C. de commerc. & mercator.* videndæ sunt duæ curiosæ *decisiones Boerii* 177. & 178. *Menoch. de arbitr. centur.* 6. *casu* 585. & *Borrel.* cumulans jura Regni in *tract. de Magistr. edict. cap.* 14. *lib.* 3. ex *n.* 77. & *Surgent de Neapol. illustrat. lib.* 1. *cap.* 24. post *num.* 10. ubi eruditè ex more discurrit, quæ iure communi, & per edicta pœnalia Regni hæc vetantis pro interesse Fisci, & Arrendamentorum præ-

præsertim Serici, cum auxilio maximè personarum exemptarum à iurisdictione temporali, quæ constat nimium frequentari cum maximo Regii Patrimonii damno, ut est notorium, adeò ut opus esset non solum novas exituras ex littoribus præsertim tam proximis Insulæ Siciliæ, cuiusmodi sunt illa, quæ solum brevi maris spatio, *dette il faro*, à prædicta Insula separantur, sed concessas ristringere, & tollere pro bono publico, præsertim cum huic malo, nec mederi possit providendo, ut in loco assistat aliquis Officialis, qui uti Custos Portus, vel
7 Liminarcha cum salario (quod offerebat solvere ipse Dux emptor) præesset custodiæ Portus, ne fierent extractiones sine permissu Principis, vel Regiæ Cameræ cum solitis expeditionibus, siquidem experientia in similibus compertum est, tantùm abesse hac diligentia impediri contrabanna, quin potiùs augeri; quandoquidem similes Custodes in locis remotis, inhabitatis, & suspectis, ubi non adest frequentia hominum, quorum timore detineantur, ne eorum facinora, & fraudes detegantur, maiorem occasionem tribuere ad fraudes committendas, easque tegendas in damnum Curiæ, & Regni, cum extrahentes fruges, & bona vetita, præsertim tempore caritatis, & cum pretia augentur, quando extra Regnum præsertim in Regionibus propinquis propter sterilitatem avenit egestas, vel carior annona, adiuti, & de consensu, et auxilio eorundem Custodum multò faciliùs, et tutiùs extractiones ad effectum perducunt, quàm si Custodes nulli adessent, ut experientia iamdudum compertum ast, non enim reperitur in dictis locis desertis qui Custodem custodiat, et ob id, quod tendit ad medelam paratur ad noxam, indèque injuria oritur, undè jura oriri deberent.

Quod fuit in causa, ut tempore Dom. D. Francisci Antonii de Alarcon Regii Generalis Visitatoris
8 Viri sapientissimi, & vigilantissimi, me instante uti Advocato Regii Patrimonii, & opem dante quond. Præsidente Vincentio Coreiono viro doctissimo, & zelanti Ministro in consessu Delegatorum super vetita bonorum extractione, fuerint prohibiti omnes loci, qui verisimiliter ratione situs erant suspecti, & accomodati pro faciendis extractionibus per mare, contrà decretum, & determinati, & concessi certi loci consueti, & magis apti, in quibus cessat suspitio ob Populorum frequentiam in locis habi-
9 tatis, & Ministrorum assistentiam, quos Portulanos vocamus, & alios illis inferiores Portulanotos, & qui in Provinciis Calabriæ nuncupantur *Secreti*, & *Vicesecreti*, de quibus in *Capit. Regn. in prima rubr. de Portulan. & extract. victual.* ubi *in fin.* notatur, quod in Apulia ille, qui tenet officium Magistri Portulani gerit officium Camerarii, qui Camerarius est idem quod Secretus in Provincia Calabriæ ut dicit *Iser.* in *rubr. de offic. Magistri Camerarii*, de quo tamen ibi dubitat *Afflict.* quod diversum sit officium Secreti ab officio Magistri Camerarii; verùm concedit, officium Magistri Portulani in Apulia continere officium Camerarii, cum in Apulia non adsit officium Secreti, sicut in Provincia Calabriæ, & addit *Afflict.* omnes istos esse Procuratores Regis, ut ad benè regendum, & gubernandum bona, & jura Regis, similes extractiones admitti non possint, nisi cum debitis expeditionibus, & literis, quas rectè Neoterici Responsales vocant, & interdum ob negotiatorum commoditatem, præsertim quando transuehenda sunt frumenta pro annona Civitatis nostræ, vel tempore abundantiæ, tracta, vulgò extractio per extrà Regnum pro servitio Curiæ conceditur, ut etiam in locis non designatis propter vicinitatem magis commodam Navium onerationi, Naves ipsæ onerentur cum assistentia Officialium Regionis, & interdum destinantur personæ confidantes, quòd expensis ipsorum extrahentium, & cum debitis expeditionibus fiat extractio, & Navium oneratio, in quo solet haberi maxima consideratio ad qualitatem negotiatorum, aut aliorum, quibus conceditur jus extrahen-
10 di, quod sint bonæ famæ, & conditionis, & non attincti, vel suspecti de similibus contraventionibus Regiorum edictorum, cum inter alias fraudes illæ sint frequentissimæ, ut pro centum curribus frumenti permissis extrahatur dupla quantitas, & etiam longè major, adeò ut multùm spectanda sit fides, & vigilantia Ministrorum, qui assistunt, & integritas, & qualitas extrahentium, & de Ministris fraudatoribus, vel negligentibus oportet acriter vindictam
11 sumere propter maxima damna, quæ ex eorum desidia, & dolosa administratione Reipublicæ, & Fisci Ærario, in dies parari compertum est.

Eodemque tempore fuerunt additæ certæ conditiones, & forma in extractionibus faciendis, ut elapso tempore præfixo, & apponi solito tam in ex-
12 tractionibus per infrà Regnum, quàm per extrà, ad loca amicorum, & confœderatorum Regiæ Coronæ, juxtà locorum distantiam, posset de facili incusari pœna contra extrahentes, & fidejussores pro Responsalibus statuto tempore non productis, ex quibus constet, sequutam fuisse immissionem in locis destinatis, ut indè possit etiam procedi ad expeditionem literarum significatorialium contrà ipsos pro pretio bonorum extractorum, & aliis pœnis tàm contrà dictos principales, quàm contrà Officiales, Magistros scilicet Portulanos, aliosque subordinatos non exequentes quod ad eorum officium spectat pro dictis pretiis, & pœnis elapsis temporibus statutis, exequendo contrà fidejussores pro cautionibus, quas ipsi capiunt eorum periculo.

Qua ratione regulariter pro extractionibus faciendis ex Provinciis Regni, in quibus inter alios adsunt duo Magistri Portulani; unus scilicet Provinciarum Bari, & Capitanatæ, quod officium est magnæ præeminentiæ, & authoritatis, & residet Baroli, adeò ut obtineat locum in sessione Regiæ Capellæ in Palatio Excell. Proregis, et sedeat in
13 sella cum Dominis Præsidentibus Regiæ Cameræ, alter verò in Provinciis Calabriæ, de quorum authoritate, et præeminentia apparent processus in Regia Camera pen. s . . . . et posse ipsos tanquam Fisci Procuratores capere informationes et formare inquisitiones contrà tenentes bona domanii, et in aliis casibus, ut per *Nigrum* in *d. t.*
14 *rubr.* ex *num.* 51. et de jurisdictione Camerariorum, et de Secretis loquitur *Afflict.* in *rubr. de offic. secreti*, provisum est, ne fidejussiones capiantur in Reg. Camera, sed per ipsos Portulanos, ne detur occasio se excusandi, non teneri pro fidejussionibus captis per alios, nec cognoscere fidejussores, licèt interdum ex justa causa soleat dispensari, ut fidejussiones capiantur periculo Magistrorum Actorum Regiæ Cameræ, pro quibus non tenentur
15 Portulani, quibus tamen generaliter injunctum est, ut pro cautela Fisci transmittant exemplum fidejussionum, quas capiunt, et referant diligentias per ipsos in dies factas, et comperta culpa, vel negli-

Digitized by Google

gligentia,solent contrà ipsos expediri literæ significatoriales.

Sed quia interdum dicti Portulani solent vim pati, ut in facto habui in Francisco de l' Acqua Portulano loci dicti Fortoris in mari Adriatico,
16 qui timore potentis Reguli, in cujus territorio sita est illa Plaga, non poterat resistere Ministris ipsius, quo minus dissimulando consentiret fromentorum prohibitæ extractioni, et aliis feudalibus in extrahendo majorem quantitatem permissam, et dum ipse voluisset se opponere, non valuit resistere minis, et terrori sibi illatis cadentibus in constantem virum.

Idemque sæpè contingit in aliis littoribus, et partibus Regni maritimis,ut Aprutii, et Calabriæ, ubi resident Portulani,et Vicesecreti,qui à Magnatibus Regni sæpè impediuntur exequi quod ipsis injunctum est in instructionibus sibi datis, et præsertim in locis,qui subsunt dominio aliquorum ex Baronibus potentibus, ubi nemo ex ipsis valet liberè,et justè exercere suum munus, et exequi præcepta,Regiæ Cameræ,siquidem vasalli ipsorum Baronum non audent adipisci, nec exercere dicta officia timore perterriti, ut exemplo Caroli Piscioni civis, et Vicesecreti in Terra Paulæ, qui ob varias molestias,nescio an fuerint persecutiones, justè,vel injustè passas (Deus scit) post varia infortunia, et expensas, quas substinuit in carceres Castri novi conjectus, postquam instante Fisco fuit decretum, de delictis contra ipsum prætensis esse illorum cognitionem remittendam ad Reg.Cameram, etiam
17 quòad delicta commissa extrà officium, sicuti de omnibus Ministris subordinatis Reg.Cameræ, cui subjiciuntur, tandem adhuc mortuus fuit in dictis carceribus, decretum fuit latum referente Regia Camera in Collaterali die Veneris 26. Novembris 1638.coràm Excellentiss.Prorege,penès Actuarium Galluccium, & specialiter judicatum, omninò ad
18 Regiam Cameram spectare dictam cognitionem indistinctè, non obstante dispositione tam *Reg. Pragm.* 13. *anni* 1533. §. *& quanto alle cause*, & *Pragm.* 61. §. 20. *in fine*, lata 5. *Octobris* 1584. *de offic. Procur. Cæs. in noviss.* quæ nunquam fuerunt usu receptæ,ut latiùs scribam (Deo dante)*in decis. fiscalibus*, exteri verò,et advenæ, maxima cum difficultate suscipiunt, et accedunt ad emendum hujusmodi officia vendi solita,cum sint, ut plurimum modici salarii,nec expediat relicta patria, mutando, domicilium, accedere ad habitandum alibi in terris Baronum,vel etiam in locis domanialibus, ut resistant pro publica, et Fisci utilitate Magnatibus, et aliis etiam solitis exercere, et se ditare cum extractionibus, et contrabannis, idque cum tenui salario,subjiciendo se vitæ discrimini, ac diversis periculis,dum volunt integrè, & fideliter eorum officia exercere puris manibus, ut debent, juxtà præcep-
19 tum *Justin.* in §. *præcipuè*,& §. *talem verò*, ubi *Glos. vers talem*, citat concordantes, *auth. de mandat. princ.*& §. *eos autem*, ubi etiam *Glos. ut judic. sine quoque suffragio*, *Rebuf. de rescrip. art.* 1. *gloss.* 2. *ad constit. Galliæ*, quòd tamen ab istis Ministris fiscalibus inferioribus dubio, malè servari, adeò ut experientia visum sit,ut vacantibus pluribus ex dictis officiis, iidem Barones, et alii, qui similia exercere solent per suos familiares, et subditos de propria eorum pecunia nisi fuerint emere suorum familiarium,et subjectorum nomine dicta officia, ut hoc modo ad libitum tutè, et liberè, sine metu, absque pœnarum incursu, extractiones bonorum frequentarent. Undè ipse veluti Fisci patronus (quod munus per septennium substinui) pluries institi,declarari personas, quæ ad licitandum prædicta officia accedebant,et conabar patefacere,cuius nomine,quo
20 impulsu,et cuius pecunia ad emptionem accedebant, et obtinui, ut plures oblationes rejicerentur tanquam procuratæ per homines suspectos potentiorum nomine.

Et ut undè digressi sumus, revertamur, addebat quoque Civitas Rhegina, in venditione facta dicto Duci, minimè fuisse concessum scarum, seu imbarcaturum, cum in margine oblationis legeretur deleta illa clausula, sivè facultas aperiendi scarum, immò denegata constructio; stylus enim receptus
21 in Tribunali, est, ut præsentata oblatione in Regia Camera vigore banni ad offerendum, discutiantur in Tribunali præsente Fisco, & Parte, pacta, & conditiones, et manu Præsidentis Commissarii notentur reformationes, quæ ex discussione cum Fisco, et Parte, de communi consensu absolvuntur, et firmantur, licèt pro emptore allegaretur, non fuisse denegatam facultatem aperiendi scarum, sed tantùm negationem illam referendam esse ad postremam claululam concessionis iuris prohiben-
22 di, quam emptor exigebat ultra scarum, argumento *text. in l.* 3. §. *filius*, *ff. de liber. & posthum. Curtius iunior cons.* 7. *num.* 11. *Boer. decis.* 146. *n.* 5. et sic non erat prohibita, sed permissa aperitio dicti scari, quod dicebat apparere ex copia ipsius oblationis, cuius originale, ubi erant adnotata omnia pacta cum reformationibus, et restrictionibus conventis manu mea in margine notatis, inveniri non potuit.

Verum ad tollendum omne dubium ipsa Civitas licèt tot rationibus suffulta, porrecta comparitione, ut Fiscum ratione utilitatis ad suam partem traheret ut solent cauti Advocati omni conatu Fisci patrocinium advocare, petiit per viam tamen prælationis, & omni meliori modo admitti, ut soluto eodem pretio per emptorem oblato cum eisdem pactis, conditionibus, & prærogativis in oblatione acceptata, & instrumento jam rogato in dicta emptione præferri, excepta tamen prætensione territorii, quod dicebat vendi non potuisse tanquam proprium ipsius Civitatis, quòad dominium, & jurisdictionem, ex suprà mentionatis privilegiis, quorum occasione ipsa Civitas intendebat exercere jus prælationis, non ad finem, ut prædictum Casale obtineret domanium, sed ut vice, & loco emptoris subrogaretur ipsa Civitas, tam etsi vigore dicti tituli Regis Ferdinandi, & possessionis, in qua prætendebat permanere illius vigore circa exercitium jurisdictionis civilis potuisset Fiscum, & emptorem excludere, offerendo idem pretium solvere in subsidium expensarum belli pro exercitu S.M. ac si nullum jus haberet in eo, & titulo prædicto, & possessione careret, ut ipsa Civitas loco emptoris subrogata remaneret utilis
23 domina ipsius, & Regis feudataria, ad instar Civitatis Capuæ, quæ hoc modo tenet sub Rege, & dispensatione Casale Marcianisi, Lanciani, & aliarum, quæ similes obtinent jurisdictiones in Regno.

Et quatenus obstaret *Pragmatica novem Capi-*
14 *tum*, cujus vigore non possunt feuda ad ipsam ut Vniversitatem pertinère tanquam perventura ad manus mortuas, vel semper vivas sine legis particulari dispensatione obtulit, ut describeretur Ca-

fale

Digitized by Google

fale in faciem alicujus ex civibus nominandi, fuc-
ceſſores habentis, pro quo Procurator exhibuit con-
ſenſum in ſpeciali mandato ad hoc dato per Civita-
tem legitimè congragatam.
Et addebat jure hoc eſſe admittendum, dum de
titulo oneroſo ſoluto pretio, & bono jure circà do-
25 minium, & juriſdictionis exercitium in promptum
docebat, ex quo infinitæ lites, & jurgia, tam ipſi,
quàm Caſali, et Fiſco damnoſæ, immò inextrica-
biles ceſſarent tam in poſſeſſorio, quàm in petito-
rio, et juriſdictionis exercitio, et ſimul ceſſaret quo-
que ſeparatio Caſalis ab Vrbe cum diſtinctione con-
finium, et terminorum, re fatis incerta, et dubia
remanente, Caſali unito in favorem Fiſci, quoad
functiones fiſcales, et onera, et in favorem Civi-
tatis, et Caſali quoad ſubſidia, et adjutoria reci-
proca tempore invaſionis, vel obſidionis, utrique
capiti ſcilicet et membris, nedum utilia, ſed neceſ-
ſaria, quæ diſtracto Caſali non potuiſſent eodem
tempore Baroni ſimul, & Domino, & Civitati præ-
ſtari.
Quo admiſſo conſiderabat etiam ceſſare aparitio-
nem, ſivè introductionem novæ exituræ, ſeù ſca-
ri, tam noxiam Fiſco, & publicæ utilitati, ſi-
cut Fiſcus validiſſimè inſtiterat, hujuſmodi faculta-
tem omninò tolli, & quatenus opus fuiſſet, etiam
per viam reſtitutionis in integrum, tanquam in hoc
læſus, ut venditio fieret abſque ſcaro.
Quod agnoſcens Fiſcus hac ſibi via parari facilem
modum denegandi ſcarum, Civitatis inſtantiæ in-
hærendo, & explicando latiùs futura damna, & oc-
caſionem ſimilia contrabanda admittendi, & multi-
plicandi in Regione, ubi adeò frequentantur, & ubi
novis remediis opus erat illa vetare, Civitatis peti-
tioni inhæſit.
Et quoniam in dicta comparitione præſentata per
Civitatem ſub die 23. menſis Martii 1639. aliæ quo-
que conditiones, & pacta erant pro parte Civitatis
adjecta diverſa, & ultrà oblationem factam per Du-
cem emptorem, agnoſcens Civitas, viam juris præ-
lationis ſibi patere non poſſe ſub diverſis pactis, ut
eſt adeò clarum, quod alia probatione non egeat,
ſiquidem nomen ipſum prælationis hoc indicat ut
26 ad inſtar retractus, prælatio admittatur, in quo
lex, aut ſtatutum facit jus alteri retrahendi, atque
ad ſe veluti venditionem revocandi, ſeque ità in lo-
cum venditoris collocandi, atque ſubrogandi, adeò
ut veluti ſubrogatus ejuſdem ſit naturæ, cujus is, in
cujus locum ſubſtituitur, & ſuccedit, *l. Imperator*,
§. ultimo cum l. ſeq ff. de legat. 2. cum concordantibus
per *Tiraquell.* qui in puncto loquitur in *1. retract.*
27 *§. . gloſ.* 18. *num.* 8. qua ratione idem omninò pre-
tium novus emptor offerre debet, quantum ab alio
fuit oblatum citrà fraudem, etiam ſi juſtum excedat
ſecundùm veriorem, & receptam ſententiam, quam
firmat idem *Tiraquel. d. gl.* 18. *num.* 4. & 10. omni-
bus illis pactis additis renunciavit, reſervando ſo-
lùm jus, quod ſibi competere prætendebat vigore
jam ſupracitati privilegii Regis Ferdinandi Primi,
cui innitebatur jus obtinendi prælationem jure feu-
di cum utili dominio, eo modo, & forma prout
juriſdictio erat vendita dicto Duci emptori, offerens
ſolvere pretium numeratum ad beneficium Curiæ,
quam reſervationem ſupponebat Civitas non redde-
re diverſam ipſius oblationem ab altera priùs facta
per Ducem emptorem, cum nihil extraneum per il-
lam adderetur, nec novum pactum, vel conditio,
ſed tantùm juris proprii (ſibi ex antiquo titulo Re-
gis, qui potuit concedere) reſervatio, cujus natu-
ra eſt, ut nihil novi inducat, ſed antiquum jus (ſi
28 fortè competat) conſervet, *Oldrad. Socin.* & alii
relati per *Becium conſ.* 74. *num.* 6. *lib.* ... & *Surd.*
dec. 8. *num.* 25.
Ex quo titulo oriebatur, & competebat Civitati
29 jus ipſum prælationis ratione dominii, juxtà *l. ult.*
C. de jure emphit. vel ratione conſortii in juriſdictio-
ne civili, ut latè ſcripſi in *appendice ad controv.* 53.
lib. 1. *controv. illuſtr. art.* 2. *num.* 17. & 1. 25. & 36. &
per totum, ubi *num.* 30. plura de effectibus præla-
tionis, quæ oritur ex dominio.
Verum cum eo tempore die Veneris 8. Julii 1639.
fuerit de prædictis facta à me relatio in Collaterali,
cum interventu Regiæ Cameræ, opponente ſe em-
ptore, & inſtante, ut conſignaretur ſibi poſſeſſio,
offerens ſolvere reſtans pretium prævia numeratio-
ne, & confinium appoſitione, & prætendente è con-
trà Civitate eſſe omninò providendum ſuper petita
per ipſam prælatione, quæ ſi admitteretur, abſor-
buiſſet integrum negotium, maximè cum ageretur,
ut pro ejus parte dicebatur, de mero juris articulo
quem prætendebat eſſe clarum ad ſui beneficium,
& continere ſummam æquitatem, & cum maximo
Fiſci compendio, dum Civitas offerebat integrum
pretium, quod ab extraneo emptore nullum jus
prætendente fuerat oblatum, idque re integra antè
traditam poſſeſſionem, ex quo etiam evitabuntur
lites, & expenſæ omnibus, & præſertim Univer-
ſitatibus nimium damnoſæ, quod etiam ſuaderi vi-
30 debatur ex regula, hodiè conſtat, hodiè agatur,
de qua in *l. ſi is, à quo*, quæ eſt 3. *ff. ut in poſſeſ. legat.*
Roman. conſil. 244. *num.* 6. ubi *add. Felin.* & *Dec.* in
cap. ex parte, il 2. *de offic. deleg.* eundem *Dec. conſ.* 424.
proponitur, & *conſ.* 467. benè etiam *Tiraq.* in *l. ſi*
unquam, verb. omnia, num. 31. *circa med.* ſed quo-
niam jam emptor habebat pro ſe jus quæſitum ex
venditione ſub haſta, ſub qua nemo decipiendus
eſt itemque contractum jam ſtipulatum cum Vica-
rio Regis, & Fiſco Cameræ cum ſolutione partis
pretii, & de voluntate, & viribus exſolvendi per
Univerſitatem pretium illud magnum, fuit maxi-
mè illa die dubitatum ex variis judiciis, viſum pro-
31 pterea fuit, & dec ſum pro majori votorum ſuffra-
gio, licèt pleriſque contradicentibus, non eſſe im-
pediendam exequutionem contractus per oppo-
ſitionem noviter factam pro parte Civitatis ſuper
jure prælationis per eam prætenſo, adverſus quod
erat audiendus emptor juris ordine ſervato, qui
multa potuiſſet opponere ad excludendam Civitatis
prætenſionem, & proindè mandatum conſignari
poſſeſſionem Duci emptori, ſalvo jure prælationis
oppoſito, ſuper quo poſtmodum pleniùs auditis
partibus providebitur.
A quo decreto cum Civitas reclamaſſet, etiam
implorato auxilio in integrum reſtitutionis, & ob-
tinuiſſet à Domino Locumtenente, quod idem
Commiſſarius referret in gradu reclamationis, ad
quem de jure ex ſtilo ſpectat admittere reclamatio-
32 nem, vel aliud quodvis remedium adverſùs decreta
Regiæ Cameræ, tam etſi prolata in Collaterali, jux-
tà notoriam praxim, & deindè precibus Principi
oblatis fuiſſet ordinatum, quod Reg. Camera de ju-
ſtitia provideret, exponendo ſe læſam, cum pre-
tium integrum oblatum aſcendens ad ſummam duc.
52. mil. diù otioſum rationiſſet in Banco, & ad
ejus inſtantiam fuiſſet per S. E. juſſum Auditori Te-
norio, cui fuerat commiſſa poſſeſſionis traditio,
præ-

prævia numeratione, & consilium appositione,
quod supersederet in consignatione possessionis,
usque ad alium ordinem S.E. ne desineret interim
res esse integra in reclamationis de proximo expe-
diendæ præjudicium.

Et amplius instante Fisco fuisset injunctum Civi-
tati, quod nominaret civem in cujus faciem posset
feudum dicti Casalis describi in cedulario, qui liber
est, ubi describuntur omnes feudatarii tenentes
33 feuda immediatè, & in capite à Regia Curia cum
taxa servitii, quam Adoham, sivè Adohamentum
appellamus, ex quo videbatur quodammodo jus
prælationis non omninò rejectum.

Tandem cum iterum secunda vice facta relatione
sub die ... Julii fuissent vota scissa, quo pacto J.C.
nominat suffragia, sivè vota paria in *l. si pars Judi-
cantium*, *ff. de inoffic. testam.* licèt aliter, & satis
barbarè nominentur per *Afflict. decis.* 379. *in fin.*
benè tamen *Igneus* in *l.* 3. §. *si conditioni*, *num.* 52. *ff.*
34 *ad S. C. Syllan.* quæ quomodo diffiniantur tam in
contentiosis, quàm in gratiosis, & quid in Sedili-
bus, eruditè, et practicè *D. Sargens de Neap. Il-*
35 *lustr. lib.* 1. *cap.* 25. *ex num.* 27. et quod in criminali-
bus Judices dati ad dirimendam paritatem, debeant
inclinare, et eligere mitiorem, *Castill. Sicul. dec.* 159.
in fin. 2. *par.* pronunciantibus quatuor ex octo, non
esse deferendum petitæ restitutioni in integrum,
moti ex eo, quod nulla secundùm ipsos aderat con-
siderabilis læsio, dum non exclusa, sed reservata
fuerant jura Civitatis cum majori deliberatione de-
cidenda ob articulum juris intricati, quem constat
æquiparari quæstioni facti, quæ solet reddere jus
36 ipsum incertum, et dubium, et solet reservari ad
merita, ut per *Bart.* in *l. nam & postea, ff. de jurejur.*
Dominum meum Capyc. decis. 10. *num.* 19. & 20. *Me-*
noch. de arbitr. lib. 1. *q.* 53. cæteris verò quatuor ex
octo dicentibus, non esse longiùs protrahendam de-
cisionem articuli prælationis, qui ex anteà discussis
videbatur ferè alias decisus in favorem Civitatis,
dum fuerat de eo, tantùm præcipuè dubitatum, non
posse Civitatem admitti ad emptionem feudi obstan-
te ism dicta Pragmatica Caroli Cæsaris, cujus oc-
casione Dominus Marcus Antonius Cinsius soler-
37 tissimos Civitatis Advocatus prævidens difficulta-
tem maxima celeritate misso nuntio obunuciat
mandatum validum pro descriptione Casalis in fa-
ciem unius ex Civibus, quod in promptu exhibuit
antequam decideretur articulus, quinimmò expres-
sè juxtà votum dictorum quatuor fuit specificè ad-
missa prælatio ad beneficium Civitatis tanquam ra-
tionabiliter, et justè petita, maximè pro terminan-
da querela Fisci circà concessionem Scari, super
quo omnes octo Senatores concordi sententia sen-
sunt, esse in omnem casum deferendum petitæ per
Fiscum restitutioni in integrum adversus conces-
sam, si qua fuit concessio Scari in contractu, et suc-
cessivè denegandam dicti Scari aperitionem, ob bo-
num publicum.

Super quo tandem nominatis per S.E. tribus Ju-
dicibus adjunctis, sivè delegatis ad dirimendam pa-
38 ritatem juxtà notam praxim, quæ ortum habuit
ex *Pragm.* 1. §. 6. *de causis decidendis*, de qua memi-
nit *Præses de Franchis decis.* 452. *num.* 6. et declarat
D. Reg. Rovitus super ipsa *Pragmatica num.* 2. licèt
ex errore non fuerit in numero trium electus Do-
39 minus Præsidens Cacacius insignis doctrina, eru-
ditione, ac vitæ innocentia, qui erat unus ex Ju-
dicibus ordinariis, et non intervenerat ea die, quo

fuit votata causa, et ob id debuerat postea nominari
infrà tres, qui vigore Reg. Pragmaticæ habebant
dirimere paritatem, facta per me iterum relatione
9. Septembris plenè partibus auditis, ipsisque semo-
tis, audito novo Fisci patrono D. Parthenio Pita-
40 gna Advocato moribus, & doctrina celebri, qui
instantissimè de novo inhæsit instantiæ Civitatis
Rhegii pro admissione prælationis, præcipuè ad evi-
tandum concessionem Scari ad excludendas fraudes
et contrabanna, iteratò implorando remedium re-
stitutionis in integrum à suo prædecessore Præside
Fulvio Lanario pro Fisco similiter petitis.

Vndè tandem repetitis votis, quæ fuerunt scissa,
41 breviter quoad fieri potuit pro cujuslibet facultate,
juxtà stilum, siquidem propter jus quæsitum parti-
bus, et quia functi sunt Judices eorum officio, et
quòad ipsos verè censetur, ac si esset lata sententia,
et negotium terminatum, et propterea votum da-
tum nemo potest mutare, nec quovis pacto corri-
gere, aut variare, sicuti testa ur in praxi inconcus-
42 sè semper observarum in synodalibus causis, *Sar-*
gent de Neap. Illustr. cap. 27. *eodemque ultimo*, sub
num. 45. *vers. at quando*, sicuti non solum est de jure
notissimum, ad *text.* in *l. Judex posteaquam* 55. *ff. de*
re judic. adeò ut nec possit per Judicem ipsum decla-
43 rari, cum hoc sit speciale in Principe, juxtà *Afflic.*
decis. 215. *num.* 3. *in fin. Franch. decis.* 398. *num.* 2. &
4. *Cacher. decis.* 101. licèt permittatur Judici incon-
tinenti tantùm declarare, secundùm *Raudent decis.*
Pisana 1. sicuti id non licere regulariter supponitur
veluti indubitatum, & certum in *d. Pragm.* 1. §. 6. *de*
caus. decid.

Ex voto Judicum adjunctorum fuit decisum, non
esse remorandam consignationem possessionis Duci
emptori occasione prælationis petitæ per Civitatem,
44 verùm esse deferendum petitæ restitutioni in inte-
grum pro parte Fisci, & ideò possessio prædicta con-
signetur emptori, absque facultate introducendi Sca-
rum.

Quo decreto licèt non fuerit exclusa Civitas
à prætensione prælationis, sed reservata illius deci-
sio, consignata possessione emptori, attamen non
reticebo, aliquos ex prædictis adjunctis, quamvis
præmaturè visos fuisse inclinare ad prælationis ex-
clusionem, ex subscriptis.

Primò, quia jus prælationis, quod certum est non
competere vasallis de juris rigore, cum nulla lege
hoc caveatur, sed competit causativè ex quadam
juridica æquitate, ut Rege vendente, de quo nos
45 agimus in præsenti, liceat eis offerre idem pretium,
ut Princeps conservet eos in Regio domanio, & ab
illo non separet, juxtà doctrinam *Andreæ* in *l. Im-*
perialem, §. *præterea*, *vers. nec dominus*, *Anna al-*
leg. 27. *Dominus meus de Curte* in 1. *par. de feudis*,
cap. 3. *num.* 39. *vers. circa primum*, non videtur, ut
competere possit vasallis, nisi sub eisdem omninò pa-
ctis, & conditionibus, quibus à Rege fuit facta
venditio emptori, cujus occasione orta fuit, ipsa
æquitas petendi prælationem, ex eo, quod Prin-
ceps teneatur gratiam facere, quæ subditis prosit,
& ipsi non noceat, ex regula *l. in creditore*, *ff. de*
evict. nec enim debet, aut potest fieri subrogatio
loco primi emptoris diverso jure, ut suprà diximus.

Et maximè cum hic dici possit, non solùm varia-
si pacta, & conditiones extrinsecas, quæ continentur
46 adhuc pars pretii, ad *text.* in *l. fundi partem* 79. *ff.*
de contrahenda emptione, cum aliis per *Dom. de*
Franchis decis. 94. sed videtur variari ipsa substan-
tia,

Digitized by Google

tia, & præcipuus finis, cum jus prælationis inventum, & usu receptum ad conservationem, & reparationem libertatis, quæ maxima, & summa considera-
47 ratur, ut vivant vassalli burgenses sub immediato Regis (præsertim Monarchæ maximi) dominio, ut scriptum reliquit *Iser.* in *l. Imperialem, §. præterea Ducatus*, sub *num.45. Lucas de Pen.* in *l. 1.C. de capitat.civ.cens.exim.lib.11. Dom. de Carte de feudis, par.1.cap.3.num.* 42. *Reg. Rovitus* super *d. Pragm.* 63. post *num.23.& n.* 24. & plura cumulat *Franch. dec.17.num.3* sed peroptimè Dom. meus *Socer Cavaill.de Medic.cons.* 164. pro Universitate Marilianii *num.4.11.& 13.* ubi licèt *Camerar.in d.l. Imperialem in ultimis verbis* dixerit, in materia doma-
48 nii non practicari *titulum de justitia, & jure*, quare voluerit jure non fundari, quam opinionem latè defendit prædictus Dom. meus *de Carta d.cap.3.* ex *num.40.43.44.& 47.* attamen illud deduci ex veris juris principiis, peroptimè fundat idem meus *Socer d. consil.* 144. ex *num.* 11. ubi *num.* 4. refert damna,
49 quæ oriuntur ex ipsa infeudatione, & domanii revocatione, idemque *D. Reg. Rovitus* super *Pragm. 63.de offic.Proc.Cæsar.num.17.& num.23.& 24.* ubi contrà *Camer.* fundat, esse juri subnixa, *D. Consil. Paschalis tract. de viribus patriæ potest. cap. 1.* ex *num.29.* ubi latè nititur, revocationes domaniorum exercari, scribens pro sua patria Cosentia, & pulchrè *Revert.decis.23.lib.6.* ubi quod vassallis domanialibus competant interdicta possessoria pro con-
50 servanda libertate, ex *Constit. Personas*; convertatur in durissimam servitutem, ut scilicet Casale prædictum in præsenti casu amissa libertate domanii, qua hodiè fruitur, simul ferè, & æquali modo cum ipsa Civitate ipsius capite subjiciatur ipsi Civitati, & successivè nobilibus ipsius præpotentibus, & quibusdam protervis civibus, qui solent in Regno, ut experientia docet, durissimo, & iniquissimo jugo dominari non solùm Casalensibus ferè in omnibus Civitatibus Regni, sed etiam eisdem Civibus, & Plebi, quæ si eveniunt de facto, etiam in Civitatibus, quæ admittuntur ad domanium, quæ, ut plurimum à protervo cive, seù notario subductæ
51 servituti potentiorum subjiciuntur, ut advertit sæpè evenisse *Freccia de subfeudis lib. 2. auth. 2. nu.26.* quem probat *D.Reg.de Carte d.cap.3. n. 75.* ejusque verba formalia refert *Reg. Rovit* super *d. Pragm.63.num.19.* quantò fortiùs si Casale vendatur ipsi Civitati, & proindè experientia docuit, admissiones Terrarum ad domanium, produxisse contrarium effectum ejus, ad quem fuerant adinventa, & sic potiùs servitutem, & exitium, quàm libertatem, & refectionem virium, & ob id viso pessimo exitu triginta ab hinc annis, non fuerunt ità de facili admissæ ad domanii petitionem Universitates
52 Regni, sicut priùs, ut testantur *de Carte d. cap. 3. num.73.& Rovitus super dicta Pragm. num. 26. in fin.* idque justè fieri potest, cum totum fiat ex jure Regis directi Domini, ut benè fundat *D. de Carte d.cap.3.ex num.48. & num. 52. in fin.* & eo invito illud exercere non valent, ut ex Regente Fornario, Regente de Ponte, & Reverterio fundat *Rovitus* in *d.Pragm.63.num. 27.* & dum actus faciendus ab Universitate est sibi damnosus, justè denegatur decretum, *D.Capyc.decis.4.num. 29. D. Rovitus in d. Pragm.num.5.*

Hæcque feveritas eò durior, quo injustior, & interdum in pares exercetur, isti enim ex violenta usurpatione dominantur tyrannico modo, agnoscentes id sibi jure non competere, secus in Barone, qui repræsentat Regem, à quo fluit jurisdictio, & judicat tanquam depotatus à Rege, *Frecc.lib.2.*
53 *author.45.num.4.* & dicitur Regis Officialis. *Iser.* in *cap.1.§.hæreditatem, de pace tenenda*, & in *Consil. Regni Officiorum*, & habet interesse, ut vasalli conserventur, & non depauperentur, & dum sunt sub Barone, subjiciuntur uni scilicet ejus Capitaneo, quo mediante tenetur Baro administrare justitiam, non autem per semetipsum, qui Capitaneus quolibet anno debet parere sindicatui, juxtà Pragmaticam, de quo *Franch.decis.* 511. contrà verò si Civitati subjiciontur, remanent addicti servituti totius Populi, in quo sunt Cives natalibus, & opibus æquales, & interdum inferiores Casalensibus, quæ
54 subjectio sub æqualibus durissima est, argumento *l.ille, à quo 13.§.tempestivum ff. ad trebell.* & magis in specie *Isern.in cap.1.§. si quis decesserit, tit. si de feud.defunct.milit.contr.fuer. int. dom. & agna.* in ea quæstione, quomodo Rex feudatarius alterius Regis possit urgeri ad servitium præstandum, & ad quæ servitia cogi possit, ubi *num.4.in fin.* resolvens, Regem liberum non posse urgeri, ut commoretur
55 in exercitu ab altero Rege, affert *Glos.* in *l. hæres per servum 43.vers.partem ff. de acquir. hæred.* dicentem, quod etiam asinus auribus intumesceret, si sciret se per comparem apprehendi, & de *Iser.* meminit *Frecc.in 5.auth. num.7.lib.2.*

Accessit prædictis consideratio antiquissimi odii, ex gravissimis, & capitalibus causis, quo Civitas prosequuta est Casalia, val Terras Mottaruffæ, & Anomeri, in quorum locum prætenditur mutato aliqualiter situ, & renovatis ædificiis fuisse per successores eorundem Civium ædificata Casalia
56 Sanbatelli, & reliqua; ut ex eodem Privilegio Regis Ferdinandi Primi per Civitatem exhibito, ut fundarent jura super dicto Casali, apparet, in quo per assertionem Civitatis narratur per Dom. Regem fuisse eidem Civitati, & civibus concessum (quòd quamprimum Terræ prædictæ tunc rebelles Regiæ obedientiæ, & fidelitate se reducerent, illas diruere liceret, ac depopulari, & ad eandem Civitatem reducere) & inferiùs, quòd liceat nunc, & in futurum ad libitum Totsim ejusdem Terræ Anomeri dejicere, & solo æquare, ac Terram ipsam muris, & fossis destituere, & in Casale planum reducere, vel in totum destruere.

Et consequenter etiam si ex causa necessaria, et publica subjiciendum esset Casale alterius dominio pro sustinendo Regis exercitu, durum videtur, et inconveniens subjicere illud odiosis, vel his, qui ex odiosis descendunt, tanquam ex infecta radice
57 rationabiliter excludendis, ut ex *Soc.Paris. Simane de Pratis*, et aliis probat *Surd. dec. 41. num. 7. cum seq.* etiam si odium esset irrationabile, ut colligitur ex *Surd. ibidem* post *num.* 10. generaliter enim etiam ille, qui fuit causa inimicitiarum, quam-
58 vis sine justa causa, potest tamen de ipsis opponere, et excipere, *Guid. de Suzaria* relatus per *Jo: Andr. ad Spec.et Bart.* ambo relati per *Regentem de Ponte de potestate Proreg. in prima rubr. de provision. fieri solitis, titul.1.num.6.in fin.fol.4.col.2. Ambros. decis.50.num.62. Giurb.cons.crim.13.nu. 7.* et rursus *cons.37.n.22.* novissimè *Fontanell.dec.14. n.10.* ad quem in hac materia erit necessariò recurrendum.

Quinimò nedùm vasalli, qui inviti coguntur mutare dominium Regis, ut privato subjiciantur,

non debent odiosis subjici, sed conveniens esset, ut
59 si fieri possit, subjiciantur Domino ipsis grato, et
amabili, ut si in uno gravantur, in alio relevantur,
ex regula secundùm naturam.

Quamvis enim visum fuerit *Reg. de Ponte cons.*
60 *157. num.* 15. non esse admittendam petitionem
Universitatis, quæ certæ personæ, et non alteri instabat
se vendi, quia nimium restringebatur libertas,
et favor contractus in damnum ejusdem Uni-
61 versitatis, et aliorum, quorum intererat, attamen
memini aliàs tractatum, favendum esse Universitati,
quæ invita distrahebatur, ut subiiceretur Domino
ipsi grato, et amabili, ab ea rationabiliter desiderato,
et petito; idque evenit in venditione Casalis
Palmæ Civitatis Seminariæ, quod nominatim
petiit vendi Ill. Marchioni Arenarum, dicti Casalis
civibus grato, à cujus humanitate sperare poterant
bene tractari, et protegi, quod fuit executum, et
venditum Casale ipso instante, et nominante emptorem,
quidquid contradixerit, multa allegando
Civitas ipsius caput Seminariæ, quæ seipsam semel
ingenti pretio centum milia aureorum redemerat.

Odia autem, præsertim inter Civitates confinantes,
et vicinas, et inter Urbes, et Casalia, dato initio,
vel causa jam experientia docet, adeò durare, præ-
62 sertim in Regno, ubi exempla vigent inter Gisonum,
et Montem-Corbinum, at in aliis innumeris,
ut hoc veluti perspicuum alia probatione non
egeat.

Ampliùs dictum fuit, quod licèt irregulariter
jus proclamandi ad libertatem competat illi Civitati,
Castro, Casali, seù Vico, qui a Dominio directo
63 alienatur, necnon et Civibus, etiam particularibus
aliis contradicentibus, modò de proprio offerant
pretium sine spe repetendi, quando major pars contradicit
domanio, juxtà alias discussa, & decisa, ut
refert Dominus meus avunculus, & magister *Reg.
de Curte d. cap. 3. primæ partis de feudis, n. 70. Reg.
Rovitus* super *dicta Pragmatica 63. num. 20. & 21.*
ubi referuntur decisiones, & etiam ipsi Civitati ca-
64 piti, quando ipsius Vicus, seù Casale alienatur, cum
justum sit, & conveniens, membra a suo capite non
separari, & interesse capitis membrum aliquod à se
non abscindi, & ob id semper fuerunt admissæ ipsæ
Urbes ad defendendum conservationem domanii
proprii suorum Casalium, pro earum interesse, quod
consistit in multis, ut sunt annona, & abundantia
sibi providendi ex Casalibus, quæ cum separantur,
& Baroni subjiciuntur, ferè diminuitur, vel etiam
ex toto cessat, item propter obsequia, servitia, & auxilia,
quæ tempore belli, vel cujusvis alterius necessitatis
solent per Casalenses Civitati præstari, &
tandem cæteris omissis consideretur conservatio libertatis
ipsorum Civium, & Nobilium ipsiusmet
Civitatis, qui possident agros, vineas, viridaria, census,
& ferè omnia eorum bona in tenimento, & districtu
Casalium, quibus sub imperio Baronis liberè
uti, & fortè nullo modo frui permittitur, adeò ut
restricta illis libertate, vix intra murorum ambitum
eis spatiari permittatur, nè foras vel tantillum
egressi, prohibito etiam licito armorum usu jugo
servitutis Familiæ Baronis, ejusque Capitanei subjiciantur,
quibus rationibus attentis ferè omnia domania
obtenta per Civitates, tam gratiosè, quàm in
remunerationem fidelitatis, & servitiorum, & præsertim
pretio mediante fuerunt expressè comprehensa,
& impetrata pro seipsis, & suis Casalibus, &
Villis, quorum impensa fuerunt etiam obtenta domania,
& ob id Civitates semper admissæ fuerunt
65 ad defensionem domanii suorum Casalium, ut practicatum
fuit cum Civitatibus Neapolis, Surrenti,
Nolæ, Gaetæ, Seminariæ, & aliis.

Hoc tamen dicebatur esse declarandum, ut non
facilè sit hoc jus prælationis concedendum Civita-
66 ti Capiti contrà voluntatem ipsius Vici, seù Casalis
alienati, prout hic asserebatur alienationi factæ
dicti Casalis Sanbatelli in istum Ducem emptorem,
expresso consensu in publico consilio in præsentia
Auditoris Stephani Tenorii delegati ad tradendam
possessionem emptori, servatis servandis, idem Casale
velle stare, declarasse sub die 15. Martii 1639.

Et ex relatione ejusdem Auditoris facta instante
Casali de ordine Suæ Excellentiæ dicebatur, apparere
de gravaminibus, molestiis, & oppressionibus,
quas Casalenses quotidie patiebantur à Civibus
Rheginis, & testatur dictus Auditor, se fuisse rogatum,
ut quàm citius posset, à dicto jugo eos liberaret,
immittendo emptorem in possessionem.

Indeque argui poterat, quod si talia audebant cives
Rhegini, & hoc modo ergà incolas Vici se gerebant,
ex simplici majoritate, & præeminentia Civium,
dum nec assertum dominium Territorii, nec
prætensa jurisdictio esset huc usque admissa, nec
declarata, licèt Civitas prætendisset ex quibusdam
processibus, & actis in promptu exhibitis docere de
suo iure, & possessione in exercitio iurisdictionis
civilis, quæ discussio fuit reservata tempore expeditionis
articuli prælationis: quid isti cives admisissent,
& quomodo se gessissent erga Casalenses, si Civitas
non solùm fuisset caput in ordine ad membra
ratione solius præeminentiæ, sed effecta fuisset
utilis domina cum iurisdictione, & imperio Baronis;
decet enim Principem subditorum gravamini-
67 bus nedum mederi, sed futura prævidere, visque
occurrere, & tollere antequam eveniant, cum dicatur
subditorum protector, & officium gerat paternum,
l. fin. §. ult. C. de cad. tollend. & pater est patriæ,
Seneca allegatus per *Isern. in cap. 1. §. item qui. quæ
sit prima causa benefic. amittendi*, et dicitur spon-
68 sus Reipublicæ, adeò ut ipse in Republica sit, et inter
Cives connumeretur, in quo primum habet locum,
et Respublica in ipso, *Guid. Pap. decis. 631.* et
sicut vir est caput uxoris, ità Princeps Reipublicæ,
ut indè maritus dicatur, et subditos diligere tenetur
ut filios, et eorum commoditates investigare,
et subditos alere, *Isernia in cap. 1. de probib. feud.
alienat.* per *Lotharium*, *Marius Surgens* multa
congerit in *additionibus ad opus Surgentis fratris
de Neapol. Illustrata, fol. 423.*

Negabatur insuper, Civitatem habere sufficientes
vires ad solvendum tam ingens pretium duc. 52.
mil. ad quod ascendebat quantitas pretii pro mille
foculatibus, pro quibus emptor obtulit solvere salvo
jure majoris summæ, quæ ad Fisci commodum
apparere posset, facta numeratione, ut interim
redderet certam Regiam Curiam de summa dicti
pretii, siquidem licèt Civitas allegaret, non posse
controverti de sufficientia virium, dum in promptu
offerebat pretium numeratum, ex quo evidentissimè
patebat, exuberantes habere vires; replicabatur
tamen ex adverso, pecuniam oblatam pro
exolvendo pretio non esse propriam Civitatis, nec
sibi donatam a Civibus, qui vellent jura Civitatis
conservare, quod de facili, præsertim his calami-
69 tosis temporibus credi, nec præsumi potest, cum
generaliter potiùs fatuitas, quàm donatio tam in-
gen-

Digitized by Google

gentis summæ verisimiliter præsumatur, verùm fuisse Civitati mutuatā, & sub fœnore maximo accomodatam à Barone Franeisco Paravagna Januense, negotiatore pecunioso, cive Rhegii commorante, qui ut Rheginensibus dominaretur, & ut suam potentiam adversùs emptorem ostenderet, cui pro suo commodo ab initio se opposuit, ad hoc vano impulsu ductus fuit, ea tamen intentione, ut veisimile est, ex qualitate personæ, patriæ, & exercitii publici negotiatoris, repetendi sortem eum maximo Civitatis damno, ut facere consueverat in partitis, & negotiis cum Regia Curia, in quibus ipse Paravagna ex partitis ingentibus, & excessivæ quantitatis cum Regia Curia pluries peractis, & repetitis annis ab hinc sex sua industria, & solertia, fato favente, & fovente, taliter lucratus est, exigendo ultrà excessivum interesse cambiorum aliud interesse, duplicando, & triplicando fœnus
70 sub novo nomine, vulgò dicta (*l'Adeala*,) quæ ex inventione fœneratorum cœpta est practicari, & solvi per Regiam Curiam, dum ob ejus necessitatem, & pecuniarum indigentiam, ob bellli calamitates coacta fuit solvere non solùm centesimas usuras, sed duplum sortis, sub colore Gemmæ, quam propter mutuum fœnebre introduxeruut negotiatores, ut Regium Ærarium, & successivè Regni vires pœnitùs, & omninò exhauserint, eorumque facultates in immensum creverint, prout ictu oculi vidimus plures negotiatores momento temporis immensi Patrimonii possessores effectos, & uti terrarum, & Civitatum Dominos sedere cum Principibus, & Magnatibus terræ, dolor, & temporum deploranda calamitas, ubi nobilitas citò acquiritur, crescit, & senescit, & in divitiis quovis modo partis consistit, & alitur, non in egregiis factis propriis, & majorum, qui longo temporis intercititio per plores generationes virtute nobilitatem sibi, & posteris, juxtà veram nobilitatis speciem paraverunt; verùm contrà istos sic brevi ditatos ex partitis cum Regia Curia, cum tam ingenti damno patrimonii, & totius Regni jactura sarcta tecta erunt jura Fisci congruo tempore proponenda ad Regii Patrimonii, & totius Reipublicæ indemnitatem.

Et ad confirmandum motivum, quod Civitas esset ære alieno gravata, et corrodi à fœneratoribus, unus ex Dominis Regentibus meminit, et fidem fecit pridiè pro parte Civitatis fuisse Excellentiss. Proregi supplicatum, concedi licentiam pro augmento gabellarum, ut posset oneribus ordinariis, et extraordinariis occurrere, ex quo indigentia Ci-
71 vitatis videbatur detecta, et verisimile minime fuerit habere de proprio pecuniam pro redimendo Casali, et novissimè contrà Civitatem fuit motivatum, retractum non competere, nisi perfecta venditione, triplici, ac suprema perfectione, scilicet consensu, pericolo, et traditione, ad tradita per
72 *Afflict.decis.*280.*num.*4. *Tiraquell.*in 1 *retract.§.*1. *Glos.*2. *num.*46. & 50. cum concordantibus per *Giurb.dec.*80.*num.*12. et latiùs ex *num.*15.*cum seq.* siquidem ex perfectione, et complemento ipsius venditionis, cum ex toto est absoluta, videtur oriri, et acquiri consanguineo, vel vicino jus retractus, vel prælationis, quod ad ipsos similitudinem competit subditis ad libertatem proclamandus, ut colligitur ex his, quæ tradit D. meus *de Curte d.c.*3.*num.*48.50. *cum duobus sequentibus.*

At quod ponderabatur *Pragm.*63. *de offic. Proc. Cæs.§.*1.& 5. permittens prælationem intrà annum tantum à die captæ possessionis, ex quo videtur inferri, ab eo tempore incipere jus prælationis competere.

Et hoc præsertim in casu præsenti, ubi venditio neque prima simplici perfectione dicitur perfecta,
73 dum pretium non est certum, immò nec ipsa rei venditæ qualitas, et quantitas, facta oblatione ad rationem duc.52. pro quolibet fumante, habita ratione ad numerationem, et liquidationem faciendam ex post facto tempore traditionis, non adhuc sequutæ.

Attamen in contrarium pro Civitate respondebatur, quod licèt in retractu sint variæ opiniones, utrum competat post perfectam venditionem solo
74 consensu, & fortè verior sit affirmativa, pro qua multi ex antiquioribus Senatoribus affirmabant, ità de stilo Sacri Consilii fuisse semper receptum, etiam in retractu sanguinis, vel vicinitatis, attamen hoc jus competens pro domanio non est omninò idem, sed diversum à retractu, quinimmò origine, & effectu dissimili, retractus enim quamvis
75 videatur repugnare juri Civili, de quo in *l.dudum*, *C. de contrahenda emptione*, attamen fundatur in *l. Moysis in* 25. *cap. Levitici*, *Ruth. cap.*4. *Num.*
76 *cap.*36. ut advertit *Luc.* in *l.*1. in *verb. debiti C.de imponenda lucrativa descriptione*, *lib.*10. & explicat *Tiraq.in præfat.primi retractus*, *num.*7.*vers. id autem*, *cum sequent.* & expressè reperitur approbata consuetudo retractus de jure Canonico in *cap. constitutus*, *de in integr. restitut.* & de jure feudorum in *cap.*1.§.*sed etiam ret.per quos fiat investitura*, in *c.*1.§.1.*qualiter olim feudum alienari poterat*, & latè tradit *Reg.de Pont. dec.*11. & tamen in *Consilio Roviti*, quod sequitur post dictam *decis.*11. *de Pont.& de provis.fieri solit.§.*1.*num.*13.& in Regno adest *Constitutio* Frederici, quæ est jus commune in Regno, incipiens *Sancimus*, & Neap. Consuetudines particulares de jure congrui, sicut apud ferè omnes gentes adsunt similia statuta, & consuetudines, quæ retractum permittunt, easque valere, & non esse contra jus commune, sed tan-
77 tum præter illud, probat *Tiraq. loc.cit. num.*14. 21. & *per totum* qui etiam *num.*16. & 22. *cum seq.* interpretatur *textum* in *d.l.dudum*, ut nullo modo
78 reprobet retractum, sed illa Constitutio reprobetur, qua solis proximis, & consortibus vendere licebat, non etiam aliis, cum per retractum liberum sit quibuscunque voluerimus vendere, eo dumtaxat concesso, ut res arbitratu venditoris jam alienata, possit a proximo restituto pretio redimi, siquidem eo reprobato, non cogeretur pretium restituere, *l.jubemus nulli*, §. *sanè*, & §.*prædia C. de Sacros.Eccles.* ut latiùs *Tiraquel. num.*16. quomodo mihi videtur *Isern.* intellexisse sensum dictæ *l.dudum*, in *l. imperialem*, §. *nec Dominus* post *num.*45. ibi, *ergo nec non facere*, *idest non alienare quia non facere*, *facere est*, ubi *L parvulus littera L.& B.* At jus prælationis nullo jure communi, nec municipali fundatur, ut argoendo à sufficienti enumeratione partium probat *Dominus de Curte* in sæpè citato *cap.*3. 1.*part. de feudis*, ex *num.*39. qui in specie fundat, non competere jure consanguinitatis, nec vicinitatis, post *num.*40.*vers.nec etiam*, & *num.*43. immò contrà jus, ut ex *Camerario* refert *num.*46. *in fin.* sed solùm ex quadam consuetudine Tribunalium, ut per *eum num.*54. Item jus retractus fundatur in proprio jure resi-

Qq 2 dente

79 dente penes retrahentem, cui uti consanguineo,
vel vicino competit ius retrahendi, cum istud jus
prælationis è diverso, ad summum fundetur in ju-
80 re Regis directi domini, & sic Universitas vendita
nullò jure proprio suffulta, sed alieno Regis illud
intentare potest, & quamvis maximè dubitetur,
quomodo Rex directus dominus valeat illud exer-
care ad beneficium terræ subditæ, attamen id con-
trà juris regulas receptum est ex æquitate, vel ra-
tione proprii interesse domini ex consolidatione ju-
risdictionis, quæ eret in utili dominio Baronis, ut
doctissimè melius omnium explicat *D. meus dicto
cap.3. ex num.48.50. usque ad* 54. & proindè si Rex
non consentit communicando Universitati jus sibi
competens, nullum ju prælationis exerceri potest
per Universitetem, cum non sit jus radicatum in
subditis, sed absolutè sit in mera facultate directi
81 domini, ut idem *Dominus de Curte* servari testa-
tur *num.53. & 75. in fin.* cui addo *Surd. consil. 205.
num.25. lib.2.* qui convertit in eo, quod sit facul-
tas competens directo domino, & *Dominum de Cur-
te* refert, & sequitur *Regens de Ponte*, ipsum in
omnibus probando *de potestate Proregis, titul. de
diversis provisionibus*, in §.1. ex *num.9. vers. ego
autem*, qui dicit, quod lites, quas Universitates
exercent jure prælationis, illas agunt virtute juris
competentis directo domino, cum ejus scientia,
& consensu, Fisco assistente, & defendente, quod
eo invito exercere non valent, et hoc inficiare non
potuit *Dominus Rovitus* in *dicta Pragmatica* 63.
num.27. qui addit *Reverterium decis.22. volum.1.*
licèt distinguat inter domanium petitum ab Uni-
versitete, quæ reperitur sub domanio, et eas, quæ
reperiuntur sub Barone, et venduntur alteri Baro-
ni, inter quos casus licèt adsit aliqua differentie,
tamen juxta prædictos Doctores semper competit
Universiteti jus prælationis jure Regio, et directi
Domini.

Ex quibus patet evidenter, hoc jus prælationis
non solùm non esse idem cum jure retractus, sed
satis dissimile origine, ratione, usu, et forma il-
lud exercendi, et ob id non mirum si non subiicie-
tur regulis retractus, cum competat quodam iure
82 extraordinario, retractus enim supponit traditio-
nem perfectam, ut ab emptore res retrahatur, sed
domanium fuit semper practicatum, et admissa pe-
titio, dum agebatur de venditione iurisdictionis,
sivè è Rege, sivè à Barone, et nedum Castro ven-
dito, sed in ipso venditionis tractatu, quod no-
men ipsum prælationis indicet, ut novo emptori
alter præferatur, quod multò faciliùs concedi de-
bet antè ius alteri perfectè quæsitum, quàm post
radicatum dominium in personam emptoris, ex re-
gula, quod iuri quærendo faciliùs derogetur, quàm
quæsito, et sic non in omnibus ius prælationis re-
gulis retractus subiiciendus est, licèt præseferat
quandam retractus figuram, non omnimodam si-
militudinem, ut patet ex his, quæ *Dom. de Curte*,
et *Rovitus* scribunt in *prædictis locis*.

83 Et Pragmatica potiùs contrarium determinat,
cum illius dispositio emanaverit in favorem empto-
ris, dum principaliter disponit, ut post annum
à die adeptæ possessionis inquietari non possit, non
tamen ex hoc sequitur collectio, igitur antè ade-
ptam possessionem, nec etiam molestari potest, cum
ex diversis non fiat illatio, nec argumentum à con-
trario sensu ex decisione Pragmaticæ resultat, nec
colligi potest eo modo in sensu directè contrario,
sed potiùs non potest inquietari post annum, ergò
antè lapsum anni benè competit exercitium juris
prælationis, ex regula, quod prohibitum post ali-
quod tempus antè lapsum illius censetur permis-
sum, et si antè lapsum anni permittitur, igitur
fortiùs antequàm annus currere incœperit, vel sal-
tim nihil determinet Pragmatice de termino à quo,
qui præcedit, sed tantùm, ut ultrà annum decur-
rendum ab ille die non concedatur maior dilatio,
sed si diligenter antè annum velit quis prælationem
petere, offerando pretium, Pragmatica non defi-
nivit, sed remansit in dispositione iuris, adiectio
enim illa, *à die captæ possessionis* addita fuit ad præ-
figendum certem diem, qua annus currere incipe-
ret, cum latiori termino ad favorem petentis præ-
lationem, qui nimis rigurosè excluditur ab omni
remedio, et auxilio, etiem restitutionis in inte-
grum, quæ per quæcunque verba non censetur de
iure exclusa, nisi nominatim, et specialiter statu-
to, vel renunciatione excludatur, igitur contrà
petentem, prælationem retorqueri non debet.

Vel saltim à verbis statuti adeò rigorosi, exorbi-
tantie, vel correctorii iuris communis, et fortè si-
mul odiosi, non est argumentum sumendum è con-
trariò sensu ad correctionem iuris communis, ut
notatur.

Nec de voluntate Casalis Sanbatelli, quòd vel-
let acquiescere dominio Baronis, omninò legitimè
constabat, nàm relationes Auditoris, et concilium
cum ipsius interventu factum reddebantur letis du-
bia ex aliis conciliis, et scripturis in contrarium
85 exhibitis, ex quibus de contraria voluntate appa-
rebat, et sic dubia probatio non relevabat, ex *reg.
vulgata, neque natalet C. de probation.*

Immò in promptu fuerunt pro parte Civitatis
exhibitæ literæ originales supremi Consilii Italiæ,
in quibus continebatur, Casale prædictum recur-
sum habuisse ad nostrum Regem, & prævio man-
dato legitimo in personam Magnifici Francisci de
Sanctis asservisse, Civitatem negligere conserva-
tionem libertetis ipsius Casalis, supplicendo, con-
servari in domanio undè ex actibus invicem con-
trariis justè, de vera, & libera voluntate Casalis
dubitari poterat, & in dubio verisimile erat, illam
86 stare potius pro libertate, quam pro servitute, cum
odia antique, vel non benè probetur viguisse cum
hominibus istius Casalis, sed cum aliis diversi no-
minis, ex quibus diversitas corporum arguebatur
potius, quam identitas, vel non poterat ex ini-
micitiis urgentibus, ultrè ducentum annos ergui
odium durare usque in tempus præsens.

Et quòad vires replicabatur pro Civitate, de
sufficientia virium notoriè apparere ex pecunia nu-
merata promptè oblata, & cum effectu deposita,
quam contendit esse propriam, & liberam ipsius,
perventam ex gabella Serici, retorquendo in con-
trarium argumentum à verosimili de qualitate Ba-
ronis Paravagna, quem non erat verisimile sic de
facili, absque solemnitatibus necessariis, concilio,
informatione, ac decreto Collateralis, & obliga-
tione civium ditiorum, qui promitterent redimere
infrà tot annos iuxtà stilum, credidisse pecuniam
Civiteti, illam inani impulsu consumpturæ, &
dicenti, non esse propriam pecuniam, de qua libe-
rè disponit Civitas, incumbere onus probandi, nec
ex eo, quod petierit interponi decretum pro im-
ponenda, vel augenda quadam gabella pro solven-
dis Regiis impositionibus, sequitur Civitati non
sup-

Digitized by Google

suppetere sufficientes vires, ut pro redimendo Casali, sibi multipliciter subiecto, & conservanda propria libertate, non valeat pretium oblatum solvere.

Undè Domini Judices adiuncti, quibus jus fuit liberè votum dare, & discrimen votorum redimere, ut decretum juxtà eorum senteotiam proferretur, habuerunt pro vero.

Primò, hoc jus prælationis pro obtinendo domanio esse quid diversum à retractu sanguinis, vel
87 vicinitatis, & ideò exerceri posse, etiam antè venditionem perfectam integra, & totali perfectione, & Pragmaticam, qua conceditur annus, esse ità intelligendam, & ex his non obesse doctrinam *Pistorii* loquentis in retractu *quæst. juris lib. 2. cap. 12.* post *num. 58. & 62.* sicut etiam *Rosenth. de feudis, c. 9. memb. 2. conclus. 91. num. 24.*

Item regulariter Civitati, veluti capiti jus competere, æquè, ac ipsi Universitati Casalis vendi-
88 tæ provocandi ad domanium, etiam invito Casali pro suo proprio Civitatis, & Civium interesse, ne membra à capite separentur, *e. cum non deceat, de rescript.* & cumulavi *contr. 7. lib. 1. contr. illustr. num. 52.* & *controv. 23. num. 26.* & nunc addo *Bald. in prælud. feud. num. 32. Cravett. cons. 318. num. 5.* quod clarissimum est, ut alia probatione non egeat, cum naturale sit, ut capiti cætera membra subsint,
89 & pareant, & simile videamus in feudo, cujus feudi velut capitis nomine vendicantur membra, & jura nulliter distracta, & ab ipso feudi capite separata, juxtà *Glos.* in *Constitut. Consuetudinem*, cum aliis, quæ adduxi *d. contr. 7. num. 51. lib. 1.* quando tamen non concurreret justa aliqua causa contradicendi, utpotè si domanium esset Casali ipsi damnosum, vel timeri posset, Casalenses malè, vel aspectè tractari, vel malè cum ipsis agendum per cives.

Item Civitatem, Monasteria, & similia corpora, & Collegia universalia, quæ non moriuntur, esse prohibita emere feuda absque speciali permissu Regis, quo casu cum illa possident ex antiquis concessionibus, vel post Pragmaticam ex dispensatione, singulis quibusque quindecim annis juxtà antiquum decretum Cameræ solvunt relevium
90 deficiente spe devolutionis ad beneficium Fisci. Verùm illa non prohiberi emere feuda, modò describantur in faciem alicujus particularis, ut in feudo Rignani, & innumeris aliis practicari vidimus, quo casu jura dominicalia, ut servitia, & alia præstantur ab illis, in quorum faciem sunt descripta in Cedolario, sicuti ob eorundem mortem, vel delictum regulatur spes devolutionis, sivè consolidatio dominii utilis cum directo, cessat enim ratio prohibitiva Pragmaticæ, & propterea in præsenti casu frustrà fuit opposita prohibitio Pragmaticæ Civitati Rhegii, dum ipsa obtulit nominare Civem, in cujus faciem feudum describeretur.

Fuit etiam habitum pro vero, prælationem, quæ Civitati per Regem alienatæ, sivè ipsius capiti respectu Casalis infeudari de jure conceditur, non competere, nec proponi posse, nisi ad finem conservandi, vel acquirendi domanium, non autem
91 subiiciendi locum venditum servituti, & dominio utili alicujus, etiam propriæ Civitatis, & proindè hac via non posse competere jus prælationis Civitati Rhegii, cum non sit purum, & verum domanium libertatem producens, sed velatum, ut sub colore, & velamento domanii subiiciatur servituti plurium, quæ durior videtur, quam simplex unius Baronis dominium, & solùm superest Civitati spem consequendi jus prælationis, quatènus doceret, & appareret, se habere dominium territorii, vel jurisdictionem civilem, si fortè id in promptu constare posset, ex antiquis processibus, in quibus allegabatur constare de dominio, & actibus possessivis jurisdictionis.

Et similiter dictum fuit, cessare pro nunc in præsenti discussione articuli, Fiscum ratione partis posse vendere totum, requisito tamen consorte, & sic Civitate domina civilis, cum Fiscus in præsenti venderet totam jurisdictionem, ut suam
92 uti de jure præsumitur quousque Civitas, Fisco, & Casale audito, obtineat declarari, jurisdictionem civilem esse suam.

Itemqua benè provisum dum decreto lato sub die 9. Septembris proximè præteriti dictum fuit, non competere Civitati jus petendi restitutionem in integrum adversùs primum decretum, quo fuerat provisum, consignari possessionem emptori, relevato jure prælationis, deficiente siquidem pror-
93 sus læsione, quæ eatenus fuisset considerabilis, quatenus Civitati jus esset petendi prælationem, & de illa in promptu constaret, & fuisset illius decisio dilata, ex quo læderetur Civitas longa, & dura litis prosequutione, cum retentione interim pecuniæ otiosæ in Banco, de quo hucusque Civitas non docuit.

Et tanto magis, cum fuerit justè dubitatum, an verè Civitati supperant vires, cum hodiè ob gravia onera, et impositiones impositas occasione bellorum, vires Universitatum præsumantur potius attenuatæ, quàm auctæ.

Et tandem fuit decisum, concessionem Scari
94 cessisse in avidens damnum publicæ utilitatis, et proindè Fiscum fuisse læsum in eiusmodi concessione, quæ nullo pretio concedi debuerat, licèt ex argumentis non levibus fortè non iniustè prætendi potuerit, dictam facultatem eligendi Scarum nullo modo fuisse per Fiscum admissam tempore conventionis.

SUMMARIUM.

1 *Terminus ad denunciandum non erit concedendus procuratori habenti cognitionem decreti lati post longum tempus intimati, vel si columniosè petatur*, num. 5.

2 *Certiorari quis non debet post habitam notitiam.*

3 *Reclamatio à decreto certam arguit scientiam; actori ut conceditur non erit opus exequutione*, num. 6. *cum reo in hoc ad imparia judicatur*, num. 8.

4 *Stilus qui sit pro reclamatione obtinenda à decretis latis per Reg. Cameram in Collaterali Consilio, & in Regia Camera, nec non Sacro Consilio*, num. 7. *ob ipsis regulariter non conceditur reclamatio, nisi facta exequutione*, num. 9.

10 *Decretum unum censetur, licèt plura habeat capita connexa, si ab unico verbo regatur oratio; quando est individuum non licet à parte reclamare*, num. 11. & 12. *& ità decisum*, num. 13.

14 *Prælatio denegatur non existente venditione, vel imperfecto, aut resoluta*, num. 15. *Casali vendito, Civitati non competit, ut illud efficiatur subditum ipsius*, num. 16. *secus ad finem conservandi in libertate domanii*, num. 18. *vel si jurisdictionem civilem haberet, vendita criminali*, num. 19. *dummodò illud faciat describere in*

fa-

facitm alicujus particularis , & ità decisum ; num.21.
17 *Vasalli burgenses à nonnullis servis , plerisque verò libertis comparantur .*
20 *Privilegium* l.2, C.de comm. res. alienat. *non excludit prælationem ,*
22 *Prorsgei alienationi assentire probibentur feudo deveniente ad manus mortuas , vel semper vivas.*
23 *Ecclesia ut teneat feudum , de rarò Dominus directus suum præstabit assensum ; nunquam desinit esse baro ,* num.24.
25 *Dispositio* l.proponebatur , ff.de judic. *in omnibus casibus locum obtinet , in quibus viget .*
26 *Decisio refertur .*

ARGUMENTUM.

Terminus ad denunciandum Procuratori an concedendus , si calumniosè petatur , & quando . Reclamatio an permittatur à parte decreti , & quid si contineat capita connexa , vel separata . Feudum an, & quando pervenire possit ad manus mortuas , vel semper vivas , ad intellectum *Pragmaticæ 4. de feud.* communiter nuncupatæ *novem capitum .*

DECISIO II.

CUm die Veneris 21. Octubris 1639. ex tempore ordine Excellentissimi fuisset iterum tractatum , quid esset agendum in articulo venditionis Casalis Sanbatelli Civitatis Rhegii venditi Duci Bruzzani de domo Carrafa , cum maximè pro omnium litigantium utilitate expediret , negotium celeriter terminari , nè scilicèt Civitas Rhegii teneret in Banco otiosam tam magnam summam duc.52.m. pro qua Fiscus solvebat interim negotiatoribus , ex eorum præscripto instituto ingens interesse cambiorum , & tandem ne emptor ex controversiis satis intricatis in facto , & in jure inter partes ortis maneret amplius in suspenso , carens re , & parte pretii soluta , solvendo itidem interesse pro restanti pretio sub usuris parato .

Et dictum decretum cum fuisset intimatum Procuratori Ducis latum sub die 9. Septembris proximè præteriti , quo fuerat provisum , quod consignetur possessio Casalis prædicti cum jurisdictione , juxtà formam venditionis factæ dicto Duci emptori , absque tamen facultate aperiendi Scarum , seù vulgò dicitur *Inbarcaturo* , reservata decisione articuli prælationis petitæ per Civitatem , & ipsius emptoris parte fuisset per ejus Procuratorem petitus terminus ad denunciandum Duci , qui reperiebatur in ultimis partibus Calabriæ propè Rhegium .

Fisco replicante , terminum prædictum non es-
1 se concedendum , siquidèm constabat Procuratorem , & Advocatum dicti Ducis habuisse à tempore lati decreti ipsius notitiam , ex quo sibi fuerat notificatum mandatum , quod servata forma dicti decreti faceret depositum restantis pretii , quod de jure sufficere debebat , ex particulari notitia , & scientia habita prædicto modo de decreto jam lato,
2 & sic non erat amplius certiorandus , *l.item veniunt , §.petitam , ff.petit. hæred. l.1. in fin. ff. de act. empt.* cum concordantibus à *Tiraqu.* in *1.retract. §.36.glos.2. num.24. Surd. dec.288. num.44.* faciunt tradita per *Mastrill. dec.216.num.13. cum seq. par.2.*

Quinimmò eundem Procuratorem porrexisse
3 preces S. E. in Collaterali , reclamando à decreto
prædicto, ex quo arguebatur certa notitia , quamvis dictum memoriali ex stilu Tribunalis prius de-
4 buisset præsentari Domino Locumtenenti Regiæ
Cameræ capiti Tribunalis pro obtinenda solita
provisione , quæ passim concedi solet , quod loco
reclamationis verbum faciat , præsertim actori
exclusu ab aliqua re petita , etiam in ordinatoriis ,
quod hic non fuerat servatum , siquidem de reclamatione interposita in Regia Camera non apparebat , quod erat necessarium præambulum , ut deinde à S. E. potuisset obtineri , quòd de reclamatione interposita fieret relatio in Collaterali , sed hæc omissio non obstabat , quin Procurator habuisset notitiam .

Insuper dicebatur , dictum terminum ad de-
5 nunciandum captiosè , & calumniosè fuisse petitum , cum ex parte Ducis emptoris fuisset S. E. certior facta à pluribus ipsius Ducis conjunctis , nullo modo ipsum Ducem velle possessionem Casalis absque Scaro , & sic frustrà videbatur peti terminus ad denunciandum , dum de voluntate principalis nolentis aliter emere , nisi cum Scaro constabat Viceregi .

Et proindè cum Civitas Rhegina maximam
pateretur jacturam ob pretium prædictum duc.52.
mil. quos tenebat in Banco ob præparatam emptionem , si fortè ad jus prælationis admitti potuisset ,
ut sperabat Fiscus verò maximo præmeretur ære
alieno sub excessivis usuris , ob bellorum undique
flagrantium necessitates , quibus necessarium erat
quotidiè ingenti summa opem ferre , & sub cambiis statutis temporibus pecuniam transmittere ,
mandante Excellentissimo , negotium terminari ,
stante quod à decreto , cujus non poterat dubitari , Ducem emptorem habuisse notitiam , non fuerat , vel saltim non apparebat reclamatio legitimè
interposita , quæ passim de stilo juris subnixo con-
6 ceditur actori victo , cujus respectu nulla est necessaria exequutio , quæ aliàs victo reo est necessaria , ut admittatur revisio , sivè reclamatio , quæ
7 non conceditur , nisi exequuto decreto , ut proptereà in Sacro Consilio in reclamationibus , quæ
interponuntur à reis conventis victis , solet ipsius
Præsidens rescribere , *notetur dies , & facta exequutione providebitur* , cum aliàs in actore ipsamet absolutio conventi , & actoris exclusio trahat
secum exequutionem , undè reclamatio non im-
8 peditur , & passim conceditur , adeò ut actor , &
reus in hac materia ex diversitate rationis ad impa-
ria judicentur in supremis Tribunalibus, cujusmodi sunt Sacrum Consilium Capuanæ , & Regia
Camera , in quibus juxtà formam *authenticæ, quæ supplicatio , C.de precibus Imperat.offer.* solùm admittitur supplicatio , non impedita exequutione ,
9 juxtà latiùs exarata per *Afflictum* , & *Ursill. decis.344. Franch. decis.646.* & *Rovit.* super *pragmat.5. de offic.Sacri Consilii* , & aliquid super *pragmat.61. eodem titulo* , fuit dubitatum primò, utrum liceret Procuratori ipsius Ducis nunc reclamare , non quidem ab integro decreto , quo fuerat ordinatum , quod consignetur possessio Casalis Duci emptori , absque tamen Scaro , sed ab hac ultima particula , qua fuit sibi denegata facultas aperiendi Scarum , contrà formam pacti adjecti , ut is prætendebat in emptione dicti Casali prætendenti licere sibi reclamare ab hac ultima parte , quatenus

Fi-

Fisco instante, ac petente per viam restitutionis in integrum adversùs pactum in contractu adjectum, fuerat sibi denegata concessio Scari, & acceptore priorem partam tradendæ possessionis, quæ erat in ipsius favorem.

In quo puncto fuit resolutum, quod licèt de jure ante omnia de possessione debuisset controversia finem accipere, quàm ageretur de diffiniendo articulo prælationis, de quo videbatur, tradita possessione, justiùs agendum, prout primo loco in favorem emptoris fuerat judicatum sub die 8. Iulii.

Attamen, tum quia reclamatio non erat interposita, vel saltim non apparebat, tum etiam quia si fuisset interposita, non videbatur posse concedi, nisi ab integro decreto, siquidem non erant
10 capitula separata, sed unum, & idem, quia sub unica verborum structura, & ab unico verbo regebatur oratio decreti, *l. etiam*, §. 1. *ff. de minor.* & etiam plura capitula connexa sunt, ac si esset unum, & idem capitulum, *Cavalc. dec.* 16. *n.* 19. 2. *p.* alios affert *Surd. decis.* 58. *n* 4. *&* 10. *Menoch.* latè *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *casu* 95. & si sunt connexa, ergo & individua, *Menoch. ibidem, n.* 5. *&* 9. *Surd. dec.* 199. *num.* 13. ità quod de jure non
11 videbatur permitti, ab ultima particula reclamari, & reliquam partem acceptare, ex eo, quod decretum erat individuum, ut in puncto, quod Iudicis decretum sit individuum, probatur in *l.* 1. §. *hæc verba*, *ff. ne vis fiat ei*, *Afflict.* in terminis *decis.* 218. *n.* 4. & maximè quando continet unum
12 tantum caput, *l. in hoc judicio*, *ff. famil. ercisc. Franch. dec.* 245. *n.* 4. & proindè fuit resolutum, nihil impedire, quin de articulo prælationis præ-
13 tenso per Civitatem tractaretur, dum per emptorem staret, quin ageret de consignanda sibi possessione juxta decretum, excepto Scaro, cujus respectu sibi non licebat reclamare, nisi simul impugnaret etiam consignationem possessionis, tantò magis, quia in omnem casum fuisset jus prælationis Civitati reservatum, & illius decisio tractanda. Aut enim Dux emptor consensisset decreto, & petiisset possessionem Casalis absque Scaro, & tunc de articulo prælationis appositissimè fuit agendum tradita possessione, ut est suprà dictum, aut verò ab eo reclamasset, etiam dato, citrà veri præjudicium, potuisse reclamare ab illa particula denegationis Scari, vel saltim ab integro decreto, quatenus non fuisset empturus ullo modo absque illa facultate aperiendi Scarum, & tunc si obtinuisset, ut sibi traderetur possessio cum facultate Scari, similiter jus prælationis esset reservatum Civitati, quæ potuisset, ut offerebat etiam facere, remittere ad beneficium Fisci Scarum, sin autem succubuisset emptor, & decretum postea vido exitu reclamationis acceptasset, eo casu pariter de jure prælationis Civitati competenti fuisset agendum, quod jus prælationis eo dumtaxat casu videbatur extingui, ut de eo amplius agendum non esset, ubi propter denegationem Scari emptor expressè declarasset, ab emptione se velle discedere, quod jure facere posset ob integrum restitutionem Fisco concessam, justè enim posset dicere emptor, non fuisse empturum absque Scaro, quo casu resoluta venditione nullum jus prælationis Civitati superesset, cum constet, non dari prælationem sine venditione, eaque perfecta prima, vel ultima perfectione, juxtà varias *DD.* sententias suprà relatas.

Et ne eveniante hoc ultimo casu, ut de facili videbatur evenire posse, emptore ab emptione discedente, qui principaliter ob emolumentum Scari ad illam accessisse dicebatur, Fiscus remansisset sine emptore, & frustraretur pretio, quod jam promptum erat in Banco.

Et è contra, qui partes Civitatis agebant, videbantur toto conatu anhelare ad ipsius emptionem, sivè per viam prælationis jam petitæ, sivè etiam fortè per viam principalis emptionis, ne Fiscus, qui habebat duos concurrentes, careret utroque, ut interdum evenire solet.

Vocato Procuratore Civitatis, qui declaravit, Civitatem velle non minus emere principaliter resoluta venditione facta Duci, quàm illa sequuta per viam prælationis, & ratificare consensum aliàs datum de describendo ipsum casale in faciem unius ex civibus, quinimmò etiam reducandi omnia pacta, & conditiones in oblatione contentas, Fisco nocivas ad arbitrium ipsius Fisci Advocati, & offerendo etiam pretium numeratum.

Idcircò ne resoluta venditione de consensu utriusque partis resolveretur etiam jus prælationis ex ipsa venditione procedens, atque inhærens, adeò
14 ut recedente emptore ab emptione, & cessante Civitate à prosequutione juris prælationis, venditione resoluta cessaret ipsa exequutio venditionis, & commoditas recipiendi pretium, quod erat promptum, visum fuit Senatui aures præbere, & inclinare novæ oblationi factæ per Civitatem de emendo principaliter, sicut admitteretur quælibet privata persona.

Tum maximè, quia pro majori votorum suffragio Domini verebantur, ne de facili jus hoc prælationis competere possit Civitati, ex adnotatis per me in præcedenti, cum constet regulariter jus hoc prælationis non concedi nisi in casibus à
15 jure expressis, ut advertit, & arguit *D. meus de Curte d. c.* 3. *num.* 40. non gravis videtur injuria inani honestatis colore velata, ut homines de rebus suis aliquid facere cogantur inviti, *l. dudum* 14. *C. de contrahend. emptione*.

Nec inter casus, in quibus conceditur jus retractus ratione sanguinis, vel vicinitatis de jure communi, vel municipali, videtur posse connumerari casus, ut infeudato per Regem Casali, Civitas, quæ hucusque non est, vel non apparet legitimè domina, sed caput tantùm Casalis, pos-
16 sit in emptione præferri, ut casale sibi ratione simplicis præheminentiæ, ut membrum capiti subjectum efficiatur subditum, & sub jurisdictione, imperio, & utili dominio ipsius, & homines va-
17 salli burgenses, qui & servi appellari possunt, vasalli scilicet Baronum, ut authoritate *Regentis Molei* hæc & alia scripsi *tom.* 1. *controver. illust.* in *addit.* ad *controv.* 53. *art.* 1. *num.* 14. quamvis magis libertis, quàm servis comparandos esse voluerit ex *Isern. D. meus de Curte d. c.* 3. *num.* 44. nisi tamen in manus asperi, vel avari Baronis incidant, ut persæpè contingit, ut sit necesse invocare auxilium *Jo. Fabr.* in §. *sed major dominorum asperitas*, *Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni juris*, de quo latè idem *D. de Curte d.* § 3. *num.* 45. quod tamen ab vidi obtineri, vel nisi defatigatis pauperrimis civibus, laboribus, & expensis, cum tamen prælatio, quam potest in casu venditionis prætende-
18 re Civitas, non sit alia, nisi ut valeat ipsum Casale redimere, ut sub dominio, & libertate secum

cum conservet, & retineat, quod cuilibet de populo, etiam invitis aliis, dum tamen eo casu de proprio redimat sine spe repetitionis, concessum est favore libertatis, undè non videbatur jus hoc extendendum ad servitutem, & subjectionem, quæ libertati, & sic juri naturali est contraria, etiam oe indocta ad unum finem, oppositum operentur.

Verùm si foisset certum in facto de quo aliqui ex Dominis attestati sunt, id ex processibus antiquis constare civitatem habere dominium territorii, in quo erat ædificatum casale, quinimmò habere jurisdictionem civilem infrà certam summam in ipsius homines, ibidemque exigere collectas, cæterasque impositiones, hoc casu fortè concessisset utterque Senatus civitati jus prælationis ratione communionis domanii, territorii, vel consortii cum ipsa jurisdictione, siquidem quamvis jurisdictio civilis, velut species diversa distet à criminali, & mero, & mixto imperio, attameo cum utraque compræhendatur sub jurisdictione in genere sum-
19 pta, absolutum est, habenti jurisdictionem civilem competere jus prælationis in venditione criminali, cum una jurisdictionis species alteram ad se attrahat, cum Reipublicæ intersit, & rectæ justitiæ administrationi conveniat, ut per unum, & non plures jurisdictionis exercitium administretur, de quo cum latè scripserim, & decisiones congessi in *additionibus* ad *d.controv.53. artic.2. per totum*, ulteriùs non immoror,

Neque potoisset excludi Universitas à jure præ-
20 lationis, ex eo, quod Fiscus etiam ob modicam partem, quam possidet vendat totum, ad *text.* io *l.2. C. de commun. rer. alien.* cum vulgaribus concordantibus, siquidem hoc privilegium non competit Fisco simpliciter, & directò, nisi requisito consorte, ut ipse latè scripsi in causa venditionis casalium Urbis, *suprà Responso præcedenti*.

Et sic cum non liqueret die prædicta de jure Civitatis Rhegii super territorio, nec de possessione jurisdictionis civilis, super quo erat de juribus partium pleniùs tempore magis congruo agendum, reservata ob id meliori deliberatione super jure prælationis ex causa communionis territorii,
21 & jurisdictionis, fuit ad Fisci commodum, & cautelam admissa civitas ad offerendum de novo, ut quilibet extraneus, remissa pactorum reformatione arbitrio Fisci, tanqoam boni viri de Civitatis consensu, quæ eligeret personam, in cujus faciem feudum in cedulario, & quinteroionibus
22 describeretur, ne feudum ad manus mortuas, vel semper vivas deveniret, contrà Regiam sanctionem prohibentem concedi assensus per Viceregcs, scilicet pragmatica Caroli Cæsaris edita 17. Octobris 1531. in *pragmat.4. de feudis, in primo ex novem capitibus*, reformata quòad tertium caput in *pragm.7. cod. tit. de feudis*, quod etiam jure communi fuerat statutum, ut licèt ab Ecclesia possit teneri feodum, sicut à quolibet alio, ut firmat *Isern.* in *Constitut. Justitiarii nomen, colum. ult.*
23 *vers. sed quid in Ecclesia*, attamen Dominus directus rarò præstabit suum assensum, ne feudum ad manus mortuas, vel semper vivas, aut perpetuas perveniat, *l. si quis*, ubi *Lucas*, *C. de diverf. præd. urb. lib.*10. ne duret apud Ecclesiam io infinitum, *Bald.* in *l. Imperialem*, *col.3. vers. quæro ergo*, *de prohibita feudi alienatione per Federic.* ubi *Affl. not.12. num.46.* & io *Const. hac edictali*, *D. Capyc. col.163. in parvit*, *Camerar. car.23. col.3. lit. N.* & *O. cum seq.* post *Isern.* in *cap.1. de alien. feud.*
24 ibi, *at si Ecclesiæ permitteretur alienari, perpetuò derogaretur domino feudi, quia nunquam desinit esse hæres*, *l. proponebatur, ff. de Judiciis*, ubi *Episcopus Liparulus lit.C. & D.* in *addit.* latè cu-
25 mulat, eademque ratione idem evenit in Civitatibus, & Collegiis, in quibus eadem ratio, *d.l. proponebatur*, & in *l. annua*, *§. Attia*, *ff. de annuis legatis*, *Anna allegat.*121. *num.*2. & in *cap.1. de vasall. decrep. ætatis*, *n.*52. qui citat *Boer. dec.*263. *num.*10. de qua re *Peregr. consil.*8. *num.*45. *lib.*3. *Borrell. cons.*1. *num.*16. plura *Knich. de vest. pact. par.*1. *cap.*2. ex *num.*206. 207. & 212. *cart.*327. post *Frec. lib.2. tit. de orig. Baro.* § *pluribus autem modis*, *num.*78. *Reg. de Ponte de potest. Prorag. tit. de Assens. Regiis*, § 8. sub *num.*1.

Undè fuit decretum die prædicta 21. Octobris 1639. quod Dux Bruzzani infrà tot dies specificè,
26 & clarè declaret, si intendebat emptionem Casalis perficere absque Scsro, aliàs providebitur super oblatione ultimo loco facta S. E. per Civitatem Rhegii pro emptione dicti Casalis, salvis juribus Civitati, etiam super prælatione per priùs petita,

SUMMARIUM.

1 *DOm. Carolus Brancatius insignis causarum patronus.*

2 *Articulus juris debet decidi absque termino*, & num.16.

3 *Decreta non dicuntur difformia, quando in secundo fuit addita clausula, cui pars renunciavit. S. C. & R. C. habent exequutionem paratam*, num.7. *latum parte instante non eget intimatione*, num.8. *ferendum inter emptorem, & Fiscum super traditione possessionis non præjudicat prælationi petitæ*, num.14.

4 *Casus, in quibus decreta censentur conformia, remissivè.*

5 *Retractus jure sanguinis, vel vicinitatis conceditur etiam ante traditionem, & ità practicatur.*

6 *Exequi dicitur cæptum consignatis propositionibus pro capienda possessione.*

9 *Conventus non tenetur acta intimare, sed sufficit præsentatio.*

10 *Exceptionis præjudicialis vim obtinet prælationis petitio, quæ impedit litis ingressum, & in ipsa admittitur reus ad probandam antequam actor*, num.11. *respiciens statum, vel personam differt ab actione à tertia oppositore proposita, quæ potest nocere, vel totum judicium absorbere*, num.12.

13 *Præjudicialia in Regno sunt sublata.*

15 *Regula, quæ habet, circuitus inutiles esse vitandos, non impedit possessionis traditionem in causa prælationis.*

17 *Procurator ad lites nec remittere, aut donare potest jus principali competens.*

18 *Scientia principalis præsumitur in re gravi gesta per ejus procuratorem si competens temporis intervallum effluxerit.*

19 *Vasalli potiùs tenentur obsequia præstare Baroni, quàm Civitati, à qua fuerunt separati.*

20 *Pretium augeri non potest in petitione prælationis, ne durior efficiatur conditio emptoris, & ità decisum*, num.21.

22 *Venditione resoluta cessat prælatio.*

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Prælationis quæstione pendente, an sit remoranda possessionis traditio. Consensus cum reservatione adhibitus an pro præstito habeatur.

DECISIO III.

DUm in negotio venditionis Casalis Sanbatelli fuisset provisum sub die 21. Octobris, quod Dux emptor infrà quatuor dies declaret, si intendit capere possessionem dicti Casalis, absque facultate faciendi Scarom, seù sbarcaturum, aliàs providebitur super oblatione ultimo loco facta S. E. per Civitatem Rhegii pro emptione dicti Casalis, salvis juribus Civitati, etiam super prælatione per prius petita, intimato dicto decreto procuratori ad lites, & vix elapso termino, vocato dicto procuratore die prædicta, cum ipse comparuisset cum Domino Carolo Bran-
1 catio Viro Patritio, Advocato primario, doctrina, solertia, & morum suavitate insigni, & præsentasset comparitionem, instando pro consignatione possessionis juxtà oblationem sui principalis, prævia numeratione, & liquidatione focul ariosum sine dicto Scaro, reservando tamen suo principali jura, quæ quolibet modo ei competere possent, etiam pro reclamatione à decreto interposito sub die 9. Septembris.

Et ex adverso pro Civitate fuisset oppositum, antè omnia esse providendum super articulo prælationis reservato, qui debebat prius expediri velut articulus præjudicialis, & absorbens totam, & integram causam, siquidem si Civitas obtineret in jure prælationis, frustrà de consignanda possessione ageretur.

Præsertim cum esset articulus meri juris, in quo non erat aliquod in facto probandum, & proindè
2 poterat expediri absque termino, juxtà doctrinam vulgatam *Bald.* in *cap. constitutis*, *de elect.* relatam per *Franchis decis.* 221. *num.* 12. & 26. *in fin.* *Anna singul.* 470. & scripsi *controv.* 43. *n.* 15. *lib.* 1. immò eodem momento cum pluries in discursu hujus causæ de jure, & juribus prælationis esset tractatum, discussum, & allegatum inter partes, & nihil aliud superesset pro complemento, quàm legere privilegia, & testes aliàs super hoc receptos in processibus antiquis inter easdem partes exhibitis.

Et addebat Civitas, hoc eò magis admittendum, siquidem quatenus visum fuisset, stante dicto consensu exhibito pro parte emptoris decernere, quod sibi consignarentur provisiones pro capienda possessione, quod hoc decretum velut interlocutorium erat sibi intimandum, & competebat ei reclamatio, tum quia restitutio in integrum petita adversùs primum decretum latum 8. Iulii, non tollebat remedium ordinarium reclamationis.

Tum etiam quia non erant decreta conformia, cum ultimum esset difforme, dum fuerat addita clausula contrà emptorem vigore restitutionis in integrum à Fisco imploratæ adversùs venditionem, quatenus in illa fuisset concessa dicta facultas Fisco damnosa.

Super quo ferè communi consensu fuit votatum, decreta esse conformia, quia accedente consensu Ducis emptoris, si legitimè, & sufficienter acquievisset decreto ultimo, respectu clausulæ denegationis Scari, quamvis prima facie videri possent difformia quoàd sonum verborum, eo ipso quod ipse emptor renunciasset Scaro, decreta reddebantur conformia, & in unum consonantia, præsertim cum in primo nihil in specie de Scaro fuisset oppositum vel tractatum, sed tantùm in secundo ob petitam à Fisco restitutionem, cui acquiescendo emptor, nulla ex renunciatione proprii juris poterat amplius considerari diversitas pro-
3 pter simultaneum consensum, ad tradita in materia decretorum, & sententiarum conformium per *Thesaur. decis.* 122. & 228. *Franch. decis.* 550. & 664. & ea, quæ curiosè tradit *Regens Rovitus* super *Pragmatica* 5. *num.* 11. & 13. & super *pragmatica* 61. ex *num.* 3. & 5. *de Officio Sacri Consilii*,
4 ubi recenset, novem casos, in quibus sententiæ dicuntur conformes, tametsi adsit aliqua diversitas. Undè licèt implorata restitutione in integrum, & succumbente Civitate, posset esse salvum remedium reclamationis, tanquam remedium ordinarium, jure communi competens, attamen in præsenti casu durum admodum visum fuisset admittere civitatem ad reclamationem, dum prælatio de jure videtur confirmare ex perfectione venditionis, & maximè dum in utroque decreto esset expressè reservata decisio juris prælationis.

Quamvis enim fuerit ab utroque Senatu habitum pro vero, non esse necessariam perfectionem omnimodam, & finalem, quæ contingit in venditione per possessionis traditionem, ut competat consanguineo, vicino, vel alterius prælationis, de quo fuit attestatum per plures ex antiquioribus
5 Senatoribus, ità observatum semper in Tribunalibus supremis hujus Urbis, ut etiam antè traditam possessionem fuerit admissum exercitium retractus sanguinis, vicinitatis, vel aliter competens, de quibus loquitur *Franch. dec.* 485. & 346. tamen traditio possessionis nihil obesse poterat, quin ipsa possessione tradita, prout juris, & moris est, prius de possessione cognosceretur, quàm de jure proprietatis, *l. ordinarii*, *C. de rei vendic.* & legitimato possessore, eodemque emptore admisso, ageretur postmodum, si leg timè competere potetat Civitati jus prælationis, constitutoriam adversario, cum quo judicium legitimè procederet.

Et hoc propriè dicebatur fuisse decisum, non solum per dicta duo prima decreta conformia, sed etiam tertio decreto sub die 21. Octobris supra initio relato, dum erat hoc specificè decisum, quod non obstante prætensione Civitatis prætendente, antè omnia de jure prælationis agendum, tanquam articulo præjudiciali, & absorbente, fuit decisum priùs esse consignandam possessionem, & sic necessariò prius erant exequenda dicta decreta cum effectiva consignatione possessionis, quam de articulo prælationis tractari potuisset, obstantibus nedum binis, sed ternis decretis.

Vel ad summum erat saltim supersedendum in decisione dicti articuli prælationis, donec fuerint
6 consignatæ emptori provisiones pro consignanda possessione, & sic cœptum exequi, siquidem constat ex consignatione provisionum censeri cœptum exequi, *Anna* in *cap.* 1. sub *num.* 240. *de vassall. decrep. ætatis*, & ità erat necessariò faciendum, tum in ordine propter authoritatem Tribunalium, quorum decreta sunt omninò exequutioni deman-
7 danda, ut de sententia S.C. ex *pragm.* 5. *de offic. S.C.* & de R.C. est *Pragm.* 37. *de offic. Proc. Cæs.* & utrobique *Rovitus*, & latè scripsi suprà in 1. *Responso Fiscali*.

Et etiam quia non erant decreta prædicta inti-
manda Civitati, tum primò quia lata ipsa instante,
8 & acceptante respectu duorum decretorum ultimo
loco latorum, quibus denegabatur emptori Sca-
rum, in quo Civitas Fisco inhæserat, tum etiam
quia Dux emptor erat conventus à Civitate actri-
ce super jure prælationis, licèt respectu Fisci Dux
posset considerari ut actor pro exequutione con-
tractus, at nullibi de jure, nec in praxi conventus
9 tenetur intimare acta, & minus decreta actori, sed
sufficit præsentare apud actorum Notarium.

Neque hic poterat applicari, quod articulus præ-
lationis haberet vim exceptionis præjudicialis, dum
10 essemus extrà terminos exceptionis præjudicialis,
si quidem cum emptor instititisse sibi tradi possessio-
nem à Reg. Curia venditrice Casalis, & obtinuisset
sibi tradi possessionem rei emptæ, non fuit à Fisco
convento opposita aliqua exceptio præjudicialis, ab-
sorbens totam causam, ità ut de ea ante omnia esset
cognoscendum, sed comparente Civitate ut tertio
oppositore prætendente jus retractus, cum ex tradi-
tione possessionis tantùm absit, ut præjudicaretur,
sed potius confirmetur prælatio, præsertim expressè
adjecta reservatione in decreto, ut sint salva jura
Civitatis, non erant propterea applicabiles termini
exceptionis præiudicialis, quæ impedit processum,
& in qua propterea reus admittitur ad probandum
11 antequam actor, ut in casu *l. Præses C. ad l. Flavi.
de plag* cum aliis, de quibus per *Jason.* in *§. præjudi-
ciales, num.* 17. *&* 18. *Instit. de actio.* & in actionibus
præjudicialibus loquantur *text.* in *l. si testamentum*
6. & *l. si quis libertatem* 7. *ff. de petit. hæred.* aliud est
enim, quod exceptio sit præjudicialis, quæ respiciat
personam, vel ipsius statum, vel impediat processum
ad ulteriora, de quibus agitur in dictis juribus,
12 aliud verò, quod actio à tertio oppositore proposi-
ta possit nocere, vel absorbere judicium, & ex eo
possit pretendi, quod supersedeatur in primo iudi-
cio, iuxta terminos *l. is à quo ff. de rer. vendic.* exor-
nata per *Covar. cap.* 13. *pract.* Et maxime hoc est in-
dubium in Regno, ubi omnia præiudicialia, quod
sunt apta præiudicare iudicio intentato, sunt sub-
13 lata hodiè in Regno, tam si præiudicialia sint au-
thoritatis, & præminentiæ, quam si agatur de præ-
iudicialibus in rem, & in personam, ut in causa sta-
tus, & etiam in his, in quibus sententia lata in pri-
mo parit exceptionem rei iudicatæ in secundo, &
condennatoria lata in secundo parit reo præiudi-
cium in prima, ut discurrendo per omnes ferè actio-
nes, & exceptiones præiudiciales de iure communi
probat *Afflict.* esse correctas iure Regni per *Const.
Si civiliter agent, rub.* 21. *lib.* 2. sub *tit. de lit. con-
test. in crimin. vel civil. Præs. de Franch. decis.* 512.
num. 2. Præsertim cum hic decretum ferendum in-
ter emptorem & Fiscum super traditione possessio-
14 nis non præiudicaret prælationi intentatæ per Ci-
vitatem, ut suprà dixi *num.* 10.

Nec regula circuitus inutilis vitandi applicari
potest huic casui, ubi interest emptoris in possessio-
nem immitti, tum quia maximum est possessionis
15 commodum, ad tradita per *Franch. dec.* 158. *nu.* 10.
tum etiam quia multa possent occurrere ad præla-
tionem excludendam etiam in facto, quæ emptori
adepta possessione possunt innotescere, ut ea suo
tempore legitimè per ipsum ad ius suum tuendum
proponi possint, præsertim cum raro, aut nunquam
16 verificari possit doctrina *Innoc.* relata per *Franch.*
in *d. dec.* 262. *in fin.* ut articulus decidendus consi-
stat in nudo puncto iuris, quod non insurgat ex
mixtura facti, ex quo ius oriri compertum est, quæ
facti circumstantiæ solent cogere Judicem ad ter-
minum, sivè dilationem ad probandum concedere,
ut aliàs scripsi *lib.* 1. *Controv. Illustr. cap.* 43. *n.* 15.

Quæ omnia licèt visa fuissent valdè urgere pro
Duce emptore, adeò ut uterque Senatus inclinasset
in consignandis provisionibus pro capienda posses-
sione, differendo decisionem articuli prælationis,
pleniùs auditis partibus in aliam diem, quæ D. Pro-
regi videretur congrua, tradita priùs possessione, &
sic exequutis decretis, ex maiori votorum suffra-
gio, aliquibus tamen sentientibus, nihil repugnare
quin non impedita exequutione decretorum po-
tuisset de iuribus prælationis tractari, etiam ad evi-
tandum circuitum, expensas litis, & damna, quæ
aliàs tam Civitati, quàm Fisco, ob cursum usura-
rum decurrebant.

Fuit per aliquos ex Dominis ex adverso pon-
deratum, consensum datum pro parte Ducis empto-
ris non esse admittendum, quia comparitio, quæ
continebat instantiam cum consensu capiendi pos-
sessionem absque Scaro erat præsentata per Procu-
ratorem ad lites, qui non poterat tacitè, nec expres-
sè remittere, nec donare ius principali absenti com-
17 petens, *Surd. dec.* 148. *num.* 8. & *dec.* 181. *num.* 10.

Et licèt fuisset dictum, verisimile, imò quasi no-
tum esse Principi, & Senatui, Procuratorem de
omnibus certiorem factum è die, quo fuit latum
primum decretum 9. Sept. nedum potuisse consule-
re, sed consuluisse principalem absentem, à quo po-
tuit recipere ordinem præstandi consensum, quod
certè non fuisset ausus Procurator præstare, nisi
sciente, & mandante principali, etiam propter assi-
stentiam, & authoritatem dicti *D. Caroli Brancatii*,
qui non permisisset Procuratorem coram S. E. affir-
mare quod sibi à principali non fuisset mandatum,
decipiendo Principem, & utrumque Senatum pla-
nè inverisimile.

Quod attendens ipse Prorex Excell. fuisse lapsum
tantum temporis spatium à die, quo Procuratori
prædicto, ejusque Advocato, nec non Ill. Principi
Roccellæ germano Ducis emptoris, aliisque ipsius
conjunctis, fuit data notitia decreti, quòd verisimi-
liter in re tam gravi potuerit responsum accipere;
propterea sub die 22. Octob. assignavit terminum
quatuor dumtaxat dierum, infra quos emptor de-
clararet, si intendebat capere possessionem Casalis
absque facultate faciendi Scarum, aliàs providebi-
tur super oblatione facta per Civitatem de emendo
dictum Casale; quamvis enim iste novissimus termi-
nus potuisset videri nimis angustus, imò impossi-
bilis pro consulendo principali degenti in ultimis
partibus Calabriæ ultrà, id tamen factum fuit, quia
nedum intercesserat competens temporis interval-
18 lum, infra quod potuit, & verisimile fuit Procura-
torem certiorasse, sed quia certum erat, responsum
habuisse à suo principali, cuius mandatum adim-
plendo consensum dederat; nam licèt verum sit, po-
tius ignorantiam, quam scientiam præsumi, hoc ta-
men fallit pluribus in casibus enumeratis per *Cost.*
in *tract. de fact. scient. insp.* 64. *Menoch. de arb. cas.*
286. & *Gayl. lib.* 2. *obser.* 48. & in specie, quod ex
temporis intervallo præsumatur scientia, probat
Seraph. de privil. juram. privil. 5. *num.* 25. *ubi addit.
ad eum, Mascard. de prob. concl.* 879. *n.* 48. ubi etiam
tradit, quod Dominus præsumitur informatus de
facto notabili, & gravi à suo Procuratore.

De

Digitized by Google

De cujus consensus validitate inutiliter videbatur disputari, siquidem infrà paucos dies potuisset à principali ratificari, vel ad summum tempore capiendæ possessionis per ipsummet Ducem principalem residentem propè locum, pro qua potissimè instabatur pro dicto emptore.

Verum ex alio postmodum fuit dubitatum de validitate consensus, & quod non esset legitimè adimpletum præceptum contentum in ultimo decreto lato die 22. Octob. siquidem mens Proregis, & Senatus fuit, quod Dux emptor simpliciter, & purè renunciasset juri faciendi Scarum, prout communi omnium voto fuit declaratum, ad finem ut aliter potuisset procedi ad venditionem dicti Casalis ad beneficium Civitatis, quod valdè utilius existimabatur pro Fisci compendio, non solùm ob promptam pecuniam pro pretio oblato per Civitatem, verùm quia non separabatur Casale, imò magis accedebat ad Civitatis obsequia, & servitia, quando contingerent obsidiones, & bella ab inimicis S. M. & infidelibus inferri, quod valdè erat considerandum ad exclusionem extranei emptoris, siquidem separato Casali vires Civitatis reddebantur nimis debiliores, cum Casalenses potius auxiliari debuissent utili Domino, illiusque personæ, & bonis oc-
19 currere, quam Civitati, à qua essent per infeudationem segregati, & separati, & soluti nexu reverentiæ per dismembrationem.

Accedebat commodum, quod consequebatur Fiscus ex venditione facienda Civitati, quæ post oblationem factam ex parte Ducis, dum petiit prælationem, obtulit solvere pretium pro certo numero mille fumantium, salvo item jure Fisci, si plures hoc numero invenirentur, dum oblatio Ducis erat ad rationem duc. 52. pro quolibet fumante, juxtà liquidationem faciendam, quæ, ut ferebatur, non poterat ascendere ad numerum sexcentum fumantium, aut paurum plus.

Et licèt fortè non potuisset in petitione prælationis post jus quæsitum emptori augeri pretium, ut durius redderetur jus primi emptoris, & pretium videretur augeri, offerendo pro numero ultrà verum numerum, qui juxta numerationem repe-
20 riri posset, juxtà discussa contrà D. Alexandrum de Sangro in causa Casalis Fractæ.

Attamen hoc pro Fisco evitari poterat, nam exclusio consensu, quatenus fuisset reservativus, dum debuisset fieri purè absque ulla reservatione, excludebatur emptio, undè, illa resoluta, Civitas accedebat ad novam emptionem, in qua poterat legem quam voluerat, adjicere ad beneficium Regia vendentis.

Undè ex his fuit per omnes communi suffragio votatum, consensum cum reservatione juris pro obtinendo Scaro in causa reclamationis, & cum generali item jurium reservatione, non fuisse legitimè
21 præstitum, & proinde stante lapsu termini, & non facta declaratione purè, & simpliciter, prout facienda erat, procedendum esse ad decisionem articuli prælationis petitæ per Civitatem prima die Jovis sequentis hebdomadæ, pro quo partes informent.

Sed ipse credo, quod nisi superveniret purus, & explicitus consensus Ducis emptoris de perficienda emptione, renunciando Scaro, absque ulla reservatione, non esset tractandum amplius de jure prælationis, sed de nova emptione emendi Casalis facta
22 per Civitatem, cum enim sit resoluta venditio facta Duci cessat jus prælationis, de quo frustrà tractatur, annullato principali contractu.

SUMMARIUM.

1 *D. Parthenii Pitagna Fisci patroni laus.*
2 *Decretum R. C. non dicitur absolutum deficientibus subscriptionibus Fisci, & Secretarii.*
3 *Terminus iterum si intimetur, videbitur recessum à prima intimatione.*
4 *Revisio sententiæ per viam reclamationis impedit exequutionem, quando agitur de præjudicio irreparabili, vel quod difficillimè reparari posset.*
5 *Contractus cum Principe gestus pro lege habetur.*
6 *Pretium in damnum ejus, qui prius retractum petiit, augeri non debet.*
7 *Bona fiscalia non possunt distrahi absque subhastatione, & aliis solemnitatibus à lege requisitis.*
8 *Bina decreta non debent proferri eodem consessu, ne auferatur potestas reclamandi à primo.*
9 *Causa unica dicitur in Regno, & si plures habent articulos, qui omnes unica terminantur sententia.*
10 *Stilus Rotæ Romanæ recensetur in decidendis juris articulis, & commendatur*, num. 11.
12 *Articuli cum sint diversi, & separati ex qualitate facti, unius decisio alterius diffinitionem non impedit, & ità decisum*, num. 13.
14 *Casalibus distractis, Civitati tanquam capiti prælatio competit, ad finem illa conservandi sub Regis domanio, secus verò si ejus voluisset dominio subjicere*, num. 16. *& si offerat illo describi facere in faciem alicujus particularis pro interesse Fisci*, num. 17. *nisi jurisdictionem civilem haberet in dicto Casali*, num. 18. *& ità decisum*, nu. 19.
15 *Feuda prohibentur pervenire ad manus mortuas.*
20 *Fiscus licèt ratione partis possit totum vendere, id tamen procedit consocio requisito.*

ARGUMENTUM.

Bina decreta an possint in eodem consessu proferri. Juris articulus reservatus in primo decreto habente executionem paratam, illo non executo, an possit terminari, & quando. Civitati prælationem competere distracto Casali, in cujus territorio dominium, vel jurisdictionem civilem habet. *Tex.* in *l. 2. C. de comm. rer. vend.* & in *l. unic. C. de vend. rer. fiscal. cum priv. lib. 10.* exornantur, & declarantur.

DECISIO IV.

CUm pluries in præsenti causa esset propositus, ac plenè relatus, & discussus articulus prælationis petitæ pro parte Civitatis Rhegii in venditione facta per Regiam Curiam D. Vincentio Carrafæ Duci Bruzzani, ac partibus informantibus, aliqui ex Dominis votantibus, dum in præcedentibus sessionibus ageretur, utrum esset prius, & ante omnia consignanda possessio emptori Castri venditi, & postmodum de juribus prælationis disceptari, vel potiùs conveniret prius articulum prælationis decidere, vel quia hic esset præjudicialis, & venditionem absorberet, vel saltim, quod veriùs, & æquiùs videri poterat ab hujus puncti decisione incipere ad evitandum circuitum, & litis protelationem, quo medio utrique parti videbatur consuli, plures ex Senatoribus, qui huic posteriori sententiæ adhæserant, optantes, finem huic controversiæ imponi, ut litis expensæ vitarentur, & cursus usurarum, quas Civitas, & Fiscus

patiebantur, extinguerentur moræ supervacaneæ, impatientes jam suum votum quodammodo propalaverant, dum facta noviter plenissima lectura Privilegiorum Ferdinandi I. & aliarum plurium scripturarum, ac testium examinatorum in processibus antiquis inter eandem Civitatem, & Casale, ex quibus satis colorari videbatur titulus Civitatis circa dominium, & possessionem jurisdictionis, qua ratione moti dicebant articulum prælationis valdè facilem, & clarum, ut brevi possit terminari, ex quo conjici poterat, illos in beneficium Civitatis pro concedenda prælatione fore pronunciaturos.

Verùm articuli decisione dilata, ob in integrum restitutionem petitam ex parte Fisci, dum institerat se læsum in concessione Scari, & deinde ob moram emptoris in declarando, utrum vellet emptionem acceptare absque Scaro.

Tandem cum stante ultimo decreto lato 27. Octobris, quò ob lapsum termini, & declarationem non factam purè, & simpliciter, prout uterque Senatus senserat, fieri debere renunciationem ab emptore juri habendi Scarum, fuerat decretum, procedendum esse ad decisionem articuli prælationis petitæ per Civitatem prima die sequentis hebdomadæ, pro quo partes informent.

Quod mox visum fuit declarare, esse potius procedendum ad venditionem de novo faciendam dicti Casalis, juxtà oblationem factam per dictam Civitatem Rhegij, quæ in præcedentibus petierat præferri, & quatenus opus esset declaravit, etiam velle de novo emere, quod prudens novus Fisci Pa-
1 tronus insignis moribus, & doctrina D. Parthenius Pitagna, hoc prævidens, fieri procuravit, qui casus novæ venditionis videbatur necessariò debere practicari, siquidem resoluta, & irritata venditione facta Duci, cujus occasione erat petita prælatio, non poterat amplius Civitas ex capite prælationis audiri, cum nemo possit in venditione alteri præferri, ubi subjectum emptionis planè deficiat, nisi emptorem Ducem incontinenti pœniteret, declarando velle purè emptionem perficere, pœnitus, & omninò renunciando aperitioni Scari.

Dum de nova emptione facienda, resoluta jam prima ageretur, ex parte Ducis emptoris fuit expositum, nimis rigidè, & asperè secum fuisse actum, dum dicto decreto lato 27. Octobris fuerat ab emptione exclusus, dato sibi termino quatuor dumtaxat dierum, infrà quos impossibile erat per rerum naturam, ut ipse principalis potuisset certiorari, degens in ultimis finibus Calabriæ, & nimis etiam brevis, & angustus, ut procurator cum conjunctis, & amicis ipsius, ut opus erat, in re gravi potuisset deliberare, quatenus procurator etiam ad negotia ad id cogi posset, quod de jure negabat fieri potuisse, qui terminus nec erat stricto jure lapsus, siquidem licèt fuisset notificatus per Actuarium procuratori ad lites in domo Commissarij die sabbati, illa die decretum non erat in forma consueta absolutum, quia deerant subscriptiones Fisci patroni, & Secretarii Tribunalis, quæ de stilo sunt necessariæ, & proindè cum adhuc ex defectu
2 sollemnitatis non esset decretum completum nulla fuerat ipsius notificatio, prout hoc in specie procurator opposuit, & de nullitate actus protestatus fuit, quod agnoscens, vel saltim de hoc dubitans Fisci procurator, fecit de novo intimari decretum jam completum, & cum solita sollemnitate absolutum die Lunæ. Undè ex hac nova intimatione videbatur recessisse, & renunciasse præcedenti noti-
3 ficationi, & concessisse, ut ab ista die curreret terminus quatuor dierum, quem computando à die ultimæ intimationis, certum erat, non fuisse lapsum, incipiendo à prima die post intimationem legitimè factam juxtà solitum morem judiciorum in nostris Tribunalibus servari consuetum.

Quibus accedebat consideratio Advocati dicti Ducis conquerentis, quòd vocatis partibus coràm Excellentissimo, die prædicta 27. quo fuerat contrà ipsum provisum, & lecto consensu, nihil fuerat pro parte Fisci oppositum, non esse puram, & simplicem Scari renunciationem, quæ tametsi non fuisset formiter, potuisset re integra in continenti declarari, & fortè iuvisset illam emendare, siquidem præceptum factum emptori in sessionibus præcedentibus hoc tantùm continebat, ut infrà tot dies declararet, si intendebat capere possessionem absque Scaro, undè responsio, seù declaratio erat conformis verbis decreti, seù præcepti quia intendebat capere possessionem absque Scaro, et sic reservatio juris super Scaro in petitorio facta in declaratione, cujus causa orta erat exclusio emptoris, non videbatur per decretum inhibita, et quatenus prædicta cessarent, dicebat, à prædicto decreto non posse sibi denegari revisionem per viam reclamationis, quæ hoc casu impedire debebat execu-
4 tionem, cum ageretur de præjudicio irreparabili, aut quod difficillimè reparari potuisset, juxtà stilum juri subnixum, *Præs. de Franch. dec. 408. n. 2. et dec. 637. num 8. D. Consil. Merlin. controv. iur. c. 15. num. 5. cum seqq.* imò etiam cum adest timor, ne reparari possit, post *Bart.* et *Rebuff. Jo: Vinc. de Anna alleg. 63. num. 7.*

Undè exhibita nova renunciatione Ducis remittentis ex toto ius faciendi Scarum, ex præcedentibus, & aliis consideratis fuit admissa moræ purgatio re integra, cum tametsi Fiscus ob publicum bonum, & ut fraudibus objiceretur, & occurratur, tanquam læsus in pacto concessionis Scari obtinuerit, in integrum restitui, non potuerit tamen negari, quin fuerit contrà fidem contractus gesti, & jurati cum Principe, qui debet pro lege servari, &
5 & in quo bona fides exuberat, & ob id fuit decisum, quod consignaretur dicto emptori possessio, etiam stante oblatione, & consensu ejusdem solvendi augmentum pretii pro mille fumantibus certis, quidquid per numerationem fumantium contingerit reperiri minorem numerum, cum obligatione, quod si plus inveniretur, solveret majus pretium ad similitudinem augmenti oblati pro parte Civitatis Rhegii, quod et si fieri non possit per concurrentem in emptione in præjudicium, & damnum ejus, qui priùs periit retractum, & intentavit jus prælatio-
6 nis, ut fuit decisum, me interveniente die 24. Novembris 1631. in Collaterali, coràm Excellentissimo, in causa venditionis jurisdictionis Casalis Fractæ Majoris contrà Fiscum per R.C. in Collaterali, de qua decisione meminit *Reg. Rovitus* in *novissima editione in comment. Pragm. 63. de offic. Procurat. Cæsar.* post *num. 27.* & ego scripsi antè ipsum in *decisione dictæ causæ*, attamen hic fuit augmentum admissum, quia eadem Civitas Rhegina, quæ petierat præferri, non solùm obtulerat idem pretium, sed longè majus fecerat augmentum in pretio, & pactis, sivè conditionibus, quod admissum fuit, ex quo in nullius præjudicium, et in utilitatem Fisci maximam cedebat.

Hoc

Hoc autem articulo deciso, cum Excellentissimos Dominus Dux mandasset, illicò votari, et decidi articulum prælationis, qui redingrata, vel de novo instaurata venditione facta Duci per moræ purgationem admissam jure, de juribus prælationis agi poterat, quod commodum nactus est Fiscus ex decreto in quo ipse succubuit, dum si aliter pro Fisci voto resoluta fuisset venditio, extincta prælatione, sola spes sibi superfuisset vendendi de novo Casale ipsi Civitati emere volenti, vel alteri extraneo, quod Fisci intererat evitare, dum noverat ex pluribus, perniciosum fore dividere, vel segregare Casalia, et sic membra à Civitate capite in confinibus Regni posita, nec potuisset vendere Civitati, nisi præcedentibus bannis, et adhibitis subhastationibus, admittendo extraneos emptores tum ex dispositione iuris requiren-
7 tis certas sollemnitates in venditione bonorum Fiscalium, tum exordinationibus Regiis pluries iniunctis, et servari iussis in Tribunali Cameræ, quibus forte fuit adempta potestas Excell. Proregibus vendendi.

Fuit proindè hæsitatum inter Senatores, Primò, si posset consessus utriusque Tribunalis in eadem sessione, et eadem causa facere duo decreta, cum ex stilo Tribunalium, ubi nec moratoria cunctatione, nec præcipiti festinatione causæ tractantur, et deciduntur, ea, qua convenit, maturitate, non solet fieri duplex provisio eodem tempore, et ses-
8 sione in eadem causa, etiam ne adimatur, vel restringatur legitimæ defensionis facultas, reclamandi scilicet, vel dicendi de nullitate, aut alterius iuris remedii.

Tametsi enim stilus nostrorum Tribunalium admittatur, ut unica dicatur causa, quæ plures, et
9 diversas habeat facti, tametsi intricati inspectiones, ac plurimos iuris articulos, etiam diversos, qui omnes simul discutiuntur, ac præmissa facti discussione, cuius veritas elicitur ex informationibus, & altercationibus Advocatorum, qui maximi, & insignes floruerunt, & florent in hac nostra Urbe, quæ fiunt tam in domibus Senatorum, quam in Aulis Tribunalium, quæ vulgo dicitur, *la lettura delle Cause*, qua mediante causarum merita panduntur, cum constet ex facto jus oriri, & præviis factorum notamentis, quæ ut plurimum in arduis causis, præsertim quæ deciduntur unitis classibus, recompilantur post lecturam, quo tempore etiam aptiùs Advocati formant allegationes in jure, quibus visis, & consideratis, & factis motivis omnibus, facti, & juris articulis in unum congestis, & benè pensatis, proceditur ad totius decisionem, condemnando, vel absolvendo, aut aliter diffiniendo, juxtà controversiæ qualitatem, formando sententiam juxtà plurium votorum suffragia, & sic
10 satis diverso à Romano stilo, ubi causa per articulos in frusta divisa, ad sententiæ diffinitionem proceditur per decisionem cujusque articuli de per se, quorum quis sit aptior, & commodior stilus, & qui utilior, & causarum decisioni accomodatior, non erit meum aperire, ut qui justè recusari possem, cum ex veteri proverbio, *suum cuique pulchrum videri debeat*, illudque notum sit, stilum Romanæ Curiæ hic recipi non posse, ubi litium tam ingens est copia, quæ nedum ex tota Italia, sed ex longè externis Nationibus, & Potentatibus huc confluunt ab occasione bonorum, & jurium, quæ in Regno alienigenæ possident, ut merito diversus stilus pro celeriori causarum expeditione hic invaluerit, licèt alioquin semper venerandus sit stilus percelebris Romanæ Rotæ, cui Sacrum nostrum Consilium constat semper aliàs mirum in modum
11 detulisse, teste *Afflict. decis.351. num.10.* prout fateor, omnes debere deferre, illamque venerari, de cujus Rotæ Romanæ authoritate latè tradunt *Menoch.consil.295. num.25.* & *consil.1050.num.37. Surd. consil.403. in fin. num.83. & 84. Polid.Rip. lib.1.observ. in præfat.* & *Grat.discept.for.cap.266. num.22. cum seqq.*

Verum sicuti ad diffinitivam sententiam proferendam conglutinatis omnibus, suo tamen (ut prædictum est) ordine, Neapolitano more procedi constat, sic pariter deciso articulo prædicto videbatur esse reservandum, ut in sequenti de diverso articulo prælationis ageretur, sed quoniam jubente Principe, cujus summa est potestas, ex causis infrà dicendis, fuit in hoc dispensatum, & fortè jure etiam à stilo recedi potuit, propterea amplius in hoc minimè insistendum censeo.

Ulteriùs tamen, & secundò dubium faciebat, num jure potuerit Senatus ad ulteriora procedere ad decisionem articuli prælationis, nisi priùs executis pluribus decretis, quæ videbantur esse conformia ad beneficium emptoris circa consignationem possessionis, tum quia hoc erat illud, quod in judicio deductum, disceptatum, & controversum inter partes, fuerat tandem decisum, prætendente enim emptore pro exequutione venditionis rem sibi tradi actione ex empto, & opponente Civitate, & Fisco inhærente pro decisione articuli prælationis, cum emptor tandem, concisa victoria, & diminuta parte rei venditæ, adempto scilicet Scaro, obtinuisset, frustrà videbatur laborasse, nisi effectum possessionis sibi pluries decretæ impetrasset, tum etiam cum hoc videretur sibi debitum ex qualitate decreti lati per Supremum Tribunal Cameræ in consistorio præsertim Principis, cujus decreta ob authoritatem, & præeminentiam Judicis, & Tribunalis constat habere parstam executionem, ac citrà omnem moram impedimenti, undè frustrà essent decreta lata, si ex articuli prælationis decisione fortè in favorem Civitatis faciendam non esset in primis tradenda possessio pro decretorum exequutione.

Verùm in contrarium pro Civitate, & Fisco adhærente dicebatur de eo tantum disceptatum fuisse, à quo puncti, vel articuli decisione fuisset incipiendum, utraque parte contendente ab eo articulo, qui sibi utilior videbatur fuisse sumendum initium, non tamen, ut deciso uno, vel altero articulo, prout justiùs visum fuisset, posset ex hoc victor pretendere non posse ad alterius articuli decisionem progredi, nisi executo decreto prius lato, hoc enim non fuit propositum, nec discussum, & consequenter utrique parti liberum jus remanebat quocunque tempore petendi expeditionem sui articuli, undè licèt obtinuisset emptor in articulo rem sibi tradi, non ex hoc impediri poterat jus Civitatis, ut super articulo prælationis pronunciaretur, supposito fuisse in præcedentibus decisum, & pluries resolutum, de jure prælationis agi posse, etiam re non tradita emptori, utpotè tanquam jus alteri ex solo venditionis contractu etiamsi non esset ex toto per traditionem perfectus, quæsitum, & sic frustrà esset expectanda traditio possessionis, cujus eventus ut non necess-

Digitized by Google

cessarius nihil operabatur, undè nihil ex decisione
impediri poterat, nec obstare Civitati, quominus
statim pro decisione articuli prælationis instare
posset jus suum prosequendo.

Neque hoc dicebatur suaderi posse ex natura de-
creti, ob authoritatem Tribunalis, enjus decreta,
promptam habere exequotionem, nemo inficias ire
potest, siquidem dicebant Civitas, & Fiscus simul
juncti, ipsos benè agnoscere, noo posse exequu-
tionem decretorum remorari, & proindè sufficere,
nihil ex eorum parte opponi, quominus emptor
provisiones necessarias pro capienda possessione,
eamque possessionem obtineret, verùm non impe-
dita exequutione decretorum æqua lance nihil pari-
ter obstare Civitati, quin pro decisione articuli præ-
latioois instara posset, cum hæc omninò separata
sint capita, quæ ex diversitate factorum, etiam ju-
ris, & rationis separationem recipiont, juribus
12 vulgaribus, & proindè unius decisionem, alterius
diffinitionem impedire non posse, cum de uno ad
aliud non inferatur.

Undà per ut umque Senatum his omnibus per-
pensis, & considerata etiam necessitate Reg. Curiæ
pro habendis pecuniis ad conservandum Regis exer-
citum, & solvendo ære alieno contracto cum Assen-
tistis, & extingueodis excessivis usuris, & dilatio-
ne temporis plurium mensium concessa pro hujus ar-
ticuli decisione, ne res in infinitum protraheretur,
devenit ad decisionem articuli prædicti, in qno Ci-
vitas obtinuit lato decreto, his verbis. Die 13. No-
13 vembr. 1639. Visis, &c. Fuit provisum, & de-
cretum, quod præferatur Civitas Rhegii in em-
ptione Casalis Sanbatelli, & ejus membrorum ven-
ditorum Ill. Duci Bruzzani pro eodem pretio duc.
54. mil. pro numero mille focułariorum pro nunc,
absque Scaro, & eum aliis pactis, & conditioni-
bus appositis in beneficium Regiæ Curiæ, juxtà
oblationem dictæ Civitatis, & cum declarationibus
in margine ipsius notatis per Magnificum Commis-
sarium restituta parte pretii fortè soluta à dicto Ill.
Duce, unà cum interesse pro quantitate, & tem-
pore liquidando. Verùm Civitas prædicta teneatur
juxtà ipsius oblationem nominare personam, in cu-
jus faciem describatur dictum Casale pro cautela
Regii Fisci; & pro observantia Reg. Pragmaticæ,
& citrà etiam præjudicium jurium Regii Fisci pro
interesse ex causa pretii non soluti contrà quos-
cunque.

Et licèt pari voto fuerit decisnm, Civitati licèt
capiti jus non esse petendi prælationem in venditio-
ne Casalinm, tametsi membra dicantur esse Civita-
tis, venditis Casalibus per viam infeudatinnis, ad
14 finem ut Casalia subjiciantur Civitati, tanqnam
Baroni, tum quia Civitas sine ipsismet Regis dispen-
satione non potest habere feuda, obstante *Pragma-
tica*, vulgò dicta *Novem Capitum*, lata in anno
1531. qua prohibetur, feuda devenire ad manus
15 mortuas, vel semper vivas, tum quia & fortiùs,
jus, quod habet Civitas, non est, ut præferatur
extraneo emptori io emptione Casalis in feudum,
eum hoc nullo jure, ex quo oriri potest prælatio,
vel retractus, sibi competat, ex his, quæ tradun-
tur pro limitatione liberæ facultatis vendendi, &
emendi, de qua in vulgata *lega dudum*, sed tan-
tùm, ut velut caput præferatur extraneo emptori
16 ad conservandum domanium, & libertatem Casa-
lensium, & non subjiciendi eos servituti, & sic il-
lud idem jus, quod competit eidem Casali pro con-
servaoda libertate domanii, quinimò & singulari-
bus civibus, etiam Universitate contradicente, eum
requisitis, ut proprio ære id faciant, & aliis, de
quibus per *DD.* fuit io hac causa, & aliis habitum
pro vero, competere Civitati, quæ caput sit Casa-
lium jus tantum proclamandi ad libertatem, & do-
manium, non tamen ut Civitas aspirare possit effi-
ci utilis domioa, & reducere ad servitutem Casalia
sub ipsa Civitate capite, tanquam sub Barone, etiam
si ad evitandam dispositionem Pragmaticæ obtule-
17 rit describi facere ipsa Casalia in eedulario in caput
alicujus privatæ personæ, ut fieri solet, ad hoc ut
Civitas, Ecclesia, vel similes, quæ prohibentur
feuda acquirere illa teneant.

In casu tamen præsenti fuit aliter iudicatum,
etiam in venditione Casalis in feudum, Civitatem
ipsius caput præferri extraneo emptori, ex quo Ci-
vitas virtute privilegii Regis Ferdinandi I. de anno
1465. noviter lecti, & ponderati Partibus præ-
lentibus obtinuerat sibi concedi domioinm ter-
18 ritorii, in qoo erant ædificata hæc Casalia ven-
dita, & etiam sibi fuerat concessa ab eodem Rege
jurisdictio civilis in homines dictorum Casalium,
cujus in hunc usque diem Civitas erat in possessione
cognoscendi de causis civilibus infrà certam sum-
mam, undè ex hoc capite tanquam Domina territo-
rii, & Condomina jurisdictionis civilis cum Re-
19 gio Fisco Regis nostri habentis omnimodam ju-
risdictionem, & merum imperium fuit ipsa præ-
lata.

Etiam ex eo, quod licet Fiscus ex proprio privi-
legio ratione partis etiam mioimæ veodat totum,
20 tamen id non permittitur, nisi requisito consorte
ad *Bald.* in vulgata *l. 2. C. de commun. rer. alien.* eum
aliis per *Reg. Constantium* in *l. unica C. de vendit.
rerum fiscal. cum priv. comm. lib.* 10. *num.* 69. *Gregor.
Lopez titul* 5. *part.* 5. *l.* 53. *versic. vendera*, *Mastrill.
consil. unico* post *decis. num.* 14. *Gratianus dec.* 179.
num. 8. *& disceptation forens. cap.* 874. *num.* 5. *tom.* 5.
ultrà alios, quos adduxi in decisione caulæ vendi-
tionis Casalium inter Fiscum, & Fidelissimam Civi-
tatem, votata die 18. Sept. 1637. ut est videre in *re-
sponso præcedenti*.

Et hac decisione mediante facta per juris tramites
fuerunt conservata Casalia onita cum Civitate Rhe-
gii proùt prudenti consilio Fiscus optavit ob neces-
sariam Civitatis defensionem, ob frequentes Tur-
carum invasiones, & obsidiones in loco dicto, *la
Fossa di S. Giovanni*, quo loci Turcæ solent utri-
qoe Siciliæ insidias parare, & Fiscus non fuit in
damno, cum habuerit idem pretium numeratò,
quod ab extraneo emptore sibi fuerat oblatum, id-
que servando contractum per viam prælatiouis, quæ
supponit firmitatem contractus.

ARGUMENTUM.

Utrum generale decretnm per Regiam Cameram in
Collaterali Consilio, præcedentibus literis suæ Ca-
tholicæ Majestatis emanatnm, quo generaliter ob
publicas imminentes, & urgentes hac tempestate
necessitates, ob defeosionem Statns Mediolanensis
à Gallorum incursionibus, fuit provisum, esse pro-
cedendnm ad venditiooem terrarum domanialium,
afficiat Civitatem Bitonti, prætendentem, se eo
decreto non ligari. Primo, ex quo non fuerit tunc
temporis in eam causam citata, insuper quia decre-
tum fuit latum referente pro Commissario, qui in
causis

causis aliarum venditionum eorum domanialium intervenerat uti Fisci Advocatus, quapropter penitùs examinatur articulus, quando Judex ex quo in causa fuit Advocatus, judicare non possit. Item an parte præsente citatio requiratur. Deindè, an in locum primi Judicis alio subrogato, nova citatio sit coràm Judice suffecto facienda. Ad idem pro subjecto casu discutitur articulus, quando, & in quibus casibus obstet exceptio rei judicatæ. Demum quibus in casibus terminus conceditur, dilationes restringuntur, & quomodo in his procedatur tam de jure communi, municipali, quam de stilo nostrorum Tribunalium, ubi ad rem de Principis rescriptorum, justitiam fieri, percipientium, interpretatione posteà connectuntur.

SUMMARIUM.

1 *EX conservatione, & defensione Ducatus Mediolanensis dependet tutela Regni nostri Neapolis,* & num.53.

2 *Decretum generale latum per Regiam Cameram in Collaterali, quo provisum fuit, esse procedendum ad venditionem Terrarum domanialium, an comprehendat Civitatem Bitonti.*

3 *Perceptores provinciales solent pigrè se gerere in his, quæ ipsis injunguntur pro servitio, & interesse Curiæ, & Fisci.*

4 *Advocatus in aliqua causa Judex effectus, non potest in eadem causa judicium ferre, secus autem in simili, etsi in eodem puncto, sivè juris articulo consulerit, vel scripserit, quod in specie probatur de Fisci Advocato,* num.5. *&* 7. *& ità judicatum,* num.8. *& in praxi receptum in Regno Siciliæ,* num.11. *& exemplis comprobatur,* num.12.

6 *Rex ex causa publica, & necessaria potest vendere, & infeudare omnia domanialia, etiam quæ mediante pretio obtinuerant libertatem, & ità judicatum,* num.8.

9 *Laudatur Dominus Regens Sanfelicius.*

10 *Expenditur* decisio Domini de Franch. 87. *quoad jus commune.*

13 *Advocatus Fisci non potest in eadem causa ut Judex, & Commissarius judicare, tam de jure communi, quàm municipali nostri Regni.*

14 *Advocatus non potest esse Judex in iis causis, pro quibus, aut contrà quos fuit Advocatus, etsi utraque pars consenserit.*

15 *Comparitio spontanea cum mentione citationis omninò purgat, & sanat defectum citationis, non solum quoad futura, sed etiam respectu ipsius citationis.*

16 *Citatio non fit nisi ut quis compareat, & ideò præsentia sine citatione sufficit, ex communi.*

17 *Præsens, & se defendens non est citandus.*

18 *Citatio est instituta, ut quis sciat, & si velit, se defendat.*

19 *Terminus dierum quadraginta pro omni termino, nominatione in partibus, & beneficiis concedi solet in casibus, ubi celeritas desideratur, & timetur calumniosa protelatio, maximè concurrente favore publico.*

20 *Sententia declarata nulla ex causa, quæ non respicit reliqua acta; sed solum ipsam sententiam, succurritur, nullitatè proferendo iterum eandem sententiam ex eisdem actis, & ità practicatur.*

21 *Laudatur D. Consiliarius Hector Capycius Latro.*

22 *Exceptio rei judicatæ quando obstet.*

23 *Exceptio rei judicatæ obstat etiam ubicunque secundum judicium venit ad rescissionem ejus, quod est determinatum in primo.*

24 *Res eadem judicata per interpretationem dicitur, quando inter easdem personas eadem quæstio revocatur, licèt de alia re diversa tractetur.*

25 *Exceptio rei judicatæ ut obstet, sufficit, ut ex re judicata in consequentiam aliquid inferatur.*

26 *Exceptio rei judicatæ obstat, si in alio judicio venit discutiendum idem, licet de re diversa tractetur.*

27 *Regia Camera diversimodè procedit in consultationibus faciendis juxtà diversitatem rescriptorum, quæ proveniunt ex Scriniis Regis nostri, vel à Reg. Cancellaria.*

28 *Regia Camera multoties in consultationibus faciendis, ubi cadit quæstio facti, solet concedere terminum pro facienda consultatione.*

29 *Exceptio rei judicatæ obstat, etsi alio genere judicii fuerit actum.*

30 *Exceptio rei judicatæ obstat, & si varietur modus agendi.*

31 *Exceptio rei judicatæ quoties lata sententia obstaret, ibi etiam convincitur identitas judicii antè sententiam.*

32 *Consultationes Principi factæ per Tribunalia etiam de illius mandato, nullam vim habent quousque vigorem non recipiant ab ipso Principe rescribente.*

33 *Appellare non est necesse à consultationibus Judicum.*

34 *Præsidentes Idiotae appellari laicos, undè sumptum.*

35 *Necessitas actus, quamvis largo modo possit dici nova causa, tamen propriè loquendo, ea causa superveniens non est causa diversa, ita ut operetur diversitatem judicii, sivè actionis.*

36 *Explicatur* text. *cum ibi* glos. in verb. singulas l. si unus 28.§.item si pactus, ff.de pactis.

37 *Nova dilatio, neque novus terminus est dandus processu compilato.*

38 *Dilatio omnis data ad probandum est peremptoria etiam si non dicatur, adeò quod si denuò concederetur sine causæ cognitione, & parte inaudita, omnia acta redderentur nulla, quòd fortiùs procedit in Regno,* num.39.

39 *De iure Regni unica tantum datur dilatio ad probandum, & si de iure communi plures dentur, quinimò concessio termini ad probandum, & probatum habendum habet vim conclusionis, quantum ad hoc, ut non possint finito termino testes examinari.*

40 *Sacrum Consilium per* Constitutionem Lite legitimè contestata, de processu judicii, *non admittit novos articulos post terminum, nec novos testes, nec dat secundam dilationem.*

41 *Terminus in Regno ad probandum est* 20. *dierum, qui si labatur, neutra parte probante, actor amplius non reintegratur in termino.*

42 *Terminus aliquando in Regno peremptoriè solet concedi, videlicet pro omni termino, & beneficiis, sicuti in Regno appellatur restitutio, & solet ità concedi ad obviandum calumniis, litiumque protelationibus,* & num.44.

43 *Restitutio in integrum minoribus, & aliis privilegiatis conceditur adversùs probationes per lapsum*

pſum temporis omiſſas, & etiam ad pinguiùs probandum.

45 *Judex poteſt, & debet minuere, & ampliare dilationes ob qualitatem cauſæ, conditionem temporis, & perſonarum.*

46 *Judex cum ex cauſa recedit à dilationibus iuris, cauſam debet exprimere.*

47 *Privilegium, vel contractus, quo domania conceduntur, eius eſt naturæ, ut ſine ſcriptura fieri non poſſit.*

48 *Terminus non eſt dandus in articulo mero iuris, & vide num.79. in ſubiecto caſu num.82. & 90.*

49 *Cedularius novus feudatariorum de ordine Suæ Maieſtatis fuit ordinatus confici in Regno, in quo omnes feudatarii deſcribuntur per Provinciat, emendatis erroribus antiqui cedularii, &* num.51.

50 Author *de ordine Suæ Maieſtatis præficitur confectioni novi cedularii conficiendi feudatariorum in Regno.*

52 *Laudatur Joan. Jacobus Mercurius Præſidens Reg. Cam.*

54 *Temporis mutatio, & ſuperveniens gravior neceſſitas aliter fieri cogit, quàm quòd aliàs factum fuiſſet.*

55 *Reſcripta ſpecialiter obtento non ſolet per generale ſubſequens derogari, ſecus per univerſalem ſubſequentem diſpoſitionem, &* num.67.

56 *Verba generalia, & univerſalia generaliter debent intelligi.*

57 *Diſpoſitio generalis, idem operatur quòad comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis quòad comprehenſa ſub ſpecie.*

58 *Diſpoſitio univerſalis vim habet derogatoriam, & includit etiam perſonas, & cauſas privilegiatas, quæ in caſu ille non reperiuntur habere ſpeciale privilegium.*

59 *Statuta, & reſcripta univerſalia comprehendunt etiam cauſam dotis.*

60 *Diſpoſitio generalis legis, vel ſtatuti includit omnes caſus, licèt in uno maior eſſet ratio, quam in alio, idque procedit etiam in materia odioſa, & in ſpecie probatur in reſcriptis, quamvis ſtricti iuris.*

61 *Rex noſter præſumitur habere memoriam eorum, quæ antea mandavit.*

62 *Princeps ſi in ſuis ultimis reſcriptis, iuſtitiam fieri reſcribentibus, nihil juxtà priora reſcripta reſervaverit, ſuper omnibus pariter iuſtitiam fieri mandaſſe cenſetur, & vide* num.65.

63 *Cauſæ ad Regnum ſpectantes in ſupremis Neapolitanis Tribunalibus deciduntur juxtà Capit.* ejuſdem Regni.

64 *Laudatur D. Regens Carolus de Tapia.*

66 *Generi per ſpeciem derogatur, non è contrà.*

68 *Qui vult, dicit, qui non dicit, non vult.*

69 *Clauſula*, juſtitiam faciat, *eſt maximæ importantiæ, & per eam utrique parti conſulitur.*

70 *Reſcripta damnoſa Fiſco, & quæ deviant à iuris regula, non ſunt poſtulanda.*

71 *Clauſula*, quòd fiat juſtitia, *non revocat præcedentes iuſſiones, etiam quod de hic ſit facta mentio per ſupplicantem.*

72 *Reſcriptum ultimum potiſſimum eſt ſervandum, quando iuſſiones ſunt diverſæ.*

73 *Relatione pendente, nihil poteſt innovari.*

74 *Reſcriptum Principis, quo mandatur partes audiri, non continet dilationem, ſivè terminum ad probandum, ubi terminus ex natura cauſæ de iure, vel ſtilo concedi non debet, ſed tantum, ut citetur, & voce audiatur adverſarius, & ſic obſervatur, & ità iudicatum in hac cauſa refertur.*

RESPONS. XXX.

Propoſita cauſa venditionis, ſivè infeudationis Civitatis Bitonti vigore ordinis generalis Suæ Majeſtatis directi Excellentiſſimo Duci Medinæ Viceregi, de vendendis, & infeu-
1 dandis omnibus, & quibuſcunque Terris, & loci domanialibus ex cauſa publica, neceſſaria, urgentiſſima, & præciſa conſervationis, & defenſionis Ducatus Mediolanenſis, à quà dependet tutela Regni noſtri, fuit de pluribus ex tempore dubitatum.

Et primò, utrum decretum generale latum per
2 Regiam Cameram in Collaterali præſente Excellentiſſimo, quo fuit proviſum, eſſe procedendum ad venditionem terrarum domanialium, poſſet comprehendere, vel nocere dictæ Civitati, quæ oppoſuit ex duobus, dictum decretum quòad ipſam eſſe nullum.

Primò, quia decretum prædictum fuit latum 25. Februarii 1638. cum tamen citatio expedita 5. Januarii, & ſic ante decretum, ad dicendum cauſam, quare non poterat procedi ad venditionem vigore dicti reſcripti, & ordinis generalis Suæ Majeſtatis fuiſſet notificata Ordini Deputatorum ad Regimen dictæ Civitatis die 27. ejuſdem menſis Fe-
3 bruarii, ex negligentia Perceptoris Provincialis, qui ut hujuſmodi Miniſtri ſolent, pigrè ſe gerunt in his, quæ ipſis injunguntur pro ſervitio, & intereſſe Curiæ, & Fiſci, & ſic decretum fuit latum antè citationem intimatam, & ſic nulliter abſque citatione.

Secundò, quia decretum prædictum generale fuerat latum, me referente, qui aliàs, dum annis retrò elapſis fuerat ſimiliter de mandato noſtri Regis tractatum de eadem venditione, ob aliàs bellorum
4 eo tempore urgentium neceſſitates, exercueram officium Regii Fiſci patroni in proceſſu, in quo Fiſcus petierat procedi ad venditionem dictæ Civitatis, & pro Fiſco ſubſcripſeram primam citationem, ſuper qua fuerat inſtructus, & compilatus proceſſus, eo tempore non expeditus, de quo ob negotiorum multitudinem, & temporis lapſum recordari
4 non poteram, ſiquidem certa eſt, & recepta in judicando propoſitio in hac materia, quod licèt is, qui fuit Advocatus effectus Judex, non poteſt in eadem cauſa judicium ferre, *l. prætor 17. ff. de juriſdict. omnium Judicum, l. fin. verſic. eidem pœnæ, C. de aſſeſſ.* ſi votum propalavit, ſecundùm *Innocent.* & *Imol.* in *cap. irrefragab. de offic. ordinarii, l. quiſquis, C. de poſtulando*; tamen non prohibetur eſſe Judex in cauſis ſimilibus, tametſi in eodem puncto, ſivè juris articulo conſuluerit, vel ſcripſerit, non enim præſumitur habere affectionem, niſi in cauſa, in qua conſuluit pro ſuo Cliente, non autem in reliquis diverſis, tametſi ſimilibus, vel in quibus iidem
5 juris articuli venirent diſcutiendi, undè tametſi ipſe uti Fiſci Advocatus jam diù ab anno 1618. dum Regno præerat Excellentiſſimus Dux Oſſunæ plenum reſponſum pro Fiſco edideram, poſſe
6 Regem ex cauſa publica, & neceſſaria vendere, & infeudare omnia domanialia, etiam quæ mediante pretio obtinuerant libertatem, quæ opinio ab initio fuit viſa nimis rigida, & non omninò probabilis,

lis, ità ut plurimi ex Regni Sapientibus de illius
veritate satis dubitareot, verùm posteà, re maturius
discussa, fuit nedum probata, sed recepta, & juxtà
7 illam judicatum, cum à ploribus Universitatibus
(de quarum venditione agebatur) fuissem, ut ge-
neralis Commissarius postmodnm effactus, recusa-
tus tanquam Advocatus, qui fueram Fisci, fuit
pluries contra Civitatem Nolæ, & alias decisum,
quod noo admitteretor recusatio, tamatsi scripsis-
sem super articulo generali, & admissa tantùm re-
cusatio in illis causis, in quibus uti Advocatus
feceram aliquam instantiam, vel subscribendo in
aliquo actu positivo propalaveram votum in illa
causa, quæ decisiones snot notandæ ad ampliatio-
nem decisionis relatæ per *Dominum de Franchis*
8 *decision.*87.*num.* 18. prout etiam vidi iudicatum,
referente Domino Regente Sanfelicio meo Com-
9 patre, Viro eruditione, doctrina, ac summa religio-
ne insigoi, junctis Aulis de anno 1622. in causa
suspitionis allegatæ in personam Domiui Regentis
Rov ti per Marchionem Larinæ contra Vincen-
tium Brancia, quam probat *Mastrill.decis.*151. *nu.*
56. conferunt dicta per *Gravettam consil.* 199. *in
fine*, oec contrarium voluit *Dominus Capycius de-
cision.*146.*num.*2. quia loquitur in causa nedum si-
10 mili, sed connexa, & invicem dependenti, & quam-
vis de jure communi multi dubitent de justitia *di-
ctæ decis. Domini de Franchis* 87.*num.*18. relati per
*Mastrillam dicta decision.*151.*num.*59. tamen idem
11 post *num.*63. dicit, opinionem receptam in Sacro
Coosilio servari quoque in Regno Siciliæ, & ità
semper esse practicatum in illo Regno, nisi causa
esset omninò, oedum similis, sed eadem, & ità pro-
ceditalia, decisio recusationis propositæ in perso-
12 nam Consiliarii Georgii in causa creditorum Mar-
chionis Calæ Arboris, ex eo, quod scripserat in ar-
ticulo, utrum separatio bonorum habeat locum in
feudis, fuit enim admissa recusatio, quia idem erat
merus juris articulus sine aliqua facti diversitate,
& de hoc puncto fuit etiam tractatum in suspitio-
ne in personam Domioi Rov ti in causa Ducis
Nucceriæ, cum Domina Hieronyma Pignatella, re-
ferre ita Consiliario Meliore de mense Martii 1623.
& in causa connexa, & dependenti ab altera loqui-
tur *Aufrer. de recusatione caus.* 15. *Aviles in cap.
prætor.cap.*3.*verbo Advocatos, num.*3.*Mascardus de
probationibus, conclusion.*66. *num.* 8. *versic. limita,
Menoch.de arbitrariis, cap.*63.*num.* 4. *Rebuffus ad
Constitutiones Galliæ, tit. de recusatione, artic.* 6.
*Glos.unica, num.*31. *Anna singul.*297. Undè cum in
hac materia infeudationis domanialium ex causa
publica potueris considerari, & in effectu visom
fuerit inter privilegia, & contractus, quos unaquæ-
que ex Universitatibus iofeudandis obtinuerat,
maxima facti diversitas, & non omnimoda similitu-
do, vel dependentia, meritò fuit exclusa recusatio.

Secundò, supposito, decretum prædictum gene-
rale non comprehendere, nec obstare Civitati ex
defecto citationis, & jurisdictionis Judiais, qui cum
13 fuisset Advocatus Fisci, non poterat posteà in
eadem causa ut Judex, & Commissarius judicare de
jure communi, & maximè ex Regni Pragmaticis
14 quibus est ampliata juris dispositio, ut omninò à
munere judicandi, qui prius fuit Advocatus alte-
rius ex litigantibus, abstinere deberet, nec admit-
tatur etiam utraque parte consentiente, ut in
Pragm. 15.§. 18. & citatis per *Dominum Revitum
in Pragm.*1.*de suspic.official. Petram ad Capycium
dicta decis.*146.

Utrum saltim posset Fiscus nunc petere, & ob-
tinere, ut decretum generale aliàs latum contrà
omnes Civitates, Terras, Castra, & Casalia descrip-
ta in petitione Fisci, ubi fuerunt tantùm excepta
loca insignia, & Urbes Metropolitanæ, & in confi-
nibus, & limitibus Regni posita cum Castris, & for-
telitiis, præsertim maritimis ad Regni defensionem
paratis, posset, inquam, hodiè procadi ad prolatio-
nem consimilis decreti contrà dictam Civitatem,
supposito quod necessitas subministraodi expeosas,
& succurrendi exercitibus Suæ Majestatis pro de-
fensione Regnorum Italiæ, ac totius Monarchiæ
fuerit ab eo tempore valdè aucta, nec in dicta Ci-
vitate Bitonti concurrere majora privilegia, nec
potiora jura pro conservando domanio, illisque
pluribus Civitatibus competebant, quæ vel vigore
jam dicti decreti venditæ, vel ad evitaodum jugum
servitutis subjiciendi se Barooibus, traosactæ, & re-
demptæ fuerunt subvaniendo ex insita natura, de-
votione, & fide Regoicolarum ergà Regis nostri
Coronam, cum maxima pecuniarum summa, qua-
rum fidem imitari debet Bitootina Civitas.

Pro quo decreto saltim ex integrò proferendo
quod procederetur ad venditionem dictæ Civita-
tis, & ipsios justificatione allagabat Fiscus, non esse
aliam citationem oecessariam.

Primò, quia Civitas jam comparnerat consti-
tuendo Procuratorem, & per suos Advocatos ex
primariis se acriter defendendo, faciendo mentio-
nem, se semel, atque iterum citatam, quæ spontanea
15 comparitio cum mentione citationis, omninò pur-
gat, & sanat defectum citationis, non solum quò ad
futura, sed etiam respectu ipsius citatioois, ità ut
eam amplius impugnare non possit, *l.* 1. *in princ.*
& ibi *Gloss.in verbo sententia valebit, Baldus, Ale-
16 xand.& Jason. ff. de feriis*, nam, ut ipsi dicunt, cita-
tio oon fit, nisi ut quis compareat, & ideò præsen-
tia sine citatione sufficit secundùm communem
opinioocm *Doctorum in l.prima, ff. de in jus vocan-
do*, & io *cap.* 1. *extra de judiciis*, *Afflictus decis.* 2.
post *num.*6.*vers. Nec obstat*, concordaotes per *Ti-
raquellum in primo retractu.*§.9.*Glos.*2. *num.*17.18.
& 19. & sic fortius quòad ea, quæ post compari-
tionem sunt expedienda, siquidem certom est, præ-
17 sentem, & se maximè validè, & enixè defendentem
18 non esse citandum, quia citatio est instituta, ut
quis sciat, & si velit, se defendat, undè obtento fine,
noo est curandum de mediis, ut prædicti *DD.* citati
fundant.

Secundò, quia cum jam Fiscus de anno 1620. vi-
gore alterius Regii mandati citasset dictam Civita-
tem adversus petitam iofeudationam, fuissetque
19 tuoc prævio termino sibi concesso quadraginta
dierum pro omoi termino, nominatione in parti-
bus, & beneficiis, prout consuevit fieri in casibus, &
judiciis, ubi celeritas desideratur, & timetur de ca-
lumniosa protelatione, maximè concurrente favore
publico, de quo agitur ut plurimum in causis fisca-
libus, & præsertim in ista, quæ celeritatem dasidera-
bat, & in dicto termino causa cogoita exhibitis arti-
culis, ubi ferè omnia, quæ hodiè iterum longo appa-
ratu allegabat Advocatus Civitatis fuissent dedu-
cta, & super illis recepti testes, ac exhibita privile-
gia, super quibus poterat fundari prætensio conser-
vationis domanii, etiam ex causa onerosa, cum solu-
tione ducatorum 66. mil. Duci Suessæ successori
Magoi Capitanei, & tandem instructus, & compila-
tus processus cum exhibitione scripturarum, & pri-

Digitized by Google

vilegiorum, & sic erant patefacta jura, & constabat
plenè, Civitatem deduxisse suas defensiones, dice-
bat proindè Fiscus, & instabat, quod quatenus de-
cretum generale non obstaret, saltim erat de novo
idem decretum firmandum, & publicandum in ea-
20 dem forma, sicuti declarata nulla sententia ex cau-
sa, quæ non respiciat reliqua acta, sed solum ipsam
sententiam, cujus acta ritè, & rectè fuerunt forma-
ta, & nihil aliud remanet faciendum, nisi iterum
sententiam proferre ex eisdem actis, ex doctrina
Bartoli in *leg. si expressim, ff. de appellation.* & in
leg. primo, Cod. de sentent. & interlocut. omn. judic.
Secundùm quam solet judicare Sacrum Consilium,
teste *Domino de Franchis decis. 245. in fine*, quæ
21 praxis hodiè inconcussè viget, teste doctissimo, &
inter Senatores conspicuo, & insigni nobilitate, &
moribus *Domino Hectore Capycio Latro decis. 83.
num. 11.*

22 Undè cum jam terminus fuisset aliàs concessus,
& compilatus processus in eadem causa revocatio-
nis domanii, & venditionis jurisdictionis per viam
infeudationis pro subveniendis militum stipendiis
ex causa publica, & necessaria, concurrente iden-
titate causæ, vel litis, personarum inter Fiscum,
actorem scilicet, & dictam Civitatem, & ad eun-
dem finem, *l. Julianus 3. de exceptione rei judica-
tæ*, ibi, *exceptionem rei judicatæ obstare, quo-
ties eadem quæstio inter eosdem personas revocatur
ex eadem causa*, ut subdit *Glos. verbo petat*, quin-
imò de eadem re agere videtur, & qui non eadem
actione agit, qua ab initio agebat, sed etiam si alia
experiatur, de eadem tamen re, dummodò, ut
glossat *Accursius*, eadem sit causa petendi, *l. si quis
cum totum 7. §. & generaliter*, exceptio rei judi-
catæ obstat, quoties inter easdem personas eadem
quæstio revocatur, etiam si alio genere judicii,
idest actionis, ut addit *Glos.* & in *l. 12. cum quæ-
ritur*, hæc exceptio noceat, nec ne inspiciendum
est, an idem corpus sit quantitas eadem, idem jus,
& causa petendi, & eadem conditio personarum,
idest, an eædem personæ, *l. 13. & 14.* ubi etiam
Glos. prima, & in *§. idem corpus*, ubi declaratur,
identitatem corporis non in stricta significatione,
sed pinguius, idest largius pro communi utilitate
accipi debere, *ff. de exceptione rei judicatæ*, &
Glos. in *d. l. & in eadem 14. ver. concurrunt*, sup-
plendo *textum*, dicentem, *requiri inter alia,
quod sit eadem causa*, subjicit, sufficere, quod sit
verè, vel interpretativè, & *Angelus* in *d. l. cum
23 quæritur*, dicit, quod ubicunque secundum ju-
dicium venit ad rescissionem ejus, quod est deter-
minatum in primo, obstat exceptio rei judicatæ,
24 & per interpretationem eadem res judicatur, quan-
do inter easdem personas eadem quæstio revoca-
tur, licèt de alia re diversa tractetur, pulchrè
Lanarius consil. 34. num. 15. & 16. hinc *Dominus
25 de Ponte consil. 90. num. 9. volum. 1.* dixit, suffice-
re ex re judicata in consequentiam aliquid inferri,
26 ut obstet exceptio rei judicatæ, & *num. 10.* quod
si in alio judicio venit discutiendum idem, licèt
tractetur de re diversa, obstat exceptio rei judica-
tæ, quia oritur ex eodem fonte, nam & si res di-
versa petatur, si tamen originem trahit à jure prius
deducto, ità quod idem jus veniat iterum discu-
tiendum, tunc respectu illius juris obstat exce-
ptio, nec consideratur eo casu diversitas rei, ut
ex *Castrense, Socino, Corneo, Ripa, Ruin.* & aliis
probat idem *de Ponte dicto consilio, usque ad n. 15.*

Stante notoria, & certa identitate causæ, non po-
terat proptereà peti, nec concedi nova dilatio, si-
vè terminus probatorius post conclusum in causa.

Nec obstabat quod ex adverso opponebatur,
primum judicium motum ad instantiam Fisci non
fuisse simpliciter propositum ad finem judicandi,
& decernendi, an dicta Civitas, non obstantibus
suis privilegiis posset vendi, & infeudari, sed tan-
tùm ad finem faciendi Consultationem Suæ Maje-
stati, quæ præceperat Excellentissimo Proregi,
quod cum voto Regiæ Cameræ faceret consulta-
tionem, si poterat vendi dicta jurisdictio, nec nè,
& sic infarciebatur, esse diversum ab hoc ultimo,
in quo non dubitabatur, fiscum petiisse pro exe-
quutione novi ordinis Suæ Majestatis provideri,
quod venderentur jurisdictiones locorum doma-
nialium.

Et tantò magis, cum dictum primum judicium
fuisset finitum per consultationem factam ad rela-
tionem Domini Regentis, & Regiæ Cameræ Lo-
cumtenentis Montalvi, in qua fuerat consultum,
non posse, nec expedire ad venditionem illarum
procedere, & sic finito judicio pro voto Univer-
sitatis, ex negativa consultatione, necessariò erat
novum judicium, & Civitati potiùs, quam Fisco
competebat opponere de exceptione rei judicatæ.

Et his addebatur ex parte Civitatis, judicium no-
vissimè propositum fuisse ob novas supervenientes
belli necessitates, quas Fiscus prætendit esse lon-
gè majores illis, ex quibus primo loco mandavit
Rex noster, procedi ad infeudationem, & sic vi-
debatur ex Fisci assertione, aucta necessitate, acces-
sisse novam petendi causam, quæ diversitatem cau-
sæ, & judicii inducebat.

Verùm pro Fisco replicabatur ad primum, non
esse verum in facto, primum judicium fuisse mo-
tum ad finem faciendi consultationem, quinimò
mandatum ad Fisci instantiam fuisse simplex ad di-
cendum causam, quare non poterat procedi ad ven-
27 ditionum, licèt enim utroque modo consueverit
Camera procedere juxta diversitatem rescriptorum,
quæ solent ex Scriniis Regis nostri, vel à Regia
Cancellaria prodire ad instantiam Fisci, & partium
in rebus, & negotiis fiscalibus, & patrimonialibus,
quibus mandatur, quod Camera justitiam faciat.
28 Et multoties, quod audito Fisco, & partibus re-
feriat cum voto, & interdum in consultationibus,
ubi cadit quæstio facti, solet concedi terminus pro
facienda consultatione, ut sæpè practicatur, ut
instructo processu, prævia causæ cognitione fiat
consultatio, attamen in præsenti casu judicium erat
simpliciter motum ad finem illud terminandi de
justitia.

29 Sed & si hoc fuisset verum in facto, dicebat
Fiscus, non ex hoc censeri potuisse diversum ju-
dicium, ex *text.* expresso in *d. l. si quis cum totum,
§. & generaliter*, ubi etiam si alio genere judicii,
idest actionis fuerit actum, ut addit *glos.* idem est
30 judicium, quia ubi variatur modus, & non finis,
obstat semper exceptio rei judicatæ, à qua regula-
31 tur identitas judicii antè sententiam, ubi enim
obstaret, lata sententia, exceptio rei judicatæ, ibi
etiam convincitur identitas judicii antè senten-
tiam, ut docuit *Bald. in c. 1. in fin. de controver. feu-
di, Socin. sen. cons. 38. num. 8. lib. 1.* & optimè docet
*Jas. cons. 9. post num. 3. 4. 5. usque ad 8. lib. 1. Gabriel.
in titul. de judic. conclus. 1. num. 33. inter commun.
opinion. Marent. cons. 39. num. 25. & disp. 6. num. 23.*

De-

Decia. consf.24. num.16. lib.5. & alii innumeri per
Carol.de Graff.tract.de excep.in præludiis,num.61.
& 62.

Quibus stantibus negabatur, fuisse finitum di-
ctum primum iudicium per Consultationem, &
estò quod fuisset facta dicta Consultatio etiam in
favorem Civitatis, dum non fuerat publicata, nec
rescriptum à Principe, quod Regia Camera suam
exequeretur consultationem, quinimò novissimis
præcisis literis iniunctum Proregi, quod statim pro-
cederet ad venditionem omnium locorum doma-
nialium, non erat propterea de dicta Consultatio-
32 ne habenda ratio, prout de iure clarissimum est.
Consultationes Principi factas etiam de illius man-
dato per Tribunalia nullam vim habere, quous-
que vigorem non recipiant ab ipso Principe rescri-
benta, *l.1.vers.neque*, ibi, *fortè si Præses provin-
ciæ, vel quis alius consuluerit, & ad consultatio-
nem eius fuerit rescriptum, & in §.sequent.si scri-
pserit*, ibi, *si scripserit quisquam ad Nos, & illi
aliquid rescripserimus,ff.de appell.* ubi hac ratione
33 dicitur, à consultatione Judicis non esse appel-
landum, cum possit post rescriptum, quod neces-
sariò post Consultationem sequitur, appellare,
quod in terminis tradidit *Surg. de Neap. illustr.
lib.1.c.16.n.9. cum seqq.fol.145.* ubi postquam di-
xit, *huiusmodi Consultationes à Iudicibus ad Prin-
cipis iudicium efferri, ad tex.in §.pen. in auth.de
iud.glos.in l.ex illa C.de appell. & ab illis non esse
provocandum*, addit rationem, *quia* inquit, *se-
cretò fiunt, ad tex.in l.iubemus C.de appell.& qui
illas ferunt, possunt ad libitum revocare, cum non
in forma iudiciaria proferantur vota, sed consul-
toria, quæ an executionem mereant, nec ne, ex
Principis beneplacito pendet, & hoc iure Reg.
Cam.in Collater.Consil.passim uti non abigitur, si
enim diffinitivè, vel interlocutoriè iudicatum es-
set, aliter respondendum foret.* hæc ille. adde ad
idem *text.in l.6.§.legatos ff.de offic.Proconsul.* qui,
34 ut obiter hoc dicam, advertit, Proconsulem con-
sultum debere respondere cum consilio Sapien-
tum, cum ipse sit laicus, idest idiota, undè credo
sumptum, Præsidentes idiotas appellari laicos.

35 Nec novæ supervenientes causæ necessitatis au-
ctæ propter bellorum angustias, quibus premitur
Monarchia, quæ ad Fisci favorem sunt pōderandæ
ad magis justificandum alienationem domaniorum
ex majori publica necessitate censeri, nec haberi
possunt, ut novæ causæ diversæ, quæ importare
possint diversitatem judiciorum, siquidem licèt lar-
go modo necessitas aucta, possit dici nova causa,
verè tamen, & propriè loquendo, non est causa
diversa superveniens, quæ operetur diversitatem
judicii, idest actionis, ut dicit *glos.* in *d.l. si quis
cum totum, §. & generaliter*, sed est eadem causa
necessitatis superveniens, non alia, & hæc fuit
vera intentio *glos.*in *d.l.Julianus 3.* in *glos.fin.* dum
super *ver. petat*, subjicit, *ex eadem causa, non*
36 *posteà supervenienti*, ut idem *Accurs.* explicat in
*l.si unus 28. §.item si pactus, in gla.ver.singulas res
ff. de pactis*, ubi cum *I. C.* explicaret, de eo, qui
pactus esset, ne hereditatem peteret, quod nec
possit singulas res petere, subjiciens alia exempla,
subdit *glos.* aliud in exceptione rei judicatæ, quia
qui rem petit, causam exprimit, ex qua causa si
absolvitur reus, non nocet petenti, ex alia scilicet
diversa, sed in pacto non ponitur causa, undè
generaliter absolutus, & liberatus videtur.

37 . Undè addebat Fiscus, novam dilationem, sivè
terminum non esse concedendum, non solum
quia erat facta conclusio in causa, & sic processu
compilato non erat danda nova dilatio, ex vulgata
regula, de qua in *cap.significaverunt 36. ubi glosa
verbo, liquere, Felin.* & omnes *de testibus*, cum
aliis per *Alexand.consil.72.vol.4.* & *Ursillum ad Af-
flict.dec.115.*sub *num.1.* siquidem notum est, quod
38 omnis dilatio data ad probandum est peremptoria
etiamsi non dicatur, *l.1.* ubi *Bar.C.de dilationibus,
cap.2.*ubi *gla.eod.tit.* adeò quod si concederetur se-
conda sine causæ cognitione parte inaudita, omnia
acta redderentur nulla, *Bart.*& *Jas.*in *l.fin.ff.de fe-
riis*, quos probat *D. Capyc. decis.81.num.1.& 2.&*
39 *decis.90.* sub *num.1.* quod per jus Regni est magis
restrictum, quia licèt jure communi darentur plu-
res dilationes ad probandum, tamen de jure Re-
gni unica tantùm datur, quinimmò concessio ter-
mini ad probandum, & probatum habendum, ha-
bet vim conclusionis, quantum ad hoc, ut non
possint finito termino testes examinari, ut in *Con-
stitutione Lite legitimè contestata, de processu ju-
dicii*, ubi *Afflict.* sub *nu.ab.8. num.12. & 13.* &
40 ut dicit *Capyc.d.dec.81.*sub *num.2.per dictam Con-
stitutionem* in Sacro Consilio non admittuntur
novi articuli post terminum, nec novi testes, nec
41 datur secunda dilatio, immò si terminus, qui in
Regno est determinatus viginti dierum juxtà
Pragm.7.de ordine judiciorum labatur, neutra par-
tium aliquid probante, actor non reintegratur
amplius in termino idem *Capyc. decis.82.* ubi *Pe-
tra* in *addit.*, *Rovit. super Pragm.7.num.14.de or-*
42 *dine judiciorum*, & hoc præsertim erat observan-
dum in casu præsenti, ubi terminus alias concessus,
fuerat expressè per Regiam Cameram peremptoriè
concessus pro omni termino, & beneficiis, sicuti
43 in Regno appellatur restitutio, quæ conceditur
minoribus, & aliis privilegiatis, dum læsi ex solo
lapsu temporis restituuntur adversùs omissas pro-
bationes, & etiam ad pinguius probandum, de
quo per *Franch.decis.261., & 269.* & *Minad.de-
cis.15. Rovitus* super *Pragm.11.* ex *num.25.de or-
din.judic.*

44 Et solet hujusmodi decretum fieri ad obviandum
calumniis, litiumque protelationibus, ut aliquan-
do finis litibus imponatur, diminuendo dilationes,
juxtà *Text.* in *l. non nunquam 72.* ubi *glos. vers.
vel temporis, & ibi omnes, ff.de judic.* quod potest,
45 & facere debet Judex minuendo, vel ampliando
ob qualitatem causæ, conditionem temporis, &
personarum, juxtà veriorem, & magis receptam
sententiam, quam latius prosequitur, casus, &
46 exempla subjiciendo, *Menach.lib.2.de arbitr.cent.1.
casu 52.* ubi, *num.22.* monet Judicem, ut cum
ex causa recedit à dilationibus juris, causam ex-
primat.

Sed etiam ex natura judicii, siquidem in istis no-
vissimis infeudationibus locorum domanialium fa-
ctis vigore ultimi ordinis Suæ Majestatis, non fue-
rat aliis locis, & Terris domanialibus concessa ali-
qua dilatio, & petentibus denegata; siquidem
fuit processum contra omnes cum simplici citatio-
ne ad exhibendum Regia Privilegia, vel contra-
47 ctus, quibus fuerat ipsis concessum domanium,
quæ omnia necessariò apparere debebant per scri-
pturas, ut quæ sunt talis naturæ, quæ sine scri-
ptura fieri non possint, & reliquum consistebat in
mero juris articulo, si privilegia simpliciter gra-

tiosa, vel etiam concessa in remunerationem servi-
tiorum, & fidelitatis à subditis observatæ, essent
tanquam gratiosa existimanda, & etiam illa, quæ
erant concessa mediante pecunia, & quæ proindè
velut transfusa in contractum, essent omninò ob-
servanda, vel possent etiam ex causa nova necessa-
ria respiciente publicam utilitatem, revocari, un-
48 dè non erat necessarius terminus in articulo meri
juris, juxtà doctrinam *Baldi* relatam per *Franch.*
*decis.*221, *num.*12. *&* 262. *in fin. Poscal. de virib.*
*pat. potest. part.*2. *cap.*5. *num.*7. *Reg. Rovit.* super
*Pragmat.*7. *de ord.judic.* Undè super articulo meri
juris, qui celeritatem desiderabat (maximè nedum
super hoc ordinario jure litigaretur, Regnum
ipsum, & Monarchia tota periclitaretur) meritò
non fuit concessus terminus, sed discussa privile-
gia, & contractus, & de eorum viribus, & effi-
cacia tractatum, & quæ fuissent talia, quæ vel
venditionem ex toto impedire, aut remorari po-
tuissent, aut fuisset necessaria restitutio pecuniæ
acceptæ tempore concessionis domanii, compensato
pretio corporum, & jurium feudalium, quæ oc-
casione domanii fuerunt solita concedi, & relaxari
ad beneficium earundem Terrarum, quæ quamvis,
ut plurimum, debuissent describi in faciem alicu-
jus civis particularis habentis liberos, & successo-
res, ut Regiæ Curiæ esset cautum de solvendo
servitia, & relevia, cæteraque jura dominicalia,
& conservaretur spes devolutionis, ob lineam fini-
49 tam, juxtà decretum anni . . . . Attamen in ple-
risque Terris repertum fuit, id ex incuria Mini-
strorum Regiæ Curiæ non fuisse factum, & proin-
dè esse necessarium describere in novo Cedulario,
50 quod de ordine S.M. occasione resultæ Regiæ Visi-
tationis, in quo S.M. fuit dignata me illius confe-
ctione præficere in *novis instructionibus* editis de
anno 1634. in *cap.*123. jam conficitur, & in eo
51 omnes feudatarii describuntur per Provincias,
emendatis erroribus antiqui cedularii, opera, &
52 industria Domini Præsidentis militaris Domini Jo:
Jacobi Mercurii viri integerrimi, moribus, & no-
titia jurium Fiscalium insignis, cui plurimum me
debere profiteor.

Et in aliis descriptis fuit institutum judicium ad
Fisci instantiam pro solvendis releviis.

Et novissimè ad rescripta obtenta per dictam Ci-
vitatem à S. M. scilicet primum sub die 20. Martii
1610. quod fuit renovatum pro observantia primi
sub die 22. Februarii 1616. & iterum sub die 23. De-
cembris 1620. quibus fuit injunctum Excellentis-
simo Proregi, procedi ad decisionem articuli vali-
ditatis, vel invaliditatis privilegiorum domanii,
verùm quod attinet, si possunt revocari, vel nè,
& illis non obstantibus procedi ad ipsius Civitatis
venditionem, præcepit, quod S.M. certioraretur.

Respondebatur ex parte Fisci. Primò, ex no-
vissimis literis expeditis per Suam Majestatem, qui-
bus præcepit Viceregi, quod ex urgentissima ne-
53 cessitate publica invasionis Status Mediolani, à cu-
jus defensione dependebat tutela Regni, vende-
rentur omnia domanialia, concedendo potestatem,
ut venditiones firmæ, & validæ censerentur, etiam
absque alia ipsius Regis ratificatione, ad hoc ut cum
maxima festinatione, ut par erat, occurreretur
tam maximo, & imminenti periculo: fuisse ex his
54 literis derogatum omninò rescriptis prædictis ex
prædictis ad beneficium dictæ Civitatis de an-
nis 1610. 1616. & 1620. quibus non vigebat neces-
sitas, vel non tanta, tum ex mutatione temporis,
& supervenienti gravissima necessitate, quæ aliter
fieri suadet, & cogit, argumento *l. si ex toto* 8. *ff.*
*de legat.*1. ubi *Jason*, *Ripa*, & alii cum aliis per
*Ozasch. decis.*91. tum ex efficacia, & virtute ordi-
nis, nedum generalis, sed universalis, qui nihil
omninò, & penitùs excludit. Licèt enim rescripto
55 specialiter obtento non soleat per generale subse-
quens derogari. Attamen secus per universalem
subsequentem dispositionem, quia cum non exce-
perit aliquam ex Terris domanialibus, itaut vide-
retur, non esse alicui parcendum, nec quicquam,
& si privilegiatum eximendum, sed omni via quæ-
rendas pecunias ad Regii exercitus substentatio-
nem, à quo dependebat totius Italiæ, & Monar-
chiæ conservatio, certè ex isto universali sermo-
ne, nihil potest considerari fuisse exceptum, nec
56 reservatum, sed omne comprehensum, cum ge-
neralia, & universalia verba, generaliter debeant
intelligi, ad *text.* in *l.*1. *§. & generaliter*, *ff. de*
57 *leg.præst.* cum concordantibus per *Surd.decis.*217.
*num.*9. idemque constet, operari dispositionem
generalem quoad comprehensa sub genere, quan-
tum specialis quoad comprehensa sub specie, *l.jure*
militari, *ff. de militari testamento*, D. meus *de*
58 *Medicis consf.*50.*num.*13. istamque sic universalem,
& ex intentione efficacissimam dispositionem vim
habere derogatoriam, & includere etiam personas,
& causas privilegiatas, quæ in casu illo non repe-
riuntur habere speciale privilegium, *l.in fraudem*,
§.ultimo, ubi *Baldus*, *ff. de testam.militis*, cum
infinitis per *Tiraq.* in *l.retract.§.*1.*glos.*14.*num.*96.
vers.Ego verò, ubi indà infert, statuta, & rescri-
59 pta universalia comprehendere causam dotis, & alia
60 generalia dispositio legis, vel statuti includit om-
nes casus, licèt in uno major ratio esse videatur,
quàm in alio, *l.*2. *§. quod autem*, *ff. de aliælusu*,
& aleatoribus, *l.ultima*, *§.uxori*, *ff.de auro*, *&*
argento legato, cum aliis per *Tiraq. d. loco n.*201.
& *num.*105. idque procedit etiam in materia odio-
sa, *l.cum lege*, ubi *Aret.* notat, *ff. de testamentis*,
& in specie in rescriptis, quamvis sui natura stri-
cti juris, *Peregr. decis.*13. sub *num.*23. *Marius*
Giurba, qui congerit multos *decis.*75. *num.*5.

Et tandem esto citra veri præjudicium, dictum
universale rescriptum ad id non esse extendendum,
attamen ponderabam pro Fisco ultimum quoddam
rescriptum obtentum ex parte Civitatis sub die 25.
Junii 1638. in quo cum Bitontina Civitas dubitans
ex dicto rescripto universali potuisse jam relatis
rescriptis derogari, supplicem de novo libellum
porrexit S.M. in quo narratis omnibus prædictis,
S. M. mandavit his verbis, *que es justo, que a la*
Ciudad se le de satisfacion en lo que haviere lugar,
y que sobre este particular se haba, y administre
justicia, oydas las partes, de manera que no reci-
ba agravio la dicha Ciudad, y despues me avisareys
de lo que se biziera, à finque visto, ya ordene la
que mas convenga.

Et ex hoc rescripto per Civitatem novissimè ob-
tento dicebam, clarissimè fundari Fisci intentionem,
& proindè incautè ex parte Civitatis fuisse in actis
exhibitum, cum potiùs ipsi obesse, quàm prodesse
dignoscatur.

Stantibus enim prioribus rescriptis à Civitate
impetratis, quibus de validitate privilegiorum hic
cognosci, sed an Civitas possit vendi, nec nè, de
hoc certiorari deberi S. M. fuit ordinatum. Cum
post

Digitized by Google

post novissimum ordinem generaliter pro Fisco emanatum Civitas ad Principem recursum habuisset, exponendo, tam priora rescripta ad sui instantiam expedita, quam dictum ultimum pro Regis proprio servitio urgenti motu proprio ad nullius petitionem expedito, petendo declarari confirmationem prioris ordinis, ut secundus articulus, si posset, nec nè vendi, vel infeudari Regi censeretur reservatus, nec ex ultimo rescripto ipsi derogari.

61 Rex autem prudentissimus, qui saltim per expeditionem Civitatis, ultrà registra in suis scriniis supremi Consilii Italiæ præsumitur habere memoriam eorum quæ mandaverat, & præsertim ultimi de recenti expediti pro suo servitio, dum mandavit, fieri justitiam, auditis partibus, ità quod non gravetur, censetur super omnibus, absque ulla reservatione maodasse, justitiam fieri, & vo-

62 luisse magis exequi ultimum rescriptum motu proprio continenti publicam utilitatem, quàm prima ad partis postulationem, & privatæ utilitate concessa, & sic dum nihil ex duobus articulis reservavit, super omnibus fieri justitiam, & provideri mandasse censetur, ad tradita per *Bald.* in *cap. cum venisset, n.3. vers. quæro Papa de testibus* in *cap. studuisti*, *num.3. vers. quæro supplicatum*, *de officio delegati*, *Panorm.* in *cap. cum dilecta*, *num.12. & 13. de rescriptis*, & in *cap. quintavallis*, *n.44. de jure jurando*, *Felin.* in *cap. causam*, *quæ n.8. de sententia*, *& re judic.* & in *c.1. num.51. vers. & si dicatur*, *de constitutionibus*, *Consil. de Anna consil.61. num.48. Mastrill. dec.178. num.13.* præser-

63 tim cum id sit juxtà juris ordinem; & Regni capitula, quibus ad instantiam Civitatis Neap. & Regni ipsius pluriès fuit concessum, ut causæ ad Regnum spectantes in supremis Neapolitanis Tribunalibus decidantur, & finem accipiant, & non referventur, nec extrahantur, ut late referendo capitula observari in supremo Consilio Italiæ testa-

64 tur doctissimus, & omni virtutum genere, ac in Regni juribus consummatissimus D. Regens, & Marchio *Carolus de Tapia* in *decis. S.C.1. num.32.* quod potissimè locum sibi vindicabat adversus Fiscum.

65 Et decisa deindè causa, & proviso, de justitia, scilicet super omnibus, cum nihil anteà fuerit reservatum, tunc, & non priùs mandavit Rex ipse, *T despues me avisareys de lo que se hyziere, à fin que visto, ya ordene lo que mas convenga*, quòad summum referri potest, ut ante exequutionem certioretur.

66 Neque his obstat, quod priora rescripta pro Civitate contineant specialem provisionem, cum non censeatur derogatum per hoc ultimum, quod videri potest magis generale, siquidem generi per speciem derogatur, non è contra, etiam attenta theorica *Isern.* in *cap.1. il 1.* post *num.7. qui success. ten.* distinguentis tres casus, dum citat *l. si defensor*, *§ qui interrogatus*, *ff. de interrog. action.*

Siquidem dicimus, hoc ultimum non minùs continere specialem provisionem, quam priora, siquidem in prioribus fuit facta distinctio inter validitatem privilegiorum, super qua fieret justitia, & inter venditionem, de qua certioraretur Princeps, in hoc autem ultimo cum eadem Civitas exposuisset, post priora fuisse emanatum rescriptum, omnia comprehendens, ex causa tàm privilegiata, si Rex voluisset priora servari, facilè dixisset, *ser-*

67 *ventur rescripta pro Civitate, non obstante posteriori*, sed quia noluit, attento quod per dictum ordinem universaliter datum omnia revocaverat, ideò mandavit, super omnibus justitiam fieri, reservando illud tantùm ad Civitatis beneficium, ut post decisionem certioraretur, undè non sunt applicabiles termini: quod speciei per genus non de-

68 rogatur, sed potiùs si voluisset, dixisset, non dixit, ergo noluit, argumento *l. unica*, *§. sin autem deficientis*, *C. de caduc. toll.*

Et minus de specialiter petitis, & generaliter concessis, siquidem in precibus oblatis in impetratione hujus ultimi rescripti omnia fuerunt specialiter narrata, & specialiter provisum, ut super omnibus fieret justitia.

69 Quæ clausula *justitiam faciat* est maximæ vis, & importantiæ, siquidem per eam utrique parti

70 consulitur. Et justitia erat ultimum ordinem motu proprio expeditum observare, præsertim quia priora rescripta deviabant à juris regula, & contra municipalia jura, & Fisco damnosa, *l. nec damnosa*, quæ est *tertia*, *C. de precibus Imperatori offerendis*,

71 quod autem clausula, *quod fiat justitia* non revocet præcedentes jussiones, etiam quod de his fit facta mentio in supplicantem in corpore petitionis, notat *Jason* in *l. causas*, *C. de transactionibus*, *Anna alleg.49. num.7. Afflict. decis.79. num.3. in fin. decis.128. num.13. & 14.* ubi insignis, *Pisanellus* in *addit. & decis.239.* & alii, quos congerit *Dominus Rovitus* super *Pragm.5. de fide memorialium*

72 *in princ. & per totam*, & si jussiones præcedentes erant diversæ, erat potissimè ultima servanda, argumento *l. pacta novissima*, *C. de pactis*.

Id, quod in casu præsenti est necessarium, & inevitabile, cum enim in primo rescripto obtento per Civitatem 23. Decembris 1620. fuisset ordinatum, quod respectu unius articuli tantum, si poterant privilegia revocari, vel illis non obstantibus ad venditionem procedi Rex ipse certioraretur dum novissimè per rescriptum obtentum ab eadem Civitate sub die 23. Junii 1638. in precibus per ipsam oblatis fuisset facta mentio, nedum de prædicto rescripto in sui favorem obtento, sed de ordine posteriori emanato in favorem Fisci, urgente causa publica necessaria, quod generaliter procederetur ad infeudationem omnium domanialium, & fuerit provisum, *que sobre este particular se haga, y administre justicia oydas las partes, y despues me avisareys*, evidenter ex hoc patet, fuisse revocatum, aut reformatum rescriptum obtentum à Civitate sub die 23. Decembris 1620. & provisum, quod fieret justitia Neapoli, & certioratio, quæ erat facienda antè provisionem justitiæ, reservaretur, ut fieret post justitiam Fisco, & partibus administratam, nec enim se simul eodem tempore

73 compatiuntur, fieri relationem, & provideri de justitia, cum certum sit, relatione pendente nihil posse novari, *l.1. & 2. C. de relationibus*, undè appositissimè fuit dictum, fieri justitiam, qua facta fieri relationem.

74 Nec ex eo, quod in rescripto dicatur, *oydas las partes*, debet intelligi concedendo dilationem, sive terminum ad probandum, ubi terminus ex natura causæ de jure, vel stilo concedi non debet, sed tantùm citari, & voce audiri, ut est stilus notorius, & observatur in Regno in rescriptis omnibus utriusque Cancellariæ, residentis scilicet apud Regem, & Neapoli apud Proregem, audiri enim par-

partes, intelligi debet juxtà qualitatam negotii, & juxtà juris dispositionem cum termino, vel sine termino secundùm subjectam materiam.

Undè ex prædictis prævia discussione die 8. Mattii 1640. coram Excellentissimo Domino Duce Prorege in Collaterali ad relationem Regiæ Cameræ soit provisum, esse procedendum ad decisionem articuli, non obstante perito novo termino, & aliis oppositis pro parte dictæ Civitatis, cum intervento septem Præsidentium, & fuit decretum registratum in libro notamentorum Cameræ, juxtà stilum die 10. dicti mensis, & confirmatum in gradu reclamationis die Veneris 27. Aprilis dicti anni 1640. coràm eodem Excellentissimo, referente Domino D. Martino Burgueda Præsidente Aragonensi ornatissimo, & integerrimo.

SUMMARIUM.

75 *TErminus juris in Regno, qui est 20. dierum conceditur reo post petitionem actoris, ejusque omissio, & fortiùs denegatio an importet nullitatem.*

76 *Nullitas proposita ob denegationem termini permittitur allegari. cum subscriptione Advocati, & deposito, servata forma Reg. Pragmaticæ,*

77 *Procurator est citandus in judicio, non autem Advocatus.*

78 *Citatio est iteranda coràm novo Commissario, cum causæ Commissarius mutatur, de veritate tamen, & quando secus*, num. 91. *& seq.*

80 *Causa publicæ necessitatis*, & *inexcusabilis celeritatem desiderans, omnem dilationem excludit, & quæ conceduntur sunt restringendæ, & coarctandæ.*

81 *Dilatio non debet concedi, cum ea mora res inutilis redderetur.*

83 *Clausula*, quod pars audiatur, *intelligenda est secundùm subjectam materiam, & statum litis.*

84 *Clausula*, quod fiat justitia, *nihil aliud importat, quam quod fiat quod juris erit.*

85 *Augmentum est ejusdem naturæ, & unum, & idem cum causa.*

86 *Augmentum eodem jure recensetur, quo ipsa res, vel negotium principale.*

87 *Dilatio eo minus est concedenda, quo magis necessitatis causa augetur, ne finis interim, qui prætenditur, inutilis reddatur.*

88 *Nullitatem esse admittendam juxtà Reg. Pragmaticam contra expressum casum legis communis, vel municipalis, aut publicam scripturam, quomodo sit intelligendum.*

89 *Terminus si fuerit petitus, & petenti denegatus, acta sunt nulla, tàm jure communi, quàm municipali, fallit, si Judici ex justa causa visum fuerit, terminum non concedere.*

92 *Judicium unum reputatur, licèt olim Judex loco primi sit subrogatus.*

93 *Mortuo Judice, idem quod eum judicare oportuerat, sequi oportet eum, qui illi suffectus est, scilicet ex eisdem actis.*

94 *Judices etsi omnes mutati fuerint, tamen & eadem res, & idem judicium, quod antea fuerat, permanet.*

95 *Citatio coràm novo Judice non est necessaria, vel saltim si omittatur, non inducit actus nullitatem.*

96 *Citatio an sit reo facienda post tertium peremptorium, remittitur arbitrio Judicis, &* num. 98.

97 *Peremptorium vocatur ex eo, quod perimit disceptationem, nec patitur ultrà adversarium tergiversari.*

99 *Citatio an sit iteranda novo Judice suffecto in causa, in qua proceditur contro reum contumacem, &* num. 101. *& de veritate*, num. 111. *cum* 114. *& juxtà eam decisum in præsenti causa*, num. 116.

100 *Citatio in contumaciam de stilo S.C. fit ad omnes actus in forma.*

102 *Citandus non est præsens, & quare*, ibid. & num. 104.

103 *Præsentia sola in præjudicialibus non inducit consensum, fallit in judicialibus.*

105 *Jura præsertim in civilibus clementer cum contumace agunt.*

106 *Contumax ut expectetur justius est, quam ut ille in contumaciam condemnetur.*

107 *Sententiæ cum sunt ferendæ in contumaciam, subtilius in his est inquirenda veritas, quàm utraque parte presente.*

108 *Contumax interdum est de benignitate expectandus in prolatione sententiæ, usque ad ultimum punctum.*

109 *Contumax quandoque est tribus mensibus expectandus.*

110 *Contumax si spontaneè compareat, ejus comparitio est tantæ efficaciæ, ut omnis ejus contumacia purgetur.*

112 *Sententia S.C. lata etiam perempta instantia, non est nulla, & quare, quod ampliatur etiam in decreta dicti S.C.*

113 *Contumax ex observantia S.C. refectis expensis admittitur ad probandum, vel faciendas suas defensiones.*

115 *De Doctoribus perfunctoriè loquentibus non est habenda ratio.*

CUm Advocatus Civitatis Bitunti dixisset de nullitate decreti lati, me interveniente pro Fisco, quo Civitati prædictæ fuerat denegatus terminus, & provisum, esse præcedendum ad decisionem articuli, si poterat, nec ne vendi, vel infeudari, non obstantibus suis privilegiis, reservata deindè relatione faciendo S. M. ex subscriptis.

Primò, quia denegatio termini videbatur contrà ultimum rescriptum S. M. expeditum sub die 25. Junii 1638. quo fuerat mandatum, *que se administre justiçia oydas las partes*, igitur inferebat, quod qoidquid de jure verius fuisset, utrum denegatio termini importaret nullitatem judicii, id videbatur clarum, attento dicto rescripto, quo expresè foerat injunctum, audiri Universitatem, & sic cum causæ cognitione, impertiendo terminum, sicuti sæpè dici solet in forma concedendi terminum, quod partes audiantur, undè idem videtur importare, partes audire, & terminum concedere, undè termini, sivè dilationis denegatio contrà tenorem Regii rescripti videbatur esse nulla.

75 Secundò dicebatur, esse decretum nullum, quia contrà expressa jura, tàm communia, quàm municipalia Regni, *toto tit. C. de dilationibus*, & Regni *Constitutio*. incipiente *Lite legitimè contestata, Rit. M.C.69. & Pragmatic. sub tit. de dilationibus* quibus expresè cautum est, ut post petitionem actoris, quem constat in hoc judicio esse Regium Fiscum, reo, idest Civitati notificatam, debuerat conce-

cedi

cedi terminus juris in causa, qui in Regno est, com præfinitione temporis viginti dierum, unde ejus omissio, & fortiùs denegatio importabat nullita-
76 tem,& hæc nullitas permittitur allegari cum subscriptione Advocati, & deposito, servata forma *Pragmaticæ* latæ sub die 11. Maii 1612. §. 24. *sub titul.de dilation.* & alterius sub die 18.Novembris 1620.quæ est *quinta* sub *d.tit. de dilationibus*.

Tertiò dicebatur, ultimum decretum, quo ptimum fuerat confirmatum, esse nullum ex defectu citationis, siquidem nulla reperiebatur expedita citatio, nec intimata Procuratori Civitatis conventæ coràm Domino Burgueda novo Commissario electo, ob infirmitatem Domini Præsidentis Jo: Camilli Cacacii, quæ omninò erat necessaria muta-
77 to Commissario, nec suffragabatur Fisco, tempore expeditionis fuisse vocatum, & interfuisse causæ defensioni Doctorem Jo:Baptistam Consalone Advocatum dictæ Civitatis, qui suum munus, velut doctissimus, & facundissimus Advocatus optimè expleverat, qoia non Advocatus, sed Procurator erat citandos, contrà quem dirigitur petitio, & cujus principaliter interest, *l.de unoquoque, ff.de re jud. l. nam ita divus, ff. de adoptionibus*, ad quod citavit
78 *Dominum de Franchis decis.* 462.*num.*3. & quòd licet præcesserint aliæ citationes anteà factæ Procuratori dictæ Civitatis conventæ coràm primo Commissario, fuerit necessaria nova citatio, mutato Commissario coràm Judice noviter electo, ex *Archidiacono* in *cap.coveant.*3. *quæst.* 9. videtur decidere *Joann.Thom.Minad.decis.*28.

Verùm pro defensione decretorum dicebatur ex tempore quòad primum quod gratis admisso, citrà tamen veri præjudicium, rescriptum, quo præcipitur fieri justitiam auditis partibus, esse intelligendum, concesso termino, & juxtà juris ordinem, data solita dilatione ad probandum, id tamen non pro-
79 cedere, quando ex natura negotii, & causæ dilatio aliqua, sivè terminus concedi non debet, ut in præsenti, in quo quòad omnes Terras domaniales, ad quarum venditionem fuit judicatum per decretum generale procedi posse ob bellicas necessitates, non fuit aliquis impartitus terminus, sed jussum fuit, exhibere dumtaxat privilegia, & contractus, cum quibus obtinuerunt promissionem domanii, & cum sola citatione, absque termino, & ordine judiciario, discussis tamen, & benè trutinatis privilegiis, & contractibus, fuerunt Universitates auditæ, & de justitia provisum respectu uniuscujusque ex Universitatibus, quæ comparuerunt, verùm cum dicta Civitas Bitonti non fuerit comprehensa in dicto decreto generali, ex quo incuria Ministri Fiscalis non fuerat citata antè latum decretum generale, sed posteà, unde ipsi officere non potuit, sequuta postmodum legitima citatione, & comparitione ipsiusmet, justè Fiscus petiit provideri procedi ad ipsius quoque venditionem, & ità speciali decreto contrà ipsam providetur, undè cum discussis privilegiis, & scripturis per ipsam exhibitis constaret, non concurrere aliquid plus specialitatis in ipsa Civitate, quam in aliis in decreto comprehensis, & venditis, justè fuit ordinatum, procedi in causa venditionis jurisdictionis pro terendo consimili decreto respectu ipsius, non obstante petito termino, siquidem visum fuit ex scripturis exhibitis, reddi ipsius prætensionem æqualem cum cæteris, quibus nullus terminus fuerat impartitus, non
80 solum quia causa publicæ necessitatis inexcusabilis celeritatem desiderans omnem dilationem excludebat, quo casu dilationes omnes sunt restringendæ, & coarctandæ, ne tempus labatur, ad *tex.* in
81 *l.* 1. *ff. de glande legenda*, vel quando res inutilis redderetur, si tempus esset expectandus, ad *tex.in l. mediterraneus*, *C. de annonis*, & *tributis lib.* 10. cum aliis per *Menoch.de arbitrariis, lib.*2.*centur.*
82 2.*casu* 52. Verum quia jura domaniorum ex scripturis, non ex testibus deducenda, & probanda erant.
83 Item dictam clausulam, *auditis partibus*, dicebator, esse interpretandam juxtà subiectam materiam & statum litis, ut scilicet terminus sit concedendus, ubi non fuisset primo loco concessus, & partes auditæ, ut in præsenti factum fuit de anno 1620. quo terminus fuit concessus, & receptæ probationes ex æquitate, licèt non fuisset necessarius, sicut
84 de clausula, quod fiat justitia nihil aliud importare, nisi fieri quid juris erit, post *Jason.* in *l. causas vel lites, num.* 7. *C. de transact.* scribit *de Franch. decis.*700.

Nec dicatur, concedendum esse novum terminum, quia nova necessitas supervenit, ut unus ex Domini videbatur innuere, verè enim non est nova causa indigentiæ pecuniæ, ob causam publicam, sed est eadem causa publica, licèt aucta, & ampliata, ob continuata bella, augmentum enim est
85 ejusdem naturæ, & unum, & idem cum causa antecedenti Italici belli aucti, & aperte indicti cum Gallis, *l.cum inter, de pactis dotalibus, l si convenerit, §.si nuda, ff. de pigneratit.act.*& idem judicamus
86 de augmento, quod de ipsa re, vel negotio principali, *l.hæredes palam, § si quid post. ff. de testam. Roland.Menoch.* & alii apud *Surd.decis*78.*num.* 11. & sequitur naturam sui principalis, *l.etiam*, ubi *Bart.*& *Bald.C.de jure dotium, Surdus decis.* 269. *num.*16.& *consil.*177 *num.*35. undè cum causa major accesserit ex parte Fisci, & quidem evidens, &
87 notoria, non debet ex ea augeri occasio differendi, ut Civitas conventa ex eo, quod majorem celeritatem desiderat ex parte Fisci, novam dilationem obtineat, *l.legata inutiliter, ff. de leg.* 1. cum concordantibus per *Surd.decis.*238.*num.*10.*cum seq.* & sinis interim, qui prætenditur inutilis reddatur, ad tradita per *Ripam* in *l.*2.*num.*26. *in fin.ff.de re judic.*
88 Quòad secundum caput nullitatis dicebatur, *Pragmaticam*, qua admittitur propositio nullitatis contra expressum casum legis communis, vel municipalis, aut publicam scripturam, intelligendam esse, quando decretum esset in sensu claro, evidenti, & literali, contra legem, vel instrumentum, sivè scripturam publicam in processu præsentatam, secus quando est contra sensum juris ambigui, qui vario modo ex juris interpretatione accipi potest, aliàs enim sequeretur maximum absurdum, si admitteretur iste intellectus ad *Pragmaticam*, esset enim per eam aperta latior via, & amplior protelandi lites in infinitum, unde ut hujusmodi absurdum evitetur, & nè indoctum ad unum finem refecandi dilationes, contrarium operetur, debet intelligi *Pragmatica* de sensu legis literali claro, expresso, & irrefragabili, non autem de eo, qui ex juris intellectu, juxtà Doctorum varias opiniones insurgere possit, qui cùm diversimodè juxtà varias hominum intelligentias extendi possit hoc modo, accipiendo passim lites ex litibus, & jorgia orirentur, & præberetur occasio dicendi de nullitate, ut ex variis intellectibus in infinitum pro-

Digitized by Google

protraherentur, nullusque eſſet litium finis, contra id, quod per *Pragmaticam* Princeps ſtatuere
89 voluit, licèt autem, tàm Jure communi, quam jure
Regni petito termino, & non conceſſo; omnia acta
indè ſequuta ſint nulla, ad *tex.* in *clem. paſtoralis*,
in *verſ. cæterum, de re judic. clem. ſæpè, verſ. defenſiones, de verb. ſignif. Baldus* in *l. prolatam, C. de ſententiis*, relatus per *Afflict.* in *Conſtit. Regni. Si quis in poſterùm*, ſub *num. 33. verſ. & pro iſta deciſione, de Ponte conſ. 59. num. 2. in princ. Rovit.* in *Prag. 7. de ordin. juditiorum. num. 9.* Attamen id non procedit, ubi petito termino, Judici ex juſta causa viſum fuerit terminum ipſum denegare, prout in præſenti caſu duplici de cauſa fuit juſtiſſimè denegatus. Primò, quia, ut ex libellis ejuſdem Civitatis Invictiſſimo Regi oblatis, & reſcriptis ab eadem obtentis, conſtabat, de eo tantùm agi ſi privilegia, ſivè contractus domanii conceſſi poterant ex cauſa urgenti publicæ neceſſitatis revo-
90 cari, ità, vel nè, & ſic articulus conſiſtebat in
mero puncto juris, cùm neceſſitas ipſa oriens ex publica cauſa ſatis eſſet notoria, undè ſuccedebat limitatio communis, ut in cauſa, in qua ageretur de mero juris articulo, non ſit neceſſarius terminus, *Franchis deciſ. 221. num. 12. & deciſ. 262. in fine, Anna ſingulari 474. Rovitus* in *d. Pragm. num. 12.* prout ita generalitèr fuerat obſervatum in exequutione ultimi reſcripti Suæ Majeſtatis, in quo juſſerat, procedi ad venditionem omnium terrarum domanialium ex dicta cauſa urgenti publicæ neceſſitatis, cujus vigore fuerat proceſſum ad venditionem, prævia ſola citatione. Secundò, quia aliàs dùm anuis præteritis ſimile reſcriptum fuiſſet emanatum, in cujus executione tunc fuit ſuperſeſſum, conceſſus eo tempore fuit eidem Civitati terminus ex abundanti, quàvis concedi non debuiſſet, in quo termino Civitas fecit ſuas probationes, undè cùm fuerit deindè proſequutum idem judicium aucta cauſa publicæ neceſſitatis, non mirum ſi terminus fuit juſtiſſimè denegatus.
91 Et tandèm dicebatur, non obſtare ultimum ca-
put nullitatis, quòd ſcilicet non fuerit Civitas citata, nec monita ad dicendum coràm novo Commiſſario ſubrogato ob infirmitatem primi, ſiquidèm de jure ubi reus fuerit legitimè citatus coràm primo Judice, non requiritur nova citatio coràm Judice, in locum primi ſubrogato, idque maximè procedit indubitantèr, ubi habuit notitiam de Judicis mutatione, & fuit auditus in proviſione facienda coràm ipſo novo Judice ſubrogato, idque primò probatur in *l. edictum 55 ff. de judiciis*, ubi cùm ſcripſerit *Paulus edictum, quod ab anteceſſore datum eſt in numero trium edictorum connumerari debere, gloſ. prima* reddit rationem,
92 quia unum judicium reputatur, licèt Judex loco
primi ſit ſubſtitutus, vel ſubrogatus, citans
93 *l. mortuo 60. infra eodem, ubi mortuo Judice*,
quod eum judicare oportuerat, idem eum, qui ſuffectus eſt ſequi oportet, ſcilicèt *ex eiſdem actis*, & ibi per *Gloſ. 1. & DD.* idemque in *l. ſi Judex 32.*
94 in *l. proponebatur 76. eod. tit.* ubi, & ſi omnes Ju-
dices mutati ſint, tamen & rem eandem, & judicium idem, quod antès fuiſſet, permanere, ubi *Gloſ. verbo permanere*, dicit, eſſe ad inſtar hominis tranſeuntis de loco ad locum, qui tamen idem eſt homo, undè ſi cenſetur quòad omnia
95 idem Judex, convincitur non eſſe neceſſariam
coràm eodem Judice fieri novam partis citationem, ſaltim, ut ſi omittatur, nullo modo inducat actus nullitatem.

Et quamvis idem *J. C.* ſubjiciat *in fine d. l. edictum 55.* quòd ſi omnis ab anteceſſore numerus trium edictorum, qui aſſignari debent reo convento finitus ſit, ſolent ſucceſſor unum edictum dare, non tamen ſi omiſerit, importabit actus nullitatem, *l. non quidquid 40. eod. titul. ff. de judic.* tametſi *Gloſ.* in *dict. l. edictum*, ſuper *verbo ſolet, ſuppleat, & debet*, attendendos enim erit potiùs ſenſus literalis, & expreſſus ipſius *Jure Conſult.* qui non inducit actus nullitatem, quod probatur etiam per *Vivianum* in figuratione caſus, quam ſubintellectus *Gloſ.* qui literam violat, & emendat, etiam ut actus ſubſtineatur, & non pereat, & prævalent favor minuendarum, & abbreviandarum litium, præſertim cùm ipſemet *Accurſ.* in *l. & poſt edictum 73. eod. tit.* in cauſa valdè fortiori, & proindè ſatis diverſo à caſu noſtro,
96 effecto ſcilicèt reo convento contumace, elapſo
primo, ſecundo, quinimmò, & tertio, quod
97 peremptorium vocatur, quod nomen ſumpſit ex
eo, quòd perimeret diſceptationem, hoc eſt ultrà non pateretur adverſarium tergiverſari, juxtà *l. ad, peremptorium 68. cum quatuor ll. ſeq. ff. eodem illo titulo*, dum *Ulp.* in *dict. l. & poſt edi-*
98 *ctum 73.* dixerit, quòd abſens adhuc citari de-
beat, ſubdit *Accurſ.* ſuper *verba debet*, ideſt, *poteſt*, ut ex ſuperiori *l.* patet, & ſic patet *Accurſium* etiam in caſu fortiori id remittere Judicis arbitrio, & dùm dicit, *ut ex ſuperiori lege patet*, id ſinè dubio affirmat, & reſidet in eo, quamvis poſteà referat opinionem aliorum, dicens *alii dicunt hic neceſſe eſſe, &c.*
99 Nec deciſio *Conſil. Minadoi 28.* incip. *fuit du-*
bitatum, obſtat aliquo modo. Primò, quia loquitur in longè diverſis terminis, quando ſcilicet
100 proceditur in contumaciam, quia ſit facta cita-
tio ad omnes actus in forma juxtà ſtilum S.C. &
101 exiſtente reo contumace, & propter abſentiam,
mortem, vel aliud impedimentum cauſæ Commiſſarii, ſubrogatur alter, quo caſu dubitatur, utrum debeat h c novus Commiſſarius, iterum monere partem abſentem, vel contumacem, & ſic utrùm contumacia contracta coràm primo, noceat coràm altero Judice ſubrogato, caſus verò noſt·ř verſatur in facto in reo convento, non contumace, qui h buit notitiam Judicis ſubrogati, & vocatus comparuit cum Advocato, qui ſubſtinebat onus cauſæ, qui validiſſimè ex more jura Civitatis defendit, & ſic evidens eſt, & nota di-
102 ſpar diverſitatis ratio, cùm præſens in judicio
alitèr non ſit citandus, ſiquidèm finis citationis eſt, ut compareat, & ſe defendat, undè contra præſentem non eſt neceſſaria citatio, *l. in cauſæ 14. §. cauſa autem cognita*, ibi, *partibus præſentibus, vel contumacibus*, ubi *Gloſ. verbo, & præſentibus*, aſſignat rationem, & citat concordantes. & *l. etiam 30. §. ult.* ibi, *creditore præſente, vel à Præſide evocato, ff. de minoribus, Angel.* & *Imol.* in *l. de unoquoque, ff de re judic* poſt *Innoc.* in *cap. paſtoral.s*, *§. præterea, col. 2. de offic. delegat.* & declarat poſt *Bar. Butr.* & alios *Dominus meus Capyc. deciſ. 34. num. 8.* undè licèt aliàs
103 ſola præſentia non inducat conſenſum in præju-
dicialibus, *l. filiusfam. 8 ff. de procurat.* de quo eſt communis in *l. quæ dotis, ff. ſoluto matr.* fallit tamen hoc in judicialibus, in quibus inducit con-

ſenſum

sensum, *Bar.* & alii in *l.1. C. de relation.* idem
cum aliis, ubi latissimè *Barbos.d.l.quæ dotis*, ex
n.151. vers succedit igitur quartò, & post *n.156.*
vers. prima est, & *num.160. in fin. vers. item re-*
104 *gula*, *ff.sol.matr.* sed optimè *Surd.decis.47.n.9.*
& generaliter, quòd nulla citatio exigitur, quan-
do quis est præsens in judicio, fundant *Gayl. ob-*
serv.pract. lib.1.c.51. Minsyng. observ.6.cent.nr.6.
Balb. dec.372. Colerus decis.103. præsertim dùm
105 jura cum contumace, præsertim in civilibus
clementèr agant. Undè statutum est, justius es-
106 se tantisper contumacem expectare, quàm illum
in contumaciam condemnare, *text.* in *c.1. n.5.*
107 *vers. Moderni*, *de controv. inter vasal. & ali. de*
benefic. & in sententiis in contumaciam ferendis
subtiliùs fit inquirenda veritas, quàm utraque
præsente, nè contumaci fiat injostitia, *§.omnem*
108 *verò*, *vers. si verò propositis*, *auth. de litigio*,
& proindè interdùm contumax est de benignitate
expectandus in prolatione sententiæ usque ad ul-
timum punctum, *Bald.* in *l.divus*, in *3.lect.* post
num.8. vers.item oppono contra utrumque, *ff.de in*
integr.restit. quam citat ad hoc *Rovitus* in *rub. de*
109 *sent.fer.jud. num.44.& 45.* & quandoquè contu-
max tribus mensibus est expectandus, ut in *auth.*
ut sponsalit.largitas, *§.ad hæc*, *col.9. Glos.* in *ci-*
tat. l.in causæ 14. §.causa autem, *versic. per con-*
110 *tumaciam*, *ff.de minor.* Quinimmò tanta est vis
spontaneæ comparitionis, ut si contumax spon-
tè compareat, omnis contumacia purgetur, *l.1.*
C. de requir.reis, *l.quis sit fugitivus*, *§.1. ff. de*
*ædilit.edic. Bart.*in *l.1. C.de servis fugit.Rovitus*
in *rub.de appell.* in *Pragm. num.35.*
111 Secundò, etiam in contumace fatetur *Minad.*
d.decis.28. opinionem *Imol. Georgii*, & aliorum
in *Clem.sæpè*, *de verb.signif.* qui generalitèr con-
cludunt, non esse necessariam novam citationem,
esse veriorem in puncto juris, sed affirmativam
æquiorem, undè cùm suprema Tribunalia proba-
verint opinionem veriorem, non est quid decre-
ta præsertim lata coràm Principe in supremo
112 Concistorio possint de nullitate redargui, exem-
plo ejus, quod dicit *Afflict. decis.283. num.7.*
quòd sententia S.C. lata etiam perempta instantia
non sit nulla, quia cum proferatur nomine Re-
gis, proferendo sententiam, videatur insufflare
spiritum vitæ, quod ampliat *Rovitus* procedere
etiam in decreto S.C. ex *Pragmatica* clara, quæ
confundit distinctionem *Afflict.*ioter sententiam,
& decretum, ut per ipsum *Rovitum* in *Pragm.1.*
de instant. causæ non restit. num.9. in fin.
113 Nec obstat tertiò, & ultimò *decis.Minad.*cùm
observantia Sacr.Cons.teste eodem *Minad.* proce-
dat, quando pars contumax, refectis expensis,
admitti potest ad probandum, vel faciendum suas
defensiones, & in præsenti casu constet, tùm ex
natura causæ, tùm quia jamdiù lapsus erat ter-
minus, quod non erat amplius locus probationi-
bus, undè cessante æquitate cessat etiam stilus
super illa fundatus.
114 Nec similitèr obstat *decis.de Franch.457. n.3.*
quia refert tantùm id, quòd ipsi uti novo Com-
missario subrogato visum fuit providere mutato
Judice, & negotio indiscusso perfunctoriè enim
sequitur *decis.Minad.* quæ cum non obstat, mi-
nus obest ipsius opinio, prout etiam fecit *Rovi-*
tus simplicitèr sequutus *Minad.*in casu contuma-
ciæ in *Pragm.4. de ordine judiciorum*, *num.2. in*
fin. in quo videndus est *Gratian. dec.108.* de Do-
115 ctoribus autem perfunctoriè loquentibus non
est habenda ratio, *Jason*, *Socin. Paris.* relati à
Surd. decis.238. num.9.
116 Undè meritò die Veneris 15. Junii 1640. co-
ràm Excellentissimo Domino Duce fuit provisum
nullitates non obstare.

F I N I S.

DECISIONES
PRÆTERMISSÆ

Hic adnectuntur, ubi verò desunt, eas subsequutas non fuisse variis ex causis, compertum est.

Respons. 12.

Die 22. Mensis Junii 1630. facta relatione in Collaterali Consilio S. E. per Dominum Matthiam de Casanate doctissimum J.C. Hispanum tunc Reg. Cam. Præsid. nunc verò meritissimum Regiæ Cancellariæ Regentem, & pro Magno Camerario, accedente voto Illustris Marchionis Belmontis Regentis Tapiæ, ac aliorum Regentium Didaci Lopez, Scipionis Roviti, ac etiam Consiliariorum Marcelli Marciani, & Thomæ de Franchis, nuper in Reg. Cam. Præsid. electi, ejus virtute, ac meritis à munificentissimo nostro Rege perspectis, adjunctorum in dicta causa, fuit provisum, & decretum, quòd infrà quatuor dies audiantur omnes interesse prætendentes, tàm super possessorio etiam ordinario, quàm super petitorio & interim officia, de quibus in processu sequestrentur penès tertium, verùm fructus interim liberentur creditoribus. Actuarius Stinca, nunc de Crescantio.

Respons. 15.

Hic omnibus plenà discussis die 13. Mensis Septembris 1628. coràm Excellentissimo Domino Prorege, & Illustr. Visitatore, referente Domino Marchione Belmontis, fuit decisum, non adesse pactum, & proindè infrà mensem procedatur ad ea quæ incumbunt pro expeditione causæ principalis, votantes fuere.

Dominus Regens Tapia causæ Commissarius.

Dominus Regens Enriquez Marchio Campiæ.

Dominus Regens Lopez Suarez.

Domini Consiliarii Brancia, Zufia, & Sanfelicius, nunc dignissimi Regiam Cancellariam Regentes, & Domini Consiliarii Marcianus, & de Carleval in mei locum pro Regio Fisco fuit subrogatus Dominus Julius Mastrillus, tunc Regii Fisci patronus in criminalibus, nunc verò Regius Consiliarius meritissimus.

Respons. 17.

Die 13. Mensis Julii 1628. facta relatione de prædictis in R.C.S. per D. Præsidentem Vaaz Comitem Molæ, fuit provisum, & decretum, benè fuisse reclamatum à decreto interposito per dictam Regiam Cameram sub die 30. Mensis Decembris 1626. & proindè omnibus computatis etiam circa interesse, tam debitum per Regiam Cameram, quàm dictæ Reg. Cam. per Arrendatores, fiat excomputum pro summa ducatorum sexaginta mille, quod postea mediante alio decreto interposito sub die 10. Octobris 1628. fuit debitæ exequutioni demandatum, cum cautione in casu retractationis. Actuarius Franciscus de Luca.

Respons. 22.

Post has lucubrationes prælo datas, ad manus meas pervenit diù conquisita decisio facta in causa Joan. Baptistæ Sampsoni cum Regio Fisco, quam *Regens de Ponte*, qui pro Sampsone patrocinatus fuit, falsa laudis imagine pro se jactavit, prout testatur in *cons.* 22. *tom.* 1. in qua die 12. Mensis Aprilis 1590. referente Domino Præsidente de Castellet, audito Consiliario Fornario Fisci patrono, fuit provisum, quòd dictus Joannes Baptista suspendatur ab administratione, & exercitio dicti officii per annos sex, numerandos, &c. verùm emolumenta, & provisio dicti officii decursa, & decurrenda cadant beneficio dicti Joannis Baptistæ, dempto salario soluto & solvendo Administratoribus dicti officii, deputandis per Proregem, nec non condemnetur dictus Joan. Baptista ad solvendum Regiæ Curiæ in generali Thesauraria ducatos 1500. Joannes da Fiorio pro Magistro Actor.

Ad Respons. 24.
Additio.

Pro confirmatione omnium supradictorum videndus quæso *Suarez* in *tract. de legibus*, *cap.* 37. *fol. mihi* 1061. prælertim *num.* 3. *lit.* C. & *num.* 7. *vers. superest dicendum*, & *num.* 8. *vers. nam si jurisdictio*, ubi optimè distinguit inter privilegium juris translativum, & rei, & privilegium consistens in facultate operandi, *D. Ludov. Casanat.* in *cons.* 43. præsertim *num.* 42 *&* 54. & *Dominus Reg. Tapia dec.* 23. *num.* 44. 57. 58. *&* 103. quibus in locis plura cumulant apprimè necessaria ad materiam, de qua supra.

Respons. 25.

Die 19 Mensis Augusti 1636. facta relatione per me in Collaterali Consilio coràm Dom. Prorege, fuit provisum, & decretum, quod procedatur ad venditionem Civitatis prædictæ, oppositis non obstantibus; & proindè fiant banna pro accensione candelæ; à quo decreto cum fuisset reclamatum pro parte dictæ Universitatis per viam restitutionis in integrum, fuit tandem sub die 23. Mensis Septemb. 1639. mediante alio decreto in Regio Collaterali Consilio lato, provisum, non esse deferendum petitæ restitutioni in integrum. Actuarius Alexander Constantinus.

Finis Decisionum Prætermissarum.

IN-

Digitized by Google

INDEX
OMNIUM MATERIARUM
LOCLUPLETISSIMUS.

rum

Ci-

Digitized by Google

Di-

F.

G.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

N.

O.

Digitized by Google

Plu-

à Pi-

Digitized by Google

vatum

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

em-

Digitized by Google

V.

Vas-

Google

pti

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google